


1817
ARTES
SCIENTIA
VERITAS
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
TUEBOR
CIRCUMSPICE

ANALECTA SACRA

SPICILEGIO SOLESMENSI

PARATA

EDIDIT

JOANNES BAPTISTA CARD. PITRA


EPISCOPUS TUSCULANUS S. E. R. BIBLIOTHECARIUS

TOM. II

PATRES ANTENICAENI

TYPIS TUSCULANIS

MDCCCLXXXIV



SOLESMENSIBUS

MEIS

EX ABBATIA MATRE S. PETRI

TER

VI MILITARI EXPULSIS

DEO

EXCUBIAS AGENTIBUS

CIRCUM PATRIS ET FRATRUM SEPULCRA

ANTENICÆNI TESTES

TRIBUS AUCTI VOLUMINIBUS

SOLATIO, SPEI ET VICTORIAE SINT

ANNO QUINQUAGESIMO

REPAR. MON. SOLESMORUM

PROLEGOMENA.

Arduum visum est nonnullis amicis, veterum etiam litterarum studiosissimis, consilium nostrum colligendi ex ævo antenicæno nova analecta, christianæ eruditioni proficua, quibus haud pauciores quam tres integri tomi conderentur. Ecce illos tibi, nec te persuasum habeto omnia exhauriri, aut ita obrui aurifodinam, quin alii thesauri lateant, identidem investigaturis reperiendi. Etenim adeo ferax et inexhaustus est campus nostrarum antiquitatum, ut vel postquam tribus hisce voluminibus colophonem apponi oportuit, ab horum prooemiorum tabella haud manum subducturi simus, quin nova subinde et inexspectata, quasi altero germine fruticante, sub pedibus crescere et pullulare videantur.

Nam sicut in ruderibus veterum oppidorum humus effossa exciet diam in lucem, non solum numismata, gemmas, minora cujusvis pretii κειμήλια, sed vasta sepulcreta, villas et castra, immo qualia exsurgunt in Oriente, urbes et imperia ab incunabulis rediviva: ita bibliothecarum quoque foruli et plutei, ipsi tumuli, ossibusque circumvoluta papyra, ereptæ quasi ab orco membranæ, de ambustis ne loquar Herculanensium voluminibus, ea omnia quotidie animos urgent et acuunt, ut præter anecdota ὡς τυχὸν obvia, novæ etiam inveniantur et recenseantur scriptorum familiæ, ac propemodum tribus et gentes: id quod ego nuper pro viribus aggressus, e tenebris erui trecentos circiter ecclesiæ græcæ melodos, quorum gestio historiam prius adumbrare quam schedas meas volaticas pulvis aut tineæ pessumdederint.

Cæterum etiam quum minuta tantummodo et mutila segmenta veterum patrum repente prodeunt, ea negligere aut parvi facere piaculum est. Quemadmodum enim rei antiquariæ alumnos juvat vel trunca numismata colligere, et hiulca servare epigrammata, lacunis horrida aut solœcis deturpata, parvi æstimanda, nisi quod temporis notam, sermonis indolem, qualiacumque vetustatis lineamenta præ se ferant: ita et potiori jure vel minima ævi antenicæni vestigia osculanda sunt, quantumvis ad nos usque e sterquilinio scholiastarum et cum fæda incomptorum codicum rubigine transmittantur.

Quod vero spectat ad haec antenicæna Anecdota, quum singuli scriptores suo quisque loco abunde aut satis declarentur, superest ut in his procemiis, arcto limite circumscriptis, summa potius cacumina rerum cito cursu et levi tactu emetiar. Placet enim vero, novissima hacce tempestate, inter viros Anglicos, Germanicos, Slavos et nostrates, opus de primæva Ecclesiæ litteratura fervere, crebrescere studia, sævire controversias; aut novos condi libros aut veteres renovari; immo quæ antiquata et conclamata videbantur, redintegrari ac jure postliminii restitui. Nec desunt acriter litigantes, quorum inter consertas manus ne digitum quidem inserere volumus. Sedeant alii, judices et arbitri, quales fuere nostri Maurini, quorum tempus nondum sententias fregit aut arrosit auctoritatem; neque in orbe eruditorum, post unum alterumve sæculum, adeo subvertitur rerum facies, ut quæ majores nostri coluerunt, incendantur, aut quæ cremaverunt, adorari oporteat. Per me ergo licet, juniores et acriores in aciem concurrant, vexilla ventilent, gladios constringant, nec vulnera reformident. Seniorem me umbratilia decent, nec juvat strepitu vexare veterum cineres. Pacis monasticæ alumnus, irenica de antenicænis testibus argumenta prosequar, puta de horum testium numero et copia, de dicendi indole, de biblico studio, de ethica et allegorica methodo; quibus prælibatis, de horum Anecdotorum serie et supellectile brevius edisseram.

PARS PRIMA

DE ANTENICAENIS PATRIBUS.

I.

Undecim ad summum testes antenicænos numero computavit nuper doctus magister parisiensis, quos tam copia quam pondere exiguos habuit. Quorum tamen opera, in parisiensi quam dicunt Patrologia, haud pauciores quam quinque et viginti tomos implent ponderosos. Totidem protulit,

solo licet anglico sermone ornatos, elegantissima quæ apud Scotos nuperrime edita est *Antenicœna Bibliotheca* [1]).

Aemulatione dignum exemplum ! quod quum extra Britannica littora vix fando auditum est, nil moror quin huc subjiciam, uno oculorum ictu amplectendam, totam illius bibliothecæ seriem, ac singula coram sistere volumina jubeam. Splendet aurea lampas a tergo cujuscumque tomi, ut in catacumbis, et ubique spirat vetustatis amor et candida canorum patrum religio. Missis litibus, pauca, perspicua, nec nisi necessaria notantur. Omnia anglice sonant, neque immerito anglicis auribus omnia placuerunt. Sed non tomorum argumenta solum, verum et interpretum nomina, honoris causa, describere et commendare nostri muneris est. Ex quo nudo indiculo tum primum cernere est, quo usque et quam late pateat campus noster antenicænus.

Vol. I. 1870, by Rev. D. Alexand. Roberts DD. D. James Donaldson LL. D. Rev. Fr. Crombie M. A.

The Apostolic Fathers.

The Epistles of Clement to the Corinthians.

The Epistle of Barnabas.

The Epistles of Ignatius (shorter and longer) *to the Ephesians. — The Magnesians. — The Trallians. — The Romans. — The Philadelphians. — The Smyrneans. — To Polycarp.* — The Epistles of Ignatius after the Syriac version: *to Polycarp, to the Ephesians, to the Romans. — The Martyrdom of Ignatius.*

The Epistle of Polycarp to the Philippians. — The Martyrdom of Polycarp.

The Epistle to Diognetus.

The Pastor of Hermas.

Fragments of Papias.

Appendix: *The spurious IX Epistles of Ignatius.*

Vol. II, 1870, by Rev. Marcus Dods A. M. Rev. George Reith A. M. Rev. B. P. Pratten.

S. Justin and Athenagoras.

Writings of Justin martyr: *The first Apology. — The second Apology. — Dialogue with Trypho. — The Discourse to the Greeks. — Hortatory Address to the Greeks. — On the sole Governement of God. — Fragments of his lost work on the Resurrection, etc. — The Martyrdom of Justin.*

Writings of Athenagoras: *Plea for the Christians. — On the Resurrection of the Dead.*

Vol. III, 1871, by Rev. B. J. Pratten, Rev. Marcus Dods. Rev. Thomas Smith D. D.

Tatian: *Address to the Greeks — Fragments of lost works.*

Theophilus: *The III Books to Autolycus.*

Clement: *X Books of Recognitions.*

Vol. IV, 1872, by Rev. William Wilson.

1) *The Ante-nicene christian Library. Translations of the Writings of the Fathers dow to A. D.* 325. Edimburg, T. and. T. Clark, 33 George street. 1869-1872. - Laudandi satis non sunt egregii ambo editores T. et T. Clark, qui dum alia librorum pondera sustinerent, intra quatuor annos, hanc bibliothecam feliciter tota mprofligaverunt.

Clement of Alexandria (cf. vol. XII).

Vol. V. 1869, by Alex. Roberts, W. H. Rombaut.

Irenæus, Hippolytus (cf. vol. IX.)

Vol. VI, 1870, by Rev. S. D. F. Salmond. (φιλοσοφούμενα) *Refutation of all Haeresies Books I — X.* (accedit pars prior operum S. Hippolyti).

Vol. VII, 1870, by Rev. Peter Holmes D. D. — F. R. A. S.

Tertullian: *Contra Marcionem* etc. (cf. vol. XI, XV, XVIII).

Vol. VIII, 1870, by Rev. Robert Ernest Wallis Ph. D.

S. Cyprian: *Epistles* 82 — *Treatises* 7. (cf. vol. XIII).

Vol. IX, 1871, by Alex. Roberts, James Donaldson. (cf. vol. V).

Irenaeus: *Books I - V against Haeresis. — Fragments LV from the lost Writings*

Hippolytus Bischop of Portus. (Pars operum posterior. Cf. vol. VI).

Fragments of Writings of third Century (Insunt fragmenta Caii presbyteri, Julii Africani, Asterii Urbani, Alexandri Cæsariensis, Alexandri Hierosol. etiam cum dubiis epistolis Pontificum Zephirini, Callisti, Urbani, Pontiani, Anteri, Fabiani. Meliori jure accessisent duæ Pii PP. I. epistolae).

Vol. X, 1871, by Rev. Frederic Crombie M. A.

Origenes, *De Principiis* etc. (cf. vol. XXIII) *Epistles. — Against Celsus.*

Vol. XI, 1872, by Peter Holmes, Frederic Crombie.

Tertullian. (cf. vol. XV, XVIII).

Treatises XVI.

Vol. XII, by W. Wilson. (cf. vol .IV).

Clement of Alexandria: *Exhortation to the Heathen. — The Instructor. — The miscellanie or Stromata.*

Vol. XIII (cf. vol. VIII).

S. Cyprian: *The sevent council of Carthage under Cyprian. — Treatises attributed to Cyprian.*

The Passion of the holy martyrs Perpetua and Felicitas.

The Writings of Novatian.

Acts and Records of the Controversy about the Baptism of Heretics. .

A fragment of a letter of Dionysius of Alexandria to Pope Stephen.

A Trealise against the Heretic Novatian.

The Works of Minucius Felix.

Vol. XIV, 1869, by Rev. William Clark M. A. Oxon. Rev. James B. H. Hawkine, B. L. Pratten, S. D. Salmond.

The Writtings of Methodius. — of Alexander of Lycopolis. — of Peter Bishop of Alexandria.

Fragments of Writters of the III Century: Theognostus of Alexandria. — Pierius of Alex. — Malchion of Antiochia. — Anatolius of Alex. — Theonas of Alex. — Phileas of Thmuis. — Pamphilus Martyr of Cæsarea.

Vol. XV, (cf. vol. VII, XVIII).

Tertullian.

Vol. XVI, 1870, by Alexander Walker, esq.

Apocryphal Gospils, Acts and Revelations.

Vol. XVII, 1870, by Thomas Smith, Peter Peterson M. A. D. Donaldson.

The Clementines Homilies, Apostol. Constitutions.

Vol. XVIII, 1870, by Rev. S. Thelwall. D. Holmes, Robert Ernest Wallis.

Tertullian. — (accedunt fragmenta Dionysii pp. Romani adversus Sabellium, Victorini Petaviensis de Creatione et in Apocalypsin, Commodiani instructiones).

Vol. XIX, 1871, by Archideacon Hamilton Bryee LL. D. — D. C. L. — Hugh Campbell.

Arnobius: *The VII Books adversus Gentes.*

Vol. XX, 1871, by Rev. V. D. F. Salmons M. A.

Writings of S. Gregory Thaumaturgus.

The Works of Dionysius of Alexandria.

The Remains of Archelaus.

Vol. XXI, XXII, 1871 by William Fletches D. D.

Writings of Lactantius.

Testaments of the XII Patriarchs.

Fragments of II e III Centuries (ex Spicilegio syriaco D. Cureton).

Vol. XXIII, (cf. vol. X).

Origenes *Contra Celsum.*

Vol. XXIV, 1872, by William Macdonald M. A. George Rose Merry B. A. D. Donaldson.

Early Liturgies. — Fragments from Spicilegium syriacum.

Hoc monumentum antenicænum, hic ubi nuper furebant Knoxius et Buchanan, exegerunt optimi viri, consensu et alacritate christiana stupendi. Nec satis tamen: multa enim desiderantur, quæ potius esse alius instituti putem, quam ad manus non venisse aut remansisse ignota. Præter enim nostrorum trium tomorum Analecta, præter nonnullas stipulas Spicilegii Solesmensis, erit cui etiam sequentia in votis essent:

Ad S. Clementem *Didascaliae* vetustissimæ [1]) a Constitutionibus apostolicis non removendæ.

S. Theophili *IV libri allegoriarum.*

Tatiani et Ammonii *διὰ τεσσάρων.*

Origenis *Hexapla* et plura quæ latine circumferuntur.

Ad Hippolytum *Catalogus Pontificum* et *Chronicon* III sæculi.

Commodiani *Carmen apologeticum* [2]).

S. Methodii opera illa quae jam slavico innotuerant.

Sibylliaca et Orphica, a Christianis condita.

Censorinus *De die natali.*

Africani *Cestus* et *Geoponica* quae supersunt.

Anatolii Alexandrini Θεολεγούμενα, *Institutiones mathematicae*, etc.

Haud secus ac Firmicus Maternus *de errore profanarum religionum*, sane Hermiæ *Irrisio* vix apologistis non addenda erat.

Varia, P. Lagarde curante, jam egregie edita nempe: *Didascalia apostolorum* syriace, 1851.

Analecta syriaca, cum appendice arabica, 1858.

Libri veteris Testamenti apocryphi syriace, 1861.

Geoponicon in sermonem syriacum versorum quae supersunt, 1856 et 1860.

Doctæ Britanniæ forte placuissent plura quæ Galli ab Armenis libenter acceperunt, inter quæ:

Mar Apas Catina, *Vetus Armeniæ hi-*

1) *Iuris eccles. Graecor. Hist. et Monum.* t. I. p. 88. 91. 96. 103.

2) Vix illud novum et ignotum opus Commodiani lucem a *Spicileg. Solesm.* receperat, quum certatim illud aut ediderunt aut illustrarunt cl. VV. Ebert, Lambach, Roensch, Hilgenfeld, Ludwig, Dombart, quos recenset ultimus interpres Fred. Hanssen Lubecensis *De arte metrica Commodiani*, Argentorati, 1881. Neque Anglis ignotus est codex unicus Mediomontanus.

storia, ed. Vict. Langlois, Paris. 1867.

Bardesanis *historica et philosophica* ex fontibus graecis, armenicis et syriacis, 1867.

Agathangelus, *de regno Tiridatis et sancti Gregorii praedicatione*, 1867.

Leroubna Edessenus, *de Abgari historia* et *Thaddaei apostoli praedicatione*, 1867.

Zenobius Glagensis, Illuminatoris discipulus, *de historia Daronensi*, 1867.

Eznig Goghpensis *Confutatio hæreseon*, recentior quidem, sed quae maxime adversus Marcionistas antenicaena testimonia attingit.

Adde Concilia Caesariense, Lugdunense, Romana, Antiochena, Ancyranum, Neocaesariense, Eliberitanum, Arelatense, quae perinde atque Africana, Martinus Routhius in angustiorem suarum *Reliquiarum* apothecam ex magna parte cogere non neglexit.

Quid, si ad *Acta* martyrum convertimur, quorum seriem authenticam non præsumpsit Ruinartius, ipso sponte confesso, circumscribere?

Sed neque non desideratur in integra antenicænorum bibliotheca spissum spicilegium epigraphicum, quo non solum nomina gentilitia aut consulares fastus augentur, sed ut egregie erudito orbi significavit clariss. De Rossi, illustrantur ritus, mores, disciplina, dogmata priscae Ecclesiae, id quod clamant titulus Pectorianus et epitaphium Abercianum. [1])

Nolo lectorem compellere mecum in densam apocryphorum sylvam, quamvis promptus ad manum sit, nec tamen absolutus, syllabus trecentorum id genus librorum, qui procul dubio ex officina christiana et vetere venumdati sunt, ac non modica ex parte typis jam commissi.

Mitto aliam seriem Judæo - Christianam, nec numero nec mole minorem, quam ordiri videtur Pseudo-Philo in Chronico et de Therapeutis, conglobatim sequuntur Aristaeus, Aristobulus, spurii Homerus, Hesiodus, Linus, Orpheus, larvatus Æschylus, Pseudo - Sophocles, Euripidaster, et Trismegistus Hermes, alii adeo vetusti, ut etiam eos gravis Eusebius, post Justinum et Clementem Alexandrinum, confidenter in testimonium adduxerit.

Horret vero et dolet animus, dum rursus expungere cogor prolixum quem teneo indicem librorum hæresi vitiatorum: sæpius enim accidit, ut qui apud nos litteras uberius coluerant, turgido philosophiæ æstu abrepti, in castra hæreticorum deflecterent, atque stylo in gladium contra fratres verso, eo plus scribere furerent, quo stolidius insanire libuit. A Simone Mago ad Arium et ejus Thaliam, crescit eundo illuvies, ut jam ignotus scriba τῶν φιλοσοφουμένων, voragine impiorum librorum obrutus, alteram videatur penes se habuisse bibliothecam Alexandrinam.

1) Cf. Maffei *Epist. ad Bened. XIV* museo Veron. praefixa. - Id. *de Siglis graec.* Veron. 1746. - Zachariae *de veter. Christ. inscription. usu in rebus theologicis.* Thes. Theol. t. V. Venet. 1761 et 1813, alii quos recenset A. Trama *Storia universale della Chiesa catt.* 1883 t. 1 p. 19, etc.

Verum enim vero si qualicumque ambitu velis amplecti totum antenicænæ litteraturæ theatrum, macte animo, ac menti subeant quæ tempus et homines, ævo edaciores, sustulerunt, innumera opera Melitonis, Irenæi, Hippolyti, etiam Polycarpi et Papiæ, tum Hegesippi, Tatiani, Rhodonis, Tertulliani, Clementis Alexandrini, Justini, Julii Africani, Origenis, Dionysii Alexandrini, Methodii Patarorum. Ades animo, et tibi revocentur, quoad fas est, tot scriptores, inglorii fortasse, egregii non semel, quos, solo nomine excepto, inexpiabilis internecio peremit, quales sunt, ne omnes taceantur:

Quadratus, propheta dictus et primus apologista.

Apollonius, apologista coram senatu.

Anaxagoras, apologista apud Tertullianum laudatus.

Miltiades et Ambrosius, apologistæ.

Item Miltiades, *adversus Judæos, Montanistas et Valentinianos.*

Hermes fortasse ab Herma pastore distinguendus.

Archaeus, *de Pascha*, « qui post discipulos Domini episcopus fuit Leptitanæ urbis. »

Mnason, « vir apostolicus, adversus quem Philonis ἀντίῤῥησις exstat. »

Pothinus et Seniores Lugdunenses, polemici vates, apud Irenæum.

Seniores Alexandrini, apud Clementem et Origenem frequentissimi.

Pantænus, Candidus et Apion, *de Hexaemeron.*

Philippus Gortynensis, *adversus Marcionem.*

Palmas Amastrides et Bacchillus Corinthius, qui mittunt *litteras synodicas.*

Heraclites Corinthius, *in epistolas Pauli.*

Judas, *in Genesim*, et in *LXX hebdomadas Danielis.*

Sextus, *de Resurrectione.*

Abercius Hieropolitanus, cujus memorantur epistola et διατάξεις.

Arabiani διδασκαλικά.

Isidorus, *de Pascha.*

Hieronymus, apud Anatolium Alexandrinum.

Marcellus Sidetes, physicus et poeta christianus, *de Remediis ex piscibus.*

Musanus, *adversus Encratitas.*

Apollinaris Hierapolitanus, cujus *epistolas* memorat coævus Serapion apud Eusebium.

Theophilus Cæsariensis, *de Pascha.*

Modestus, *adversus Marcionem.*

Soteris PP. *epistola ad Corinthios*, et *adversus Cataphrygas.*

Dionysii et Pyniti Corinthiorum *epistolae* et *de Origine haereticorum.*

Serapionis *epistolae plures.*

Trypho et Hero, discipuli Origenis, quorum laudantur *Exegetica.*

Beryllus Bostrensis, quem Origenes ad saniora revocavit.

Geminus, Antiochenus presbyter.

Nepos, ægyptius episcopus, a Dionysio oppugnatus.

Basilides Pentapolitanus, *de tempore resurrectionis ad Dionysium.*

Eusebii Laodiceni *liber sacrarum doctrinarum.*

Theodorus, *de Canone Scripturarum*, apud Victorinum Petabionensem.

Athenodorus, facile Thaumaturgi frater, *de Hebraismo.*

Faustini Lugdunensis *epistolae binae* ad Stephanum PP. et Cyprianum.

Theognosti Alexandrini *Hypotyposes.*

Diodorus Tryphon, *adversus Manichæum.*

Alexander Cappadociæ, *in epistolam ad Galatas*, apud Hieronymum.

Rheticius Augustodunensis, *in Cantica canticorum* et *de Baptismo.*

Luciani *nova veteris Testamenti versio.*

Hesychii altera *sacrorum Bibliorum versio.*

Anonymorum versiones quae dicuntur V, VI, VII.

Joannis Josephi altera *versio* [1]).

II.

Litteræ igitur christianæ, nedum inter rogos martyrum sileant, continuo potius et frequenti concentu, Dominum scientiarum celebrant, et quo vehementius tyranni sæviunt, eo magis fervet opus, et ampliora volumina ad pedes boni Pastoris stipantur; ut confidenter dicere ausim, si excipias fecunda Constantini et Theodosii tempora, nullam esse a barbaris ad scholasticos periodum, quæ antenicænos testes numero et pondere superat.

Quid si, non obstante tot monumentorum strage, dum ea quae supersunt contulero cum flore et ubertate sequentium sæculorum, ego eo usque audeam, ut neque elegantia, nitore, nobilitate vinci musas antenicaenas profitear?

Latinos equidem præcones nostros non satis ore rotundo loqui concedam, quantumvis si eosdem cum supparibus Latii scriptoribus aequa lance perpenderis, nostri ut sidera in tetra caligine fulgebunt. Sed si Tertulliano, Commodiano, Arnobio africana incessit ruditas, iisdem sane nec rugitus, nec leonis ungues absunt. At vero quis Minutio Felici felicius scripsit? quis Cæcilium Cyprianum quondam rhetorem non suspicit? Quis Hieronymo consentiens, in Lactantio non agnoscit Tullium christianum? Novus omnes spiritus intus alit; veteres utres rumpuntur; inauditi erumpunt γλωσσόλαλοι; cuncti musto implentur, quod eructant Pentecostæ vates, veritatis ebrietate aestuantes, quos non pectus solum disertos facit, sed anima, sed conscientia, sed fides, sanguinis sigillo consecrata. Spretis rhetorum calamistris, ne-

1) De quibus singulis cf. Fabricii *Bibl. gr.* Harless t. VI, 714, 740, 741. t. VII, 154, 162, 163, 164, 168, 169, 172, 175, 176, 289, 290, 295, 298. - D. Ceillier t. II, 32, 131, 132, 133, 202, 203, 206, 207, 235, 355. - t. III, 284, 287, 297. - t. IV, 119. Addesis de Juda Maii *Spicil. Rom.* V, 144, Euseb. VI, 7. - De Anaxagora Tertullian. 1, 603. - De Archæo Maii *Spicil. Rom.* III, 707. - De Senioribus Lugdunensibus Routh *Reliq.* 1, 14. Funk. II, 401. - De Mnasone Anastas. *quaest.* p. 280. - De Athenodoro post Damascen. II, 752 vid. Maii *Script. Vet.* VII, 99, 105. Tum cf. varios de Athenodoro philosopho. - De Rheticio *Spicil. Solesm* 1, 170. *Patrol.* VI, 46. - De Marcello Sideta *Dissert.* C. Bergeri Horlacii, Hafniae 1819. - De Luciano P. de la Garde *libror V. T.* p. I. *praef.* 1883. - De Hesychio, Josepho, et vers. V. VI. VII. F. Field. *Hexapl.* prol. t. I, LXXI sqq. - Pleraque apud Routhium scite collecta omisimus, nec varia liturgica attigimus.

glectis grammaticorum lenociniis et quocumque auræ popularis ambitu, inauditus apud veteres dicendi nascitur ordo, severus et asper, audax, ingenuus, durus aliquando et abruptus, eo usque insolentior, ut deficiente prisca loquela ad divina dogmata enuntiandum, sæpe nova lingua quasi ex concionatorum visceribus et ossibus excieatur. Tandem enim vero, quod Tullius potius salutabat a longe quam prope cernebat, adest vir probus dicendi peritus.

Sed christianis ingeniis lætior favit et indulsit lingua omnium venustior quæ sub sole usquam insonuere, longe amænissima, plenissima, argutissima, Homeri et Platonis fabula. Fuere nonnulli κακόζηλοι, quibus placuit plurimos Patres Antenicænos platonicam ad palæstram trudere, quasi socratica placita temere concepissent, ut christianas inde sententias adultero fetu parturirent. Quibus satis et statim respondet Tertullianus, aiens nos non jam ex Stoïcorum, sed Salomonis ex porticu oriundos. Ut quid vero fateri nos poenitebit, Patribus nostris placuisse in primis genus dicendi platonicum; illis potiorem fuisse leporem academicum; eisdem volupe fuisse, Socratis ad instar, texere colloquia, dialogis gravissimas involvere disputationes, poetica vocabula plenis spargere manibus, dircæi interdum cycni sublimem volatum affectare, ut cœlestes disciplinas minus prædicare quam canere viderentur? Notatu dignum est, optimumque factu fuit, ut aurea Græcorum loquela primum in orbe fuerit verbi evangelici vehiculum, quæ nec solum in Oriente christiano floruerit, neque tantum Ecclesiæ incunabula vagitu beaverit suavi, sed vel inter Romanos Italosque, vel inter Gallos nostrates, tantam obtinuerit necessitudinem, ut per tria usque sæcula, in apologistarum certaminibus, in velitatione adversus hæreticos, etiam in Romanorum pontificum edictis græcus sermo perennaverit. Nonne in horto potius academico quam in obscura catechesi Clementis Pædagogus sedet et confabulatur? Neque alia est διάλεξις illa, quam cum Tryphone Judæo Justinus, in xysto Ephesino deambulans, persequitur. Haud indignabor, si Theophilus, Autolyeum allocutus, deprehendatur ore platonico arguere; nec si Methodius in Convivio Virginum ὑμνολογεῖ, aut cum amicis in ἰατρείῳ Aglaophonis disputans, ita academiae meminerit, ut vir quidam doctus omnes fere periodos aucupaverit in Phædro, in Gorgia, in Theaetete, in utroque Alcibiade latitantes [1]).

Sed præter academicam amœnitatem, aliud est vetustiori nostrorum hierophantum choro singulare, proprium et individuum, vix ac ne vix quidem serius renovandum, τὸ ὕψος καὶ τὸ σεμνὸν, nescio quid archaïcum, altum et profundum, quasi hieraticum dicendi genus, medium hellenicas

1) Alb. Iahn. S. *Methodius Platonizans*, 1863.

elegantias inter et propheticum τὸ δριμὺ Hebræorum et Orientalium. Sane propheta Papias audit, propheta Melito, propheta Quadratus, apologistarum princeps. Haud alia est, ut ad nostra revertar, Melitonis mei eximia ἔκφρασις de Baptismo, quæ horum Anecdotorum praeludio data, potius paschalis hymnus videtur quam concio ad cathecumenos effusa. Ejusdem modi sunt Seniorum carmina apud Irenæum, ac pleraque Hippolyti commentaria, Canticis canticorum et Joanneo evangelio aptissima. Talia sunt Seniorum Alexandrinorum extemporalia scholia, quæ jaculorum instar emicant. Quid dicendum de puerorum melopœia apud Clementem? de psalmo virginum apud Methodium? Et de illa alterius Clementis Romani pagina, nuper novæ Romæ rediviva, in qua omnes quamdam fratrum cantilenam agnoverunt, haud fortuito cum vetustis liturgiis simillimam? Utinam liceat huc revocare Areopagitæ grandiloquentiam, cui ego, ut candide loquar, nullam invenio in seriori ætate sedem, quin cycnus inter olores censeatur. Ut ut est, eo magis nostrorum os vix mortalia sonans stupeo, quod eodem in tempore exsangues classicorum hæredes, etiam apud Græcos, ita aurum plumbo commutant, ut plerique sint sophistae, scholiastae, grammatici, medici, astrologi, technici vilium artium opifices, et ultimi subsellii didascali.

Sed altius repetundum fortasse est illud musæ antenicaenæ arcanum: ab igneo nempe flamine, quod in cœnaculo primum, postmodum in cœtibus christianis linguas inspersit flammivomas; ab aestu pectoris fide, spe, amore conflagrantis; ab impetu animi recenti Christo occursantis; ab hymnis etiam et canticis spiritualibus, quotidie ante lucem per ora fratrum erumpentibus, ac necessario veluti rhythmo, jubente divino numine, et quasi lyrico volumine et tripudio concinnatis. Et hoc etiam censor quidam gravis et acutus, notare non dubitavit in coronide epistolae ad Diognetum, ut etiam metra iambica, trochaica, anapaestica connumerare, et doctis confidenter proponere in hunc modum juverit [1].

Ἤτω σοὶ καρδία γνῶσις,
Ζωὴ δὲ λόγος ἀληθής, χωρούμενος·
Οὗ ξύλον φέρων καὶ καρπὸν λαβὼν
Τρυγήσεις, ἀεὶ τὰ παρὰ θεῷ ποθούμενα·

1) D. J. L. *Jacobi, Zur Geschichte des Grieschischen Kirchenliedes Anal. sacra Spicil. Sol. etc.* p. 199.

Ὧν ὄφις οὐχ ἅπτεται,
Οὐδὲ πλάνη συγχρωτίζεται·
Οὐδὲ Εὔα φθείρεται,
Ἀλλὰ παρθένος πιστεύεται,
Καὶ σωτήριον δείκνυται,
Καὶ ἀπόστολοι συνετίζονται,
Καὶ τοῦ Κυρίου πάσχα προέρχεται,
Καὶ κηροὶ συνάγονται,
Καὶ μετὰ κόσμου ἁρμόζεται,
Καὶ διδάσκων ἁγίους ὁ λόγος εὐφραίνεται.
Δι' οὗ πατὴρ δοξάζεται,
Ὧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Esto tibi cor scientia,
Et vita verus Λόγος comprehensus 1):
Cujus ferens lignum et fructum sumens 2),
Delicias habebis semper a Deo optatas,
Quas anguis non attingit,
Quibus fraus non accedit.
Neque Eva corrumpitur,
Sed fidelis virgo manet,
Et salutis dator 3) *ostenditur:*
Et apostoli arguti fiunt,
Et Domini pascha antecedit,
Et taedae colliguntur, 4)
Et cum decore ordinantur;
Et Λόγος docens sanctos 5) *laetatur,*
Per quem glorificatur Pater,
Cui laus in saecula.
Amen.

Graeca pervenerunt ex unico codice Strateburgensi qui barbarico Bibliothecæ incendio ambustus est.

1) Cf. Patrol. II, 1167. Matth. XIX, 11. 12. Patrol. male χορούμενος.

2) Cod. in lacuna, binis tantum litteris deficientibus, habuit ..ρῶν. Unde Steph. καρποῦ ἐρῶν. Sylburg. καρπὸν ἐκπληρῶν. Vulgo καρπὸν δρῶν. Placet λαβὼν levi uncialium mutatione ΡΩΝ — ΒΩΝ. Innui videtur Eucharistia, quod sequentia confirmant, τὰ παρὰ θεῷ ποθούμενα, sive τὰ ἀγαθὰ, ut describi solebant mystica dona.

3) Ad litteram *salutare*, id est Christus servator.

4) κηροί. sic ed. princeps. pro quo Sylb. καιροί, Galland. Jacobi, Funk. χορο'. Lachman

III.

Poetica autem et lyrica εὐφημία, qua veteres nostri haud sine hieratica majestate pollent, potissimum oriri, ut dixi, videtur ex perpetua cum Scripturis sacris consuetudine. Et sane, consideranti illam vetustatem, nihil majorem movet admirationem quam biblicus labor inter carnificum ungulas exantlatus.

Instituenda primum erat canonica et authentica series sacrorum librorum: cui muneri schola omnium antiquior Ephesina impigre incubuit, quum vir apostolicus Melito Orientem peragravit, ecclesiarum hac de re testimonia comparaturus. Eodem tempore conditus est canon qui dicitur Muratorianus. Neque recentior fuerit tertius canon qui in prisca versione epistolae sancto Barnabae ascriptae ad calcem unici codicis Corbeiensis inseritur. Paulo post memoratur Theodorus quidam eidem penso manum admovisse. Ex mole et varietate commentariorum hujus ævi, quorum ad nos memoria pervenit, nemo non intulerit, ante saeculum tertium tam veteris quam novi fœderis canonem fuisse absolutum, et apud majores ecclesias receptum.

De novo enim Testamento quis dubitaverit, quum Tatianus, uti nostra ferunt Anecdota apertissime, concordiam quatuor evangeliorum texuerit, quam paulo post Ammonius Alexandrinus aut ex syriaco recepit, aut novis curis graece instituit.

Sed in gravi et arduo opere versionum ex archetypo hebraïco aut graeco derivatarum, ecquae alia aetas invenietur, quae robustiores lacertos et frequentius in vèrtendum biblia intulerit? Apud Graecos haud pauciores quam decem interpretes plus minus integri post LXX assurgunt. Praeter Italam latinorum, perspicuitate et auctoritate insigniorem, testes locupletissimi tradunt, innumeras fuisse per singulas provincias interpretationes, publico usu receptas.

Hellas autem christiana in primis laudem meretur immortalem, cum tam alacriter studuerit, praeter LXX, religiose colligere famosas versiones Aquilae, Symmachi, Theodotionis, qui, adhuc superstite synagoga, ab ultimis ejus oraculis sententias θεοπνεύστους hauserunt et posteritati commendarunt. Quae quum a saeculo secundo jam ad Occidentales, teste Irenaeo, per-

πηρεί. Retinenda potius lectio princeps. Videtur enim eleganter describi pompa paschalis, candelis et luminibus collustrata; immo vix φῶς ἱλαρόν, Christo dicatum, fratribus solemne, in sequentibus omittitur. Cf. Gebhardt, Harnack, Zahn. PP. app. opp. fasc. 1 1878 p. 166, ubi multæ varietates ex apographis et conjecturis cumulantur.

venerint, utinam ad nos usque permansissent integriores. Teste item Origene, quartus interpres apud eum dictus Hebraeus eidem se operi accinxit, tum quintus, sextus et septimus Hexaplis symbola attulerunt.

Nec satis: ante pacem Ecclesiae floruere studia Luciani, Hesychii, Pamphili et Eusebii, certatim hebraicam veritatem persequentium, dum apud Syros Edessena ecclesia versione Peschito dicta jure merito superbiebat.

Quod igitur spectat ad litteralem, quam dicunt intelligentiam sacrorum librorum, iterum quaero an ante novissima philologiae biblicae tempora, ulla exstiterit quae magis quam schola martyrum in declarandis Scripturis sacris alserit et insudaverit.

Immo plures scholae tum temporis florebant. Quae ergo? Prima sane Romana, prae caeteris praestantior. In Urbe enim per longa temporum spatia, nec sine quadam successione, publica in cathedra docuere Justinus, Rhodo, Caius, Hippolytus, et tanta cum celebritate, ut Romam concurrerent non solum viri docti et summi ingenio, Hegesippus, Tertullianus, Origenes, sed curiosi plerique et novarum rerum venatores, Valentinus, Marcion, Cerdon, Praxeas, Corpocrates, Cleomenes, Artemas, Apelles, Aechines, Sabellius, alii.

Ac ne Romanae scholae programma lateret, id adhuc publico marmori insculptum intuemur in Hippolyti cathedra lateranensi. Tam ex illa stelographia quam ex locupletissimo ejusdem doctoris operum elencho, in certis deducto fragmentis, inferendum est, Romae totam seriem sacrorum librorum, ab Hexaemero ad Apocalypsim, publice expositam fuisse. Praeterea Irenaei discipulum fuisse Hippolytum constat, quamvis eum neque Lugduni, neque in Oriente audiverit, unde videretur ad eum Romae docentem accessisse. Adde quod idem grande opus exegeticum deprehenditur in aureis Irenaei segmentis, quae ad omnes fere Scripturas spectant. Quum autem vero vix simile sit Lugdunensem episcopum inter Celtas potuisse hunc cyclum emetiri, nec nisi juvenis in Asia vixerit, quaerendum venit, utrum, dum saepe et diu Romae moraretur, doctrinae magno decore commendatus, in schola Romana magister quoque, Justinum inter et Hippolytum, sederit [1]).

Irenaei ad Florinum epistola, in hoc tomo armenice edita, unico nos et candido testimonio docet, qualis esset apud Asianos non magistrorum, sed seniorum didascalia, quae ab Joanne apostolo tramite continuo transit ad Polycarpum, ad Papiam, ad Melitonem, fortasse ad Abercios et Apollinares Hierapolitanos. Juniores ab ore seniorum pendentes, et pro re nata

1) Integros ejus quinque libros adversus Hæreticos versabat tunc Romae, dum innumeros libros et scriptores exagitaret, ignotus nebulo qui scripsit τὰ φιλοσοφούμενα,

de primis Apostolis dicta et gesta siscitati, brevia responsa colligebant, fasciculumque eorum in hunc praesertim finem servabant, ut tam haereticorum amoverent zizania, quae per hos tractus pullulare non destiterunt, quam ut traditiones allegoricas, Asianis gratissimas, juxta fidem veterum posteris traducerent. Neque aliter rem se habuisse apud Antiochenos suadent Theophili Dialogus ad Autolycum et ejusdem mysticus in quatuor evangelia commentarius.

Eadem seniorum auctoritas etiam in schola Alexandrina major fuit quam vulgo creditur. Quantumvis videantur privato ingenio indulgere Clemens, Origenes, Dionysius, incredibilis est copia veterum testimoniorum quæ nobis servaverunt. Tessellatum opus vere alexandrinum sunt Clementis Stromata, Paedagogus et Cohortatio ad Graecos. Origenes timere se fatetur, quoties a priscis non pendet, nec tantum ad Christianos, sed ad Judaeos, suspectos licet et infensos, saepissime confugit. Unde nobis aequum visum est infra facere Senioribus Alexandrinis locum insignem, sed exiguum, ad nova tantum proferenda: quanto plura suppetunt, si quis totum opus origenianum evolverit?

Ex quo opere palam est, tam Alexandrinis quam Romanis cathedris eamdem inolevisse consuetudinem exponendi perpetuam librorum sacrorum seriem. Exemplum dedit Pantaenus, cui Hexaemeron ascribitur, et quem ab Indis ferunt Mathaei exemplar reportavisse. Clemens ultimas attigit epistolas canonicas. Sed unus est in toto spatio aevi christiani magister Origenes, qui triplici excursu scholiorum, homiliarum et commentariorum universum canonem sacrorum librorum perlustravit, triplici videlicet et giganteo itinere emensus immensum stadium, quod alius vix semel per longam et tranquillam vitam ausus est aggredi. Et hoc in aevo martyrum, vix non martyr! quod sane portentum numquam posteritas satis mirabitur. Unde Hieronymus, qui omnes magnarum ecclesiarum bibliothecas excusserat, dum seriem ex parte recensuit operum Adamantii, in tota antiquitate graeca et latina solum Varronem invenit cum Alexandrino aequiparandum.

Quid quod idem majus et multo incredibilius aedificium a fundamento ad fastigium condidit et perfecit, immo ter quaterque redintegravit, quum Tetrapla, Pentapla, Hexapla et Octapla, Pharaonicarum instar pyramidum, construxit; in quibus, toto Oriente perlustrato cum Graecia et Italia, ad Romam usque, unde unde corrasis et coacervatis interpretibus, quotquot extiterant, intra quatuor, quinque, sex et octo, fortasse et novem columnas, contulit cum archetypo sacro, et sub uno oculo proposuit Septuaginta, Aquilam, Symmachum, Theodotionem, Samaritanum, Hebraeum et Syrum interpretes, cum versionibus quae dicuntur quinta, sexta et septima, ab ipso detectis? Tantae molis erat quadruplex opus, ut unicum extitisse

exemplar feratur, ab Alexandria Caesaream inter procellas translatum, tandem absumptum in turbine sarracenico. Quod quamdiu in terrae sanctae hospitio substitit, etiam post fata Origenis, permansit quasi turris cum ignea columna perennis, cujus ad facem accensam undequaque viri docti et curiosi, veluti ad magistri cathedram, concurrerunt. Hic enim aut non procul ab hoc meditullio certatim bibliis sacris incubuere Pamphilus, Eusebius, Lucianus, Hesychius. Inde Basilius et Nazianzenus flores selectissimae Philocaliae decerpserunt. Huc Nyssenus accessit, neque cessavit magistrum ad astra tollere. Huc etiam Latini vario studio accersiti, Hieronymus et Rufinus, calamos exacuere, quorum ille suam quoque condidit sacram Bibliothecam, hic vero cum Origene plures Graecos Latio donavit. Quid si Hilarius Pictaviensis et Eusebius Vercellensis, haud procul exsules, inde reportarunt origeniana, quae latino acumine purgarunt? Neque etiam schola Antiochena, licet ab Origene aliena, multa sibi ab illo comparare neglexit, ut passim in Theodori Mopsuesteni, Joannis Chrysostomi, Theodori Heracleotae et Theodoreti paginis apertissime patet. Ex eadem aurifodina Caesariensi haud temere quis suspicatur suos thesauros accepisse Catenarum opifices, Procopium Gazaeum, Polychronium Apamenum, Olympiodorum, Ammonium, alios; ne retexantur ea quae alibi fuse de interpretibus Origenis pedissequis diximus.

Hactenus haec, de litterali Scripturarum studio, quod profecto non minus in aetate antenicaena floruit quam in qualicumque aevi christiani periodo, ne hodierna quidem excepta. Sed quid de allegoriis, quas vel sola Origenis umbra, haud sine invidia, horrescere facit?

IV.

Grave ac nobile quantumvis hoc argumentum sit, pauca dicturus sum, quum nequeam alia bene multa revocare, quae ad calcem hujus tomi fuse persecutus sum de troporum sacrorum origine, antiquitate, opportunitate, maxime in primaeva aetate. Dixi enim inter alia, factu optimum fuisse, sive ethnicos respexeris, sive Judaeos, sive haereticos, sive Christianos, allegorico uti magisterio, nec recedere ab exemplis apostolorum et prophetarum, a vestigiis ipsius Christi. Duo tantum addidero, quae minus attendi solent, unum de dogmatica allegoriarum ratione apud Antenicaenos, alterum de morali earumdem emolumento, quo mirum in modum animarum saluti et sanctitati consultum fuit.

Ac primum solemne erat hujus aevi Patribus, creationem arctissimo vinculo ad Verbum creatorem admovere, ejusque imaginem ac revela

tionem in toto rerum visibilium spectaculo intueri et contemplari. Quod profecto ineptum esset eo usque urgere, ut creatio illis altera foret generatio Verbi; tum impium et absurdum opinari, ut olim voluere quidam, ne de hodiernis sequacibus loquar, nempe antenicænis testibus obscurum fuisse et ambiguum dogma de Verbo Patri coæterno et ὁμοουσίῳ, ac sicuti essent opinati qualicumque progressu Verbum ad creaturas accessisse, ita ipsi paulatim devenissent ad perspicuam fidem Nicaenam. Id unum concedendum existimo, quum de κοσμοποιΐα caligo multa philosophos vexaret, nec pronum esset eam declarare cum Gnosticis subtilissime disputantibus, potissimum doctoribus nostris placuisse totum mysterium in Verbum, sese omnium rerum opificio manifestans, rependere. Inde promptum erat Verbi creatoris imaginem in omnibus elementis intelligere, ejusque sigillum detegere universis creaturis impressum. Praeiverat Paulus aiens [1]: « Invisibilia ipsius a creatura mundi per ea quae facta sunt, intellecta, conspiciuntur: sempiterna quoque ejus virtus et divinitas. » Hoc fuit *Clavis* Melitonianae proprium et summum decus, in qua totius creaturae compago, qualis in cantico trium puerorum evolvitur, perpetui hymni instar, ad Verbum dirigitur, totusque naturalis moles evehitur ad supernum et invisibilem aut Christi aut Ecclesiae aut christianae animae ordinem. Idem exegit Theophilus Antiochenus, nisi quod in vicem rerum facta evangelica sumens, totum foedus novum in quatuor libros vertit allegoriarum.

Ineptum igitur est Photii calumniam recantare, a Philone omnem allegoricum Scripturae sermonem venisse, [2]) videlicet ab homine vix recutito, nullius vel apud suos auctoritatis. Nec minus incongruum addere, a solo Origene oriundas esse has fabulas, «quibus ex quocumque textu, ut aiunt, quodcumque dogma extorquetur.» Scilicet Barnabam, Melitonem, Thophilum ab animo Origenis praeexistente pependisse, ac post illum caecum caecos ivisse per saecula tot graves doctosque Scripturarum interpretes!

Ne autem justos ultra limites mystica theoria lasciviret, prudentissima usi sunt cautela, dum vellent cum Melitone, certo Scripturae sacrae oraculo formulas allegoricas arctissime devinciri, ac juxta leges antiquitus receptas. Leges enim sunt, teste Origene ipso, teste Eusebio, et quidquid ganniunt quibus vel umbra typica cane pejus et angue fit, leges anagogae sunt, τῆς ἀναγωγῆς νόμοι [3]), et legislatores sunt conscripti illi patres, qui per duodecim et amplius saecula de manu in manum symbola unanimi consensu recepta et publici facta juris traducunt et tenent.

Quaerenti autem quae causa fuerit hujusce consuetudinis, altera sum-

1) Rom. 1, 20. — 2) Photii *Biblioth.* et infra p. 295, 296 sæp. Cod. 105. — 3) Cf. indicem rerum v. *Allegoria*.

ma lex occurrit, salus animarum. Quum in coetibus publicis verba sacra intercederent, quum ex ambone semper paginae sacrae in quacumque synaxi recitarentur, sane priscis interpretibus non multum erat nudam litteram et jejuna nomina excutere, arida temporum puncta et discrimina ventilare. Sed quum in sacris oraculis evolvendis summopere interesset Christianorum sanctitati prodesse, in hoc potissimum nervos et lacertos intenderunt. Mirum est quanta cum solertia, quanto acumine, quanta varietate, omnia ad sanctitatem augendam et ornandam convertant; etiam diverticula persequi affectant, etiam allegorias et parabolas undecumque accersunt ad animos expergefaciendos. Quot versus, tot monita: quot vocabula, vel Hebraeorum, tot vitae exempla; quot apices, tot morum sacramenta.

Quid utilius et aptius ad morigeratos alumnos quam Clementis Paedagogus, quam Hermæ Pastor, quam Theophili Allegoriae? Origenes præ caeteris, quod minus notatum est, mihi videtur optimus morum magister. Nec solum, pro consuetudine didascaliæ, probe et scite elementa christianae virtutis suggerit: sed ulterius progressus, incrementum sanctitatis usque ad fastigium, qua data occasione, promovet; ascetica etiam arcana, more recentiorum et peritiorum, facile enucleat. Novitiorum moderatorem dixeris, quum penetralia mentium rimatur, quum secretos animi sensus introspicit, quum obscura tentationum diverticula collustrat: vix non putaverim ita plures ex eius discipulis primos in eremo fuisse vitae monasticae conditores, sicut compertum est non paucos ex illius catechesi ad heroica martyrum certamina convolasse. Unde nimius ego non videar, dum praecipuo ad Origenem respectu, hisce tomis tum primum accedere jussi rerum indicem moralium et asceticarum.

Macte ergo, o genus nostrum, atque comminisci lubeat quod allegorico et vero colore pinxit apostolicus scriptor epistolae ad Diognetum:

« Quod est in corpore anima, hoc sunt in mundo Christiani... Inclusa « quidem est anima in corpore, sed ipsa corpus conservat; et Christiani « detinentur in mundo, tamquam in custodia, sed ipsi mundum conservant. « Immortalis anima in mortali tabernaculo habitat; et Christiani illa quae « corruptioni sunt obnoxia, tamquam inquilini, incolunt, incorruptibilitatem « exspectantes. Anima, dum cibi et potu male tractatur, fit melior; et dum « Christiani suppliciis afficiuntur quotidie, numerus eorum crescit. Deus « illos tam insignem tenere locum voluit, quem illis nefas est defugere. »

V.

Ita-ne Antenicæni Patres fuere optimi morum magistri, disciplinæ allegoricae vel in minimis custodes, sacrorum librorum operosissimi interpretes,

veri, justique tenaces, quin tamen iidem sint rudes et infantes circa prima evangelii elementa et ipsa fidei christianae fundamenta? ita-ne est? Ecce non jam ab heterodoxis, sed a nostris et a veterum rerum et hominum cultoribus, coram Ecclesia, expostulantur Antenicaeni de ipsis doctrinis quas coram imperatoribus confessi sunt. Inquiruntur de symbolo quod cum cruore sigillarunt. Imbecilles in re dogmatica et tirones conclamantur veterani a bello reduces, victores sophistarum, cujuscunque cacodoxiæ flagella. Nullis opinionum certaminibus impares fuerunt, et qualia certamina erant? Ullum-ne in aera christiana sæculum peperit erroris monstrum periculosius quam Gnosticam immanitatem? Ullus-ne sophista unquam surrexit infestior quam Celsus aut Porphyrius? Esto quod Valentinum debellaverit Irenaeus, Crescentium Iustinus, Celsum Origenes, Porphyrium Methodius, omnes Tertullianus; nae, usque ad Nicæna decreta de Deo Uno et Trino, de Verbo coaeterno et consubstantiali, de Christo Domino et Creatore ineptierunt, neque tantum in obscuris angulis erratum est, sed Antiochiae, Alexandriae, Romae, et in ipsis scriptis ad imperatores solemni legatione delatis, atque ipsa audiente et legente Pontificia majestate!

Verum, o superi, non de Patribus, sed de Deo, de Christo, de Ecclesia agitur: de Deo, qui nedum orbi Christiano illuxerit, per tria saecula tenebras ingruere toleravit; de Christo, qui quum promiserit a Spiritu docendam esse omnem veritatem, doctores ipsos permiserit gravissime falli; de Ecclesia, quae, quum nullas unquam inferni portas contra eam praevalere oporteat, tria exspectavit saecula, ut tandem non vinceret Ariana impietas jam inveterata.

Toedet et dolet ea persequi, quae missa facere primus animus erat. Ad nostra quod spectat, si pauca et levia excipias, suo loco notata, nihil invenimus, vel in Origene, quod delicatulas aures offendat. Unus et alter censores Romani nostra expendere in severa theologiae trutina jussi sunt: unus orientalium doctrinarum peritissimus theologus, alter sacrae inquisitionis dictus qualificator, in Urbano collegio dogmaticae theologiae emeritus lector, ambo communi suffragio nostra esse innnocua declararunt. Plura si quis et minutiora de singulis sacrae theologiae punctis et articulis optaverit, eum monemus ut ad locupletissimos rerum praecipuarum indices tribus tomis subjectos se bonum et aequum recipiat. [1])

1) Sat fortasse erit adire breviorem indiculum ad calcem hujus tomi, in quo exhibentur subsidia dogmatica, quae ex sola clavi Melitoniana derivantur p. 618.

PARS SECUNDA

DE ANTENICAENIS ANALECTIS.

Post plurima saeculorum lustra ad lucem tot veterum Patrum testimonia revocari nequeunt, quin diligens et curiosus lector primum omnium anxie et sollicite quaerat, quibus ex fontibus cuncta eruantur, an legitima proferantur scripta, et quo jure nobili vetustate superbiant, qua demum auctoritate, integritate et sinceritate commendentur.

Graeci, orientales et latini codices, bona manu exarati, copiosi, annosi, insignes, nobis primo respondendi argumento sunt. Quorum si quis diligenter consideraverit sive tabellam ad calcem cujusque tomi appensam, sive apposita opportune singulis opusculis aut scholiis sigla et elogia, nobiscum suadebitur haud levem esse horum testium consensum. Alii enim referunt spectatissimos unciales typos primæ aut secundæ ætatis, sive teretes et rotundos, sive acutos et obliquos; alii certis vestigiis, etiam opportunis erroribus, affinitatem vicinam produnt cum archetypis aut primis apographis, quales sunt Claromontanus ad Clavem Melitonianam, Vaticanus capitalis ad Origenis in Job scholia, et Eucherianus codex saec. VI, quales duo Ottoboniani in minutissima scriptura sæc. X ad psalmos et prophetas.

Tum recte notavit Cramerus, accuratissimus catenarum oxoniensium editor, raros ac breves recipi locos Patrum priscorum, ac fere semper sine varietate religiose rescribi. Idque verissimum est, nisi quod Origenes ob amplitudinem commentariorum cæteris frequentius et abundantius occurrit, qui tamen pro sua perspicuitate et singularitate, satis integer et obvius per varios codices transmeavit. Præter quam quod codices nostri aut vetusti sunt aut multo vetustiores referunt, aliud præstat: Graecarum catenarum noti opifices, Procopius, Polychronius, Olympiodorus, Ammonius ad sæculum circiter sextum pertinent, unde præ manibus habuere exemplaria omnibus quae novimus multo anteriora et ab ipsis archetypis brevi intervallo remota.

Sed ecce in catenarum sylvam, periculis et probris diffamatam, ingredimur. Scio a multis hanc invidiam recantari, sed neminem neglexisse, data occasione opportuna, larga manu ex hac sylva nefasta lignum, tabulas trabes ultro caedere. Hercle, flammis devovenda erit pars fere dimidia veterum patrum, succisis catenaram subsidiis. Totus Irenaeus graece, syriace, armenice in auras evanescet; duo Hippolyti tomi frustra fuere a Fabricio constructi; etiam severiores Maurini harum laciniarum spissos fa-

sciculos ex industria congesserunt, quae *selecta scholia* Origenis, Irenaei, Justini, aliorum confidenter dixerunt. Gallandius eadem vestigia pone relegens, non paucos manipulos venetos magnis nominibus honestavit. A. Maius tandem ex iisdem catenis quae nobis præsto sunt, magna ex parte redivivos fecit Didymum, Eusebium, Cyrillum Alexandrinum, Asterium, Julianum etc.; immo ex integro et multo cum encomio Procopium, insignem hujus furfuris molendinarium, publici juris fecit. Hæc querulo et fastidienti exempla sunto.

Caeterum non eadem est horum collectane orum facies, non idem pondus. Alia indoles biblicarum catenarum, quae videntur fuisse piæ meditationis pabulum et plebeiæ consuetudinis, ideoque lepidis sæpe et amœnis picturis haud sine sumptu illustratæ, quarum tamen scholiorum sinceritatem majestas Scripturarum servavit. Alia vero diligentia dogmaticorum συνταγμάτων, quæ quum arma essent digladiantium, affabre et industriose cudi et perpoliri debebant, qualia sunt Damasceni *Paralleta*, Anastasiorum analecta, Leontii testimonia, et Joannis illius ἱεροὶ λόγοι, ex quibus centum fere scriptores, plerosque hactenus ignotos, Maius in lucem feliciter eduxit. Quales denique sunt locupletissimæ Orientalium syllogæ quæ tomum nostrum quartum magna ex parte pepererunt.

Haud tamen ego dissimulaverim, mirum in modum me saepissime vexatum fuisse in hisce catenarum molibus excutiendis; quum enim pars foliorum major et nobilior verbis sacris reservetur, neque amplitudo marginum minui soleat, exiguus circuitus superest, in quo brevi spatio condensa patrum scholia coacervantur; inde cum minutissimo charactere, monstra compendiorum innumera, intricata, ac non semel laciniae mutilae et disjectae ad desperandum. Adde quod quum Vaticani codices foras non exeunt, oportuit eos citato oculo et horis parcissime liberis perlustrare; procul ergo a membranis, domi, inter negotia gravissima, nocturno plerumque tempore, sub lampadis luce maligna, cum oculis natura debilibus, ex senio insuper et curis acie visus offensa, oportuit schedas componere, graeca instituere, latina trutinari, deinde cum typis vesanis colluctari, plagulas ter quaterque repurgare frustra, prooemia, notulas, auctaria compingere: et haec omnia solus ego plerumque sustinui [1].

Satius fortasse fuisset, de qua re olim prudens Dubnerus monuit me, graeca, ut in codice jacent, nuda proponere principi quam dicunt editioni. Sic enim Angli, sic se Germani expediunt, immensi fastidii et acris censurae pondus effugientes, cum periculo lectoribus aenigmata venditandi,

1) Qui mihi quondam strenuus συνεργὸς rarus adfuit ab initio, ac demum in medio me liquit, II. Stevenson, affecta nimium valetudine, itinere deserere coactus est.

nulli saepe Oedippo, neque ipsi venditori extricanda. Ego vero, quacumque invidia urente, malui nonnullis notulis addere operosam et perpetuam latinitatem, quae obvii in vicem commentarii inserviat.

His praemissis, ex ordine deinceps chronologico, sequatur scriptorum agmen, cum novis identidem impedimentis anecdoctorum, quae vel opportuno tempore non fuerunt praesto, vel maturiori indagini reservata sunt.

SAECULUM PRIMUM

SANCTUS CLEMENS ROMANUS.

I. Ex epist. I *ad Corinthios* t. II, p. 1

II. Ex epist. II ad eosdem, t. IV. p. 1, 276.

III. Fragmentum spurium, t. IV, p. 2, 276. Cf. *Prolegom.* p. VII. VIII.

IV. *Pseudo Clemens.* quaestiones et responsa ex *Recognitionibus*, uti infra.

V. Ex libro I *Periodorum in Caesarea.*

I. Tanta est, haud immerito jure, doctorum sollicitudo de Clemente Romano, quocumque idiomate reperiatur, ut ex integro dare non distulerim locum primae epistolæ ad Corinthios, ab A. Maio memoratum, et frustra hactenus requisitum inter codices Vaticanos, sed satis exigua varietate notandum.

II, III. Quaecumque spectant ad tomum IV, in ejusdem prolegomenis fuse explicantur. Occasione autem data, codicem Parisiensem, quem miror a nemine, ni fallor, collatum, comminisci juvat: Coislinianus est sub num. 279, olim fortasse neglectus, vel a Maurinis, quia visus est eadem continere quam Damasceni *Parallela*, ex codice Claromontano, nunc Oxoniensi, pervulgata. Sed Coislinianus syllogen continet damascenica recentiorem, in qua Photius adducitur cum multis Philonis et Methodii novis anecdotis, quae infra dabimus, et alia quae mox succedunt. In quo igitur codice quinque fragmenta Clementi ascribuntur, et quidem duo ex epistola secunda ad Corinthios.

Incipit primum f. 34 paulo aliter ab edd. ex cap. XX: *Μὴ ταρασσέτω τὴν καρδίαν*, pergit usque ad *κερδαλέον διώκοντες*, cum his varietatibus: *οὐδεὶς γὰρ τῶν δικαίων.. εὐθέως ἀπεδίδου*, omisso *συντόμως*... tum var. *οὐ διὰ τὸ εὐσεβές*. Cf. *Patrol.* 1, 456, Hilgenfeld. 84, Funk, 1, 168.

Locus secundus f. 244, sub hoc titulo: *ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β'. ἐπιστολῆς* incipit: *Ὁ τὸν παρόντων*, pergit ad *περιβολὴ γίνεται*, plane ut in Patrol. 1, 457, in auctariis, quae quidem potius Clementem Alexandrinum sapiunt.

Ex tribus cæteris fragmentis, duo infra recitantur (IV, V). Tertius f. 246 occurrit in *Clementin.* hom II (P. Lagarde p. 32, 13-19), nonnullis omissis, unica varietate vix excipienda: *ἀσυνειδήτως*.

Sequentia (IV, V) aut editis desunt, aut novum *Clementinarum* codicem produnt, a duobus cognitis alienum. Quae uncinis includuntur, omnino desiderantur apud Lagarde, p. 35, 21. Locus libri I *περιόδων* quaestionem movet an *Recognitiones* et *Homiliae* a *Periodis* secernantur, quas singulari nomine memorant Origenes *Philocal·*

22, Eusebius H. E. III, 3, 33, Hieronym. *adv. Jovin.* 14 et *ad Galat.* I, 18, Concil. II Nicaen. Act. V, etc.

IV. Ἐρώτησις [1]) Κλήμεντος πρὸς τὸν ἅγιον ἀπόστολον Πέτρον.

Κλήμ. Πῶς τῶν γραφῶν λεγουσῶν ἀγνοεῖν τὸν Θεόν, [ὡς ἡ περὶ τὸν Ἀδὰμ ζήτησις ἐμφαίνει] σὺ λέγεις πάντα αὐτὸν γινώσκειν;

Ἀπόκρ. Ὁ τὰς Βίβλους γράψας, καὶ εἰπὼν πῶς ὁ κόσμος ἐκτίσθη, ἄνθρωπος ἦν ἢ οὔ;

Κλήμ. Ἄνθρωπος ἦν.

Πέτρος. Ἀνθρώπῳ οὖν ὄντι πόθεν δυνατὸν ἦν εἰδέναι ἀψευδῶς πῶς [πρὸ ἀνθρώπων] ὁ κόσμος ἐκτίσθη;

Κλήμ. Ὅτι προφήτης ἦν.

Πέτρος. Εἰ οὖν προφήτης ἄνθρωπος ὢν διὰ τὸ ἀπὸ Θεοῦ εἰληφῆναι πρόγνωσιν οὐδὲν ἠγνόει, πῶς αὐτὸς ὁ δεδωκὼς ἀνθρώπῳ τὸ προγινώσκειν, Θεὸς ὢν ἠγνόει [ὃ ἄλλῳ δεδώρηκεν.];

Κλήμ. Ὀρθῶς ἔφης.

Πέτρος. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς [μόνος] πάντα, [ὡς ἀποδέδεικται], προγινώσκει, ἀνάγκη πᾶσα ψεύδεσθαι τὰς λεγούσας γραφὰς αὐτὸν ἀγνοεῖν [τι μὴ νοεῖσθαι παρά τινων· πῶς ταῦτα εἴρηται περὶ Θεοῦ τοῦ διδάσκοντος ἄνθρωπον γνῶσιν;]

V. Ἐκ τοῦ α' λόγου τῶν περιόδων ἐν Καισαρείᾳ.

Διὰ τοῦτο μακροῦ ἐδέησεν χρόνου ὁ κόσμος μέχρις ἂν ὁ τῷ Θεῷ προορισθεὶς [2]) τῶν ψυχῶν ἀγαθῶν ἀριθμὸς καὶ τότε ἀναπλήρωσιν λάβοι. Αἱ τῶν ἀγαθῶν ψυχαὶ ὡς φῶς τὰ σώματα ἀμφιέσονται· αἱ δὲ τῶν ἀσεβῶν διὰ τῶν ἀκαθάρτων πράξεων πυρίνῳ πνεύματι ἀνακεκραμμέναι εἰς τὸν βυθὸν τοῦ ἀσβέστου πυρὸς ἀναχθεῖσαι τὸν αἰῶνα κλυδωνισθήσονται.

PHILO JUDÆUS.

1) Ex Coislin. f. 31. In edd. σὺ γινώσκοντα αὐτὸν ἀποδεῖξαι δύνασαι.. Paulo post οὖν ὁ προφήτης.. cod. θεοῦ εἰληφθῆναι... dein edd. ἔτι οὖν ὁ Θεός. Multa ex edd. omittuntur ob interceptam seriem narrationis.

2). Ut in Clementinis, nonnulla ad Gnosticos tendunt.

Excurrentes in Philonis interpretes, incidimus (t. II, p. 323) in locum libri *de vita contemplativa* sive de Therapeutis, qui totidem fere verbis legitur in Actis S. Ignatii, qualia occurrunt infra in t. IV p. 281, ubi coram Trajano falsi Dii deridentur. Unde oritur suspicio, non solum de Actis, sed de ipso opere Philoniano, cujus celebritas dubium non removit.

Praeter hæc XXXIV anecdota, addenda omnibus quæ nuper invenerunt Maius et Tischendorfius, adhuc in schedis nostris supersunt quinque: ea porro quum brevia sint, hic plus minus nova aut certa subjicimus.

I. Φησὶ γὰρ τοῦτο ὁ ἐν λόγοις ἐξαίρετος Φίλων. — Τῷ μὲν Ἀβραὰμ φαίνονται τρεῖς, καὶ μεσημβρίας· τῷ δὲ Λὼτ δύο, καὶ ἑσπέρας. Φυσικώτατα διάφορον εἰσηγεῖται ὁ νόμος τελείου καὶ προκόπτοντος· ὁ μὲν οὖν τέλειος τριάδα φαντασιοῦται ἐν ἀσκίῳ φωτὶ καὶ μεσημβρινῷ, μεστὴν, διηνεκῆ καὶ πληρεστάτην οὐσίαν· ὁ δὲ δυάδα, διαίρεσιν καὶ τομὴν καὶ κενὸν ἔχουσαν ἐν ἑσπερινῷ σκότει. Ταῦτα μὲν ὁ ἀκριβέστατος νομομαθὴς καὶ διδάσκαλος. *Coislin.* f. 10.

I. Hoc quippe ait vir eloquio praestantissimus Philo. — Abrahae quidem apparent tres, et in meridie; Loth autem duo, et vespere. Naturalissimo discrimine Lex nobis secernit perfectum a progrediente: perfectus quidem in imagine conspicit sine umbra, ad lucem meridianam, triadem, plenam et integram et cumulatissimam substantiam; posterior vero vidit dualitatem, quae divisionem habet et fractionem et vacuum, in obscuritate vespertina. » Hactenus haec diligentissimus Legis peritus et magister. Cf. Gen. XVIII, 2 XIX, I. 9 A. I. 242.

II. Ἐκ τοῦ β' τῶν ἐν γενέσει ζητημάτων. Αἱ τοῦ θεοῦ πασαὶ δυνάμεις πτεροφυοῦσιν, τῆς ἄνω πρὸς τὸν πατέρα ὁδοῦ γλιχόμεναί τε καὶ ἐφιέμεναι. *Coislin.* f. 60.

II. *Ex libro II quaestionum in Genesim.* — Omnes Dei virtutes alas explicant, quae sursum affectant et ferunt ad viam Patris.

III. Ἐσχάρα ἄνθραξι, καὶ ξύλα πυρὶ, ἀνὴρ δὲ λοίδωρος εἰς ταραχὴν μαχῆς.

III. Focus est carbonibus et ligna igni; homo autem conviciator est turbo certaminis.

IV. Τοῦ πυρὸς ἡ δύναμις ἀπουσίᾳ μὲν ὕλης ἡσυχάζει, παρουσίᾳ δὲ, ἀνακαίεται.

IV. Vis flammae, sublata materia, quiescit; eadem si adest, excandescit.

V. Τὴν εὐκατάπρηστον ὕλην ἐπιμελὲς ἡμῖν ὅτι πορρωτάτω τοῦ πυρὸς ἀποτίθεσθαι. III, IV, V ex Reg. 77. f. 660.

V. Curandum nobis est, ut materia combustu facilis quam procul ab igne amoveatur.

FLAVIUS JOSEPHUS.

Variæ lectiones in *librum de Macchabeis*. p. 635. 640.

Recensio fragmenti *de causa universi* p. 269.

Bina scripta *de Macchabaeis* et *contra Platonem* sublestæ fidei sunt, sed tantae antiquitatis, ut nulla varietas, maxime ex novo et raro nostro codice, spernenda sit.

CLASSICA QUÆDAM ET VETERA.

Ab aureo saeculo egressuri, priusquam signa audiamus, quae receptui canunt, quædam ex anecdotis nostris revocamus, aevo classico tribuenda.

Xenocrates *de Topazio*. t. II, p. 342. t. III, p. 298, 617.

Damigeron *de Lapidibus*. t. II. p. 643.

Herodianus *de Eruca*. t. III, p. 470.

Ambrosius Puteolanus (?) *de arboribus caedendis*, t. II, p. 281, 292.

Herophilus, *de stoico* t. III, 437.

Anonymus *de quatruplici terrae motu*, inter scholia Origenis in psalmos, t. III. p. 67, 68, 629.

Xenocrates physicus, ex quo nihil fortasse superest, gemmulam nobis *de topazio* misit, quam Ambrosius Mediolanensis, harum venustatum cupidus et peritus, suo scrinio in psalmum CXVIII inserere non neglexit. Sed quae latine oculos fugerunt propemodum, nunc primum graece fulgeant. Cæterum Xenocrates, etiam in tomo V sequenti, iterum recurret, a Proclo Platonico in testimonium adducendus.

Ecce iterum Damigeron, olim in Spicilegii hospitium receptus, nunc media parte auctior et multa varietate mactatus ex altero codice vetusto, qui propius accedit ad ignotam aetatem barbari interpretis. Graeca autem, quae adhuc desiderantur, non solum Arnobio et Tertulliano innotuerunt, sed, ni fallor, etiam docta Plinii senioris manu versata sunt.

Herodiani pauciora sunt quam morari queant.

Nec plura ignoti Ambrosii deteximus, quae forte non satis sollicite inter veteres physicos perquisivimus.

Ante nos Maurini Herophilum obiter invenerunt apud Origenem, ac uti nos reliquerunt intactum. Idem rursus a Proclo inter Platonicos testes apud nos in eodem tomo quinto revocabitur.

Utinam locupletius fuerit scholiolum *de terrae motu*, quo tamen illustratur Ammianus Marcellinus, et Suidas gravi vulnere resarcitur. Cf. tom. II, p. 68, et 629.

SAECULUM SECUNDUM

SANCTUS IGNATIUS.

Pars epistolae ad Heronem, tom. IV, p. 255, 277.

Fragmentum epistolae ad *Smyrnæos*, p. 256, 278.

Fragmentum de feria IV et VI. *Proleg.* IX, not. Cf. infra S. Petrus Alex.

Fragmentum *martyrii*, p. 2, 280, quæ, ut supra notavi, animo revocant Philonem *de Therapeutis*, ut apud nos t. II, p. 323.

SANCTUS POLYCARPUS.

Fragmentum epistolae *ad Philippenses*, t. IV, proleg. X. p. 5, 282.

Iterum provocare lubet, ut olim in Solesmensi Spicilegio, post Feuardentium Grotium, Usserium, Gallandium, alios, ad quaerendum inter veteres Evangeliorum catenas, codicem illi Virdunensi similem, in quo legisse se Feuardentius testatur fragmenta hoc titulo diserte inscripta: *Victor episcopus Capuae ex Responsione Capitulorum sancti Polycarpi Smyrnensis episcopi, discipuli Ioannis evangelistae.* Pronum erat suspicari illic latere reliquias colloquiorum, quae refert Irenaeus Polycarpo fuisse solemnia: « sedens disserebat, et cum vulgo colloquebatur (*epist. ad Florin.* infra p. p. 201), ac sicut usque ad saeculum XII aut etiam XV videtur exstitisse sub Papiae nomine *Explanatio sermonum Domini in libris V* (cf infra p. 111). ita licuit

mihi juniori investigare *Responsiones* Polycarpi, ac subodorari aliquid simile codici Virdunensi in Sangermanensi, ubi idem Victor Capuanus aderat et cum *responsorum capitulo vigesimo primo*. Statim monui lectorem, ubi hanc epigraphen edidi, in codice scribi *in libro suo*, unde cuique planum et liberum erat Victorem a Polycarpo sesecernere [1]).

SANCTUS ARISTIDES.

Ex *Apologia* ad Adrianum imperatorem, t. IV, p. 6, 282.

De latronis clamore in cruce, p. 8, 284.

Fragmenta *epistolae ad Philosophos*, p. 11, 286.

Aliud fragmentum ejusdem epist. ibid.

SANCTUS PAPIAS.

I. *De incarnatione Verbi*, t. II. p. 157, 158.

II. *De duobus testibus*, p. 158, 159.

III. *De navi Ecclesiae*, p. 159, 160.

IV. *De S. Iôannis evangelio*, p. 160.

V. *De Hexaemeron*, p. 161,

Quae omnia jam typis commissa erant, quum apud Germanos novæ luci data sunt [2]) fragmenta Papiae XVIII, quorum X exstant in *Patrol.* t. V. 1255-1262. Ex cæteris unum latinum recipitur ex *Spicilegio Solesm.* quod iterum habetur infra armenice et latine t. IV. 33, p. 301; duo sunt eadem quæ supra num. IV, V. Reliqua tantum ad testimonia veterum de Papiae libris se referunt. Utinam haec et alia ducant ad detegendos alicubi libros *exegeticos* memoratus, quos sæc. XIII possedisse Thesaurus ecclesiae Nemausensis videtur, et quae sæc. XV legisse pene asserit Trithemius. dum de Papiæ scribit: « *EXSTAT* opus insigne, quinque voluminibus distinctum, quod praenotavit sic: *Explanatio sermonum Domini, libris quinque.* Alia quae scripsit, *NON VIDIMUS* (*de Scriptorib. eccles.* c. IX).

SANCTUS MELITO SARDENSIS.

I. *De Baptismo*, t. II, p. 2.

II. *Clavis* ex codice Claromontano, p. 6-127.

Accedunt appendices: *Adriani*, pagg. 130-136.

Anastasii, p. 137, 139.

S. Maximi, p. 142.

Anonymorum, p. 143 - 145.

S. *Eucherii formulæ spirituales* ex cod. saec. VI, p. 484-475.

Codicis Claromontani recensio palaeograpica, p. 575-583.

Parergon: *La Clef du symbolisme* p. 585-623.

In qua appendice nihil omisimus ut abunde pateret et luculenter, quidquid de S. Melitone dicendum habeamus, et qua de causa ineptum sit velle, quod nuper voluit doctus vir, clavim spurium opus esse, ex integro fictum, et falso inscriptum nomine sancti episcopi Sardensis.

1) Cf. *Spicil. Sol.* t. I, p. 266. proleg. p. LI. Tantumne in eo peccatum est, ut post XXX annos et quod excurrit, in me seniorem insurgeret totus triumviratus Teutonicus, et cum lepore germanico incandesceret, ac si orbi fucum fecissem. (cf. *Patrum app. opp.* fasc. II. D. de Gebbardt, A. Harnack, Th Zahn. 1875) Ipsi videant an non cum aliqua audacia et imprudentia, de codice Feuardentii percunctantur: « Quid vero obstat, quominus post voces: *Responsione Capitulorum* interpungamus » tum quominus « litterae *rum* ex alicujus numeri signo depravatae videantur. » Commoda sane ars critica? Meminerit unus ex triumviris quas ineptias britannicas de concilio Eliberitano nuper deglutiverit ? Caeterum de iisdem doctis viris cum laude et comitate saepius loqui me juvit, cf. in hoc tomo p. 613, 614, 624 etc.

2) *PP. app. fascicul.* I. Lips. 1878.

SANCTUS ABERCIUS HIERAPOLITANUS.

Nimius non videar, in exponendo fusius membraneo S. Abercii titulo, quum potius alter desideretur commentarius prolixior, ob inopinatam fortunam, qua venerandum titulum mirum in modum confirmat novus lapis nuper effossus, funerea nempe epigraphe cujusdam Alexandri Hieropolitani, quae sic legitur:

Ἐ]κλεκτῆς πό[λ]εως ὁ πολεί[της τ]οῦτ' ἐποίη[σα
Ζῶν ἵ]ν ἔχω φαι[κῶς] σώματος ἔνθα θέσιν·
Οὔνομ' Ἀλέξανδρος Ἀντ[ω]νίου μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ.
Οὐ μέντοι τύμβῳ τις ἐμῷ ἕτερόν τ[ι]να θήσει.
Εἰ δ'οὖν, ῥωμαίων τα[μ]είῳ θήσ[ει] δισχείλια [χ]ρυσᾶ·
Καὶ [χ]ρηστῇ πατρίδ[ι] Ἱεροπόλει [χ]είλια χρυσᾶ.
Ἐγράφη ἔτει τ' μηνὶ ς ζόντος. Εἰρήνη παράγουσιν κα[ὶ] μνησκομένοις περὶ ἡμῶν.

Spectatae urbis ego civis, hoc feci vivus, ut insignem corporis locum illic habeam: cui nomen Alexander Antonii, discipulus casti pastoris. Interim nemo alterum meo sepulcrum imponet: sin aliter, fisco Romano feret duo millia aureorum, et mille dulci patriae Hieropoli. Insculpta sunt anno CCC, mense VI, vivente me. Pax transeuntibus ac mei memoriam habentibus.

Ex titulo Aberciano omnia in illo lapide Alexandri plane restituuntur, nisi quod 2 versiculus rem facessit in litteris ΦΑΝΕΙ, quae vel non restituuntur, vel leguntur φανερῶς aut φᾶναι. Placet φαικῶς, favente metro, et respectu ad ambitiosi tumuli pompam.

Tum rursus ex hac epigraphe Alexandri nonnulla in titulo Abercii melius emendari queunt. v. 1, Ἐκλεκτῆς πόλεως πολίτης τόδε [μνῆμ'] ἐποίησα. Retineo parenthesim, ne proficiscatur nobilis titulus uno pede claudicans. — Nec displiceret pentameter in v. 2: Ζῶν, ἵν ἔχω καιρῷ σώματος ἔνθα θέσιν, quo disticho vetus formula tumulo præfigi possit. — v. 19. Libenter ex Spicilegio restituo εὔξαιθ' ὑπὲρ, pro εὔξαιο quod promptius a viro docto receperam. — Tum certus fit v. 20: Οὐ μέντοι τύμβῳ τις ἐμῷ ἕτερον ἐπιθήσει. Alia proponuntur, quae minus placent, quum aut barbariem metaphrastae in eximium poema reducant, aut metrum male tornatum incudi reponant asperiori; saltem exspectandum, donec omnia Actuum exemplaria sedulo excutiantur.

Unum in primis sole clarius effulget: marmoreum fieri titulum Abercii, suppari et publica auctoritate recognitum, adeo authenticum, ut in Corpus graecarum inscriptionum, una cum Æduensi epigraphe Pectorii, sedem eum habere oporteat.

Huc usque hoc procemium pervenerat, jamque missum ut prælo committeretur, quum favente cl. v. J. B. de Rossi, inaudita, sed non inexpectata irrupit notitia, inventum hisce diebus fuisse tituli Aberciani fragmentum, repertumque a diligentissimo juvene W. Ramsey, apud Osroum, in veterum thermarum ruderibus, in eoque diserte sculpi ΕΔΡΑΞΑΤΟ ΠΑΡΘΕΝΟΣ, quae verba duo id sartum tectum faciunt

quod in epigraphe spectat ad altissima arcani penetralia, meque in primis sollicitum tenuit, stupendum nempe Virginis cum pisce symbolico vinculum.

Utinam, verba refero quæ ante hos dies scripsi in meis ædibus Tusculanis, sicut marmor Abercii dicitur a Roma in Asiam translatum, ita ab Hierapoli in Urbem integrum et ovans revertatur.

Nolim tamen a marmoribus ita obrui vetera Abercii Acta, ut quod nonnulli placuit, ex cerebro biographi aut vano rumore plebeio, nec nisi post VI sæculum, sculptum fuerit quidquid extra epigraphæ carmen vagatur. Haud enim intelligo quali acumine ingenii obscurus metaphrastes, post quatuor sæcula, creaverit Lucium Verum, Lucillam, Cornelium, nuptias, legationes, annonam aere publico datam usque ad Juliani tempora, ipsam fortasse epistolam Baronio et Sirleto lectam, et alia, quorum plura nobis Latinis ex unico Iulio Capitolino utcumque innotescunt. [1])

AQUILA, SYMMACHUS, THEODOTION, *Hebrœus, editio V. et VI.*

Brevior indiculus t. III, p. 178, omnino restituendus est pro decore biblicorum aevi studiorum, in hunc modum locupletissimum.

Tom. II.

P. 354. *Exod.* XVI, 15. Plures.
357. *Iosue* VIII, 2. Aquila.
364. *Iob* XV, 7, 8. Hebraeus, Theodotion.
366. Iob XIX, 6, 7. Hebraeus, Aquila, Symmachus.
372. Iob XXII, 22. Aquila, Symmachus.
376, Iob XXIX, 3. Symmachus.
381, Iob XXXIV, 31. Symmachus.
384, Iob. XXXVIII, 11. Symmachus.
390, Iob XLII, 17. Theodotion.
409, *Psalm.* LIX. Aquila.
435, *Diapsalma.* Theodotion, Symmachus.
445. Ps. 1, 3. Aquila.
456. Ps. VI, 9. Symmachus.
467. Ps. XII, 3. Symmachus.
471. Ps. XVII, 36. Theodotion.
472, 473. Ps. XVIII, 3. Aquila, Symmachus.
475. XVIII, 14. Aquila.

Tom. III.

3. Ps. XXIX, 1. Aquila.
4. XXIX, 7. Symmachus.
43. Ps. XLIV, 11. Aquila, Symmachus.
48. Ps. XLVIII, 3. Aquila, Symmachus.
49. XLVIII, 6. Symmachus.
59. Ps. LIV, 21. Hebraeus, Aquila, Symmachus.
63. Ps. LVIII, 4. Aquila, Symmachus, Theodotion.
66. LVIII, 12. Unus interpret.
66. LVIII, 14. Symmachus.
69. Ps. LXI, 10. Symmachus, Theodotion.
73. Ps. LXIV, 5, 6. Aquila. Theodotion.
76. Ps. LXV, 4. Symmachus.
91. Ps. LXX, 24. Aquila.
95. Ps. LXXII. 11. Symmachus.
98. Ps. LXXIII, 7. Aquila.
101. Ps.LXXIV, 1. Symmachus.
104. Ps. LXXIV, 3. Symmachus
103. Ps. LXXVI, 7. Symmachus, Theodotion.
103. LXXVI. 19, unus.
125. Ps. LXXVII, 45. Aquila, plures.
141. Ps. LXXXII, 4. Symmachus.
143 Ps. LXXXIII, 4. Aquila.
148. Ps, LXXXIII, 5. Aquila, Symmachus, Theodotion.
150. Ps. LXXXVI, 2. Aquila.
151. LXXXVI. 6. Symmachus.
153. Ps. LXXXVII, 10. Symmachus.
154. LXXXVII, 14. Symmachus.
157. Ps. LXXXVIII, 3. Symmachus, versio V.
161. LXXXVIII, 11. Symmachus, Theodotion.

1) Cf. W. Ramsay. *Bulletin de corresp. Hellénig.* Juillet 1882. *Journal of Hellenic Studies* Octobr. 1882. - Duchesne *Bulletin critiq.* t. III, p. 135. *Revue des quest. hist.* Juillet 1883. — J. B. de Rossi *Bulletino* 1882 p. 77. - D. Piolin *Le Monde* 14 Sept. 1883, qui solus opinatur ex Alexandri lapide derivari recentius Abercii epigramma.

SANCTUS JUSTINUS.

SANCTUS IRENÆUS.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

Scholium in ps. I, t. II. p. 347.
Scholium in ps. V, 7. p. 348.
Scholiola varia, p. 348, 349.
Quid sit haeresis, t. IV, p. 35, 305.
de Pœnitentia, p. 35, 305.
de *Providentia* t. II. p. 443.
de regno Dei vim patiente, *infra*, cum sequentibus.
de fide.
de multiplici via salutis.

Quae postrema tria superaddo tandem tarda et trepida manu. Venantibus enim anecdota subjacent tot latibula et perfidae decipulae, ut etiam prudentissimi fallantur. Ita Angelus Maius, omnium magister felicissimus, laetus erat, uti mox ego laetabor, invenisse laciniam ex mutilo libro VIII *τῶν στρωματέων*. Eamdem nuperus editor Parisiensis, omissam esse ratus in suo Clemente, veluti gemmulam in conspicua fronte tomi II praefixit, et extra locum ostentavit. Verum ante Maium ter et duplo integrius idem excerptum apud Nourrium et Fabricium et in Catena Lipsiensi editum erat, terque idem recoxit editor Parisiensis, nempe in Clementis tom. I col. 14, et tom. II col. 6 et 1457. Id sane non retulissem, nisi quid notatu dignum emergeret. Ex eo enim ipso quod neque is locus, neque novus noster nullibi comparent in libro edito, invalescit Nourrii conjectura audax, totum hunc librum, argumento otiosum, spuriam esse sarcinam, nisi tantum excipiatur procemium, certissime a Photio lectum, et partim rescriptum in Coislin. f. 118, a quo sequentia descripsimus. Priora vix non revocant Clementem Romanum.

Κλήμεντος. Οὐ τῶν καθευδόντων καὶ βλακευόντων ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ἀλλ' οἱ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν. Αὐτὴ γὰρ μόνη ἡ βία καλὴ, Θεὸν βιάσασθαι, καὶ παρὰ Θεοῦ ζωὴν ἁρπάσαι. Ὁ δὲ γνοὺς τοὺς βεβαίους, μᾶλλον δὲ βιαίως ἀντεχομένους συνεχώρησεν καὶ εἶξεν. Χαίρει γὰρ ὁ Θεὸς τὰ τοιαῦτα ἡττώμενος. — Οὐκ ἔχει ἐπιθυμίαν ἡ ἄφθαρτος βασιλεία, ἀλλὰ παρουσίαν πάντων τῶν ἀγαθῶν, ὅθεν οὐκ ἔστιν ἐπιθυμῆσαι· ἐκ γὰρ τοῦ ὑστερεῖν τὸ ἐπιθυμεῖν. Βασιλείαν Θεοῦ λεκτέον τὴν κατάστασιν τῶν κατὰ τοὺς θείους νόμους τεταγμένως βιούντων.

Clementis. Non dormientium, neque torpentium est regnum Dei, sed « violenti rapiunt illud. » Ea sola enim violentia pulcra est, vim Deo facere et a Deo vitam rapere. Ipse vero recognoscens fortes, seu potius fortiter resistentes, eis assentitur et morem gerit. Laetatur enim Deus eo modo superatus fuisse. — Desiderium non habet regnum immortale, sed praesentiam omnium bonorum; unde jam nihil concupiscere habet: concupiscere enim est indigere. Dicendum Dei regnum esse restitutionem eorum qui recte vivunt juxta leges divinas.

Κλήμεντος Ἀλεξανδρείας.

Ἐρεῖ τις· Μηδὲν ζητῶμεν περὶ Θεοῦ. Φαίην δ' ἂν ὅτι καὶ μὴν οὐδήποτε δεῖ παύσασθαι λέγοντας καὶ ἀκούοντας περὶ Θεοῦ· πλὴν ὅσον ἐφίεται ἡ πίστις, ὥστε λέγειν περὶ αὐτοῦ τὰ λεκτὰ καὶ ἀκούειν τὰ ἀκουστά;

Clementis Alexandrini.

Inquiet aliquis: Nihil de Deo inquiramus. Dixerim vero, quinimmo nunquam cessandum esse dicere et audire de Deo. Etenim quousque fides incessit, ut de illo dicat quae dicenda sunt et audiat audienda?

Εκ τοῦ η' Στρωματέων.

Ὡς δὲ ἡ θάλασσα ἀνίεται πᾶσιν, καὶ ὁ μὲν νήχεται, ὁ δὲ ἐμπορεύεται, ὁ δὲ ἀ-

De libro octavo Stromatum.

Quemadmodum mare omnibus patet, hic vero natat, ille mercatur, ille autem

γρεύει τοὺς ἰχθύας, καὶ ὡς ἡ γῆ κοινή, ἄλλος μὲν ὁδεύει, ἄλλος δὲ ἀροῖ, θηρᾷ δὲ ἕτερος, καί τις ἄλλος μέταλλα ἐρευνᾷ, ὁ δὲ οἰκοδομεῖ· οὕτω καὶ τῆς γραφῆς ἀναγινωσκομένης, ὁ μὲν εἰς πίστιν, ὁ δὲ εἰς ἦθος ὠφελεῖται, ἀφαιρεῖται δὲ ἄλλου δεισιδαιμονία διὰ τῆς ἐπιγνώσεως τῶν πραγμάτων. Ὁ δὲ ἀθλητὴς γνωρίσας τὸ στάδιον τὸ Ὀλυμπίας, ἐπαιδεύεται τῇ διδασκαλίᾳ, καὶ ἀγωνίζεται, καὶ νικηφόρος γίνεται [ἐπὶ?] τοὺς ἀντιπάλους καὶ κατατρύχοντας, τῆς γνωστικῆς ὁδοῦ παρακρουσαμένους καὶ καταγωνισαμένους.

pisces capit; et sicut, dum terra communis est, alius ambulat, alius vero arat, venatur alius, nonnullus metalla fodit, ille autem aedificat: ita quoque dum Scriptura legitur, hic fide, ille moribus proficit, huic vero superstitio tollitur, per scientiam rerum. Athleta porro qui stadium Olympicum exploravit, de re gymnastica instruitur et colluctatur, ac victor evadit, triumphans ab adversariis et oppugnatoribus, qui peritiae viam rejecerunt et secus decertarunt.

SENIORES ALEXANDRINI.

In psalmum XXXVII. t. p. 335.
In ps. XXXVI, p. 337, 338.
In ps. XLIX, p. 338.
In ps. CII, p. 339.
In ps. CXV. p. 339.
In ps. CXVIII, *de Topazio*. p. 341.
In ps. CXXV, 343.
In ps. CXXV, *de torrente in Austro*, p. 343.
Cf. indices ad *Sen. Alex.*

Perinde ac Seniorum dicta apud Irenæum plures studiose collegerunt, sic operae pretium esset ex Clemente et Origene seligere innumera seniorum effata plus minus insignia. Quantumvis omnes non essent Alexandrini, ad eam aetatem pertinent cujus scripta fere omnia interciderunt. Plura quoque nobis suppetere ostendet index auctorum veterum ad calcem tomi II et III.

SANCTUS THEOPHILUS ANTIOCHENUS.

Fragmenta ex IV libris *Allegoriarum in Evangelia*. t. II. p. 626, 629. 630, 632.

Variae lectiones ex unico codice Bruxellensi sæc. VII, p. 624 - 634.

Tam in hisce decem paginis, quam paulo antea gallice, p. 613, 614, abunde diximus de Theophili Allegoriis, quarum novam editionem ad fidem codicis Bruxellensis, unius qui supersit, exspectamus a censuris vindicatam.

SANCTUS THEOPHILUS CÆSARIENSIS.

Synodi Cæsariensis, quæ habita dicitur tempore et jussu S Victoris papae, duae exstant recensiones satis diversæ quas Gallandius [1]) et Balusius, [2]) viri docti et graves, dignas censuerunt quae inserantur in Bibliothecam Patrum et collectionem conciliorum. Haud semel incidi in alias ejusdem synodi scripturas, vetustissimis servatas membranis, nec tamen inter anecdota mea duxi recipiendas esse hujusmodi varietates. Satis esto hic dare initia unius et alterius recensionis.

In cod. Palatino octavi sæculi sub num. 277, f. 80 legitur: « *Item computus.*

Cum omnes apostoli de hac luce migravissent, error erat in populo: alii jeju-

1) Galland. *Nova Bibl. PP.* t. 1 p. XX, ex Beda *de aequinoctio* t. II, p. 252. Bucher. *de doctrina temporum* p. 469. *Patrol.* gr v, 1367.

2) Balus. *Nova coll.* coll. concil. p. 13. Labbe ed. Coletti t. 1 p. 606. Nulla ullibi exstant, quae noverim, graeca vestigia.

nabant XX diebus, alii vero VII, alii XL horas, eo quod D. N. I. C. XL diebus et noctibus jejunabat. Dicebant, in hoc jejunio possit sufficere. Cum hæc talis diversa esset observatio, mirum (l. moeror) erat sacerdotum etc.

In vetere Batavico codice sequentia legebam quae accedunt ad editionem Balusianam: « Cum omnes apostoli ex hoc mundo transissent per universum orbem, diversa celebrabantur jejunia. Nam et omnes in universa Gallia uno die anniversario VIII. Kal. Aprilis pascha tenebant, dicentes: Quid nobis est cum Judæis ad lunæ computum facere pascha etc.

Epimetra.

Evax Arabiae rex Tiberio imperatori t. II. p. 642.

Anonymus *de sculpturis*, p. 646.

Alius *de lapidibus*, p. 617.

Firamus rex ad Adrianum imperatorem, p. 647.

Parmœnis epistola ad Trajanum imperatorem, p. 648.

Mos Græcorum fuit, præ admiratione Magni Alexandri et in memoriam stupendi ejus itineris per Asiam usque ad fines Indorum, huic nomini dicandi et consecrandi quaecumque de orientalium regionibus, portentis et monstris fingi potius et excogitari quam serio narrari solebant. Idem usu venit apud Romanos, quo magis veterum imperatorum fama, crescens eundo per sæcula, vulgabatur, in ævo præsertim Flaviorum, maxime ob Trajanum, curiositate rerum mirabilium et etiam itinere orientali insignem. Græculi fuere præcipui τερατολόγοι, nec nisi sero videntur id genus παράδοξα rudi donata latinitate, quae africana obstrepit barbarie et Macrobii scholam spirat. Ex qua fortasse officina etiam exierit Damigeron latinus. Quem dum nonnullo cum studio inter pluteos bibliothecarum persequerer, multa respuendo, nonnulla selegi, uti breviores λιθογνώμονας et qui græce olfacerent, sed adeo perfunctorie ut codicum loca, signa, sæcula non semper notaverim. Nemo sane plura a me exspectat, neque fusos requiret et absolutos hac de recula commentarios.

SAECULUM TERTIUM

SANCTUS HIPPOLYTUS.

Codices vaticani t. II. p. 218-225.

In evangelium Ioannis armenice ex codice Veneto Mechitaristarum p. 226.

In Canticum canticorum, armenice ex eod. cod. p. 232.

In visionem Danielis, armenice ex eod. cod. p. 233.

In Genesim, p. 240.

In Proverbia, p. 243, 244. tom. III, p. 527, 528.

In Ieremiam, t. II. p. 245.

In Danielem, p. 245.

In Susannam, p. 253.

Contra Platonem, p. 269. Cf. Fl. Joseph p. XXIII.

De Antichristo, armenice, p. 270.

Chronographus saec. III, p. 274.

De Resurrectione Lazari, p. 282.

In Canticum canticorum, syriace et armenice t. IV p. 36, 40, 306.

Item armenice 40, p. 310.

In Ezechielem, p. 41, 311.

Quemadmodum in conquirendis operibus Alexandrini Adamantii nemo metam attingit, ita Origenes ille occidentalium, Hippolytus, uti nullum finem habuit scribendi, docendi et commentandi, sic ejusdem sine fine versantur variarum linguarum codices nusquam exhauriendi. Ecce enim post tot graece, syriace, armenice, latine apud nos et alios collecta, adhucdum ad manus sunt codices arabici Vaticani, qui hactenus intacti remanserunt. Equidem Eusebius Renaudotius [1]) litteras arabicas eruit Ioannis Antiocheni, circa a 968 scriptas, in quibus affertur epistola Hippolyti ad Dionysium Cypriae episcopum, Eutychiano imbuta veneno. Eadem videtur, cujus infra excerpta subdimus, neque melius sapiunt, præter unum aut alterum vetustum canonem, cum hisce conferendum quos nuper ex arabico eruit doctus abbas Bonifacius Hannebergius. Duo nostri codd. inscribuntur CIII et CXXI quorum vide descriptionem in catalogo Maii et Assemanni.

Ex quibus satis erit tantum initia praelibare singulorum fragmentorum, quae accepta referimus erudito juveni Mariano Ugolini, optimo cl. P. Ciasca discipulo.

I. Et dixit sanctus Bulidus [2]) Patriarcha Romæ, in sua *epistola ad Dionysium*, cod. 121 f. 7.

Et nos dicimus totum esse de coelo propter divinitatem; et dicimus totum esse de muliere, propter humanitatem; neque cognoscimus divisionem figuræ (formae?) unicæ, neque dividimus illum qui est de terra ab eo qui est de terra; neque illum qui est de coelo ab eo qui est de terra...

II. f. 8. Hoc itaque ita credite, et in hoc manete separatim ab aliis, et declinate ab his timendis implicatisque viis. Ne dividamus doctrinam propter vanum eorum sermonem, sed conformiter huic doctrinae operibus agamus, eamque unanimi consensione confiteamur...

III. f. 8 *verso*. Proinde conveniant simul unanimi consensione, neque unus contradicat alteri inutiliter, neque incidant in lites, quae sunt propriae haereticorum, sed potius aemuli sint pro veritate Ecclesiae. Vivas feliciter, Domine.

IV. Ibid. Et dixit Bulidus, patriarcha Romae in sua *epistola ad Bardagsis*.

Et ille qui adjungit aliam divinitatem, et affert aliam laudem , quae non sit illa Seraphinorum, dicentium: » Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus sabaoth : pleni sunt coeli et terra gloria tua, » anathema sit. Ita Seraphim laudant trinam divinitatem, ut testatur Ioannes et Paulus. Quod pertinet ad Ioannem, dixit quod propheta vidit gloriam Filii, dum illi laudabant eum hoc cantico. Et Paulus demonstrat hoc canticum pertinere ad Spiritum sanctum...

V. *Ibid. Et dixit etiam*: Ipse est Deus perfectus in corpore, et ipse est homo perfectus in spiritu. Et ipse non est duo...

VI. *Ibid. Et dixit etiam:* Qui dicit de Iesu, qui

1) *Histor. Patriarchæ. Alexandrin.* p. 360. *Patrol.* X col. 336, not. 64.

2) Apud orientales solemnis est perversio nonominis *Hippolytus* in *Bulidus, Bulides Bulis, Bulds, Ebulides* etc. In canonibus arabicis Hippolytus inscribitur *summus episcopus Romae,* immo *primus patriarcha Romae.* Cf. Hanneberg, p. 5, 27, 61, 63, 96.

est ex Maria, quod sit homo assumptus a Deo, qui adjunctus fuerit ei, et quod ipse sit duae species perfectae in unione, sciat se esse extraneum a spe in Deo.

VII. *Et dixit etiam*: Neque dixerunt quod ille qui est de coelo, habitaverit in homine qui est in terra: sed dixerunt quod Adam secundus, qui est de coelo, est Verbum incarnatum ex Maria, et quod ipse constituit nos de familia coeli ab ea parte qua ipse est de cœlo, in similitudinem eius; et nos qui sumus de terra, vocati sumus ad consortium Filii Dei, qui consociavit nos super crucem, in morte necessaria pro homine.

VIII. *fol.* 9. *Et dixit etiam*: Et sit etiam anathema qui non dicit, quod corpus Salvatoris nostri sit ex Maria, et qui dicit quod ipsum est de coelo, et quod sit increatum natura sua...

IX. *Ibid.* Et dixit in sua *epistola ad Dionysium*: Confitemur creatum [italice *il creato*] per unionem creatoris, quando se conjunxit in naturam unam existentem permanentem ab utraque parte..

X. *Ibid.* Et dixit Bulis, patriarcha Romæ, in *epistola sua ad omnes episcopos, qui in quocumque loco sint.*

Ego credo in laudabilem adorandamque Trinitatem, quod sit divinitas una, substantia una, nempe Pater, Filius et Spiritus sanctus. Et credo in descensionem de coelis, et in incarnationem ex Maria Virgine, et apparitionem Dei Verbi ab ipsa, Salvatoris nostri Iesu Christi, et conversationem ejus inter gentes, ipso manente Deo et homine etiam...

XI. *fol.* 9. *verso*. Et ipsius est *Dissertatio de unitate Christi*: Quando dixit: « Clarificavit me, » vox de corpore erat, et clarificatione hac clarificatum est corpus; proinde dicimus quod venit super ipsum totum, quia ipse est unus totus...

XII. *fol.* 10 *verso*. Et dixit sanctus Bulides, patriarcha Romae in *epistola ad Sevirianum. sanctum episcopum Galliæ* 1).

Et ipse est ille qui aedificavit corpus suum in ventre Virginis, neque ullus fuit ei socius in creatione corporis ejus, sed ipse solus illud creavit. Confitemur insuper quod in omnibus quae fecit humanitas, non est ab ipso separata Divinitas, neque per parvum temporis momentum. Et confitemur quod quando venit Salvator noster de coelis, et descendit in ventrem beatae Virginis, conjunxit divinitatem humanitati per unitatem; et postquam divinitas unita est cum humanitate, post illam unionem, in nulla re in operationibus, separatae ambae fuerunt. Ambae enim inseparabiles sunt. Et quemadmodum divinitati non est principium, ita, post ejus resurrectionem a mortuis, humanitati ejus non est finis. Bibit lac de muliere, et divinitas et humanitas erant quid unum unitum. Ne cogites quod dum ivit Verbum in Iordanem ut baptizaretur a Ioanne, obtinuerit principium divinitatis suae, quando egressa est vox Patris de coelis, quam Ioannes audivit..Non ita: sed quando descendit in ventrem Virginis Mariae, corpus factum est quid unum cum divinitate. Divinitas consociata est humanitati per humanitatem unicam, sine mutatione, neque divisione. Non adest separatio divinitatis ab humanitate. Dum ipse fuit in cruce, divinitas non separata est ab humanitate sua, neque momento ictus oculi. Dum ille erat in sepulcro, divinitas non est separata ab humanitate sua. Ascendit ad coelos cum corpore quod acceperat de Maria Virgine. Et sedit ad dexteram boni Patris sui. Ita est rectitudo fidei, et illos qui ita non credunt, Ecclesia catholica expellit foras, immo Deus qui eos creavit, anathematizat.

XIII. *fol.* 65. Anathemata quae protulit Bulidus archiepiscopus Romae, ex iis de quibus testatur Timotheus (Aelurus?) in suo libro:

Sit anathema, qui dicit quod corpus Salvatoris nostri non sit de Maria, sed de coelo; et quod ipsum non sit simile aliis creaturis...

XIV. *Ibid.* Et ille qui introducit etiam divinitatem et affert laudem diversam a vocibus Seraphinorum dicentium: Sanctus etc.

XV. *Ibid.* De anathematibus quae protulit archiepiscopus Romae, causa fidei, ex iis quae scripsit Cyrillus ad Reges ad probandum quod Christus sit Deus. 2)

Nos credimus Verbum mansisse sine ulla mutatione. Ipse est vere Filius Dei per generationem aeternam a Deo, et factus est etiam filius hominis per generationem a Maria Virgine, et ipse est unus unicus. Ipse est unus solus. Ipse est Deus perfectus, consubstantialis Patri suo divinitate, et ipse est homo passibilis, qui talis est ob generationem a Virgine, et ipse est consubstantialis homini ob corpus.

1) Quid, si ex anachronismo facili apud hos Arabas, id referatur ad Severianum episcopum Gabalorum?

2) Quæ licet ἄχρονα et ἀνεπίγραφα, eidem Hippolyto videntur tribui. Cæterum cf. fragmenta adversus Beronem Patrol. X, 829-863.

Hactenus cod. arabicus CXXI. Vix, opinor, quisquam monendus est praecavere ab illa farragine Eutychiana; et quamvis rectae doctrinae nonnulli emicent igniculi, quibus arguere liceret saniora veri Hippolyti ad Orientales pervenisse, palam est pleraque audacter esse depravata. Praeterquam quod Arabum lingua, licet cunctarum orientalium flexibilior, male et confuse significat praecipua rerum theologicarum vocabula, qualia sunt *natura*, *essentia*, *substantia*, *forma*, *species*, *subjectum*, adde quod haec a Graecis ad Syros, a Syris ad Arabas, et identidem ter quaterque per manus haereticas transierunt: inde est quod inter fontes orientales, arabici de theologia Patrum pessime audiunt. Et ad Hippolytum quod spectat, fieri potuit ut ὀρθοδοξότατα sensim perverterentur in quaeque Iacobitarum sophismata, usque ad insana monothelismi consectaria. Spem foveo, fore ut nemo, vel inter Germanos, spuria illa obtendat, ut duo gravissima crimina, nuper in Hippolytum impacta, confirmentur: scilicet, tum eum esse τῶν φιλοσοφουμένων conditorem, id quod a caeteris et certis S. doctoris operibus abhorret; tum eumdem in schisma Novatiani incidisse, de quo usque ad saeculum quintum Novatiani triumphum egissent, dum siluere cum tota antiquitate. Ac laetor apud nostrates Gallos has calumnias nunquam invaluisse, dum caeteri Germani, Belgae et Itali, immo Romani, faciliores criminibus aures praebuerunt.

Etiam hanc picem incaute videtur tetigisse doctissimus Hanneberg, dum canones Hyppolyto ascriptos arabice vulgaret. Cui summopere placuisset nomen Hypolyti seu Abulidis aut Bulidis invenisse praefixum in cod. CIII duobus canonibus qui addendi videntur caeteris XXXVIII, quos publici juris fecit eximius antistes, et sic se latine, eodem Ugolini interprete, habent:

I. *fol.* 161 *verso*. Et dictum secundum est dictum Abulids, cujus canones recepti sunt:

Baptizandi, aut sunt parvuli, aut adulti. Si fuerint parvuli, et timor adsit de recenter nato antequam adimpleantur quadraginta dies, adducatur in ecclesiam cum muliere, qui illum custodiat, et baptizetur, etiamsi hoc sit hora vel etiam minus ante mortem. Hoc vero fiat, ne infans procul ejus evadat a regno Dei, propter defectum generationis secundæ, nempe aquæ et Spiritus. Nam infantis baptismus ob nullam aliam causam protrahitur ultra quadragesimum diem, nisi ut mater eius a sanguine purificetur. Si vero moriatur, quod Deus avertat, ante baptismum, aqua illum lavent, mundoque lavacro abluant, linteoque novo involvatur, et vestibus aliis ab illis in quas peperit illum mater, fiantque preces super eum. Si vero fuerint adulti, balneum ingrediantur feria V, jejunent feria VI, et baptizentur in Sabbato.

II. *fol.* 162 *verso*. ABULIDS. Si supervenerit mulieri fluxus menstrualis, protrahat (baptismum) usque dum purificetur. (Cf. Can. S. Hipp. p. 73, 74, 75, quae non inter se, neque cum nostris plene cohærent. Nescio ubi reperiatur, quod sancitur de puello ante baptismum mortuo).

JULIUS AFRICANUS.

De apparitione Moysis et Eliae cum Domino in monte, t. II, p. 292, IV, p. 71, 337.

De pœnitentia regis Manasse, t. II, p. 292.

SANCTUS CYPRIANUS.

Ex epistola ad Fidum græce t. II. p. 289.

Cum ad singula magni Origenis Anecdota fuse, immo prolixe pro rerum gravitate et tanti nominis fama disserui, mihi otium et silentium nunc feci, sed testari laetor non invenisse me, in tam longo eiusdem commercio, quidquam quod non possim, et praeter quidem meam exspectationem et formidinem, inoffensis cujuscumque auribus et oculis committere.

Neque in pejora offendimus, dum Eusebio ad latus magistri locum fecimus amplissimum, ob manifestum utriusque vinculum in psalmis exponendis. Diu timui, ne actum agerem, cum jam ejusdem argumenti spissos commentarios Montefalconius et Maius cumulaverunt. Formidinem Cyrillus Alexandrinus sustulit, quum semel et iterum diserte me docuit duplicem extitisse, priorem et posteriorem, Eusebii in psalmos editionem, cf. t. III, p. 631.

Sed alia superest molestia, ne videar in Origene nimiam deprehendisse Philonis

aemulationem, quamvis discrimen inter utrumque p. 205, 206, satis notaverim. Sane Philonis theologia tota ruit in profanam philosophiam, Trias ejus est mere platonica, λόγος vix personae capax, systema gnosticum et allegoricum nec naturae nec rationis humanae fines transgreditur; dum Origenes de Trinitate orthodoxus apud nos est, de Verbo vere theologus, etiam de affectata gnosi gravior quam Clemens, et in allegoriis priscos magis refert (quantumvis aliter pronuntietur) quam proprio indulget ingenio.

Praeterea illud admirationem movet, quod, quum Hexapla, maxime apud Syros, multa celebritate et usu perpetuo fuerint Orientalibus commendata, ab iisdem caetera Origenis opera sunt perpetuo silentio sepulta. Nec causae satis est erroris suspicio, quum haereticorum scriptis passim Oriens faveat. Vix rumor irrepsit servari apud Armenos commentarium in Cantica canticorum, opus sane Adamantii insigne, nisi sit Hieronymi aut Rufini compendium armenice versum. Utinam aliqua Origenis lux ab Oriente erumpat!

SANCTUS GREGORIUS THAUMATURGUS.

In Job, t. III, p. 589.

In Jeremiam p. 591.

Symbolum syriace (uti et decem sequentia), t. IV, p. 81, 345.

Fides secundum partes, p. 82 - 346.

Capitula XII de fide p. 95, 357.

Ad Philagrium *de Consubstantiali*, p. 100, 360.

Ad Theopompum *de passibili et impassibili*, p. 103, 363.

De paschate, p. 120, 376.

In annuntiationem Deiparae, p. 122, 377.

De baptismo Christi, p. 127, 386.

Duo fragmenta, partim ex tractatu ad Gaïnam, alias ad Tatianum, de *anima*, armenice (uti septem anecdota sequentia), p. 127, 383.

In Nativitatem Christi, p. 134, 386.

De Incarnatione Domini, p. 144, 386.

In Annunciationem Deiparae, p. 145, 366.

Laus sanctae Deiparae, p. 156, 400.

In S. Dei genitricem, p. 159, 406,

In honorem S. Stephani, p. 162, 408.

Sontentia *de cultu veri Dei*.

Accedat in cumulum, ultimo in loco brevis illa sententia, Thaumaturgo digna et quae, si nova non est, innovari eo magis meretur, quod fortasse ignotum Gregorii et apologeticum *contra Ethnicos* nobis opus detegit.

Ἐκ τοῦ εἰς τό· οὐδὲν εἴδωλον ἐν κόσμῳ.

Ex sermone, quod nullum est in mundo idolum.

Ἡ μὲν εἰς Θεὸν τὸν ὄντως ὄντα τιμὴ πάντως που καὶ αὐτοῦ τοῦ τιμῶντός ἐστιν τιμή· ἡ δὲ εἰς τὸν οὐκ ὄντα θεὸν τιμὴ ἐξ ἐναντίας αὐτοῦ τιμῶντός ἐστιν ἀτιμία.

Cultus erga Deum vere existentem eum ipsum honorat qui cultum præstat: colere autem Deum qui non est, ipsi colenti vituperium est. *Cod. Coillin.* 279 f. 154.

SANCTUS DIONYSIUS ALEXANDRINUS.

In Cantica canticorum, t. III, p. 597.

Interrogationes et responsa, p. 598.

Epistola ad Novatum syriace uti sequentia, t. IV, p. 169, 413.

Epistola ad Dionysium et Stephanum, p. 170, 413.

Epistola ad S. Stephanum PP. Romanum, p. 171, 416.

Epistola ad S. Sixtum, p. 172, 416.

Testimonium *de scriptis Dionysii Areopagitae*, p. XXVI.

Ex confutatione Pauli Samosateni, p. 173, 415.

Tria excerpta ex *epistola ad Paulum Samosatenum*, p. 174, 416.

Ex confutatione Pauli Samosateni, armenice (uti sequentia duo) p. 176, 178, 417, 419.

De resurrectione et divinitate Christi, p. 180, 420.

Sententia, p. 181, 422.

Aliæ sententiæ, ibid.

Synodus antiochena adversus Paulum Samosatenum, p. 183, 429.

Symbola quoque tenuia, sed nova, ut opinor, afferimus Dionysio, cujus græca tam jejune alibi proposuimus. Nos vero fugit quænam sit *epistola secunda* mox memorata, nisi forte sit *secunda Heortastica*, cujus quarta ex parallelis Damasceni occurrit in Patrol. X col. 1342. Sed quot auctaria non accedent, si non frustra paulo inferius Areopagitica sollicitaverimus?

I Ἐκ τοῦ περὶ φύσεως.

Ex libro de natura.

Φύσει, κατὰ τὴν πρώτην τάξιν, ἐστιν πρεσβύτερος καὶ πρόγονος ὁ τεχνίτης τῶν τεχνιτευομένων. Cod. Coslin. f. 148.

Ex natura, juxta priorem ordinem, opifex antiquior et natu major est quam opera confecta.

II Ἐκ τῆς β' ἐπιστολῆς.

Ex secunda epistola.

Τίς ἄλλη πρεπωδέστερα κατάστασις ἑορτῆς ἢ τὸ ἄφοβον καὶ ἄλυπον καὶ ἀνειμένον διαμένειν; φόβον δὲ πάλιν λέγω, οὐ τὸν σοφὸν, ἀλλὰ τὸν ἄλογον· φόβος γὰρ Κυρίου τέρψει καρδίαν. (Coislin. f. 170.)

Quis alius decentior apparatus festivitatis, quam manere sine timore, sine luctu et in tranquillitate? Timorem porro dico, non sapientem, sed ineptum. « Timor enim Domini delectabit cor.» Eccl. 1, 12.

S. PETRUS ALEXANDRINUS.

Ex oratione paschali, t. III, 599.

In Genesim, p. 599.

De Deitate excerpta quatuor, t. IV, p. 187, 425.

De Resurrectione excerpta octo, p. 189, 426.

De non præexistentia animae, p. 193, 429.

Fragmentum asceticum, p. 194, 429.

Fragmenta quinque dubia armenice, p. 196, 430.

S. ALEXANDER ALEXANDRINUS.

Fragmenta novem, dogmatica, ex tomo encyclico, a ducentis episcopis subscripto, tom. IV, p. 193, 430.

S. MALCHION, PRESBYTER ANTIOCHENUS.

Ex dialogo cum Paulo Samolateno t. III, p. 600.

SANCTUS METHODIUS.

In Job, t. III, p. 603 - 610.

De Resurrectione, p. 610.

De Resurrectione ex codd. slavicis (ita in seqq.) p. 613.

De Libero arbitrio, p. 615.

De vita et actibus rationi consentaneis. p. 615.

De cibis ad Chilonam, p. 615.

De lepra ad Istelium, p. 616.

De sanguisuga ad Eustochium p. 616.

Miscellanea in Genesim, p. 617.

De Resurrectione ex codice Coisliniano, p. 618.

De martyrio, p. 621.

De libero arbitrio, p. 621.

Miscellanea latina, Petrus Monachus p. 626.

Aglaophonos excerpta octo syriace t. IV, p. 201. 434.

Ex sermone in ascensionem Domini p. 207, 439.

Nemo nostra non dividet vota, ut ab homine solerti et strenuo, variis linguis ornato, absolvatur novum opus de vita et scriptis S. Methodii. Quantæ id operæ pretium esset, palam fit ex omnibus quæ intra angustos fines nostros, græce, syriace, armenice, slavice, latine congessimus: ac nisi extremo limite amplissimi tomi tertii coarctati fuissemus, libenter dimidiam partem juvisset restituere librorum *de Resurrectione* et *libero Arbitrio*, de quibus tantum ingratas, spissas et obscuras varietates cumulavimus.

S. PAMPHILUS.

Scholium *de psalmis*, t. III, 469.

Recensio juxta Hexapla minorum prophetarum, p. 56O.

Recensio Hexaplaris prophetae Ezechielis, p. 567, collatis cum Eusebio curis, ex codice abbatis Apollinaris.

S. EUSTHATIUS ANTIOCHENUS.

Ex tractatu *de Tentationibus*, t. IV, p 210, 441.

Ex homilia quadam, ibid.

Ex epistola *Ad Alexandrum Alexandrinum*, p. 211, 442.

Super *Verbum Caro factum est*, ibid.

Ex tractatu *adversus Photinum*, ibid.

In ps. XCII, p. 212, 443.

Tria fragmenta dogmatica, ibid.

Scholia tria *in Proverbia*, ut infra.

Agedum, quandoquidem inter Patres Antenicænos Orientales placuit collocare hunc sanctum patriarcham, qui adversus Arianos calces et pugnos exeruit, schedas iterum nostras excutiamus, ut tria addamus fragmenta ex cod. Reginensi 77, inclyto interprete David Hœschelio. Quorum plura accedunt ad insignem Eusthatii sermonem super hoc: *Deus creavit me initium viarum etc.* a Theodoreto cum magno plausu recitatum, in quo fabula de Verbi in creatione generatione temporali funditus evertitur.

Prov. III v. 13-15. Μακάριος ἄνθρωπος [1]) ὃς εὗρε σοφίαν, καὶ θνητὸς ὃς εἶδε φρόνημα. Κρεῖσσον γὰρ αὐτὴν ἐμπορεύεσθαι ἢ χρυσίου καὶ ἀργυρίου θησαυρούς. Τιμιωτέρα δέ ἐστιν λίθων πολυτελῶν· οὐκ ἀντιτάξεται αὐτῇ οὐδὲν πονηρόν· εὔγνωστός ἐστι πᾶσι τοῖς ἐγγίζουσιν αὐτῇ· πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς ἐστι.

Beatus vir qui invenit sapientiam, et mortalis homo qui prudentiam intellexit. Præstat enim ipsam sapientiam mercari præ auri atque argenti thesauris. Nam pretiosior est lapidibus exquisitis. Non apponitur illi quidquam malum; cognitu facilis est appropinquantibus illi. Quodcumque pretiosum non illa dignum est.

Σοφίαν ἐνταῦθα τὸν Χριστὸν λέγει, διαγράφων τὴν αἰσθητὴν αὐτῆς εἰκόνα, καὶ

Sapientiam hoc loco Christum dicit, describens ejus imaginem, prudentiam quæ

1) Reg. 77 p. 144. De codice et interprete cf. Anal. III, p. 523. Versionem leviter temperamus quam ab ore magistri plus minus perfunctorie discipulus, uti suo loco notavimus, recepit.

τὴν ὁρατὴν φρόνησιν· τήν τε ἐμπορίαν αὐτῆς [πρὸ] πάντων ἀσπαστέαν σημαίνων, καὶ ὡς οὐδὲν αὐτῇ κακίας εἶδος ἢ πανουργίας ἀντιτασσόμενον ἰσχύει· τοῖς δὲ ἐρῶσιν αὐτῆς πρόδηλον γνώρισμα παριστῶν, ἐκβόα μετ' εὐφημίας· Εὔγνωστός ἐστι πᾶσι, καὶ πᾶν δὲ τίμιον οὐκ ἄξιον αὐτῆς.

in sensum et oculos cadit, et mercaturam ejus præ omnibus rebus amplectendam ostendens, nec ullam malitiæ aut versutiae formam id genus opponendo quidquam virium habere: amatoribus autem ejusdem evidens signum ob oculos ponens, exclamat cum præconio: *Probe cognita est omnibus, ac quævis res pretiosa ad eam comparata nihil est.* »

Prov. VIII, 22. Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. [1])

Ἀρχὴ γὰρ τῶν καλλίστων ὁδῶν τῆς δικαιοσύνης γεγένηται ἡμῖν ὁ ἄνθρωπος τοῦ Χριστοῦ τοῖς κρείττοσι τῶν ἐπιτηδευμάτων προσαγὼν ἡμᾶς σεμνοπρεπῶς προσαρμόττει τῷ πνεύματι ξεναγὴ εἰς τὸν παράδεισον· εἰς τὴν οἰκείαν ἀποκαθιστήσει νομήν. Διὸ καὶ ὁ Χριστὸς ἔλεγεν· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ἡ ἀλήθεια καὶ ἡ ζωή. Τῷ μὲν ὀνόματι οὖν τῆς ὁδοῦ καὶ κατὰ ἄνθρωπον δηλοῖ περιβολὴν, ὅπερ ἐστι τῶν σωματικῶν καὶ τῶν ὁρατῶν· γῆς γάρ τι μόριον ἡ ὁδός καὶ αἰσθητὸν ἐδάφιον κατίστησε· τὸ δὲ ὄνομα τῆς ἀληθείας τῆς ζωῆς τὴν τοῦ Πατρὸς φύσιν· ἡ γὰρ ἀλήθεια πρᾶγμά τι νοητὸν, οὔτε ὄμμασιν, οὔτε ἀφῇ ὑποπίπτον.

Cap. VIII, 22. *Dominus creavit me principium viarum suarum.*

Principium enim pulcherrimum viarum justitiæ factus est nobis homo-Christus, qui præstantia actionum adducendo nos, decenti gravitate adjungit Spiritui, et tamquam hospites in paradisum ducit, et ad proprium restituit pabulum. Ideo etiam Christus dixit: « Ego sum via et veritas et vita. » Per nomen igitur «viæ» ostendit secundum hominem amictum, quod est rerum corporearum et visibilium. Terræ enim quædam pars est via, et pavimentum in sensus occurrit. Nomen vero « veritatis et vitæ » Patris naturam significat, nam veritas res est mente comprehendenda, neque oculis neque tactui subjicitur.

Cap. XVI. 32. Κρείσσων ἀνὴρ μακρόθυμος ἰσχυροῦ, ὁ δὲ κρατῶν ὀργῆς κρείσσων καταλαμβανομένου πόλιν. [2])

Ὁ μὲν γὰρ στρατηγὸς πόλιν ἅπαξ ἑλὼν, ὡς ἠβουλήθη, διέθηκεν· ὁ δέ γε τῶν παθῶν ἡνίοχος ὑποτάττει, ταῦτα ἐφ' ὅσον ἐστὶν ἐν τῇ ζωῇ· ὁ γὰρ ἐμφύλιος πάντως τοῦ ἔξωθεν ἐστὶ, χαλεπώτερος, ὡς ὅ γε πορθήσας ἀπεμερίμνησε· ὁ δὲ πρὸς ἄπαυστον ἐχθρὸν ἀγωνίζεται. Μέγα τοίνυν κατόρθωμα, τὸ κρατεῖν

Cap. XVI, 31. *Constantior est vir longanimis forti, et is qui vincit iram melior est occupante urbem.*

Dux exercitus, capta urbe semel dumtaxat, cum ea pro arbitrio agit. Qui vero moderatur animi affectiones, instar aurigæ, eas sibi subiicit quamdiu vivit. Bellum enim intestinum externo prorsus est difficilius. Ut ille urbem depopulans ac devastans, omni liberatur cura et sollicitudine; hic vero adversus hostem irreconciliabilem luctatur. Praeclarum igitur fa-

1) Cod. id. p. 282. Hoeschelius legit ὁ ἄνθρωπος χριστὸς, id quod etiam syriace tanet fragmentum IX in tomo IV, e. 443, cum hoc loco græco prorsus componendum. — Circa medium cod. habet δηλοῦν... ἀοράτων.

2) Cod. id. p. 456.

ἐργῆς, καὶ μέγα στρατήγημα κατὰ τοῦ πνεύματος τῆς ἐργῆς.

cinus, domare iram, et imperium magnum premere aestum irae.

SANCTUS SERAPION.

Ex homilia *de Virginitate*, p. 214, 443.
Ex epistola *ad confessores* p. 214, 444.
Aliud fragmentum, ibid.

Ex epistola XXIII, infra.
Adversus Montanistas, infra.

Rursus, quoniam συνεργῷ nostro Paulino placuit Patribus Antenicenis nonnullos addere vel incertae aetatis, vel synodo superstites, neque nos a S. Serapione recedemus ἀσύμβολοι; quæ si raris antiochenæ ecclesiæ testimoniis et quidem secundi saeculi, haec pauca non jure accensentur, saltem augeant modicum quem habemus tractatum Serapionis Tmuitensis, in confessione nicaena inclyti. Caeterum pauca nostra in primo quidem loco pertinere possunt ad seniorem Serapionem, qui multas litteras, teste Eusebio, scripsit; in secundo autem loco, si de Manete agitur, cogitare lubet de juniore Serapione, qui calamum strinxit adversus Manichaeos, in cujus eleganti libello, a nobis fortasse serius retractando, hæc nostra desiderantur. Sed si compendium M spectat ad Montanum, veterem iterum Serapionem Antiochenum comminisci jubemur.

I. Τοῦ ἁγίου Σεραπίωνος
ἐκ τῆς κγ' ἐπιστολῆς.

Οὐδέποτε αἵρεσις τὴν ἐκκλησίαν ἐνίκησεν, ἀλλ' ἀεὶ μαίνεται, καὶ κατ' ὀλίγον προελθοῦσα, εὐθέως λύεται.

Sancti Serapionis
ex vigesima tertia epistola.

Haeresis nunquam Ecclesiae praevaluit; verum interim furit, et paulo progressa, statim dissipatur.

II. Τοῦ ἁγίου Σεραπίωνος
ἐκ τῆς κατὰ Μ. πραγματείας.

Φήσωμεν οὖν ἡμεῖς οὐκ ἄργους εἶναι τοὺς ἀποστόλους τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ ποιήματα καὶ πλάσματα· οὐ γὰρ ὡς ἀπὸ ῥίζης καρπὸν προσηνέχθησαν, ἀλλ' ὡς ἀπὸ κτίστου καὶ ποιητοῦ κτίσματα καὶ ποιήματα καὶ γεγένηνται ὑπὸ τοῦ πεποιηκότος· γεννητοὶ γὰρ ἐκ τοῦ γεννητοῦ, ποτε οὐκ ὄντες, ὕστεροι δὲ πεποιημένοι.

Sancti Serapionis
ex tractatu adversus M.

Asseramus ergo non esse operis vacuos apostolos Dei, sed opera esse et figmenta. Non jam velut a radice fructum perceperunt, sed tamquam a creatore et factore creati sunt, et ab opifice facti. Geniti sunt ex verbo genito, et quum non essent, postea facti fuere. *Coislin.* f. 139.

Hisce testibus Antenicaenis accedunt in tomum IV ex codd. orientalibus Concilia tria, Ancyranum, Neocaesariense et Nicaenum, cujus acta coptice in Spicilegii Solesm. tomo I adservantur.

EPIMETRUM.

Quae apocryphorum malo nomine mactantur, ab hisce tomis primum exsulare jussi, aegre tantum paucis ob raritatem huc illuc introductis. Sed

quaenam aetate nostra foedius olent, quam Areopagitica? Verum eximius *συνεργὸς* Paulinus, quum forte fortuna, sed serius, incidisset in testimonium veluti Dionysii Alexandrini de Areopagita (cf. t. IV, XXIII), vehemens illi incessit desiderium lubrica tentandi Dyonisiaca. Concessi appendicem, immo suasi recoquere trenodiam ad Timotheum de obitu Petri et Pauli, passim in omnibus quondam linguis, sed a pluribus saeculis nullibi [1]) circumlatam. Et quæ ad calcem gazarum orientalium caute reliquerat, audax, quidni imprudens, ut hederam in postibus, fronti suorum latinorum et prooemiorum suspendit. A quo ille exorsus est, in eo finem imponam, et eo brevius quod in tomo V, si Deus dederit, idem saxum revolvam.

Interim de naeniis ad Timotheum uti et de caeteris Areopagitae epistolis silebo: nam memini me aegre ferre epistolam quam detexi Dionysii Alexandrini ad Cononem, sat inepte fuisse areopagitico epistolio ad Demophilum insertam; sed graviora et sublimiora opera maxime *de divinis nominibus* suspicio.

Multorum mitto ridicula commenta, cuncta opera nempe orta fuisse cum Hilduino vel paulo ante. Areopagitam in Gregorio M. Dodwellus detexit; in Petro Cnapheo Michael Lequienius; in Synesio, Lacrozeus; in Appollinari, Caveus; in Timotheo apollinarista, Stillingflectus; Bruckerus, in Theophilo Alexandrino; in Didymo et aliis alii. De quibus singulis recte dictum est: nutat quaquaversum et rimas agit insolens haec opinatio, sed retro pulsa inglorio gressu controversia, haud procul a saeculo IV se tuto sistere contendit. Etenim hic quasi in castro omnium haereticorum circumvallata, vix non patibulo Areopagitam affixit, dum in ejus libris rimatur Arii, Nestorii, Eutychetis, Apollinaris, aliorum manifesta semina et apertas blasphemias. Ultimus autem qui cum theologico apparatu Areopagitae vindicias susceperit, Bernardus de Rubeis, tam invictis argumentis omnia crimina profligavit ut Bieus, Bollandista prolixus, sed prudens, Areopagitæ licet scriptis infensus, de quocumque errore siluerit. Quid mirum, quum a sancto Maximo, omnium errorum hoste acerrimo, usque ad Angelicum Aquinatis intuitum, inde Areopagitica cum plausu Ecclesiae perpetuo recepta sint.

Superesse tamen videtur accusatio pantheismi quam recentes theologi neglexerunt; sed post Bruckerum multi philosophastri plenis buccis platonismum ibi fœtere oggesserunt. Veteres vero commentatores graeci, dum adhuc alexandrina academia floreret, illum ipsum aggressi campum, victoriam mihi videntur palmarem retulisse. Suadeo ut in primis scholia, vere *Divinis nominibus* digna, serio considerentur. Qua de re hercle conclamatum esset,

1) Memoratur unica editio latina, Colon. 1478 4. Exstant veteres cod armeni, syriaci, slavici, arabici, italici etc. Paucis quae nunc de Areopagita praefabor, adde quae infra p. 612.

[illegible] his scholiis centum nobiliora ad Dionysium Magnum Alexandrinum pertinerent.

E diverticulo jam nunc ad mediam rem.

Recentiores quidam testes sunt de Alexandrino scholiasta, quantumvis eruditi, Nicetas Coniates et Joannes Cyparissiota. Sed aetate, doctrina, sanctitate praestantiores sunt S. Maximus et S. Anastasius, qui saec. VII iisdem ambo utuntur vocibus: « Magnus ille Dionysius, Alexandriae episcopus et orator, in scholiis a se in beatum Dionysium sibi cognominem concinnatis, notat etc. » Mirum in modum se controversia torquet, sive ut novum excieat Dionysium Alexandriae antistitem et rhetorem, alium quam magnum martyrem; sive ut duos coæquales saec. VII, aeque doctos et vigilantes commilitones, turpi errore deceptos aut fraude vitiatos redarguat, ac si interpolatum esse Anastasium Maximus non adverterit, aut uterque cum Alexandrino inepte confuderit Joannem Scythopolitanum, qui vicinus in eadem regione ac fere in eodem saeculo scribebat.

Accedat ex membrana insigni Vaticana novus testis augustus, e palatio CP. missus ad aedes Pontificias cum hac epigraphe imperiosa: ✠ Τυπαγραφήσας προσταγῇ Βασιλίδος Δουκοφυοῦς εὐσεβοῦς Θεοδώρας, etc. Sic elegantissima manus XII saeculi.

Majestati autem apostolicae regium donum a purpureo viro fuisse oblatum titulus a fronte testatur:

Praeclarum hoc D. Dionysii Areopagitae operum volumen, scholiis marginalibus Dionysii Alexandrini auctum, Theodorae Reginae jussu elegantibus characterum formis exaratum, Bibliothecæ Vaticanæ auspicio Urbani VIII Pont. Max. Scipionis Cardinalis Coballuccii bibliothecarii studio reflorescenti, Aloysius Lollinus Belluni eps D. D. anno Dni MDCXXV.

Porro in folii 14 margine exteriori manus prima libro *de divinis nominibus* praefixit:

Διονυσίου Ἀλεξανδρείας σχόλια τῆσδε τῆς βίβλου.

Ac statim purpureo calamo pingitur:

Ἀρχὴ τῶν ἑκατὸν κεφαλαίων.

Ac paulo post, ubi centum capitula litteris signari incipiunt:

Σημείωσαι ὅτι ὅσα μὲν ἔχουσι τὸν ἀριθμὸν, σχόλια εἰσὶ (*lacuna in loco vacuo....*) *ὅσα δὲ ἄνευ ἀριθμοῦ Μαξίμου μοναχοῦ.*

Nondum vicimus, importuna oppugnante lacuna, eo molestiore quod a Bernardo de Rubeis exstare monemur nitidissimum codicem venetum, [1]) nostro simillimum, incipientem ab eodem libro cum eadem notatione, in qua lacuna sic impletur *εἰσὶ Γερμανοῦ πατριάρχου.*

1) Videtur cod. CXLIII. Certe venetum alium Turrianus in bibliotheca nobilis V. Collini versavit scholia Alexandrino ascripta continentem.

At de scholiasta Germano altum hactenus et ubique silentium, nec dubitare videtur de Rubeis crassum huc errorem irrepsisse: dolet praeterea numeros temere positos et dumtaxat in XLV scholiis quae in edd. Maximo tribuuntur. Crescit difficultas ex optimo codice vaticano, fere saec. X, qui, uti codex jussu Theodorae scriptus, orditur a libro *de divinis nominibus*, eamdemque σημείωσιν praefixam habet, cum nominibus Germani et Maximi, tacito Dionysio. Tum coeco penicillo promiscui numeri pinguntur ad singula fere scholia, quae nullo prorsus discrimine dividi possunt.

Attamen exstare in praefato libro centum capita prae coeteris scholiis insigniora et praestantiora, testatur index praefixus, in quo lemmata haud inelegantia exactissimam seriem referunt centum animadversionum, grandi et sublimi theologia insignium, quae in codice Theodorae purpurea littera emicant.

Qualia et cujusnam sunt illa κεφάλαια? Haud multum ab initio prolixa sunt, sed mox amplitudine crescunt, et sententiarum adeo superbiunt archaica majestate, ut a Maximi scholiis vel cœcus ea differre censeat; continuam praeseferunt commentarii consequentiam, ejusdemque scriptoris mentem, qui non semel semet ad priora sua refert. Exceptis tantum duobus, scholiis, quae erronea littera notatu fuisse possint, ubi recentiores sectae vapulant, cætera numero octo et nonaginta nullam haeresim Manichaeis recentiorem offendunt; nec Maximi, neque Joannis Scythopolitani temporibus et controversiis facile aptantur, praeterquam quod strigoso et pugnaci sermone Maximus uti in primis solet, nec nisi brevissimas stricturas, deficiente, uti monet, exigui sui codicis margine, perstringit.

Brevius quoque ipse ego, angustiis prooemiorum pressus, haec proposui, opinantis more, non arbitri, nec judicis. Accuratius enim exemplaria orientalia graca et latina versari oportet, ut inter se conferantur scholia Maximi et Joannis Scythopolitani, quæ miscentur, Dyonisii et Germani, si quae sint, Andreae forte Cretensis, Oecumenii et Georgii Hieromnemonis, quæ memorantur in bibliothecis Coisliniana, Taurinensi et Florentina; Joannis Darensis, cujus Morinus ad sidera tollit commentarios; Armeni interpretis, qui latet in codd. parisiensibus [1]). Haec aut alia, si Deus dederit, in altero tomo excutere juverit, ubi Proclum editurus, ansam facilem arripiam conferendi inter se Areopagitica et placita ultimi magistri Alexandrinorum, et exsufflandi turpem de Dionysii pantheismo calumniam.

Cæterum nihil mirum a Luthero, pingui et vecordi ingenio, inde ad Bruckerum et cæteros philosophiae humi repentis alumnos crassas de Areopagita fluxisse opiniones. « Animalis homo non percipit ea quæ Spiritus

1) Ad haec cf. Fabricium, Nourrium, de Rubeis, varios dictarum Bibliothecarum catalogos.

Dei sunt.» Iterum suadeo ut expendantur ampliora *de divinis nominibus* scholia, quæ Dionysio Alexandrino facile tribuenda sunt, et quorum centum numeros, uti exstant in codice Theodorae, infra subjiciam.

Demum sub nomine Areopagitae quum invenerim in cod. Palat. 39 singulare quoddam metrum heroicum, in quo velut ex industria cumulantur quæcumque in Areopagiticis de Deo audacius dicuntur, facile ad perversum trahenda sensum, hos versus homericos in tetraplis proponere ausim ad avocationem et coronidem, monito, uti par est, lectore, eadem reperiri inter poemata Nazianzeni, cujus si hoc metrum fuerit, argumento novo erit, Gregorium ad manum habuisse Areopagitica, quae pluries verbo tenus adduxisse, vix dubitandum est, ac praeterea Areopagitam dici non posse pantheistam, quin eadem nota inuratur doctor ille qui prae caeteris ὁ θεόλογος salutatur.

SELECTA SCHOLIORUM DE DIVINIS NOMINIBUS CENTUM CAPITA.

Α'. *cod. f.* 14. Patr. tom. IV, col. 1860. — Ὑπερούσιος... αἰσθητήν.

Β'. *f.* 15, *col.* 188 *B.* Ὅρα πῶς... χερουβίμ.

Γ'. *Ibid*· Σημείωσαι... ἀξιοῦνται.

Δ'. *Ibid.* Διὰ τοῦτο... δεχόμενος.

Ε'. col. 189 A. Τὸ ἀκατάληπτον... ἡνωμένου.

ς'. *Ibid.* Ἐντεῦθεν... καὶ ἀτελεύτητον.

Ζ'. *fol.* 16. *col.* 192 *B.* Καλῶς τὸ ἀδύνατον.. ἑωρακέναι φασίν.

Η'. *fol.* 17. *col.* 193 *C:* Ἐκφάντορες... ἐκφαίνονται.

Θ'. *Ibid.* Ἐνταῦθα τρανοῖ.. ὑπεραίρων.

Ι'. *fol.* 18. *col.* 196 *C.* Ὅτι μία... ἀνειληφέναι αὐτόν. [Immo videtur notandum scholium præcedens, cui praemittitur obscurum signum: εμ (sic) Πάντα τὰ Θεοῦ... συγγενείας].

ΙΑ'. *fol.* 20. *col.* 201. Ἕτερόν ἐστι.. ἔχει ἐπὶ Θεοῦ.

ΙΒ'. *Ibid.* Εἰπὼν περὶ Θεοῦ.. ἀγγελικάς.

ΙΓ'. *fol.* 21. *col.* 204. Τὸ οὐδὲν εἶναι... πᾶσι τοπικῶς.

ΙΔ'. *col.* 205. Ἐκ τούτων... ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ.

ΙΕ'. *f.* 22. *col.* 208. Ὅρα πῶς σαφῶς... αἰώνων ποιητής.

Ις'. *f.* 23. *col.* 209. Ἑστίαν αὐτὸν... τὰ πάντα συνέστηκε.

Ιζ'. *edd. deest.* Ἀνώνυμον, διὰ τὸ πάντα εἶναι, καὶ μηδὲν τῶν ὄντων, ἀλλὰ πάντα ἐξ αὐτοῦ εἶναι, ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν ἐξηγεῖται, πάντα δὲ τὰ ὄντα διὰ τὸ ἐξ αὐτοῦ εἶναι τὰ πάντα.

ΙΗ'. *Ibid.* Σημείωσαι ὅτι... λέγει.

ΙΘ'. *f.* 24. *col.* 212. Ὕπαρξις... ταῦτα.

Κ'. *f.* 25. Καλῶς... ἁγίου πνεύματος.

Κα'. *Ibid.* Σημειωτέον... Ἰωάννην.

Κβ'. *Ibid.* Σημείωσαι ὅταν... δηλονότι.

Κγ'. *f.* 26. *col.* 213. Οἷον τὸ... ἐφ' ὑμᾶς.

Κδ'. *f.* 27. Θεολογικὴν... βεβαιώσεως.

Κε'. *Ibid.* Ἐκφαντορίας... διδασκαλίας.

Κς'. *f.* 28. *col.* 216. Κρυφίας... ποτε.

Κζ'. *f.* 29. Πῶς ἄγνωστον... λέγει.

Κη'. *f.* 30. *col.* 221. Τὰ περὶ... μείνασα.

Κθ'. *f.* 31. Ἐνταῦθα περὶ... θεοσημείας.

Λ'. *f.* 32. *col.* 224. Ὅτι καὶ τὸ... αγνωσία.

Λα'. *Ibid.* Τὰ σεβάσμια... εἰσόντα.

Λβ'. *f.* 33. *col.* 225. Ὅτι θεολογίαν... ταῦτα εἰσόντα.

Λγ'. *f.* 34. *col.* 228. Τὰ θεῖα ταῦτα... καὶ αἱ ἰδέαι.

Λδ'. *f.* 35. *col.* 229. Μέτρον ἐστὶ... οὐκ ἔχοντας.

Λε'. *f.* 36. *col.* 232. Τὸ κἂν θεοὶ... ποιεῖ.

Λϛ'. *f.* 37. *col.* 233. Πῶς οὐ πάντα... λέγει Κύριος.

Λζ'. *f.* 40. *col.* 236. Θεαρχικὴν... λέγονται.

Λη'. *f.* 42. *col.* 240. Κατὰ κυριότητα. ...τῷ Ἰὼβ ἔχομεν.

Λθ'. *col.* 241. Σημείωσαι... χορός.

Μ'. *f.* 45. *col.* 244. Σημείωσαι·.. ἀνέγνωμεν.

Μα'. *f.* 44. Τὸ αἴτιον... ἀριθμήσεις.

Μβ'. *f.* 45. *col.* 248. Ὥσπερ ὁ αἰσθητὸς... τὸ μέσον.

Μγ'. *Ibid.* Μὴ νομίσῃς... διαστρέφου. (Num. μγ' repetitur ad haec: σημείωσαι ... ἐῤῥήθη, sed perperam, quum ibi citetur Basilius).

Μδ'. *col.* 249. Ὅρα πῶς .. εἶναι αὐτά.

Με'. *f.* 46. Τὸ ὑπερκόσμιον... ἀρετήν.

Μϛ'. *f.* 47. *col.* 252. Μονοειδὴς... τὸ καλόν.

Μζ'. *Ibid.* Τὸ ἰδοὺ... ἐπεστραμμένα.

Μη'. *col.* 253. Πέρας πάντων... τὸ καλόν.

Μθ'. *f.* 48. *col.* 256. Στάσεις... ἀψύχων.

Ν'. *f.* 49. Ὁρᾷς ἐνθεῦθεν... ἀναβαίνει.

Να'. *Ibid.* Ὅρα ὅτι... ἀναλύηται.

Νβ'. *col.* 260. Πῶς νοηθήσεται... ἕκαστον.

Νγ'. *f.* 50. Πῶς τὰ μὴ ὄντα... μὴ ὄντος.

Νδ'. *f.* 52. *col.* 264. Νοερὰς δυνάμεις ... καταστάσεσιν.

Νε'. *f.* 54. *col.* 268. *De Hierotheo*, Ἐπίστησον... πρὸς τὸν Θεόν,

Νϛ'. *col.* 269. Καὶ ἄνω εἴπομεν... ἔχουσιν

Νζ'. *f.* 55. *col.* 272. Ἐπειδὴ εἶπε... ἐν αὐτῷ.

Νη'. *f.* 56 Ἔφημεν ἀνωτέρω... δηλονότι.

Νθ'. *col.* 276. Ἐντεῦθεν... ἀπεδείξαμεν.

Ξ'. *f.* 57. Ἔτι τῆς ἀντιθέσεως... μελισσῶν.

Ξα'. *col.* 277. Εἰ ἡ φθορὰ... ὑπάρξεως.

Ξβ'. *Ibid.* Τὰ μὲν ἀμιγῆ... φαινόμενον.

Ξγ' *f.* 58. *col.* 280. Ὅσαν.. αἴσθεσθαι.

Ξδ'. *Ibid.* Τὸ προκείμενον... δύναται.

Ξε' *f.* 60. *col.* 281. Ἡ νόσος... ἐν ἡμῖν.

Ξϛ'. *Ibid.* Ὁ σκοπὸς... οὐδαμῶς ὄν.

Ξζ'. *f.* 61. *col.* 284. Ταῦτα εἴδη... εἴρηται.

Ξη'. *col.* 285. Σημείωσαι ταῦτα... τὸ δόγμα.

Ξθ'. *Ibid.* Ἐπειδὴ... ἀλλήλοις.

Ο'. *f.* 62. *col.* 288. Ὡς ἐξ ὑποκρίσεως ... οἱ ἄρχοντες.

Οα'. *f.* 63. Σημείωσαι... κακὸν οὐδέν.

Οβ'. *Ibid.* Σημείωσαι... διαφορά.

Ογ'. *f.* 64. *col.* 292. Ὁ θυμὸς.... ποιοῦντες.

Οδ'. *col.* 293. Πῶς οἱ τοῦ... τοῦ ψευδοῦς.

Οε'. *Ibid.* Σημείωσαι... ἀγαθόν.

Οϛ'. *f.* 65. *col.* 293. Φύσις ἐστὶ.. οὖσα.

Οζ'. *Ibid. col.* 296 *D.* Εἰ τοίνυν.... μᾶλλόν ἐστι.

Οη'. *f.* 66. *col* 297. Ἐπειδὴ... πλημμελοῦσι.

Οη'. *bis. ibid.* Εὔλογον... ἀναγκαῖον.

Οη'. *ter. f.* 67. *col.* 300. Ἀνατρέπων... ἡ ὕλη κακόν. Schol. f. continuum, sed tripartitum.

Οθ'. *Col.* 301. Καὶ τὰ λεγόμενα.. παιδεία λέγεται. Ἀνάγνωθι τὸ κβ' κεφάλαιον. (Nota ad se ipsum scholiastam se referre, unde unus fons scholiorum aperte patet.)

Π'. *f.* 68. Ἔσεται δὲ... ἡ ἀτεχνία.

Πα'. *Ibid.* Εἰ μὴ κατὰ.. οἷς συμβαί-

νουσα καὶ ἀποσυμβαίνουσα.

Πβ'. f. 69. col. 305. Θαυμασιως.. τὸ κακόν.

Πγ'. Ibid. Θείως... τὰ ἑαυτῶν.

Πδ'. f. 70. Σημείωσαι... Ἀθηναίοις.

Πε'. f. 71. σημείωσαι... ταὐτὸν.

Πς'. f. 71. col. 308. ἓν ὠνόμασαν... ὑπερούσιος.

Πζ'. Ibid. Οὐσιαρχίαν... παρήγαγε

Πη'. col. 309. Ἐπισημήνασθαι... φησίν.

Πθ'. col. 312 Ἐπειδὴ... τῆς ὕλης.

Ϟ'. f. 73. Ἀσαφέστερον... σελίδα.

Ϟα'. f. 74. col. 313. Τὸ ἓν.. ὡς αἴτιος.

Ϟβ' col 316. Ταῦτα... φερόμεναι.

Ϟγ'. f. 76. col. 320. Οὕτω νοητέον... ἀργουσῶν.

Ϟδ'. f. 77. col. 324. Εἰ αἴτιόν ἐστιν, δι' ὃ γίνεται... κεκτῆσθαι.

Ϟε'. f. 78. col. 325. Ὅτι αὐτὸς.. παραγαγών.

Ϟς'. f. 79. Προσυπακουστέον... τὸ εἶναι.

Ϟζ'. f. 80. col. 329. Τὰ παραδείγματα ... οὐκ ἐδήλωσε.

Ϟη'. f. 81. col. 332. Τῷ πέρατι... τὰ πάντα.

Numerus XCIX in cod. omittitur.

Ρ'. f. 82. col. 336. Μετὰ τὴν τῶν ἀγγέλων... δυνάμεως.

Τοῦ ἁγίου Διονυσίου ὕμνος θεῖος διὰ στίχων ἡρωικῶν.

Ὦ πάντων ἐπέκεινα (τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν),
Πῶς λόγος ὑμνήσει σε; σὺ γὰρ λόγῳ οὐδενὶ ἐκτός·
Μοῦνος ἐὼν ἄφραστος, ἐπεὶ τέκες ὅσσα λαλεῖται.
Πῶς νόος ἀθρήσει σε; σὺ γὰρ νόῳ οὐδενὶ ληπτός·
Μοῦνος ἐὼν ἄγνωστος, ἐπεὶ τέκες ὅσσα νοεῖται.
Πάντα σε καὶ λαλέοντα καὶ οὐ λαλέοντα λιγαίνει·
Πάντα σε καὶ νοέοντα καὶ οὐ νοέοντα γεραίρει.
Ξυνοὶ γάρ τε πόθοι, ξυναὶ δ' ὠδῖνες ἁπάντων
Ἀμφὶ σέ· σοὶ δὲ τὰ πάντα προσεύχεται, εἰς σὲ δὲ πάντα
Σύνθεμα σὸν νοέοντα λαλεῖ σιγώμενον ὕμνον·
Σοὶ δ' ἑνὶ πάντα μένει· σεῦθ' ἀθρόα πάντα θοάζει·
Καὶ πάντων τέλος ἐσσὶ, καὶ εἷς, καὶ πάντα ὑπάρχεις,
Οὐχ ἓν ἐὼν, οὐ πάντα, πολύλλογε, πῶς σὲ καλέσσω;
Τὸν μόνον ἀκλήϊστον; ὑπερφανέας δὲ καλύπτρας
Τίς νόος οὐρανίδης εἰσδύσεται; ἵλαος εἴης,
Ὦ πάντων ἐπέκεινα (τί γὰρ θέμις ἄλλο σε μέλπειν;)

V. I. Ex cod. Palat. 39 f. 133, sæc. XV. Cf. Gregorii Nazianzeni Carm. XXIX, *Patrolog.* XXXVII, 507. W. Christ. *Antholog. graeca* p. 24. — V. 2. οὐδενὶ ῥητὸν P. ῥητὸς Chr. — V. 3. post. v. 4 in edd. ponitur. — v. 6. om. Chr. totum tacite. — v. 8. ὠδύναις Pal. — v. 9. προσδέχεται Pal. — v. 11. σεῦθ' ἀθρόα attico ore Σὺ δ' ἄθροα πάντα θοάζεις Chr. minus apte — v. 12. τέλος ἠδὺ (sic) Pal. — καὶ πάντα καὶ οὐδεὶς edd. fort. melius. — v. 13. πάντα πανώνυμε edd. — v. 14. ὑπερνεφέας edd.

XLVII

DIVINUS AREOPAGITÆ HYMNUS.

Omnia qui superas (alium te dicere fas-ne est?)
Quis te sermo canet, nullo sermone canendum?
Nominis ipse expers solus, quo cuncta vocantur,
Quæ te mens cernet, quum te mens nulla penetrat,
Solusque ignotus, tu per quem cuncta sciuntur.
Cuncta canunt te, quaeque silent et quæque loquuntur;
Te omnia quae cogitant et mente carentia laudant:
Nam communis amor, communia vota feruntur
In te, cunctorumque preces cumulantur, et hymnum,
Sed tacitum, dant cuncta tuum meditantia numen.
In te cuncta manent, confertim tibi cuncta moventur,
Et finis tu cunctorum, unus, totumque, et nihil horum.
Haud unum es, non omnia, habes qui nomina mille.
Quî te compellem sine nomine? Lucida claustra
Quis superûm mens ingreditur? — Tu propitius sis,
Omnia transgrediens; alium te dicere fas-ne est?

HYMNE A DIEU.

Plus grand que tout! quel nom sied Mieux à ta grandeur?
Plus haut que tout, quel mot mesure ta hauteur?
Seul sans nom, tu créas tout être qui se nomme.
Pardelà tout penser que puisse atteindre l'homme,
Seul inconnu, tu fis tout ce que l'on connait.
C'est toi qu'adore l'être ou parlant ou muet,
Et le monde insensible, et le monde qui pense.
Pour toi tout amour brûle, et tout désir s'élance
Vers toi: tout prie au nom de ton immensité,
L'hymne digne de toi, c'est l'hymne qui se tait.
En toi seul tout se meut, en toi seul tout repose;
Fin de tout, un et tout, et rien de toute chose,
Non pas un, non pas tout, sans nom sous mille noms
Comment t'appellerai-je? En tes sombres rayons
Quel archange entrera? — Sois le Dieu de clémence,
Plus grand que tout, quel nom sied mieux à ta puissance?

THE DIVINE HYMN. 1)

Trascending all! (how else thy name express?)
How utter thee, unutterable one,
Thee, nameless, thongu by whom all things are named?
Soundles abyss! what mind can scan thy deep,
Alone unknown, by whom all things are known?
Thee all do sing, both mute and speaking things;
Thee all do praise, enriched with mind or not;
All love, all wish, but centre them in thee:
The prayers of all, and ev'ry secret thought,
Gather'd in one, thy God-head doth confess,
But most, the awe-struck soul's unutter'd hymn.
In thee all things repose; in thee they move;
O thou, the end of all! thou One and All!
Yet nothing of these things! Not one art thou,
Nor art thou all! How name thee, then, O thou
The nameless one, who hast a thousand names?
Within whose veilèd light nor Angels dare,
Propitious be to me, O God! thou God
Transcending all! (how else thy name express?)

1) Interprete D. Laur. Shepherd O. S. B.



SANCTUS CLEMENS
ROMANUS

Angelus Maius vir ille summus, quem nemo hominum non salutabit a limine cujuscumque studii Vaticani, a. 1825, statim ut Romam accessit, favente fortuna quæ indoctis tantum ingrata est, inciderat in codicem inscriptum Leontii presbyteri et Joannis Τὰ ἱερὰ, statimque *Rerum sacrarum* elenchum primo tomo *Collectionis novae veterum scriptorum* inseruit [1]; codicem vero tacitus seposuit, eoque diligentius secundis curis reservavit, quo uberiora et minus exspectata anecdota vix alius codex Vaticanus indefesso Angelo præstitisset.

Vestigia igitur cæteris, non sibi suppressa relegit, et a. 1833, ad Leontii *Res sacras* reversus, messem maturam secuit, sed græce tantum in tomo VII stravit manipulos novos quinquaginta circiter scriptorum, de Clemente Romano subdens, ad calcem p. 84, notulam quasi cito calamo brevissime excussam, in hunc modum:

« Clementis Romani non exstat nisi prima ad Corinthios epistola, et pars secundæ. Et quidem in codice (?) exstat locus ex prima ad Corinthios, cap. 33, quem exscribere supersedeo, quamquam variat a lectione quæ est edita apud Cotelerium, nec non apud Damascenum, Parall. p. 310. »

Nec plura, omisso loco et tacito iterum codicis indiculo, manente spe tertio cestum depositum versandi. Sed inde longum est desiderium et frequens eruditorum querela, mirantium cur nam ille nobis inviderit locum illum Clementis, varietate insignem, immo fere dolentium Leontii codicem τῶν ἱερῶν, vel amissum esse, vel ignotum.

Ita enim post alios Jacobsonius apud Higenfeldium: « In codice quodam bibliothecæ Vaticanæ, e quo Leontii et Joannis Sacrarum rerum librum edidit Maius, hujus capitis 33 partem exstare testatur. Equidem satis mirari non possum, quid causæ fuerit, quare vir ille doctissimus totum non exscripserit locum, præsertim quum lectionem a textu Cotelerii, nec non a Damasceni Parallelis variare fassus sit. » Ibidem pergit Adolphus Harnackius: « Summe reverendum Vercellone, qui rogatu Dresselii schedas Angeli Maii diligenter perquisivit, nihil de hoc capite invenisse, Dresselius mecum Romæ a. 1874 communicavit. » Hactenus hæc, a. 1876, apud Hilgenfeldium [2]).

Quæ vix ad me pervenerant, quum accessi ad schedas meas, ante viginti circiter annos tumultuario opere congestas, in quibus notaveram cod. Vaticanum 1553, mihi inscriptum: Leontii τὰ ἱερά. Tum accepi in Vaticana tomum III haud ita recentem inventarii codd. græcor. in quo legitur: 1553. *Cod. monasterii Cryptoferr.* — Λεοντίου πρεσβυτέρου καὶ Ἰωάννου τῶν ἱερῶν βιβλίον δεύτερον. Quo accersito, in folii 22 utraque pagina, locum tamdiu quæsitum legi, cum nota in margine apposita manu ipsius Maii: « *Damasceni p.* 310, *sed corrupte, ut etiam apud Cotelerium PP. Apost. t. 1, p.* 154. »

[1]) Eumdem tomum Maius dum prælo restituit a. 1831, τὰ ἱερὰ sustulit, utpote in tomum VII reponenda. — [2]) *Clementis Romani epistulae*, Lips. p. 37.

Quæ omnia stimulum mihi et calcar addiderunt, ut quam cito data opportunitate, illum Clementis locum, prout jacet, eruditorum tandem curiositati traderem, tum ut invidiam tollerem præstantissimo antecessori inustam, tum ut musei Vaticani toties in causam haud sine injuria adducti patrocinio, pro munere meo, defungi studerem.

At nil fere novum præter unam alteramve dictionem. Quid vero opportunius quam Clementis Romani vel unam syllabam insculpere hisce propylæis Patrum Antenicænorum? Accedant solummodo fragmenta quædam ex codd. orientalibus, quæ tomo nostro IV præfiguntur; haud sine periculo severioris censuræ, tum maxime quum hisce temporibus alia Clementis κειμήλια multo ampliora e tenebris eruuntur.

Τοῦ ἁγίου Κλήμεντος Ῥώμης ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῆς.
Ex epistola S. Clementis Romani ad Corinthios.

Αὐτὸς γὰρ ὁ δημιουργὸς καὶ δεσπότης τῶν ἁπάντων ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ ἀγάλλεται [1]· τῷ γὰρ παμμεγεστάτῳ αὐτοῦ κράτει οὐρανοὺς ἐστήριξεν [2], καὶ τῇ ἀκαταλήπτῳ αὐτοῦ συνέσει διεσκόσμησεν αὐτούς· γῆν τε διεχώρισεν [3] ἀπὸ τοῦ περιέχοντος αὐτὴν ὕδατος, καὶ ἔδρασεν [l. ἥδρασεν] ἐπὶ τὸν ἀσφαλῆ τοῦ ἰδίου θελήματος [4] θεμέλιον. Ἐπὶ τούτοις τὸν ἐξότατον [l. ἐξώτατον] καὶ παμμεγέθη ἄνθρωπον ταῖς ἰδίαις αὐτοῦ καὶ ἀμώμοις χερσὶν ἔπλασε, τῆς ἑαυτοῦ εἰκόνος χαρακτῆρα. Οὕτω γὰρ φησὶν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν ἡμετέραν. Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. Ταῦτα οὖν πάντα τελειώσας, ἐπαίνεσεν [l. ἐπήνεσεν] αὐτά, καὶ ηὐλόγησε, καὶ εἶπεν· Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε.

Ipse namque opifex et Dominus omnium in operibus suis oblectatur. Cœlos enim sua longe maxima potestate firmavit, et incomprehensibili sua industria eos adornavit. Terram etiam ab aqua eam ambiente distinxit, et super tuto voluntatis suæ stabilivit fundamento. Ea præter ultimum porro atque illum maximum hominem suis met propriis et intaminatis manibus finxit, imaginis suæ effigiem. Ita enim ait Deus: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. Et fecit Deus hominem: masculum et feminam fecit eos.* Hæc igitur omnia cum absolvisset, ea laudavit, et benedixit, subdiditque: *Crescite et multiplicamini.*

1) ἀγαλλιᾶται Alex. vett. edd. Dein παμμεγεθεστάτῳ. — 2) Sic cod. Bryenn. Damasc. Alias ἐστήρισεν. — 3) ἐχώρισεν Damasc. — 4) βουλήματος cum Alex. edd. omnes. — Post θεμέλιον plura Leontius resecuit. Edd. pergunt: Τά τε ἐν αὐτῇ ζωᾶ φοιτῶντα τῇ ἑαυτοῦ διατάξει ἐκέλευσεν εἶναι· θάλασσαν καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ζῶα προετοιμάσας ἐνέκλεισε τῇ ἑαυτοῦ δυνάμει. Ἐπὶ πᾶσι τὸ ἐξοχώτατον καὶ παμμεγεθέστατον κατὰ διάνοιαν, ἄνθρωπον ταῖς ἱεραῖς καὶ ἀμώμοις κτλ. Hilgenf. p. 38, quæ nonnihil dissoluta et interpolata facile haberentur. — Cf. Gen. I, 4, 6, 14, 18.

SANCTUS MELITO
SARDENSIS

Alius et multiplex locus erit, sive in hujus tomi prolegomenis et appendicibus, sive in prooemio fragmentorum orientalium, fuse et affatim disserendi de sancti Melitonis operibus, quorum nonnulla nondum primam in lucem venerunt. Ac primum spem fortasse omnem et expectationem superat, manere ad hunc usque diem novum opus, aperto Sardensium episcopi nomine a fronte insculptum, et ex iis quæ certissima sunt; recensita nimirum in classico illo Eusebii catalogo, quem dudum nos græce, syriace et latine edendum curavimus; idque opus non latere in obscuro angulo, sed obvium esse omnibus, in pluteis Vaticanis, inter Columnenses libros, quos post tot alios anecdotorum venatores, diligentiori cura lustravit, et diu noctuque versavit acerrimus Maius, quin tamen, vel in copiosis ejus schedis superstitibus, nullum quod sciam, vestigium subodoratæ operæ liquerit.

Sane jam viginti anni sunt, quum recens in urbem advectus, licet ad alia totus, mirabundus offendi in cod. Vatican. 2022, f. 238, ubi diserte legebam: Μελήτονος ἐπισκόπου Σαρδέων περὶ λουτροῦ. Quod totum uno calami tractu descripsi, conscio tantum ejusdem tunc studii socio, Anselmo Nickes O. S. B. quem dulcis memoriæ gratia appello. Nullus exinde dubitavi, quin schedis meis tenerem ipsum libellum, quem decimo in loco posuit Eusebius: Καὶ ὁ περὶ λουτροῦ, Hieronymus autem cum Syris in loco IX: *De baptismate librum unum.*

Sane *Clavi* Melitonianæ novam in lucem edendæ prooemium vix potuissem excogitare aptius et honestius. Cur autem jubear, vel inter *Analecta* iterum facere locum spisso illi operi, quod jam fere duos *Spicilegii* mei tomos implevit, satis alibi et superius dixi. Uno verbo noverit benignus lector, Claromontanum Clavis codicem, quem per viginti annos frustra in Bibliothecis Galliarum, Angliæ, utriusque Belgii et alio persequebar, Romæ tandem invenisse me, collatoque cum cæteris vetusto illo exemplari, in illo reperisse me effigiem primigenii archetypi, quod dubio procul a fonte græco derivabat. Hactenus haec. Melitonem ipsum et græcum jam lector excipiat.

ΜΕΛΙΤΩΝΟΣ [1]) ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΑΡΔΕΩΝ περὶ λουτροῦ.

Melitonis, episcopi Sardensium, de Baptismo.

Ποῖος δὲ χρυσὸς, ἢ ἄργυρος, ἢ χαλκὸς [2]), ἢ σιδηρὸς πυρωθεὶς οὐ βαπτίζεται ὕδατι; ὁ

Jam quale aurum, vel argentum, vel æs, vel ignitum ferrum non tingitur aqua? horum qui-

1) Μελήτονος cod. Vatic. An vero integer sit is libellus, dubitare licet, quum exordio et clausula careat. — 2) χαλκοῦς V. nec fort. male, quo significetur aeris numisma, ut et nummus au-

μὲν [1]) αὐτῶν ἵνα φαιδρυνθῇ διὰ τῆς χρόας, ὁ δὲ ἵνα τονωθῇ, διὰ τῆς βαφῆς.

Ἡ δὲ σύμπασα γῆ ὄμβροις καὶ ποταμοῖς λούεται, καὶ λουσαμένη καλῶς γεωργεῖται. Ὁμοίως καὶ ἡ Αἰγυπτιακὴ γῆ λουσαμένη ποταμῷ πληθύνοντι αὔξει μὲν τὸ λήϊον, πληροῖ δὲ τὸν στάχυν, ἑκατοντάχοα [2]) δὲ γεωργεῖ διὰ καλοῦ λουτροῦ.

Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ ἀὴρ λούεται ταῖς τῶν ψεκάδων καταπομπαῖς [3]).

Λούεται καὶ ἡ τῶν ὄμβρων μήτηρ πολυανθὴς ἶρις [4]), ὁπόταν κατὰ ῥευμάτων κυρτώσῃ ποταμοὺς, ὑδραγωγῷ πνεύματι προσκαλουμένη.

Εἰ δὲ βούλῃ τὰ οὐράνια θεάσασθαι βαπτιζόμενα, ἐπάχθητι νῦν ἐπὶ τὸν ὠκεανὸν, κἀκεῖ σοι δείξω θέαμα καινόν· πέλαγος ἀναπεπταμένον, καὶ θάλασσαν ἀόριστον, καὶ ἀπείρητον βυθὸν, καὶ ἀμέτρητον ὠκεανὸν [5]), καὶ ὕδωρ καθαρὸν, τὸ τοῦ ἡλίου βαπτιστήριον, καὶ τὸ τῶν ἄστρων λαμπτήριον, καὶ τὸ τῆς σελήνης λουτρόν· τὸ δὲ πῶς λούονται μυστικῶς, παρ' ἐμοῦ μάθε [6]) πιστῶς.

Ἥλιος μὲν, διανύσας [7]) τὸν τῆς ἡμέρας δρόμον πυρίνοις ἱππεύμασι, τῇ περιδινήσει

dem pars, ut nitide splendeat, pars autem altera, quo magis ab immersione roboretur.

Universa vero terra imbribus et amnibus eluitur, ablutaque optime aratur. Similiter etiam Ægyptiorum tellus, abundanti irrigata flumine, segetem auget, et spicam amplificat, ac centesimo fructu, facta irrigatione proba, arva locupletat.

Agedum enim, et aer ipse lavatur guttarum stillicidiis.

Lavatur quoque Iris, florida imbrium mater, quando motis turbinibus, fluvios in arcum tollit, excita sursum spiritu, aquarum vectore.

Visne et cœlestia contemplari baptismo tincta? Evehitor nunc secundum Oceanum, et tibi novum hic ostendam miraculum: æquor sublime expansum, et sine fine pelagus, et irremeabilem abyssum, et sine mensura Oceanum, et aquam pellucidam: en tibi solis baptisterium, et astrorum lavacrum, et lunæ balneum. Ea vero quod jam pacto mystice laventur, velim a me fideli interprete edoceare.

Equidem sol, diei cursum cum perfecit igneis equitationibus, dum circuitu et impetu

reus et argenteus, in *auro, argentoque* signatus. — [1]) Quatuor quidem recensentur; sed cum tria priora sint ex metallis splendidis, ea singulariter sermo complectitur, ὁ μὲν, ἵνα φαιδρυνθῇ, quibus opponitur ferramentum, quod in undis mersum, non lævigatam obtinet superficiem, sed duram aciem exacuit, ὁ δὲ, ἵνα τονωθῇ; utrumque attica brevitate perstringitur. — [2]) ἑκατοντάχεα V. — [3]) καταπομπαῖς. Cujus optimæ vocis vix erit exemplum vetustius. Extat sensu opposito ἀναπομπή. — [4]) τῶν ὄμβρων μήτηρ πολυανθὴς ἶρις, quam vocat Homerus: Ἶρις ἀελλόπος ἀγγελέουσα, Il. xxiv, 78. Homerica sane tota ἔκφρασις, nec nisi poetica scholia patitur, ut illud Cycni Nazianzeni:

Οἵη δ' ὑετίοιο κατ' ἠέρος εὐδιόωντος,
ἀντομένη νεφέεσσιν ἀποκρούστοις περιωγαῖς.
ἀκτὶς ἠελίοιο πολύχροον Ἶριν ἑλίσσει,
ἀμφὶ δέ μιν πάντῃ σελαγίζεται ἔγγυθεν αἰθὴρ,
κύκλοισιν πυκινοῖσι καὶ ἔκτοθι λυομένοισι...

Ut Phoebi radius, coelum cum forte serenat,
In nubem incurrens, omnique ex parte repulsus,
Efficit ut variis distincta coloribus Iris
Curvetur subito, totusque effulgeat aether
Vicinus, crebrique orbes nascantur et una
Intereant... BB. t. ii, 235.

Sic fere Bilius, haud inelegans interpres, nisi quod v. 4 frigidius et minus apte habeat *protinus exsistat*, ἑλίσσει, quod statim emendavimus. Erit qui v. 2 malit περιαυγαῖς: sed iterum paulo ante idem vates habet, p. 229, v. 50: κείνου περιωγῇ ῥοιζοῦμαι *illius impetu volvor*, ut in utroque loco περιωγὴ sit pro περιαγωγή. — ἶρης, ὅποτ' ἄν... ὑδραγώγῳ V. alia id genus omitto. — [5]) ὠκεανὼν V. et infra ineptius ὠκεανάν. — Mox ἰδοῦ latine suppletur, sed græco impetu non requiritur. — [6]) μάθες Vat. an pro conjunctivo μάθῃς, quem adhortativum dicunt? cf. Buttmann *Gramm.* ed. 1841, p. 383. — [7]) διανοίσας V. primum suspicabar διανοίξας. Iterum mellifluus antistites fere homericus est. Sed de solis equitatu aut curru tacent Ilias et Odyssea; dum hymni *(in Solem*

τοῦ δρόμου πυροειδὴς γενόμενος, καὶ ὡς λαμπὰς ἐξαφθεὶς, διακαύσας δὲ τὴν μέσην τοῦ δρόμου ζώνην, ὡς, ἂν πλησίον ὀφθῇ, δέκα [1]) ἀκτινοβόλοις ἀστραπαῖς καταφλέξαι τὴν γῆν, δυσωπούμενος κάτεισιν εἰς τὸν ὠκεανόν. Καθάπερ σφαῖρα χαλκῆ, πυρὸς ἔνδοθεν γέμουσα, πολὺ φῶς ἀπαστράπτουσα, λούεται ἐν ὕδατι ψυχρῷ, μέγα ἠχοῦσα, λαμπρυνομένη δὲ ἀπ᾽ αὐγῆς [2])· τὸ δὲ πῦρ ἔνδοθεν οὐ σβέννυται, ἀλλὰ πάλιν ἀπαστράπτει ἀνακαυθέν· οὕτω δὴ καὶ ὁ ἥλιος, πεπυρωμένος ὡς ἀστραπὴ, ὅλως οὐ τελευτῶν [3]) λούεται ἐν ὕδατι ψυχρῷ, ἀκοίμητον ἔχων τὸ πῦρ· λουσάμενος δὲ βαπτίσματι μυστικῷ, σφόδρα εὐφραίνεται, τὸ ὕδωρ ἔχων τροφήν· εἷς δὲ καὶ ὁ αὐτὸς ὤν, ὡς καινὸς τοῖς ἀνθρώποις ἀνατέλλει ἥλιος, τετονωμένος ἐκ βυθοῦ, κεκαθαρμένος ἐκ λουτροῦ· τὸ δὲ νυκτερινὸν ἐξελάσας σκότος, λαμπρὰν ἐγέννησεν [4]) ἡμέραν.

Κατὰ δὲ τὸν τούτου δρόμον, καὶ ἡ τῶν ἄστρων κίνησις καὶ ἡ τῆς σελήνης φύσει ἐνεργεῖ· λούονται γὰρ εἰς τὸ τοῦ ἡλίου βαπτιστήριον, ὡς καλοὶ μαθηταί [5])· οἱ γὰρ ἀστέρες μετὰ τῆς σελήνης κατ᾽ ἴχνος τοῦ ἡλίου διώκουσιν, καθαρὰν ἔχοντες αὐγήν.

Εἰ δὲ ὁ ἥλιος σὺν ἄστροις καὶ σελήνῃ λούεται ἐν ὠκεανῷ, διὰ τί καὶ ὁ Χριστὸς ἐν Ἰορδάνῃ οὐ λούεται; Βασιλεὺς οὐρανῶν, καὶ κτίσεως ἡγεμὼν, ἥλιος ἀνατολῆς [6]), ὃς καὶ [7]) τοῖς ἐν ᾅδου νεκροῖς ἐφάνη καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ βροτοῖς, καὶ μόνος ἥλιος οὗτος ἀνέτειλεν ἀπ᾽ οὐρανοῦ.

fit flammæ similis, et veluti fax incensus, mediam penitus adussit zonam itineris, ita ut si propius cerneretur, decupla radiorum ejaculatione exureret, tum rubore suffusus descendit in Oceanum. Quemadmodum ænea sphæra, igne intrinsecus plena, multa luce fulgurans, mergitur in aquam frigidam, haud sine immani strepitu, ac splendore elicito, nec tamen ignis intrinsecus extinguitur, sed rursus coruscat magisque exardescit: ita etiam sol, ignivomus tanquam fulgur, dum minime a lumine cessat, mergitur in frigidam undam, ignem retinens sopiri nescium; ablutus autem arcano baptismate, alacri gaudio exultat, aqua depastus: unus vero et idem sol manens, quasi novus sol mortalibus exoritur, ex abysso vegetior, lavacro repurgatus: nocturnas porro dum abegit tenebras, diem peperit luculentam.

Cursus autem illius instar, stellarum quoque ac lunæ motus vi ingenita pergit: lavantur enim, ut egregii alumni, solis in baptisterio. Sidera namque, una cum luna, solis vestigia persequuntur, purumque sibi luminis radium retinent.

Verum si sol, cum astris simul et luna, in Oceano lavatur, quid causæ est cur Christus non etiam lavetur in Jordane? Rex ille cœlorum, atque creaturæ ductor, sol ab Oriente profectus, qui tum mortuis apud inferos, tum mortalibus in mundo apparuit, ac solus ipse Sol, qui de cœlo ortus est.

9, 15, *in Merc.* 69, *in Cerer.* 88) allegoriam passim ad seriores transtulerunt. — [1]) ὀφθῇται δέκα V. locus aperte corruptus. Conjicit vir doctus: ὀφθῇ τῇδε κἀ[κεῖσε] *hic et illic*, *undequaque*. — [2]) δὲ ἐπ᾽ αὐγῇ sic V. an corrig. τε ἀπαυγῇ? — [3]) τελευτῶν. Ibi punctum in codice et vacua dimidia linea, quæ ultima est fol. 239, pergit tamen sensus in f. seq. recta serie. — [4]) ἐγέννησεν pro præsenti, de re fieri solita. — [5]) In margine καὶ νῦν καὶ ἀεὶ, nec videtur id recipiendum. — [6]) ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους, Luc. I, 78. Sed de Christo, sole et face, tota *Clavis* Melitoniana paulo infra resplendet. — [7]) ὡς καὶ V.

CLAVIS

CODEX CLAROMONTANUS.

Miletus, Asianus episcopus hunc librum edidit, quem et congruo nomine CLAVIM *appellavit.*

I.

[DE DEO]

1. *Caput Domini, ipsa Divinitas, eo quod* principium et creator sit omnium rerum. In Daniele.

2. Capilli Domini candidi, eo quod Antiquus sit dierum. Ubi et snpra.

3. Oculi Domini, inspectio divina, eo quod omnia videat, sicut est illud in Apostolo: Omnia enim nuda et aperta sunt oculis ejus.

4. Palpebræ Domini, occulta et spiritalia in divinis præceptis mysteria. In psalmo: Palpebræ ejus interrogant, hoc est, probant filios hominum.

Idem fere titulus fuit rubro calamò præfixus codici Argentinensi, ubi *Clavis* incipit, scilicet fol. 143 a tergo, in hunc modum: *Miletus Asianus episcopus hunc librum edidit, quem librum clavorum* (sic) *appellavit*, prout in simillima refertur tabella graphica, ad calcem tomi II *Spicilegii Solesmensis*, ubi tum scripturæ compendio concipitur sphalma *clavorum*, tum linearum sectione brevior epigraphe. — Inde sub siglis A (Argentinensis), C (Claromontanus) ambo codices notantur. Aliquando littera O signabitur Oxoniense apographum ex Claromontano indiligenter descriptum. C paginæ omnes in uncinulis designantur. Similiter includuntur paucula suppleta. Notas refer ad superiores numeros.

I. Uterque A, C incipit sine ullo primi capitis titulo, sed in C prima verba rubris uncialibus adornantur, sicut adjecta ad calcem hujus tomi tabella oculis subjicit. Unum alterumve titulum et numeros singulis formulis præfigimus, ne junctura rerum aut lucidus ordo desideretur.

1. *Ipse Divinitas* C, cui consentiunt bini codd. Theodulphi, Mesmianus et Aniciensis. Videat diligens lector, utrum hic tantum sit calami lapsus in librariis, qui statim ab initio eo usque ineptiant, an vero lateat primus hellenismus, inter frequentissima loca mox proferenda, ut *ipse* sit emphatice αὐτός, idem ac μόνος, pro *Deo* vel *Christo*, ut pluries apud Melodos notavimus in tomo super. p. 118, not. 7, p. 326, n. 22, p. 329, n. 3, p. 414, n. 116 etc. Sane vel *ipse* vel *ipsa* hic non dici temere, altero Melitonis exemplo evincitur, infra IX §. 2, n. 28, in egregia formula: *Altare aureum, ipsa Divinitas;* immo et tertio haud minus insigni, X, §. 2, 62: *Falx... ipsa Divinitas circumplectens omnia atque dijudicans.* — *In Danihelo* C, *Danihele* A, neuter constanter, quam barbariem lubricam nunc servare aut notare piget. Dan. VII, 9, 13, 22.

2. Cf. Apoc. I, 14.

3. Hebr. IV, 13. — *Omnia autem* Vulg. Innumeræ id genus varietates interpretem apud nos prodnnt liberum, et a gr. recte proficiscentem.

4. Ps. X, 4, Vulg. 5. Notatu dignissimum est, in C fuisse prima manu et ante veterem correctionem scriptum: *interrogat h. e. probat*, prorsus eodem modo quam græce: τὰ βλέφαρα αὐτοῦ ἐξετάζει, neque aliter scribit Adrianus, in Isagoge cap. I ab initio, *Clavem* ipsam græcam sub oculis habens. Quo quidem hellenismo passim occurrente, græci archetypi prostat ineluctabile testimonium.

5. Odoratus Domini, delectatio ejus in orationibus, sive in operibus sanctorum. In Genesi: Odoratusque est Dominus odorem suavitatis.

6. Os Domini, Filius ejus, vel sermo ad homines. In propheta: Os Domini locutum est. Et alibi: Os ejus ad iracundiam provocaverunt.

7. Lingua Domini, Spiritus ejus sanctus. In psalmo: Lingua mea, calamus.

8. Facies Domini, ostensio ejus per Filium ad homines. In Exodo: Facies mea præcedet te. Et in propheta: [p. 2] Facies Domini divisit eos.

9. Verbum Domini, Filius. In psalmo: Eructavit cor meum verbum bonum.

10. Brachium Domini, Filius, per quem omnia operatus est. In propheta Esaia: Et brachium Domini cui revelatum est?

11. Dextera Domini, id est Filius, qui et supra. In psalmo: Dextera Domini facit virtutem.

12. Dextera Domini, gloria, sive beatitudo perpetua, sicut in Evangelio de Filio dicitur: Ad dexteram Dei.

13. Dextera Domini, electi omnes. In Deuteronomio: In dextera ejus ignea lex.

14. Alæ Domini, protectio divina. In psalmo: In umbra alarum tuarum sperabo.

15. Scapulæ Domini, divina patientia, quæ portare dignatur infirmos. In Deuteronomio: Suscepit eos et superposuit scapulis suis.

16. Manus Domini, divina operatio. In propheta: Nonne manus meæ fecerunt hæc omnia?

17. Digitus Domini, Spiritus sanctus, cujus operatione tabulæ Legis in Exodo scriptæ referuntur. Et in Evangelio: Si ego in digito [p. 3] Dei ejicio dæmonia.

5. Gen. VIII, 21.

6. Is. I, 20; Thren. I, 18, ubi *provocavi* Vulg. LXX apud Holmesium: παρεπίκραναν, teste inscripto cod. 106. — Ibid. *etabalios* sic C, uno verbo, quæ monstri insolentia cæcum præbet librarium et eo fideliorem, quod scripta a se videtur non semel non intellexisse; recentior aliquis supra correxit *alibi*.

7. Ps. XLIV, 2.

8. *Per Filium ad homines* omnino expunxit O, ut alia multa; quo quidem consilio, nescio. Cujus vero formulæ brevitas potius græce quam latine sonat: Πρόσωπον Κυρίου, δήλωσις αὐτοῦ διὰ Υἱοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. — *et per prophetam* A. — Cf. Exod. XXIII, 14; Thren. IV, 16.

9. Ps. XLIV, 2. — *Eructuavit* C.

10. Is. LIII, 1. — *Ut in propheta* C, post emendationem, et sic A qui recepit has correctiones. Siquidem inde, nec nisi importune, incipit secunda manus satis vetus addere passim supra lineas *ut*, ad singula fere loca Scripturarum; id vero repetundum censeo a formulis Eucherianis, ubi more latino attica brevitas perpetuo interpolatur, quæ importunitas pleno amne fluxit in A, et etiam in O, nemine monito. Nec jam me pœnitet sustulisse has interpolationes in tota editione mea priore, quum etiam in Claromontano tertia manus æque vetus, sed Argentino recentior, omnes illas copulas transverso calamo expunxerit.

11. Ps. CXVII, 16. — *ut in psalmo* A.

12. Marc. XVI, 19. Ultimos ergo Marci versus *Clavis* confirmat, si alio non respicit. Formulam omisit O, fallacia similium. — In fine manus recens addidit *sedit* ex Mesmiano. Clarevallenses codd. *sede ad dexteram*. — Jam addere lubet elegantem Adriani paraphrasin, fortasse a græcanica Clavi primigenia derivatam: Τὴν μέντοι δεξιὰν ἐπὶ μόνων τῶν αἰσίων, ὡς ἀπὸ τιμιωτέρου τοῦ μέρους, ἐκφωνεῖν ἔοικεν. Cf. sqq. et II, 14, 15.

13. Deuteron. XXIII, 2, quæ quidem desunt Vulgatis LXX, veteres tamen Slavi apud Holmes. ex cod. Ostrog. cum Vulg. lat. id retinent, et cum Nostro e græco receperunt. — *Electio* C manu prima, quæ statim O sustulit. Mox *ut* add. in C, A, ut supra. — 14. Ps. LVI, 2.

15. Deuter. XXXII, 11, ex græco: ἐδέξατο αὐτοὺς καὶ ἀνέλαβεν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν μεταφρένων αὐτοῦ.

16. Is. LXVI, 2. Ita pauci vett. apud Sabater. in Itala.

17. Exod. XXXIV, 1; Luc. XI, 20. Ad hunc

18. Digiti Domini, legislator Moyses, sive prophetæ. In psalmo: Videbo cælos, hoc est Legis libros et prophetarum, opera digitorum tuorum.

19. Sapientia Dei, Filius. In Apostolo: Christus Dei virtus et Dei sapientia. Et in Salomone: Sapientia Domini adtingit a fine usque ad finem fortiter.

20. Uterus Domini, secretum Divinitatis, ex quo Filium protulit. In psalmo: Ex utero ante luciferum.

21. Pedes Domini, stabilitas æternitatis. In psalmo: Et caligo sub pedibus ejus.

22. Thronus Domini, angeli, sive sancti, vel ipsa regnandi potestas. In psalmo: Thronus tuus, Deus, in sæculum sæculi.

23. Sedes, idem quod supra, angeli vel sancti, quod in his Dominus sedeat. In psalmo: Deus sedit supra sedem sanctam suam.

24. Descensus Domini, visitatio ejus ad homines, sicut in Michæa: Ecce Dominus egredietur de loco suo, et descendet, conculcans extrema terræ.

25. Item in malam partem, in Genesi: Descendit Dominus, ut videret turrim.

26. Ascensus Domini, elevatio hominis assumpti a terra in cœlos. In psalmo: [p. 4] Qui ascendit super cœlos cœlorum ad Orientem.

27. Stare Domini, patientia Divinitatis, per quam peccatores ad pœnitentiam sustinet, sicut in Abacuc: Stetit, et mensus est terram. Et in Evangelio: Stetit Jesus, et jussit eum vocare, hoc est cæcum.

28. Transitus Domini, adsumptio carnis, per quam nascendo, moriendo, resurgendo, in cœlos ascendendo, quosdam transitus fecit. In Cantico canticorum: Ecce iste venit saliens montes, transiliens colles.

29. Gressus Domini, adventus vel visitatio ejus. In psalmo.

ipsum Exodi locum vetus scholiasta in Catenis: Δάκτυλον Θεοῦ λέγει τὸ καθ' ἓν τῶν τοῦ Πνεύματος χαρισμάτων. Et sexcenta exempla Patrum omnes fere formulas confirmarent, quibus nec locus, nec tempus vacat.

18. Ps. VIII, 4. — *Ut in psalmo* C, A, ex præfata corr. et ita in 19, 20, 21, 22, 23, 24, 28.

19. I Cor. I, 24; Sap. VIII, 1. — *Sapientia, Domini filius* O, sic perpetua ἀβλεψίᾳ recentis alicujus scribæ in hoc apographo Grabiano.

20. Ps. CIX, 3. Eadem phrasis infra in II, 19, quæ sapit gr. τὸ ἀπόῤῥητον, τὸ μυστικὸν τῆς θεότητος? Patrem dici *Divinitatem*, et id vetus est.

21. Ps. XVII, 10. — *Stabilitas et aeternitas* O.

22. Ps. XLIV, 7. cum LXX. Vulgatus enim interpres *Sedes tua;* quocum Noster, si latinus esset, hanc formulam cum sequenti miscuisset.

23. Ps. XLVI, 9. Alter *throni* significatus in græco erat, psalmus enim habet in LXX, ἐπὶ θρόνου. — *Sedet supra sedem* A.

24. Michæas I, 3, ut cod. LXX Holmes. et Breviar. Mozarabic, ex Græcis acceptum.

25. Gen. XI, 5. — *In generi* C manu prima. — *Turrem* A.

26. Ps. LXVII, 34. οὐρανὸν τῶν οὐρανῶν, ut codd. Holmes. — *a terra in coelum* A. — *quis* C.

27. *Stare Domini*, uti alia longo agmine in seqq. *nescire Domini, dormire Domini, sedere Domini*, etc. quæ dicunt ore rotundo Graii, non alii; ut qui græca inter hæc non audierit, scythicas habeat aures oporteat. Nihil sane in toto Eucherio simile, nisi quis tam bardus sit, neque defuit, ut nostra oriri ab Eucherio aucto somnietur. Hæc vero sub veste græca tam constanter steterunt, ut eadem in omnes migraverint codd. sive Theodulphi, sive Clarevallensium, sine ulla varietate.

28. Cant. II, 8. Solemnis formula est quæ a Gregorio ad Bernardum, perque multos Patres usque ad recentes transiit. — *quodam transitu fecit* A, C, O.

29. Ubique ps. locus deest; fort. ps. LXXXIV, 14.

30. Viæ Domini, operatio Divinitatis, sicut in Job pro Diabolo: Ipse est principium viarum Dei.

31. Item viæ Domini, præcepta ejus. In Osee: Quoniam, rectæ viæ Domini, et justi ambulabunt in eis.

32. Vestigia Domini, operum secretorum signa. In psalmo: Et vestigia tua non cognoscentur.

33. Cognitio Domini, quod cognoscentes faciat, sicut dicit ad Abraham: Nunc cognovi quoniam times Deum, hoc est cognoscere te feci.

34. Nescire Domini, reprobare est. In Evangelio: Nescio vos.

35. Recordatio Domini, misericordia ejus, per quam respicit et miseretur cujus vult, sicut in Genesi: Recordatus est Dominus [p. 5] Noe. Et alibi: Recordatus est Dominus populi sui.

36. Pœnitentia Domini, rerum mutatio, sicut in libro Regum: Pœnitet me quod constituerim Saul regem.

37. Ira et furor Domini, ultio Divinitatis in peccatores secundum vindictam patientis, non secundum æquitatem judicantis. In psalmo: In ira sua et in furore suo conturbabit eos.

38. Dormire Domini, dum in quorumdam hominum cordibus fides ejus minime vigilat. In psalmo: Exsurge, quare obdormis, Domine?

39. Vigiliæ Domini, in electorum suorum custodia per præsentiam Divinitatis semper adesse. In psalmo: Ecce non dormitabit, neque dormiet.

40. Sedere Domini, regnare. In psalmo: Deus sedet supra sedem sanctam suam.

41. Scabellum Domini, homo assumptus a Verbo, vel sancti ejus a quibusdam putantur. In psalmo: Adorate scabellum pedum ejus, quoniam sanctum est.

30. Job XL, 14. Scholia ex Job facile Gregoriana videntur, ob *Moralia* tritissima, sed Gregorius cum Græcis vixit, nec Melitonem sive græcum, sive latinum versare destitit. Utinam e tenebris excieatur Origenis in Jobum commentarius, quem magnus ipse Hilarius latinum fecit, et argumento sit, ante Gregorium morales Jobi interpretationes circumlatas ab Oriente in Occidentem fuisse.

31. Osee XIV, 10. — *Ut in* habuit C, sed expunxit, retinuit A, et ita notandum in 32, 33, 34, 37, 38, 39.

32. Ps. LXXVI, 20.

33. Gen. XXII, 12. — *cognoscere fiat* C, ex 1 manu, 2 vetus superscripsit *faciat*. — om. A *sicut dicit*. — Sed hæc iterum græca olent μαθόντας, εἰδότας ποιεῖν.

34. Matth. XXV, 12; Luc. XIII, 25.

35. Gen. VIII, 1. — *Per quam respuis*, fœdo apud Woog. sphalmate, quod Migne recepit. *Patrol.* V, 1225. — *cui vult* C. — Esth. X, 12.

36. Reg. XV, 11. — *in Regum* A.

37. Ps. II, 5. — *non secundum aequitatem judicantis, qui cum tranquillitate omnia judicat, sed secundum turbationem patientis*, quæ Clarevallensium glossa prolixa est, ut declaretur græca periodus: κατὰ τὴν τοῦ παθόντος ἐκδίκησιν, οὐ κατὰ τὴν ἐπιείκειαν τοῦ κρίνοντος pro τοῦ κριτοῦ. Quæ fere in priore editione notaveram. — *conturbavit* A.

38. Ps. XLIII, 23.

39. Ps. CXX, 4. — *adesse* sic A, C, quibus consentiunt codd. Alcobac. Theodulph. et Rabanus, pro quo *adest* Clarevall. et Woog. post O. Iterum periodus magis græca quam latina; inde importunæ varietates. — *dormitavit* C, solita scriptura, quam inde notare pigebit.

40. Ps. XLVI, 9.

41. Ps. XCVIII, 5. — *putantur*. Nunc primum subeunt formulæ ambiguæ, cæteris prolixiores, quas facile ævo seriori dederim. Sed eas vel in hoc primo exemplo vide vetustas esse, quum ibi *sancti* dicantur omnes Christi fideles. — *vel sanctis* O, depravatissime, quod etiam a Mesmiano veteri fonte derivatur. — *Ut in* A, C, ut dixi, et sic in 42, 43.

42. Ambulatio Dei, delectatio Divinitatis in operibus sanctorum suorum. In propheta: Et ambulabo in illis, et ero illorum Deus.

43. Tuba, Dei vox manifesta. In Apostolo: In jussu et voce archangeli et in tuba Dei descendet de cœlo.

42. Levit. xxvi, 12.

43. I Thess. iv, 15. Huc usque excepta ex apogr. Oxon. quæ Voog edidit, nec plura continet Patrolog. l. l. Vix plura edidit Gottl. Heyne ex cod. Alcobac. in *Biblioth. anecdot.* Lips. 1848, p. 244.

II.

DE FILIO DEI SECUNDUM CARNEM.

1. [p. 6.] Caput Christi, Deus. In Apostolo: Caput autem Christi, Deus.

2. Corpus Christi, sancta Ecclesia, ubi et supra: Corpus ejus, quod est Ecclesia.

3. Caput Ecclesiæ, Christus. In Apostolo: Caput autem mulieris, vir.

4. Capilli Christi candidi, multitudo sanctorum dealbatorum. In Apocalypsi et in Evangelio: Neque per capillos capitis tui juraveris.

5. Oculi Christi, evangelica præcepta. In Genesi: Pulchriores oculi ejus vino.

6. Dentes Christi, apostoli, ubi et supra: Et dentes lacte candidiores.

7. Lingua Christi, evangelicus sermo. In psalmo: Lingua mea adhæsit faucibus meis.

8. Fauces Christi, prædicatores Evangelii, ubi et supra.

9, Labia Christi, adnunciatores verbi. In Cantico canticorum.

10. Barba Christi, homo assumptus a Verbo, vel perfecti omnes. In psalmo: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron.

11. Manus Christi, operarii justitiæ, ad opus bonum parati. In Cantico canticorum: Manus ejus tornatiles, aureæ.

12. Digiti Domini, fortes in Ecclesia, usque ad mortem [p. 7] pro justitia agonizantes, ubi et supra: Digiti mei instillaverunt myrrham.

13. Dextera Domini, Testamentum novum; sinistra, vetus.

14. Item dextera, beatitudo perpetua; sinistra, vita præsens, sicut in Cantico canticorum Ecclesia dicit: Læva ejus sub capite meo, et dextera ejus amplexabitur me.

II. Titulus noster in A et C minio distinguitur, nullo tamen præfixo numero.

1. I Cor. xi, 1. — *Ut in apost.* A, C, solita emendatione et expunctione, sicque in 3, 4, 5, 7, 9, 10, 11, 12, 14, 15, 17, 19, 20, 24, 25.

2. Coloss. I, 24. — 3. I Cor. xi, 1.

4. Matth. v, 36, cf. Apoc. I, 14.

5-6. Gen. XLIX, 12. — 7. Ps. xxi, 16.

8. Ineptum esset recentiora reputare singula loca de prædicatoribus, qui ævo apostolico sunt *praecones*, *annuntiatores verbi*, κήρυκες. Immo ab annosa antiquitate est, toties dici *praecones*, et nullibi excitari sive cleros, sive presbyteros, sive episcopos.

10. Ps. CXXXII, 2. — 11. Cant. v, 14.

12. Ib. v. 5. Utinam attico suo lepore extaret venusta illa de martyribus formula! Etiam respexit Ecclesi. iv, 33, apud LXX Σιράχ iv, 28: ἕως τοῦ θανάτου ἀγώνισαι περὶ τῆς ἀληθείας, *pro justitia* Vulg. ut alii codd. Holmes., qui etiam varietatem nostram in Cantico declarant.

14. Cant. II, 6.

15. Dextera, electi; sinistra, reprobi omnes. In Evangelio: Statuet oves a dextris, hædos autem a sinistris.

16. Ubera Christi, evangelica doctrina. In Cantico canticorum: Meliora sunt ubera tua vino.

17. Mamillæ Domini, duo Testamenta Legis. In Apostolo: Et zona aurea circa mamillas.

18. Venter Christi, lavacrum regenerationis, ex quo electos suos per adoptionis gratiam in filios regenerat. In Cantico canticorum: Venter ejus eburneus.

19. Intestina Domini, secretum Divinitatis, sive in sacra Scriptura occulta sacramenta. In Exodo: Caput cum pedibus et intestinis vorabitis.

20. Crura ejus, apostoli, vel cæteri prædicatores, totum Ecclesiæ corpus sustinentes. In Cantico canticorum: Crura ejus sicut columnæ marmoreæ.

21. Pedes Domini, homo adsumptus a Verbo, [p. 8] vel sancti apostoli. In Deuteronomio: Qui appropinquant pedibus ejus, accipient de doctrina illius. Et in psalmo: Adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.

22. Ossa Christi, fortes in Ecclesia, quæ est corpus ejus. In psalmo: Dispersa sunt ossa mea secus in infernum.

23. Carnes Christi, infirmi in Ecclesia. In psalmo: Dum appropinquant super me nocentes, ut edant carnes meas.

24. Vestimenta Domini, caro assumpta. In Ezechiel propheta: Ecce vir vestibus lineis, id est carne munda.

25. Vestimenta Christi, electi omnes. In Job: Circumda tibi decorem tuum, et speciosis induere vestibus.

26. Tunica Christi, ejus Ecclesia, cujus figuram tunica illa habuit, de qua in Evangelio scribitur: Non scindemus illam, sed sortiamus cujus sit de illa.

27. Stola Christi, caro adsumpta, passionis vino mundata. In Genesi: Lavabit vino stolam suam.

28. Pallium Christi, sancta Ecclesia, ejus aspersa cruore, ubi et supra: In sanguine uvæ pallium suum.

29. Lumbare Domini, populus Judæorum, superbiæ vitio putrefactum. In Jeremia propheta: Sicut lumbare adhæret corpori, sic et ego applicabo populum istum ad me, dicit Dominus.

15. Matth. xxv, 33. — 16. Cant. I, 1.

17. Apoc. I, 13, juxta veterem interpretationem, quæ sæpe in Nostro a Vulgata recedit.

18. Cant. v, 14. Cujus quidem formulæ longiusculæ amplum habes commentarium in aurea, quam modo legisti, Melitonis concione περὶ λουτροῦ. — Lepida varietas in C *iberneus*, et primæ manus, an cujusdam hibernici? Sed statim vetus altera man. emendavit.

19. Exod. XII, 9. Cf. supra I, 20.

20. Cant. v, 15.

21. Deuteron. XXXIII, 3; Ps. CXXI, 7.

22. Ps. XXI, 15 et CXL, 7, conjunctim, de quibus cf. *Spicil.* t. II, p. 36, not. 8.

23. Ps. XXVI, 2. Tandem hic desiit maleferiatus emendator suas infercire glossulas Eucherianas, quæ vim veterum formularum infringunt. Ab ipso Claromontano, hisce porro sarcinulis male onerato, palam est pependisse Argentinensem librarium, quum illico porro idem respuat recocta id genus glossemata.

24. Ezech. XLIV, 17. — 25. Job XL, 5.

26. Joan. XIX, 24. — 27-28. Gen. XLIX, 11.

29. *Putrefactum*, sic A, C, neutrum quidem, vel respectu ad *lumbare* κατὰ νοούμενον, vel ob græcam dictionem ἔθνος in archetypo: ut ut est, græca utrobique spirant. — Jerem. XIII, 11, ex vetere vers. et juxta vett. græcos apud Holmes.

30. Cingulum, Christi justitia, sive fides ejus. [p. 9] In Esaia: Erit justitia cingulum lumborum ejus, et fides cinctorium renum ejus.

31. Calciamenta Domini, mysterium incarnationis. In Evangelio: Cujus non sum dignus, recumbens, solvere corrigiam calciamenti ejus.

30. Is. xi, 5. — 31. Marc. i, 7. *Calciamenta* A, C constanter.

III.

DE SUPERNIS CREATURIS.

1. Cœlum, cœlestes creaturæ, hoc est sancti angeli. In propheta: Audite, cœli, quia Dominus locutus est.

2. Cœlum, sancta Ecclesia. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum.

3. Cœlum, sacra Scriptura, per ora mortalium toto in orbe terrarum dilatata. In psalmo: Extendens cœlum sicut pellem. De qua alibi, post cursum vitæ præsentis: Cœlum plicabitur sicut liber.

4. Cœli, sancti apostoli, vel cæteri prædicatores. In psalmo: Cœli enarrant gloriam Dei.

5. Cœli, libri Legis et prophetarum. In psalmo: Videbo cœlos, opera digitorum tuorum.

6. Cœlum, aer iste agnoscitur, in quo cœlo hoc aereo Helias raptus describitur, et de quo Apostolus pro immundis spiritibus loquitur: Non est nobis conluctatio adversus carnem et sanguinem, sed contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Et alius Apostolus: Cœli autem qui nunc sunt, et terra, eodem verbo repositi sunt, et igni servati [p. 10] in diem judicii.

7. Angeli, potestates supernæ. In psalmo: Qui facit angelos suos spiritus.

8. Angelus, Dominus Jesus Christus, id est nuntius Patris. In propheta: Veniet ad templum suum dominator quem vos vultis, et angelus Testamenti quem vos desideratis.

9. Angelus, Joannes præcursor. In Malachia: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam. Simili quoque modo et in Apocalypsi pro Helia scribitur: Vidi unum angelum volantem per medium cœlum.

10. Angeli, sancti prædicatores, de quibus Dominus ad Job pro Zabulo loquens ait: Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, et territi purgabuntur. Et alibi: Angeli pacis amare flebunt.

III. Titulus in A, C rubris majusculis pingitur.

1. Sic 1 manus incipit in C: *Coelum coelestes creaturas sancto evangelo*, quæ partim recens, partim vetus διορθωτὴς emendavere. Sed vide iterum et scribam imperitum, cui fortasse præluxit priscum exemplar impeditæ lectionis. Is. i, 2.

2. Matth. xiii, 33 etc.

3. Ps. ciii, 2; Apoc. vi, 14 ex ignota vers.

4. Ps. xviii, 1. — 5. Ps. viii, 4.

6. Ephes. vi, 12; ii Petr. iii, 7; iv Reg. ii, 11. — *Describitur*. Ex græco γράφεται, præter latinum morem. — *Nequitia* A, C.

7. Ps. ciii, 4.

8-9. Malach. iii, 1, cum Holmesiana varietate. Apoc. xiv, 6. — *et angeli test.* C.

10. Job xli, 16; Is. xxxiii, 7; i Tim. iii, 16. Nota scholiolum, prorsus græcanicum.

Et in Apostolo: Apparuit angelis, quod nomen, non per naturam, sed per*officium ministrationis sortiti sunt.

11. Angelus, Diabolus. In Apostolo: Et si angelus de cœlo evangelizaverit vobis præter quod evangelizavimus, anathema sit.

12. Angeli, immundi spiritus, ubi et supra: Nescitis quia angelos judicabimus?

13. Sol, Christus. In Malachia: Orietur sol justitiæ timentibus Deum.

14. Sol, justi omnes. In proverbiis: Justus ut sol. In Evangelio: [p. 11] Tunc justi fulgebunt sicut sol.

15. Sol, acumen sapientiæ, sicut in Job de quibusdam sapientibus, sed reprobis, pro Zabulo dicitur: Radii solis sub ipso erunt.

16. Sol, Ecclesiæ fides, de quo per Joel prophetam dicitur: Sol convertetur in tenebris, quia fides Ecclesiæ, novissima persecutione, in reproborum cordibus per infidelitatem obscurabitur.

17. Sol, manifesta Domini operatio, sicut in psalmo pro corpore assumpto dicitur: In sole tabernaculum suum.

18. Sol, persecutionis ardor. In Evangelio: Orto sole, æstuaverunt.

19. Sol, prosperitas; luna adversitas mundi. In psalmo: Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.

20. Luna, Ecclesia, eo quod in hac mundi nocte resplendeat. In psalmo: Fecit lunam in tempora. De hac luna per Joel prophetam dicitur: Et luna in sanguine, hoc est, martyrum suorum cruore perfusa.

21. Luna, præsens sæculum, eo quod semper mutetur; de quo in Apocalypsi pro Ecclesia dicitur: Et luna sub pedibus suis.

22. Luna, homo stultus, In Salomone: Stultus ut [p. 12] luna mutatur.

23. Stella, Christus. In Apocalypsi: Ego sum stella splendida et matutina. Et alibi: Orietur stella ex Jacob.

24. Stellæ, sancti sive docti, eo quod virtutum operibus in hoc mundo resplendent. In psalmo: Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis nomina vocans.

25. Astra, sancti angeli. In Job: Quum me laudarent astra matutina.

26. Lucifer, Christus, ubi et supra: Qui producit luciferum in tempore suo.

11. Gal. I, 8 cum variet. — *et jussit angelus*, C, non emendatus nisi a recente.
12. I Cor. VI, 3.
13. Malach. IV, 2, loco leviter aucto cum vett. ac sic fere semper.
14. Eccli. XVII, 16 vel XXVII, 12, aut Sap. III, 7, nisi græce prior locus desit. Matth. XVII, 24.
15. Job XLI, 21.
16. Joel. II, 31 cum varietate.
17. Ps. XVIII, 6. — *manifeste* C. — *sicut in psalomon* sic idem male emendatus, unde A confidenter: *sicut in Salomone.*
18. Matth. XIII, 6.
19. Ps. CXX, 6.
20. Ps. CIII, 19; Joel II, 31. — *hoc est*, nota involutam longo respectu periodum, ex Græcorum licentia.
21. Apoc. XII, 1.
22. Eccli. XXVII, 12.
23. Apoc. XXII, 16; Num. XXIV, 17.
24. Ps. CXLVI, 4. — *vocans* sic A, C, extra latinam syntaxin, ob LXX, καλῶν. — *sive doctores* A, præpostera recentium mutatione. Nullibi ferè *doctores* apud Nostrum surgunt.
25, 26, 27, 28. Job XXXVIII, 7, 32. — *Pliadas* C, ubi superposuit manus vetus *septem stellas*, quod eodem modo A rescripsit. — *arcturus*, iterum supra lineam A, C *carrus* rubrice habent.

27. Pleiades, sancti prædicatores, separati quidem tempore, sed conjuncti prædicatione. In Job: Qui conjungere valet micantes stellas pleiadas.

28. Arcturus, sancta Ecclesia, propter sacramentum septem stellarum, ubi et supra: Et gyrum arcturi dissipat.

29. Lucifer, Diabolus, de quo Esaias: Quo modo cecidisti, lucifer, qui mane oriebaris?

30. Vesper, Antichristus, eo quod in finem mundi sit venturus. In Job: Et vesperum super filios hominum consurgere facit.

31. Nubs, apostoli, sive cæteri prædicatores, eo quod terram, hoc est homines, prædicatione [p, 13] sua compluunt, sicut in propheta: Qui sunt isti, qui ut nubes volant?

32. Nubs, corpus Christi nullo peccati pondere gravatum, sive Virgo Maria. In Esaia: Ecce Dominus ascendit super nubem levem.

33. Nubs, protectio divina, sicut in Exodo: Tabernaculum fœderis sæpe nubs obumbrasse legitur.

34 Nubs, obscuritas Scripturarum. In psalmo: Qui operit cœlum nubibus.

35. Nebula, velamentum mysteriorum Dei, sicut in Job: Numquid elevabis in nebula vocem tuam? Et in propheta: Nebula, pulvis pedum ejus.

36. Nebulæ, hæretici de quibus Petrus apostolus: [Hi sunt] fontes sine aqua, et nebulæ turbinibus agitatæ.

37. Caligo, divinorum secretorum operimentum. In psalmo: Caligo sub pedibus ejus.

38. Venti, angeli, sive animæ sanctorum, sicut in psalmo pro Domino dicitur: Volavi, volavi super pennas ventorum.

39. Pennæ ventorum virtutes sunt animarum.

40. Auster, Spiritus sanctus. In Cantico canticorum: Surge, auster; veni, aquilo, perfla hortum meum. Aquilonem vero hoc loco eumdem Spiritum sanctum accipiunt.

41. Auster, calor fidei. In psalmo: Sicut torrens in austro.

42. [p. 14] Africus, hoc quod superius. In psalmo: Induxit a virtute sua Africum.

43. Aquilo, Diabolus, vel homines infideles. In propheta: Ab aquilone exardescent mala super terram.

44. Venti, Diabolus, vel immundus spiritus. In Evangelio: Flaverunt venti. Et in Job pro impio: Tollet eum ventus urens.

29. Is. XIV, 12. — 30. Job XXXVIII, 32.

31. *Nubs* C pluries, raro alibi exemplo. — *Nubes* A constanter. — *Compluunt* ad græca vergit. — Is. LX, 8.

32. Is. XIX, 1. — *sive V. M.* De immaculato conceptu quis non cogitaret?

33. Exod. XIII, XIV. — 34. Ps. CXLVI, 8.

35. Job XXXVIII, 34; Nahum I, 3. — *nebula*, νεφέλη, ut vett. apud Holmes.

36. II, Petr. II, 17. *invenit fontes*, pro *hi sunt*, ita A, C, quo singulari utriusque errore amborum nexus patet. — 37. Ps. XVII, 10.

38. Ib. 11. *volavi* bis, ut græca: ἐπετάσθη, ἐπετάσθη, ubi tamen bis legerit Noster ἐπετάσθην, de quo silet Holmes.

39. *pinnas*, *pinnae* C constanter, A sæpius *pennas* etc. — *virtutes animalium* O, nec pauca id genus monstra sæviunt in has sarcinas Oxonianas.

40. Cant. IV, 16. — 41. Ps. CXXV, 4.

42. Ps. LXXVII, 26, novam nota scripturam.

43. Jerem. I, 14. — *exardescet* A, C, plane ut græca: ἀπὸ προσώπου βοῤῥᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακά. Quæ longe refugit vulgatus interpres: *pandetur malum super omnes habitatores terrae.*

44. Matth. VII, 27; Job XXVII, 21.

45. Venti, superbiæ spiritus, velut in Ose de hæreticis dicitur: Ligavit eum spiritus in alis suis. Item ibi: Omnes pastores tuos pascet ventus. Et alibi: Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos.

46. Aer, inanitas verborum. In Apostolo: Sic pugno, non quasi aerem verberans, id est inania sectans.

47. Pluvia, præcepta, vel mandata divina, eo quod terram, id est hominum corda irriget. In psalmo: Pluviam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ. Et alibi: Expectetur sicut pluvia eloquium meum.

48. Imber matutinus et serotinus, vetus Testamentum et novum. In Joel propheta: Descendere faciat ad vos imbrem matutinum et serotinum in principio, hoc est in Christo.

49. Nives, baptismi profusio. In Job: [p. 15] Si lotus fuero quasi aquis nivis.

50. Nives, futura tribulatio. In Job: Qui timet pruinam, irruet super eum nix. Pruinam vero in hoc loco præsentem tribulationem intellexerunt.

51. Grando, comminationes Domini, quibus contumaces verberat. In psalmo: Grando et carbones ignis.

52. Et in aliam partem: Occidit in grandine vineas eorum.

53. Grando, futura percussio. In Esaia: Allidet in turbine et in lapide grandinis. Et alibi: Et dabo lapides [prægrandes] desuper irruentes.

54. Tonitrua, Evangelii voces, eo quod de cœlo intonet. In psalmo: Vox tonitrui tui in rota. Et alibi: Dominus ascendit in cœlos, et tonat.

55. Coruscationes, splendores Evangelii. In psalmo: Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ.

56. Fulgura, virtutes Jesu, vel miracula sanctorum. In psalmo: Fulgura multiplicavit, et conturbavit eos.

57. Sagittæ, præcepta divina. In psalmo: Misit sagittas suas, et dissipavit eos. [p. 16] Et alibi: Sagittæ autem, potentissime, populi sub te cadent.

58. Iris, id est arcus, duorum judiciorum Dei figuram habere dicitur: hoc est primum per diluvium, secundum per ignem. In Apocalypsi: Et iris in circuitu ejus.

45. Osee IV, 19; Jerem. XXII, 22; Prov. X, 4.

46. I Cor. IX, 26.

47. *Irriget*, hoc verbo singulari in A, C græca syntaxis ut supra innuitur. Ps. LXVII, 10; Deuter. XXXI, 2. — *Expectet* A.

48. Joel II, 23.

49. Job IX, 30. — *Baptismatis profusio*, dictio tam latine insolens quam græce (πρόχυσις) sacro lavacro aptissima.

50. Job VI, 16, cum varietate.

51. *Grando*. Superscribitur in A, C *fulgura* rubro charactere. Ps. XVII, 13.

52. Ps. LXXVII, 47. — *Occidit in gr. jumenta eorum* vecors O.

53. Is. XXX, 30; Ezech. XIII, 11. — *Lapides praegnantes* A, C. Consensio duorum codd. in hoc immani verbo, quum nec fortuita nec cæca videatur, oriri potuit ex corrupto græco λίθους παιδοσπόρους pro vulg. LXX, πετροβόλους, vel varietate Holmesiana περιβόλους, quod sic Nobilius Vulgatæ accomodat: « Magni enim sunt, inquit, lapides qui machinis jaciuntur. »

54. *Intonet* A, C ex indole græca. Ps. LXXVI, 19; XVII, 15, ubi et sequentia in 55, 56. Cf, *Spicil.* t. II, p. 82, n. 10.

57. Ps. XLIV, 6. — *autem potentissime* A, C, communis error videtur pro *acutae*, *potentissime*. Sic fere Itala et LXX: ἠκονημένα, δυνατέ.

58. Apoc. IV, 3, cum varietate. — *secundo per ignem* A.

59. Ros, Verbum Domini, ideo quod madefaciat hominum terram. In psalmo: Sicut ros Ermon, quod descendit in montem Sion.

60. Pruina, abstinentia, eo quod per hanc frigescatur calor corporis. In psalmo: Factus sicut uter in pruina.

61. Pruina, tribulatio hujus vitæ. In Job: Qui timet pruinam, irruet super eum nix.

62. Pruina, rigor legis et severitas disciplinæ, sicut in Exodo de manna scribitur: Et candidum sicut pruina.

63. Glacies, duritia peccatorum. In Salomone: Et sicut in sereno glacies, ita resolventur tua peccata.

64. Gelu, corda peccatorum dura et frigida. In Job: Et gelu de cœlo quis genuit?

65. Frigus et gelu, futura tribulatio et angustia. [p. 17] In Zacharia: In die illa non erit lux, sed frigus et gelu.

66. Tempestas, examen judicii. In psalmo: In circuitu ejus, tempestas valida.

67. Turbo, persecutionum vel tribulationum impetus. In Esaia: Factus est fortitudo pauperi, spes a turbine.

68. Serenitas, indulgentia delictorum, per sanguinem justitiæ Jesu Christi post tenebras peccatorum data. In Evangelio: Facto vespere, dicitis: Serenum est, rubicundum est enim cœlum.

69. Spiritus, Deus. In Evangelio: Spiritus est Deus.

70. Spiritus, angeli. In psalmo: Qui facit angelos [suos spiritus].

71. Spiritus, animæ hominum. In Salomone: Quis scit, si spiritus filiorum Adam ascendat sursum?

72. Spiritus, ratio, quæ præeminet animæ. In Daniele: Spiritus et animæ justorum, benedicite Dominum.

73. Spiritus, animæ jumentorum. In Salomone: Et spiritus jumentorum descendit deorsum.

74. Spiritus, venti. In Genesi: Adduxit Dominus Deus spiritum super terram, et imminutæ sunt aquæ. Et alibi: Ecce ego creo spiritum. Et in psalmo: In spiritu vehementi conterens naves Tharsis.

75. Spiritus, vox hominum. In Apostolo: Si orem lingua, spiritus meus orat: [p. 18] mens autem mea sine fructu est; orabo ergo spiritu, orabo et mente.

76. Spiritus, Diabolus, vel dæmones. In Evangelio: Cum [immundus] spiritus exierit ab ho-

59. Ps. CXXXII, 3. — *Quod descendit* A, C, de quo cf. infra, VI, 24, 29, etc.

60. Ps. CXVIII, 83. — *frigescat* A.

61. Job VI, 16. Cf. supra 50.

62. Exod XVI, 14, libero respectu. — *de metanna* sic C manu 1.

63. Eccli. III, 17, cum varietate.

64. *Gelum* C pluries. Job XXXVIII, 29.

65. Zachar. XIV, 6. — 66. Ps. XLIX, 3.

67. Is. XXV, 4, haud sine variet. a Vulg.

68. Matth. XVI, 2.

69. Joan. IV, 24.

70. Ps. CIII, 4 juxta LXX.

71. Eccles. III, 21. Nota varietates a Vulgata passim recedentes.

72. Dan. III, 86. — 73. Eccles. I. I.

74. Gen. VIII, 1 ex græco. Amos IV, 13. Vulg. *creans ventum*. Noster legebat κτίζω πνεῦμα, quod Holmesianis addendum. — Ps. XLVII, 8. *conteres* Vulg.

75. I Cor. XIV, 15. — *Vox hominis* A.

76. Matth. XII, 43; Eccles. X, 4; I Reg. XIX, 9; III Reg. XXII, 2. Neque desunt varietates a receptis.

mine. Et in Salomone : Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te. Et alibi : Spiritus Domini malus irruebat in Saul. Item alibi et supra : Ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum.

IV.

DE DIEBUS ANNIS ET TEMPORIBUS

1. Dies, Dominus Jesus Christus. In psalmo : Hæc est dies, quam fecit Dominus.

2. Dies, evangelica annunciatio. In Cantico canticorum : Donec adspiret dies, et amoveantur umbræ.

3. Dies, vita præsens. In Evangelio : Me oportet operari opera ejus, qui misit me, donec dies est.

4. Dies, futura vita justis. In Esaia : Non est tibi amplius sol ad lucendum per diem.

5. Dies, sancti prædicatores. In psalmo : Dies diei eructat verbum, id est, apostoli fidelibus annunciant Christum.

6. Dies et nox, justi et peccatores, justitia et iniquitas. In Apostolo : Non sumus noctis [p. 19] neque tenebrarum, omnes enim vos filii lucis estis et filii diei.

7. Dies et nox, prosperitas et adversitas. In psalmo : In die mandabit Dominus misericordiam suam, et nocte declarabit. Item ibi : Deus meus, clamabo per diem, nec exaudies ; in nocte, et non ad insipientiam mihi.

8. Matutinum, judicii dies, sive resurrectio mortuorum. In psalmo : In matutinis interficiam omnes peccatores terræ.

9. Aurora, Ecclesia, eo quod post tenebras peccatorum luce fidei illustrata sit. In Job : Et ostendisti auroræ locum suum ?

10. Mane, lux actuum bonorum, vel baptismum, vel resurrectio. In psalmo : Mane adstabo tibi, et videbo te.

11. Meridies, plena doctiinarum factorumque claritas. In Salomone : Ubi cubas in meridie ?

IV. Titulus minio distinguitur in C, totus a pictore omissus est in A, ubi tantum prima littera rubescit ad vocem *Dies*.

1. Ps. CXVII, 24.

2. Cant. I, 17. *amoveantur*, LXX κινηθῶσιν.

3. Jo. IX, 4.

4. *Justis*, dativo græco. Is. LX, 19.

5. Ps. XVIII, 2. Vide præcones non esse nisi apostolos. — 6. 1 Thess. V, 5.

7. Ps. XLI, 9. Omnino ut græca καὶ νυκτὸς δηλώσει. — *mandavit... declaravit* A. Cæterum perpetua est in utroque A, C mutatio litterarum *b*, *v*, more germanico.

8. Ps. C, 8. *in matutinis* ex græco. *Interficiebam* A.

9. Job XXXVIII, 12.

10. *Lux actuum apostolorum* liquido A, et perspicuo evincitur argumento eum esse a Claromontano profectum ; in quo prima manus barbarica scripserat *actuum tolorum*, tum eadem aut vetustissima superaddere studuit *apos ;* duplici decipula captus, A irruit in *Apostolorum*. Recens tandem, quem Sirmondum esse suspicor, ut nos emendavit. — Ps. V, 5. Vocula *te* sat rara est varietas.

11. Cant. I, 6.

12. Et in malam partem. In psalmo: A dæmonio meridiano, hoc est manifesto.

13. Vespere, finis vitæ, vel sæculi, sive pœnæ. In psalmo: Ad vesperum demorabitur fletus.

14. Vespere, passio corporis Salvatoris; mane, resurrectio; meridie, ascensio ejus in cœlum. In psalmo: Vespere, mane et meridie, [p.20] narrabo et annunciabo, et exaudiet vocem meam.

15. Occasum, mors Salvatoris. In psalmo: Iter facite ei qui ascendit super occasum. Item ibi: Sol agnovit occasum suum.

16. Occidens, vitæ melioris defectus. In Amos: Occidit vobis sol meridie.

17. Occasum, tentationis ardorisque incentivæ libidinis refrigeratio, sicut in Deuteronomio, pro eo quod nocturno polluitur somnio, hoc est occulta cogitatione, ut non revertatur in castra, prius quam lavet vestimenta sua, et occidat sol.

18. Lumen, Christus. In Evangelio: Ego sum lux mundi.

19. Lux, apostoli, vel omnes sancti. In Evangelio: Vos estis lux mundi. Et in Apostolo: Eratis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

20. Lumen, illuminatio fidei, vel donum Spiritus sancti. In psalmo: Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.

21. Lux et tenebræ, electi et reprobi. In Job: Numquid nostis quis locus sit lucis et tenebrarum, ut ducas unumquodque ad terminos suos?

22. Lux et tenebræ, justitia et iniquitas. In Apostolo: Qui diligit proximum suum, in [p. 21] lumine est; qui autem odit, in tenebris ambulat.

23. Tenebræ, Diabolus vel dæmones. In propheta: Inimicos ejus, id est Domini, persequuntur [tenebræ].

24. Umbra, Testamentum vetus. In Salomone: Donec adspiret dies, et amoveantur umbræ.

25. Umbra, protectio divina in tentationis ardore. In psalmo: In umbra alarum tuarum sperabo.

26. Umbra, vita hominis. In Job: Fugit velut umbra.

27. Umbra, mors carnis. In psalmo: Operuit eos umbra mortis.

28. Umbra, pœna perpetua. In Job: Ubi umbra mortis et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans.

12. Ps. xc, 6.

13. Ps. xxix, 6. — 14. Ps. liv, 18.

15. Ps. lxvii, 5; ciii, 19. Ultima omisit A.

16. Amos viii, 9. — *meridie*, δύεται μεσημβρίας, fere ut lxx. Sed rursus lepide C *vitae mulieris*, simulque dormitans scriba A cæcutiit, qui solet esse vigilantior.

17. Deuter. xxiii, 10, 11.

18. Jo. viii, 12. Ut paulo ante triplex formula græce videtur incœpisse ab unica voce ἡ δύσις, quæ latine variatur inepte *occasus*, *occidens*, *occasus*, sic nunc *lumen*, *lux*, *lumen* sunt pro unico τὸ φῶς. Sane Latii scriptor abstinuisset se, ut fecit Eucherius, a simili serie, aut loca adduxisset singulis symbolis consentanea; neque id neglexit idem Eucherius, cap. iii, 741 D: « *Lucis* nomine Dominus vel quilibet justus intelligitur, ut in evangelio: *Erat lux*... » Hæc meditare, et multa intelliges a fonte latino non posse derivari.

19. Matth. v, 4; Eph. v. 8. — 20. Ps. iv, 7.

21. Job. xxxviii, 19, 20, paulo liberius. *Unumquemque* A.

22. I Jo. ii, 10, 11. *in tenebras* A.

23. Nahum i, 8. *daemonia* A. tum *tenebrae* om. A, C, mox vero A *tenebrae* ponit ubi *umbra*.

24. Cant. ii, 17.

25. Ps. lvi, 2. *tuarum* om. A.

26. Job. xiv, 2. — 27. Ps. xliii, 20 cum var.

28. Job. x, 22. *Ordo sit sempiternus* A, quip-

29. Umbra, delectatio carnis, sicut in Job pro Diabolo dicitur: Sub umbra dormit, in secreto calami.

30. Hodie, Divinitatis æternitas, nec initio cœpta, nec fine claudenda; unde in psalmo, Pater ad Filium loquitur, dicens: Filius meus es tu. Ego hodie genui te. Apud Deum enim nec heri, nec cras, sed semper est hodie.

31. Hodie, omne præsens tempus. In psalmo: Hodie si vocem ejus audieritis, velut si dicatur, quocumque in tempore.

32. Cras, futurum tempus. In Evangelio: Nolite cogitare de crastino, quid manducetis, aut quid bibatis. [p. 22] Item ibi: Si enim fenum, id est peccatores, quod hodie in agro est, et cras in clibanum, hoc est, in combustionem perpetuam mittitur, Deus sic vestit. Et alibi: Cum interrogaverit te cras filius tuus. Et alibi: Ne forte dicant filii vestri filiis nostris cras: Non est vobis pars in Israel.

33. Dies unus, mille anni. In psalmo: Quoniam mille anni ante oculos tuos tanquam dies una.

34. Dies duo vetus et novum Testamentum quibusdam figurare videntur. In psalmo: Bene nuntiate de die in diem salutare ejus.

35. Dies tres, cognitio Trinitatis. In Exodo: Ibimus viam trium dierum, ut sacrificemus Domino Deo nostro.

36. Dies tres passionis, sepulturæ et resurrectionis Salvatoris continent sacramentum. In Osee: Vivificabit nos Dominus post duos dies, die tertio suscitabit nos, et vivemus.

37. Dies sex, præsens mundus, qui in his sex diebus factus perhibetur; unde dies sex millium annorum figuram habere dicuntur, sicut est illud in Apostolo: Quoniam dies unus apud Dominum, sicut mille anni, [p. 23] et mille anni sicut dies una.

38. Septimus vero dies, qui in requiem Domini sanctificatus scribitur, requiem significat omnium sanctorum post excursum vitæ præsentis.

39. Dies septem, omne tempus vitæ præsentis, qui in his septem diebus volvitur, continent sacramentum, in quibus præcipitur Pascha celebrare, id est, de pejoribus ad meliora per emendationem vitæ transire, et fermentum, quod est corruptio peccati, non comedere, sed in azymis sinceritatis et veritatis ambulare.

40. Dies octava resurrectionis dominicæ obtinet sacramentum.

41. Dies octava futuram omnium resurrectionem et diem significat judicii, cujus mysterio sexti psalmi titulatio præsignatur, hoc est, pro octava.

42. Hora, quingenti, ut quidam putant, anni; si quando dies pro toto mundo istius sæculi accipitur. In epistola Joannis: Filioli, novissima hora est.

pe cum C habuisset *set;* verum cum veru fixo in ultima littera, quod fugit Argentinensem.

29. Job. xl, 16. — 30. Ps. ii, 7.

31. Ps. xciv, 8.

32. Matth. vi, 31, 34; Exod. xiii, 14; Jos. xxii, 27 cum multa var. a vulgatis.

33. Ps. lxxxix, 4.

34. Ps. xcv, 2. audi græcizantem belle: *Bene nuntiate*, εὐαγγελίζεστε.

35. Exod. iii, 18. formulam sicco pede transilivit O. — 36. Osee vi, 3.

37. II Petr. iii, 8. Vacat-ne notare introspici sub hoc scholio millenariam opinionem, quam tantopere Asiani versaverunt? — 38. Exod. xxxv, 1.

39. 1 Cor. v, 8. *tempus vitae pr. qui...* sic C manifeste et sine corr. respectu ad græcum mascul. ὁ χρόνος, quod vix notare pergo.

42. Jo. ii, 18.

43. Hora duodecima, apostoli. In Evangelio: Nonne duodecim horæ sunt? Qui ambulat in die, [p. 24] non offendit.

44. Hora prima, infantia sive pueritia. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum homini patri familias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam suam.

45. Hora tertia, adolescentia, ubi supra.

46. Hora sexta, juventus.

47. Hora nona, senectus.

48. Hora undecima extrema, senium, ubi supra.

49. Nox, vita præsens. In psalmo: In noctibus extollite manus vestras in sancta. Item ibi: Nocte coram eo, non sum deceptus.

50. Nox, futurum sæculum peccatoribus. In Evangelio: Veniet nox, quando nemo potest operari.

51. Nox, vita peccatorum. In Apostolo: Qui dormiunt, nocte dormiunt; et qui ebrii sunt, nocte ebrii sunt.

52. Nox, cæcitas cordis, vel vana securitas, sicut in Job pro impio dicitur: Nocte opprimet eum tempestas. [Et alibi]: Stulte, hac nocte repetunt animam tuam a te.

53. Nox, futura tribulatio. In Evangelio: In illa nocte duo erunt in agro; unus assumetur, et unus relinquetur.

54. Nox, tribulatio vitæ præsentis in tempore. In Evangelio: Quis vestrum habet amicum, [p. 25] et ibit ad illum media nocte, et dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes? hoc est scientiam Trinitatis.

55. Media nox, occultum Dei judicium. In Evangelio: Media nocte, clamor factus est: Ecce sponsus venit.

56. Media nox, mors ex improviso adveniens; sicut in Job de reprobis: Et in media nocte auferentur.

57. Prima vigilia, prima hominum ætas, id est infantia, sive pueritia.

58. Secunda vigilia, adolescentia et juventus.

59. Tertia vigilia, senectus. In Evangelio: Et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi.

60. Tempora opportuna, distributio voluntatis divinæ. In psalmo: Fecit lunam in tempora.

61. Ver, vitæ renovatio per baptismum vel resurrectionem, sive pax Ecclesiæ. In psalmis: Æstatem et ver tu fecisti ea. Et in Salomone: Jam enim hiems transiit, et recessit; flores apparuerunt in terra.

43. Jo. XI, 9. — 44. Matth. XX, 1.

45. *adulescentia* C, solita ejus scriptura.

49. Ps. CXXXIII, 2; LXXVI, 3, juxta græcum νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ.

50. Jo. IX, 4.

51. 1 Thess. V, 7.

52. Job XXVII, 20; Luc. XII, 20.

53. Luc. XVII, 35. — 54. Luc. XI, 5.

55. Matth. XXV, 6.

56. Job. XXXIV. 20, haud sine libertate.

59. Luc. XII, 38.

60. *Distributio voluntatis*, tam incongruum latine quam graece elegans: ἡ οἰκονομία τῆς θελήσεως. Ps. CIII, 19.

61. Ps. LXXIII, 17. Cant. II, 11, 12. Jubeo, minime despiciant τῶν ἀρχαίων periti quæcumque hic et infra de quatuor anni ætatibus ad ἀναγωγὴν referuntur. — *Fecisti eam* A, B.

62. Æstas, venturæ jucunditatis præfiguratio, ubi et supra.

63. Æstas, futura beatitudo. In Salomone: Propter frigus piger arare noluit, mendicabit æstate, et non dabitur ei.

64. [p. 26] Autumnus, transacta salutis tempora. In Michæa: Væ mihi, quia factus sum sicut qui colligit racemos in autumnum.

65. Hiems, persecutio vel tribulatio. In Evangelio: Orate, ne fiat fuga vestra hieme vel sabbato.

66. Hiems, torpor mentis. In Salomone: Propter frigus piger arare noluit.

67. Anni aliquando pro æternitate accipiuntur, sicut in psalmo: Anni tui non deficient.

68. Interdum et pro brevitate vitæ, ut ibi: Anni nostri sicut aranea meditabuntur.

69. Annus Dominus noster Jesus Christus a quibusdam putatur. In psalmo: Benedices coronæ anni benignitatis tuæ, et campi tui replebuntur.

70. Annus, præsens tempus ab adventu Domini usque in finem mundi, in quo pœnitentia et remissio peccatorum prædicatur. In Esaia: Prædicate annum placabilem Domino, et diem retributionis. Et in Evangelio: Domine, dimitte illam, et hoc anno, usquedum fodiam circa illam, et mittam cophinum stercoris.

71. Menses duodecim, ejusdem numeri apostoli. In Apocalypsi: Per singulos menses reddentia fructum suum.

72. Anni sex, de quibus in lege præcipitur, [p. 27] ut puer hæbræus, si emptus pretio fuerit, sex annis domino suo serviat, et in septimo ad libertatem exeat, præsens significat tempus, qui sex diebus factus est. Iterum in eadem Lege præcipitur: Sex annis serves agrum tuum vel vineam; et in septimo requiescere dimittes.

73. Quinquagesimus annus, qui in Levitico annus jubilæus scribitur, venturæ quietis est significatio.

63. Prov. xx, 4. cf. 66 infra.

64. Mich. vii, 1. Periodus integra bis iisdemque verbis scribitur in A, C.

65. Matth. xxiv, 20.

66. Prov. xx, 4. Tam formula quam Salomon fort. habuit græce ψύχος, sed hic Proverbia græce deficiunt. Vix autem eidem verbo χείμων aptantur loca duo sacra singulis subjecta.

67. Ps. ci, 28.

68. Ps. lxxxix, 9. Tantum dictionem *vitae*, a qua totum pendet, om. incuriose C.

69. Ps. lxiv, 12.

70. Is. lxi, 2; Luc. xiii, 8. Ubi vulg. *illam*, bis *illum* ponunt A, C, fort. ob σῦκον, dum vulg. legerat συκῆν. sed cf. infra vi, iii, 60.

71. Apoc. xxii, 2. *reddentia* f. respectu ad ξύλα, et solita Nostri in Apoc. libertate. *recentia fructum* A, ut C ante veter. correctionem.

72. Exod. xxi, 2. *tempus qui s. d. factus est*, ita cum græco una cohærens A, C, χρόνος ὃς ἐγένετο... neque solum archetypon, sed ipsa versio potius græci quam latini videtur fuisse interpretis.

73. Levit. xxv, 10.

V.

DE NUMERIS

1. I. Hic numerus ad unitatem Deitatis refertur. In Exodo: Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est.

2. I. Ad unitatem Ecclesiæ sive fidei, sicut in Actibus apostolorum de credentibus scribitur : Erat in illis cor unum et anima una.

3. I. Ad unitatem fidei, sive operis perfectionem, sicut in Genesi de arca : Et in cubito consummabis eam.

4. I. Ad unitatem malorum, sicut in Evangelio: Et vidit ibi hominem non vestitum vestem nuptialem.

5. II. Hic numerus ad duo Testamenta. In libro Regnorum: Et fecit in [uno] duo Cherubim, decem cubitorum magnitudinem.

6. Ad duo præcepta charitatis. In Evangelio: In his duobus præceptis tota lex pendet et prophetæ.

7. Ad duas personas, regiam scilicet et sacerdotalem, quorum duo illi pisces, quinque panibus adjuncti [p. 28], in Evangelio figuram gerebant.

8. Ad duorum populorum, id est Judæorum et Gentium. In Zacharia: Et pax erit inter duos illos.

9. Anima et caro. In Evangelio: Si duo ex vobis consenserint super terram. Et in Amos: Num ambulabunt duo pariter, nisi convenerit eis?

10. Ad electorum atque reproborum præfigurationem. In Evangelio: Tunc duo erunt in agro, unus assumetur.

11. III. Hic numerus ad Trinitatis mysterium. In epistola Joannis: Tres sunt qui testimonium perhibent.

V. A neutro codice non exulat titulus, neque aliter scribuntur numeri formularum quam romanis litteris, in utriusque cod. marginem rejectis. Ea quæ uncinis includuntur, recens manus in C supplevit. Haud dissimulandum plura in hoc capite v adiectitia videri; omnia porro Eucherius ad calcem sui libelli reposuit, cujus exemplum sequitur prior nostra edit. *Spicil.* t. III, p. 282.

1. Non Exodi, sed Deuteron, VI, 4 locus est.

2. Act. IV, 32.

3. Gen. VI, 7.

4. Matth. XXII, 10. *Vestem* optime et græce, οὐχ ἐνδεδυμένον ἔνδυμα γάμου. Sed aliquis male sollicitus corr. in A *Veste nuptiali*.

5. III Reg. VI, 23. *fecit duo* A. *fecit in... duo* C, cujus interpres, græca dum premeret: καὶ ἐποίησεν ἐν τῷ δαβὶρ δύο χερουβὶμ δέκα πήχεων μέγεθος, hæsit, calamumque sustulit coram insolenti verbo δαβὶρ, scribens tantum *fecit in....*' vel excidit quod hic vulgata habet *in oratorio*, aut quid simile. Noster vero solus habet *magnitudinem*, μέγεθος.

6. Matth. XXII, 40.

7. Ib. XIV, 17. *quorum* A, C, nec nisi ob πρόσωπα δύο, quidquid *persona* latine sonet.

8. Zach. VI, 13, versio vetus et libera.

9. Matth. XVIII, 19; Amos III, 3.

10. Luc. XVII, 35.

11. I. Jo. V, 7, 8, ex vet. vers. quæ fere sola dat *perhibent*. — *Tria sunt* A, nota vetus de famoso versu testimonium.

12. III. Ad passionis Domini et sepulturæ et resurrectionis sacramentum. In Osee: Vivificabit Dominus post duos dies, die tertia suscitabit nos, et vivemus.

13. Ad fidem, spem et charitatem, quarum virtutum tres illæ civitates in Deuteronomium, ad quarum refugium homicida, qui nolens proximum occiderit, confugere præcipitur, figuram habere dicitur.

14. Ad tria tempora, hoc est primum ante Legem, secundum sub Lege, tertium sub gratia. In Evangelio: Ecce anni tres sunt, ex quo venio quærens fructum ex ficulnea, et non invenio [p. 29].

15. IIII. Hic numerus ad quatuor pertinet Evangelia. In Ezechiel: Et ex medio eorum similitudo quatuor animalium.

16. Ad quatuor sanctorum virtutes, hoc est: prudentiam, justitiam, fortitudinem et temperantiam. Erant autem qui manducaverunt quatuor millia hominum.

17. Ad quatuor mundi partes. In propheta: Ab Oriente adducam semen tuum, et ab Occidente congregabo te. Dicam aquiloni: Da, et austro: Noli prohibere.

18. Ad corpus humanum, ex quatuor elementis mundi compactum. In Evangelio: Ecce paralyticus in lecto portabatur a quatuor.

19. V. Hic numerus ad quinque libros Moysi. In Apostolo: In Ecclesia [p. 30] volo quinque verba sensu hominum loqui.

20. Ad quinque corporis sensus, idest, visum, auditum, odoratum, gustum et tactum. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum et decem virginibus: quinque enim ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes. Item ibi: Et uni dedit quinque talenta. — Quinque enim viros habuisti.

21. VI. Hic numerus ad dies sex, in quibus Dominus omnem condidit creaturam, sicut illud in Exodo: Sex enim diebus condidit Deus cœlum et terram.

22. Sex, ad omne præsens sæculum qui in sex diebus factus est, ubi et supra: Sex diebus operaberis, et in septimo requiesces. Et: Sex diebus colligetis manna.

12. Osee vi, 3. Cf. supra IV, 36.

13. Deuter. xix, 2. *dicuntur* A.

14. Luc. xiii, 7. In margine C, manu recenti additur, forte ex cod. Mesmiano: *Tres ad trimodam hominum operationem in bonum, id est cogitatione, sermone et opere. In Apostolo: Si quis aedificaverit supra fundamentum hoc aurum, argentum et lapides pretiosos, ligna, fenum, stipulam* (1 Cor. iii, 2.) — *Tres, ad trimodam fidelium professionem, id est clericorum, monachorum et conjugum. De hac tripartita in Ecclesia professione per Ezechielem Dominus loquitur, dicens: Si tres viri isti, Noe, Daniel et Job fuerint in medio eorum, filium et filiam non liberabunt, sed illi soli liberabuntur* (Ezech. xiv, 14, 15). Sic solo marginis C conspectu crux tollitur a Melitonianis; quantumvis perspicuum esset ea esse seriorum, ac solus codex A, a quo omnia exulant, satis fuisset ut ea nos veru spuriorum olim transfigere minime dubitaremus, rem non modicam facescere videbatur consensus cœterorum codd. donec archetypon uno ictu nodum solveret. Prisca tamen ea esse suadet ipsa versio Scripturæ; et *trimoda professio* a Gregorio inde solemnis fuit in tota re medii ævi symbolica.

15. Ezech. i, 5.

16. Matth. xv, 38. 16. *Sanctorum, sancti*, passim pro *fidelibus*, sedulo φιλάρχαιοι notent.

17. Is. xliii, 5, 6.

18. Marc. ii, 3.

19. 1 Cor. xiv, 19. cum variet.

20. Matth. xxv, 1, 15; Jo. iv, 18.

21. Exod. xxxi 17.

22. Exod. xx, 9; xxxi, 15-17, xvi, 26. Ut supra *tempus qui* in IV, 39, ecce iterum in A, C *saeculum qui in s. d. factus est*, et frustra recentissima manus solœcismum expunxit, quum ve-

23. Sex, ad operis perfectionem, sicut in Ezechiele: Ecce vir vestitus lineis, et in manu ejus calamus sex cubitorum et palmi. Sicut enim in sex cubitis opus perfectum, ita et in palmo, contemplationis est præfiguratio.

24. VII ad diem septimum, in quo perfectis omnibus, Dominus requievit. In Genesi: Et requievit die septimo.

25. Ad requiem futuram sanctorum. In Exodo: Sex diebus operaberis; [p. 31] septimo autem die, requiesces ab omni opere tuo.

26. Ad septiformem gratiam Spiritus sancti, sicut in Apocalypsi: Qui sunt septem Spiritus Dei, missi per omnem terram.

27. Ad plenitudinem omnium sanctorum: de qua plenitudine in Apocalypsi pro Domino dicitur: Et habebat in dextera sua stellas septem.

28. Ad septiforme Ecclesiæ sacramentum. Ubi et supra: Mitte septem ecclesiis quæ sunt in Asia.

29. Legis præfiguratio. In Salomone: Da partem septem, necnon et octo.

30. Omne præsens tempus, qui in septem diebus volvitur. In Exodo: Septem diebus azyma comedetis.

31. Ad plenitudinem peccati, id est septem principalium vitiorum. In Evangelio: Et assumet alios septem spiritus nequiores se. Et in Salomone: Ne credideris ei, quoniam septem nequitiæ sunt in anima illius, hoc est Diaboli.

32. Ad perfectionem flagellorum Dei. In Levitico: Castigo vos septies pro peccatis vestris.

33. VII et octava Legis est et Evangelii figuratio, sicut est illud in Salomone: Da partem septem, necnon et octo.

34. VII et VIII [quietis] et resurrectionis obtinet sacramentum.

35. VIII ad diem dominicum resurrectionis, [p. 32] sive omnium futuram resurrectionem; de qua in titulum psalmi sexti scribitur: In finem pro octava.

36. VIIII ad sacramentum, quod hora Dominus nona emisit spiritum. In Evangelio: Circa horam nonam clamavit Jesus voce magna.

37. Ad novem, sicut quidam putant, angelorum ordines, id est Angelos, Archangelos, [Virtutes], Thronos, Dominationes, Potestates, Principatus, Cherubim, et Seraphim. In prophetis sive apostolis.

tus et fidus interpres verbum verbo retulerit: πρὸς τὸν ὄντα αἰῶνα ὅς... ἐγένετο.

23. Ezech. xl, 3, 5. — *vestitus lineos* inseritur ex aliis prophetæ locis ix, x, xliv etc. — *et palmo* A, *et palmi* C, græce καὶ παλαιστῆς, unde Itala *et palaestes*. — 24. Gen. ii, 2.

25. Exod. xx, 9, cf. 22, et vide interpretis libertatem, eadem aliter vertentis in hoc et in altero loco vicino.

26. Apoc. v, 6.

27-28. Ibid. i, 16 et 11.

29. Eccle. xi, 2. cf. infra 33. Obscuriora latina sunt quam græca: δὸς μερίδα τοῖς ἑπτὰ καί γε τοῖς ὀκτώ. — 30. Iterum *tempus qui*, respectu ad καιρὸν vel χρόνον. Exod. xii, 15.

31. Luc. xi, 26; Prov. xxvi, 25, ut græce: ἐν τῇ ψυχῇ.

32. Levit. xxvi, 24. — 33. Eccle. xi, 2.

34. *Quietis* om. A, C. supplevit Mesmian.

36. Matth. xxvii, 46. *Jesus* om. A.

37. An ex hac formula Gregorius M. utrum vero a Gregorio formula receperit solemnem angelicorum ordinum seriem, longum est disputare. Insolita et manca formula videtur.

38. Ad omnium malorum plenitudinem, sicut in Deuteronomio, de lecto Og regis Basan, qui typus est Diaboli, scribit quod novem cubitis sit longitudo ejus.

39. X. Hic numerus ad Decalogum Legis. In psalmo: In psalterio decem chordarum psallite illi.

40. Ad perfectionem operis vel plenitudinem omnium sanctorum, quorum figuram decem illæ cortinæ, quæ in Tabernaculo testimonii, jubente Domino, factæ sunt, obtinebant.

41. XI. Hic numerus transgressionem Legis vel peccatorum obtinet figuram, sicut et undecimus psalmus, qui in ejusdem numeri sacramento [p. 33] præsignatus est, dicit: Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus. Et in Tabernaculo fœderis in similitudine peccantium ejusdem numeri saga cilicina fieri præcipiuntur.

42. XII, ad apostolos. In Evangelio: Duodecim apostolorum nomina hæc sunt. Item ibi: Nonne ego vos duodecim elegi?

43. Ad omnium sanctorum pertinet sacramentum, qui ex quatuor mundi partibus, per fidem Trinitatis, collectam unam ex se faciunt Ecclesiam: horum electorum duodecim illi lapides pretiosi, ex quibus in Apocalypsi civitas regis magni construitur, figuram habent. Hi sunt duodecim tribus filiorum Israel, sensu videntes Deum.

44. XIII, ad Legis plenitudinem et fidem Trinitatis. In Ezechiele: Et mensus est altitudinem portæ tredecim cubitis.

45. XIIII, ad sacramentum dominicæ generationis. In Evangelio: Ab Abraham usque ad David generationes quatuordecim.

46. XIIII, ad præsens tempus vel futurum, sicut in Levitico de muliere quæ genuerit feminam dicitur, quod duobus hebdomadibus, hoc est in præsenti et futuro, sit immunda.

47. XV. Hic numerus Legis et Evangelii, quietis et resurrectionis obtinet mysterium: [[sicut in Actibus apostolorum, Paulus apostolus quindecim diebus cum Petro commorasse dicitur.

48. Sedecim, ad numerum sedecim prophetarum.

49. Septem et decem, ad numerum omnium perfectorum, qui decem præcepta legis per septiformem gratiam Spiritus sancti operantur.

50. Viginti, ad perfectionem operis, quæ per charitatem operatur. Decalogus enim Legis per duo caritatis præcepta duplicatus viginti efficit; unde et duo Cherubim, quod est plenitudo scientiæ, in templo ejusdem numeri cubitos habuisse narrantur.

38. Deuteron. III, 11. *scribit* absolute, ut γράφει.

39. Ps. XXXII, 2.

41. *In eodem numero sacramento* C. Ps. XI, 1; Exod. XXVI, 7.

42. Matth. X, 2; Jo. VI, 71. *ad ap. sive evangelistas duodecim* C sine corr. ut nos A.

43. Apoc. XXI, 12. — *sensu videntes*, tota fere periodus græce redolet.

44. Exech. XL, 11. — *altitudinem*, τὸ εὖρος, in vulg. *longitudinem*. — 45. Matth. I, 17.

46. Levit. XII, 5. *quae genuerat hominem* O, solita socordia.

47. *Act. apost.* pro Gal. I, 18. Ingens lacuna quæ a Clarom. invecta est in Argentin. suppletur ex Mesmiano inter uncos inserto, quæ O pariter in textum recepit. Error ex eo ortus est quod librarius C ab una ad alteram paginam citius festinans, a voce *mysterium* inde in similem dictionem promptiori oculo recidit, interpositaque omnia prætermisit, insciusque A eodem saltu cæci ducis vestigia pressit. Cæterum omnia hæc, fortasse sublestæ integritatis, absque magno detrimento excidissent.

50. III Reg. VI, 3.

51. Viginti duo, ad sacramentum divinorum voluminum, secundum Hebræorum litteras.

52. XXIIII. Hic numerus viginti quatuor librorum veteris Testamenti, secundum Hebræorum traditionem a quibusdam figuram habere dicitur. Alii vero patres veteris ac novi Testamenti, vel eodem numero, intellexerunt. In Apocalypsi: Et super thronos viginti quatuor seniores sedentes.

53. Viginti quinque, ad quinque sensus corporis, qui in semetipsis multiplicati, ad hujus numeri perveniunt sacramentum.

54. XXVIII. Hic numerus ad Evangelii et Legis pertinet [p. 34]], mysterium]] sub cujus numeri sacramento cortinæ Tabernaculi ejusdem numeri cubitos in longitudine [habuisse] feruntur in Exodo.

55. XXX, ad fructus fidelium conjugatorum. In Evangelio: Et dabunt fructum, aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud vero trigesimum.

56. [XXXIII], ad mysterium ætatis, qua Dominus in carne conversatus est. In Apostolo, sicut quibusdam ex hoc videtur: Donec occurramus in unitatem fidei et agnitionis filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

57. XL. Hic numerus Legis et Evangelii obtinet sacramentum; unde et per exploratores Israelitas, ejusdem numeri diebus, repromissionis terra peragrata est. In Numeri.

58. Ad quadragesimæ sacramentum. In Evangelio: Et agebatur in spiritu in deserto [quadraginta] diebus.

59. Ad resurrectionis dominicæ sacramentum. In Actibus apostolorum: Et conversatus est cum eis dies quadraginta.

60. XL. Hic numerus omne præsens sæculi hujus tempus figurare dicitur; quatuor enim sunt mundi partes, et omnis creatura visibilis ex quatuor [p. 35] constat elementis; denariorum vero numerus in bonam vel malam partem perfectus est; qui denarius per quaternarium ductus, quadragenarium implet. Hinc est quod per psalmistam dicitur: Quadraginta annis proximus fui generationi huic. Et in diluvio, ejusdem numeri dies et totidem noctes, super terram Dominus pluit. Et in propheta: Post quadraginta dies Ninive subvertitur: quod et si secundum historiam eadem in civitate factum non est, in mundo vero, cujus figuram civitas illa habuit, impletum erit.

61. XLII, ad numerum in eremo mansionum, vel ad numerum generationum, quæ ab Abraham sunt usque ad nomen Jesu Christi.

62. L, ad Pentecostem vel adventum Spiritus sancti. In Actibus apostolorum: Dum complerentur dies Pentecostes.

51. Seriora facile habebuntur conjectanea de Judæorum biblico canone. sed cf. infra Anastasium. — 52. Apoc. IV, 4.

54. Potius Levit. XXXI, XXXV quam Exodi.

55. Matth. XIII, 8. cf. 65, 70.

56. Ephes. IV, 13.

57. Num. XIII, 16 *in Numeri* sic C, *in numero* A. Saepe apud vett. *Numeri*, *Reges* absolute pro *libris Numerorum*, *Regum*, quæ nomina etiam manent sine flexione.

58. Luc. IV, 1. Alicubi græce ἐν πνεύματι ἐν ἐρήμῳ. — 59. Act. I, 3.

60. *Perfectus est*, ἐτελειώθη? Is. XCIV, 10; Gen. IV, 22; Jon. III, 4. — 62. Act. II, 1.

63. L, ad spem et indulgentiam peccatorum; in cujus numeri sacramento quinquagesimus psalmus positus est.

64. LX. Hic numerus omnium perfectorum obtinet sacramentum. In Cantico canticorum: [p. 36] Lectulum Salomonis, id est Christi Ecclesiam, sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

65. Ad fructum viduis sive continentibus debitum. In Evangelio: Et dabunt fructum, aliud sexagesimum.

66. LXX ad veterum patrum pertinere dicitur sacramentum, ex quorum figura Salomon ad ædificium templi septuaginta millia, qui in humeris portabant, legit operarios, ad figuram Legis et Evangelii, sicut in psalmo: Dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.

67. LXX duo, ad numerum prophetarum Moysi, vel discipulorum quos Dominus in Evangelii prædicationem elegit.

68. LXXV, ad numerum animarum, quæ cum Jacob in Ægypto descendisse narrantur in Actibus apostolorum.

69. LXXX, ad quorumdam Christianorum animas, quæ Domino fide tantum, non operibus cohærent, de quibus in Canticis canticorum: Sexaginta sunt reginæ, id est animæ perfectorum, et octoginta concubinæ.

70. C, ad martyrum fructum sive virginum. In Evangelio: Et dabunt fructum, aliud centesimum.

71. CLIII. Hic numerus omnium electorum obtinet sacramentum; in quorum figura ejusdem numeri pisces post resurrectionem Domini ab apostolis in Evangelio capti referuntur.

72. CCC, ad numerum perfectorum, qui per crucem Jesu de mundo triumphantes, victoriam reportant. In quorum typo, Gedeon in Judicum libro ejusdem numeri pugnatores elegisse scribitur.

73. D. Hic numerus ad quinque ætates [mundi], ut quibusdam putatur, pertinet sacramentum; quibus transactis, Salvator mundum visitare dignatus est, in cujus typum Noe, cum quingentorum esset annorum, divinitus inspiratus, aptavit arcam in salutem domus suæ.

74. M, ad retributionis beatitudinem. In Salomone: Vinea fuit pacifico: tradidit eam custodibus. Vir affert pro mercede ejus mille argenteos.

75. MCC. Hic numerus apostolorum gerit figuram; ubi et supra: Mille tui et ducenti pacifici, hi qui custodiunt fructus ejus.

76. [VII millia]. Hic numerus ad omnium electorum pertinet sacramentum, qui pleni Spiritu sancto per hebdomadam hujus mundi ad regna cœlorum colliguntur. In Regnorum: Reliqui mihi septem millia virorum.

64. Cant. III, 7.
65. Matth. XIII, 8.
66. II Reg. V, 15. nec nisi in margine hæc prolixa habent A, C. Ps. LXXXIX, 10.
67. Luc. X, 1. — *Presbyterorum Moysis* C ex recenti corr.
68. Act. VII, 14. — 69. Cant. VI, 7.
70. Matth. XIII, 8. — 71. Jo. XXI, 11.
72. Jud, VII, 6, 7. — 73. Gen. VII, 6.
74. Cant. VIII, 11; Gen. XX, 16.
75. Cant. VIII, 12.
76. III Reg. XIX, 18.

77. [Sexcenta millia quingenti quinquaginta], ad sacramentum [p. 38] filiorum Israel, qui egressi sunt de Ægypto, in Exodo.

78. [X millia]. Hic numerus ad Decalogum pertinet Legis. In Evangelio: Et oblatus est ei unus, qui debebat decem millia talenta.

79. CXLIIII millia, ad sacramentum electorum, qui ex Judæis in finem mundi credituri sunt in Christo, ut quidam volunt, ubi et supra.

80. CXLIIII millia, ad sacramentum omnium virginum, de quibus, in Apocalypsi. Et nemo poterat canticum illud dicere, nisi illa CXLIIII [millia]. Et post pauca: Virgines enim sunt, et in ore eorum non est inventum mendacium.

77. Exod. xxxviii, 25.
78. Matth. xviii, 24.
80. Apoc. xiv, 3, 4, 5. In toto illo capite plus, minus infercito, nil magis græca redolet, quam perpetua enunciatio: *obtinet sacramentum ad*... δέχεται τὸ μυστήριον πρὸς τό....

VI.

DE MUNDO ET PARTIBUS EJUS

§ I.

1. Mundus, præsens orbis terrarum, de quo in psalmo: Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum et universi qui habitant in ea.

2. Mundus, hominum genus. In Evangelio: Et mundus eum non cognovit.

3. Terra, homo ipse. In Evangelio: Aliud cecidit in terram bonam.

4. Item in aliam partem: Terram edes omnibus diebus vitæ tuæ.

5. Arida, infructuosi hominis caro. In Salomone: Cooperire aridam malitia et dolositate.

6. Terra, caro Christi. In Isaia: Qui jurat [f. 39] in terra, jurat in Domino. Amen.

7. Terra, sancta Ecclesia. In psalmo: Credo videre bona Domini in terra viventium. Et alibi: Domine, a paucis de terra dispertire eos.

8. Terra, carnalis potentia. In Ecclesiastico: Quid superbis, terra et cinis?

9. Terra deserta, populus Judæorum, sive omnes peccatores. In Hieremia: Terra deserta et

VI. Rubricatur totus titulus in C, prima tantum capitis littera in A, omisso titulo.

1. Ps. xxiii, 1. *in ea*, ob græca: ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. — Etiam S. Germani psalterium retinet *qui habitant in eam*, quamvis hæreat in sua Itala. Sabaterius.

2. Jo. i, 10. — 3. Marc. iv, 98.

4. Gen. iii, 14. — *quod perire aridam* A, C. *militia* C. Quæ non pauca istiusmodi horrida menda minorem spirant barbariem, quam potius vetustissimum redhibent exemplar congestis uncialibus stipatum, et lectu porro difficillimum. Interim pauca sæcula inde ad ævum apostolicum uncialem librum referunt.

6. Is. lxv, 16. lxx ὀμοῦνται, vulg. *jurabit*.

7. Ps. xxvi, 13; xvi, 14.

8. Eccli. x, 9.

9. Jerem. li. 43.

inhabitabilis, in qua nullus habitet, nec pertranseat per eam filius hominis, id est Dominus Jesus Christus.

10. Desertum, mundus, sicut in Cantico canticorum pro Ecclesia dicitur: Quæ est ista quæ ascendit a deserto, id est de mundo?

11. Desertum, populus Gentium. In psalmo: Ponam flumina, id est doctrinam, in deserto. Et in Job: Ut [plueret] in deserto, ubi nullus mortalium commoratur.

12. Oriens, Dominus Jesus Christus. In Evangelio: Visitavit nos Oriens ex alto. Et in Zacharia: Ecce veniet vir, cujus Oriens est nomen ejus.

13. Oriens, populus Judæorum, sive illuminatio fidei, sicut in Esaia Ecclesiæ dicitur: Ab Oriente adducam semen tuum.

14. Occidens, populus Gentium, ubi et supra: Et ab Occidente congregabo te.

15. [p. 40] Aquilo, idest populus Gentium. In Esaia: Dicam aquiloni: Da. Et in psalmo: Latera aquilonis, civitas regis magni. Et in Job: Ab aquilone aurum venit.

16. Aquilo, Diabolus, vel homines impii. In Esaia: Ponam sedem meam ab Aquilone, et ero similis Altissimo.

17. Auster, Ecclesia, quæ ex Judæis prior in Christo credidit. In propheta: Qui habitatis terram austri, ferte aquam sitienti, id est baptismum credentibus. In Job: Ab aquilone aurum venit, et ab austro formidolosa laudatio.

18. Auster, sancta Ecclesia, fidei calore accensa.

19. Pulvis, peccatores, sicut in Esaia pro Zabulo et serpente: Pulvis panis ejus. Et alibi: Non sic impii, non sic; sed tamquam pulvis.

20. Lutum, cœlestis medicinæ glutinum. In Evangelio: Lutum fecit, et linivit oculos meos.

21. Lutum, peccatoris glutinum. In psalmo: Eripe de luto, ut non inhærear.

22. Lutum, adulatio deceptoris, sive hæreticorum falsa delinitio. In Ezechiele: Ipsi ædificabant parietem; illi autem liniebant eum luto absque temperamento.

23. Mons, Salvator. In Esaia: Erit mons domus Domini præparatus [p. 41] in vertice montium, et elevabitur super colles.

24. Mons, Ecclesia, propter altitudinem fidei. In psalmo: Qui confidunt in Domino sicut mons Sion: Item ibi: Sicut ros Hermon, quod descendit super montem [Sion].

10. Cant. VIII, 5.

11. Ps. CVI, 33. *posuit* vulg. Job. XXXVIII, 26, *ut placeret* A, C, omnino depravatum ex ambiguitate uncialium.

12. Luc. I, 72; Zach. VI, 12, sed παραφραστικῶς.

13-14. Is. XLIII, 5, 6.

15. Ps. XLVII, 3; Job XXXVII, 22. *litera Aquilonis* C.

16. Is. XIV, 13, 14, juxta LXX hic et infra.

17. Is. XXI, 14; Job. XXXVII, 22, versio nova et singularis; *ab austro* unde sit, nescio.

18. Manca videtur formula, ac supplenda ex III, 41. Multa vero de *oriente*, *occidente*, *aquilone*, *austro* fere jam extant in III, 40, 41, 43, et IV, 15, 16, 17. Nil vero mirum apud veteres satis in ordine constanti inconstantes.

19. Is. LXV, 25; Ps. I, 4.

20. Jo. IX, 11, *unxit oculos* vulg.

21. Ps. LXVIII, 15.

22. *delinitio*, vox nova non contemnenda. Ezech. XIII, 10, 11, fere cum solo Chrysostomo.

23. Is. II, 2.

24. Ps. CXXIV, 1; CXXXII, 3. — *quod descendat* sic C, cf. III, 69.

25. Mons, sacra Scriptura. In propheta: Deus a Libano veniet, et sanctus de monte opaco.

26. Mons, populus Judæorum, de quo in Daniele: Abscissus est lapis sine manibus, id est Christus absque virili semine conceptus, et fide sua replevit universum orbem terrarum.

27. Montes, apostoli, sive prophetæ, ob virtutum celsitudinem. In psalmo: Levavi oculos meos ad montes.

28. Montes, divites et potestates sæculi hujus. In Job pro Zabulo dicitur: Huic montes herbas ferunt, quod est vitia carnis.

29. Mons, Diabolus, propter superbiæ tumorem. In Esaia: Levate signum super montem caligosum. Et in Hieremiâ: Ecce ego ad te, mons pestifer.

30. Mons, dogma hæreticorum. In propheta, ex persona Ecclesiæ: In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem sicut passer.

31. Montes, dæmones vel hæretici, sive Judæorum Scribæ. In Hieremia: [p. 42] Date Domino Deo nostro gloriam, antequam offendant pedes vestri ad montes caligosos. In psalmo: Neque a desertis montibus.

32. Montes duo, qui in Zacharia aerei describuntur, duo Testamenta Legis, de quorum medio quadriga Domini, id est quatuor Evangeliorum prædicatio, procedit.

33. Fundamenta montium, spes superborum. In psalmo: Et fundamenta montium conturbata sunt.

34. Colles, sancti, sed minores merito. In psalmo: Montes et colles clamabunt.

35. Item in aliam partem: Omnis mons et collis humiliabitur.

36. Rupes, superbia. In Hieremia: Onagri steterunt in rupibus.

37. Speluncæ, corda hominum, sive caro. In Regum: Et stetit in ostio speluncæ suæ.

38. Antrum, homo peccator; sicut in Job pro Zabulo: Commorabitur bestia in antro suo.

39. Speluncæ, corda peccatorum tenebrosa. In propheta: Et tenebræ super speluncas usque in æternum.

40. Vallis, mundus. In psalmo: In convallem lacrymarum. Item ibi: Et convallem tabernaculorum dimetiar.

41. Valles, contritiones cordis humiles. In psalmo: Et convalles abundabunt [p. 43] frumento.

42. Valles, hæretici, vel Judæi, sive peccatores de Ecclesiæ sublimitate cadentes. In Esaia: Vallem filiæ [Sion]. Et alibi: Vallem filiorum Ennon.

43. Vallis, infernus, de quo in Salomone Salvator: Ego flos campi, id est mundi, et lilium convallium.

25. Habac. III, 3. — *opaco*, κατασκίου δάσεως.
26. Dan. II, 34, 35.
27. Ps. CXX; 1. — 28. Job. XL, 15.
29. Is. XIII, 2; Jerem. LI, 25. — *caligosum* A, C, hic et alibi.
30. Ps. X, 2.
31. Jerem. XIII, 16; Ps. LXXIV, 7.
32 Zachar. VI, 1 — *aere* A, C. *scribuntur* A.
33. Ps. XVII, 8. — 34. Ps. LXIV, 14?
35. Luc. III, 5. — 36. Jerem. XIV, 6.
37. III Reg. XIX, 13. — 38. Job. XXXVII, 8.
39. Is. XXXII, 14; fort, in gr. ter eadem vox σπηλαῖον vel σκέπη. Sane alterna hæc et varia latinus evitaverit, Eucherio duce, neque mox *valles* cum *convallibus* promiscue posuisset. —
40. Ps. LXXIII, 7; LIX, 8.
41. Ps. LXIV, 14.
42. Is. Ps. XXII, 1? ibi tantum τό ῥῆμα τῆς φάραγγος Σιών. Dein Jos. XVIII, 16.
43. Cant. II, 1. *Infernus* hic intellige infe-

44. Campus, mundus, eo quod sit patens, de quo Habacuc propheta: Exiit Verbum, id est Filius Dei, et stetit in campo.

45. Campi, sancti, sive Scripturæ divinæ, eo quod pastum præbeant animarum. In psalmo: Et campi replebuntur ubertate.

46. Et in aliam partem: In campo Taneos.

47. Petra, Christus, a firmitate. In Apostolo: Petra autem erat Christus. Et alibi: Suxerunt mel de petra. Et alibi: Percussit petram, et fluxerunt aquæ.

48. Petra, firmamentum fidei. In psalmo: Statuit super petram pedes meos. Item ibi: In petra exaltavit me.

49. Petræ, testimonia Scripturarum. In psalmo: De medio petrarum dabunt voces suas.

50. Lapis, Christus. In psalmo: Lapidem reprobaverunt ædificantes. Et in Zacharia: Lapis quem [p. 44] dedi coram Jesu: septem in eo oculi sunt; idest septiformes charismatum gratiæ.

51. Lapides, sancti omnes, ob firmamentum fidei. In Apostolo: Et ipsi tanquam lapides vivi superædificamini domus.

52. Lapides, ordo præpositorum in Ecclesia. De quibus Hieremias: Dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium platearum; id est in platearum spatiosas vias, quæ ducunt ad [perditionem].

53. Lapides, populus Judæorum, de quibus in propheta: Tollite lapides de via, et redigite in acervos.

54. Lapides, populus Gentium. In Evangelio: Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.

55. Lapis, obduratio Diaboli vel hominis peccatoris. In Job: Cor ejus indurabitur velut lapis.

56. Lapides pretiosi, sancti angeli, de quibus in Ezechiele contra Zabulum dicitur: Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, sardius, topasius, jaspis, chrysolithus, onyx, beryllus, saphirus, carbunculus et smaragdus. Et post pauca: In medio lapidum ignitorum ambulasti [p. 45], perfectus decore, a die conditionis tuæ.

57. Lapides pretiosi, apostoli, vel omnes sancti, de quibus in Apocalypsi: Civitas regis magni construitur.

58. Duo lapides, id est jaspis et sardinus, duorum judiciorum Dei, primum per aquam diluvii, secundum per ignem, figuram habere dicuntur. In Apocalypsi: Qui sedebat super thronum similis lapidi jaspidi et sardino.

riora loca, τὰ κάτω, more Græcorum, apud quos rite distinguuntur κοιλάδες, φάραγγες, apteque cohærent loca adducta.

44. Habac. III, 6, rara in vexato loco varietas.

45. Ps. LXIV, 12.

46. Ps. LXXVII, 12.

47. I Cor. X, 4; Deut. XXXII, 13; Ps. LXXVII, 20.

48. Ps. XXXIX, 3; LXX, 3, nota var.

50. Ps. CIII, 12; CXVII, 22; Zachar. III, 9. *septem occurrunt* A, ex prima scriptura C, nondum emendata.

51. I Petr. II, 5. *domos* C, ut sæpe alibi, an græca pronuntiandi consuetudine?

52. Thren. IV, 1; Matth. VII, 13. *ad praedicationem* A, C æque inepti.

53. Jerem. L, 26. — 54. Matth. III, 9.

55. Job. XLI, 15. *lapidis obduratio*, A, C.

56. Ezech. XXVIII, 13-15, *perfectus decore*, LXX ἄμωμος.

57. Apoc. XXI, 19.

58. Ib. IV, 3. *prima... secunda* A, ex prima scriptura C, an ob græca κρίσις, δίκη?

59. Jaspis, testimonia Scripturarum. In Esaia: Jaspidem, propugnacula tua.

60. Saphirus, spes regni cœlorum, ubi et supra: Et fundabo te in saphiris.

61. Margarita, Dominus Jesus Christus. In Evangelio: Inventa una pretiosa margarita.

62. Acervus lapidum, congregatio fidelium populorum, in unam fidem convenientes, quorum figuram tumulus ille lapidum, quem Jacob in monte Galaad fieri præcepit, habuit.

63. Acervus lapidum, collectio reproborum. In propheta: Tollite lapides de via, et redigite in acervos.

64. Sal, condimentum sapientiæ. In Evangelio: Vos estis sal terræ. Item ibi: Habete sal in vobis.

65. Sal, infatuata Judæorum scientia. In Levitico: Pluam super terram illam [p. 46] pulverem et sal.

66. Salsugo, cordis compunctio. Sicut in Job de onagris, [hoc est de monachis] dicitur: Tabernacula ejus in terra salsuginis.

67. Salsugo, infidelitas Judæorum, vel ariditas mentis. In psalmo: Terram fructiferam in salsuginem.

68. Ager, hic mundus. In Evangelio: Ager est mundus.

69. Ager, Ecclesia. In Genesi: Ecce, ait Isaac, odor filii mei sicut odor agri pleni, cui benedixit Dominus. Et in Evangelio: Emerunt ex eis agrum figuli in sepulturam peregrinorum.

70. Ager, sacra Scriptura. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum homini [qui] invento thesauro auri (hoc est Christo, sive dilectione regni cœlorum) abscondito in agro.

71. Ager, populus Judæorum, de quo agro Salomon ad Abiathar sacerdotem: Vade in agrum tuum in Anatoth, in libro Regum.

72. Cultura, sancti qui excoluntur in Deum. In Apostolo: Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis.

73. Sulci, corda fidelium. In psalmo: Sulcos ejus inebria. Et in Job: Si adversum me terra malum clamat, et cum ipsa sulci ejus deflent.

74. Semen, divina [p. 47] prædicatio. In Evangelio: Exiit qui seminaret semen suum.

75. Semen, hæreticorum prædicatio aqua stultitiæ perfusa. In Pentateucho: Omne semen super quo ceciderit aqua, immundum erit.

76. Agricola, Deus. in Evangelio: Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est.

77. Agricolæ, apostoli, vel cæteri prædicatores.

59-60. Is. IV, 12 sqq.

61. Matth. XIII, 46.

62. Gen. XXXI, 17. *convenientium* A, dubia correct. C retinuit syntaxin Græcorum.

63. Jerem. L, 26.

64. Matth. V, 13; Marc. IX, 49.

65. An Deuter. XXIX, 23 cum multa varietate?

66. Job XXXIX, 6. Gregoriana videtur formula et neoterica, ut pleraque ex libro Job deducta.

67. Ps. CVI, 34. — 68. Matth. XIII, 38.

69. Gen. XXVII, 27.

70. Matth. XIII, 44; XXVII, 7. Prorsus græca parenthesis est. — *qui* om. A, C, *dilectionem* et alia liberius iidem referunt.

71. III Reg. II, 26. *anato* C. *anaton* A.

73. Ps. LXIV, 11, *sulcos* cum LXX. — Job. XXXI, 30. *Malum* A, C, an pro *mea?* — *defletur* C.

74. Luc. VIII, 5. — *semen* om. A.

75. Levit. XI, 38, versio nova, si locus justus est. — *Pentatichum* C.

76. Jo. XV, 1. *agricola est* A.

78. Coloni, sancti. In Evangelio: Malos male perdet, id est Judæos, et vineam tradet colonis.

79. Aratrum, crux Christi, sive prædicationis officium, vel inchoatio bonorum operum. In Evangelio: Nemo mittens manum in aratro, respiciens retro, aptus est regno cœlorum.

80. Arare, prædicationis officium exercere. In Regum: Et ipse in duodecim arantibus unus erat.

81. Seminare, prædicationis sermonem in corda fidelium spargere. In propheta: Et seminabunt agros.

82. Messis, ubertas vel copia fidelium. In Evangelio: Levate oculos vestros, et videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem.

83. Aliter, messis, consummatio sæculi, sicut: Messores, angeli.

84. Messis, sermo prædicationis, sicut in Job de pravo doctore dicitur: Cujus messem famelicus comedet.

85. [p. 48] Operarii, apostoli, vel cæteri prædicatores. In Evangelio: Rogate Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam.

86. Operarii, hæretici. In Apostolo: Videte canes, videte malos operarios, videte concisiones.

87. Falx, mors carnem succidens, seu Divinitas circumplectens omnia. In propheta: Mittite falces, quia aruit messis terræ.

88. Manipuli, fructus justitiæ. In psalmo: Portantes manipulos suos.

89. Item in aliam partem: Non est manipulus in eis faciens farinam; quod et si fecerit, alieni comedunt eam.

90. Spicæ, initia fidei, vel inchoatio bonorum operum; sicut in Job de hæreticis dicitur: Et esurientibus tulerunt spicas.

91. Stipula, aridi ad fidem, vel inanes. In Apostolo: Ligna, fenum, stipula. Et in propheta: Heu mihi, quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messe: hoc est nullos boni operis fructus inveni.

92. Acervi, collectio fidelium ad aream Ecclesiæ, sive sanctorum perfecta prædicatio, sicut in Job de hæreticis: Inter acervos eorum meridiati sunt.

93. [p. 49] Area, Ecclesia. In Evangelio: Et permundabit aream suam.

78. Matth. XXI, 41. vulg. *tradet agricolis*. Dum manca præcedens formula ex margine adjecta videtur fuisse, hæc vero longe vetusta, tum ob elegantem brevitatem et antiquitatem illam *coloni, sancti*, tum ob priscam interpretationem. Locus tamen Matthæi omissus in A, manu vetere tantum in margine C exstat.

79. Luc. IX, 62. *arater*, *crux* C, 1 manu. — *in aratrum et respiciens* A.

80. III Reg. XIX, 19. *unus arat* C.

81. Ps. CVI, 37? ibi tantum *seminaverunt agros*. Vereor ut locus me fugiat.

82. Jo. IV, 35.

83. Matth. XIII, 39; ex ipso Evangelio et formula et locus. — *messes* C.

84. Job V, 5. — 85. Matth. IX, 38.

86. Phil. III, 2.

87. Joel III, 13, composito loco cum Apoc. XIV, 15. *falcis* C ante corr. et A. — *arcum plectens* A. Cf. X § 2, 62. — 88. Ps. CXXV, 6.

89. Osee VIII, 7 versio nova; infra 109 alia varietas. — 90. Job XXIV, 10.

91. I Cor. III, 12; Mich. VII, 1, ut LXX, *nullum b. o. fructum* A.

92. *Collectio fidelium...sive sanctorum.* ἡ σύναξις τῶν πιστῶν πρὸς τὸν ἀγῶνα τῆς ἐκκλησίας, ἢ τὸ τῶν ἁγίων τέλειον κήρυγμα, sic fort. Melito, quæ certe nec cogitaverint seriores. Job XXIV, 11.

93. Matth. XIII, 12, cf. 95, 95, 100. — A *permundavit* et infra *congregavit*, *cibavit*, etc.

94. Area, præsens mundus. In propheta: Filia Babylonis, area, tritura mea.

95. Ventilabrum, examen justitiæ. In Evangelio: Cujus ventilabrum in manu ejus.

96. Triticum, sancti vel electi Dei. In Evangelio: Et congregabit triticum suum in horreum.

97. Frumentum, corpus Christi, sive evangelicus sermo. In psalmo: Cibavit eos ab adipe frumenti.

98. Granum frumenti, Christus. In Evangelio: Nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet.

99. Frumentum, prædicationis sermo. In Salomone: Qui abscondunt frumenta, maledicentur in populis.

100. Horreum, regnum cœlorum. In Evangelio: Congregabit triticum suum in horreum.

101. Hordeum, Legis littera, sive simplex doctrina, sicut in Genesi de Isaac dicitur: Et invenit anno illo centuplum hordei. Et in Evangelio: Est puer unus hic, qui habet quinque panes hordeaceos.

102. Paleæ, peccatores. In Evangelio: Paleas autem comburet igni inextinguibili. In Hieremia: Quid paleis ad triticum? dicit Dominus.

103. Zizania, scandala, vel male viventes. In Evangelio: Venit inimicus [p. 50] ejus, et superseminavit zizania in medio tritici.

104. Cribrus, separatio fidelium a societate infidelium. In Amos.

105. Molæ duæ, duo Testamenta Legis, ut quidam volunt. In Evangelio: Tunc duo erunt in molendino, unus adsumetur et alter relinquetur.

106. Mola, circuitus vitæ præsentis et labor terrenus. In Evangelio: Qui scandalizaverit unum de pusillis istis, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris. In Esaia adversus Babyloniam dicitur: Tolle molam, et mole farinam. Et alibi: Otiosi erunt molentes in minuto numero.

107. Molæ duæ, spes et formido. In Deuteronomio: Non accipies loco pignoris inferiorem et superiorem molam.

108. Farina, multitudo fidelium. In Evangelio: Mulier, accepto fermento, misit in farinæ sata tria, quod est Trinitatis mysterium.

109. Farina, opus bonum vel malum; sicut est illud in propheta: Non est manipulus in eis faciens facere farinam; quod et si fecerit, alieni comedunt eam.

94. Is. xxi, 10, versio notanda, ubi græca in LXX deficiunt nunc. — *triturae meae* A.

95, 97. Ps. LXXX, 17. *ad adipe* C ex vetere unciali et ardua lectione.

98. Joan. XII, 24. cf. infra elegantem Irenæi in eodem sensu commentarium.

99. Prov. XI, 26. Nota varietatem et adverte duas de frumento formulas incommode in latinis separari, sed varias facile in græcis ob vocabula πυρὸς, σῖτος. — *maledicuntur* A.

100. Matth. III, 12. — 101. Gen. XXVI, 12, *Hordei* add. cum LXX. Jo. VI, 9, *hordeacios* C.

102. Luc. III, 17; Jerem. XXIII, 28.

103. Matth. XIII, 25. *zezania* C constanter.

104. f. Amos IX, 9, *sicut concutitur triticum in cribro.* — *Tribus* ab initio sic A.

105. Matth. XXIV, 41 cum var.

106. Matth. XVIII, 6; Is. XLVII, 2; Eccle. XII, 3. *otiosi eorum molentes* A.

107. Deuter. XXIV, 6. *non accipies copignoris* C, male junctis de more uncialibus.

108. Luc. XIII, 21. *in farina* A hic et infra.

109. Ose. VIII, 7. cf. 89, et praeter varietates, vide an græce oleat *faciens facere.* — *comedent ea* C.

110. Panis, Christus, [p. 51] vel sermo ejus. In Evangelio: Ego sum panis vivus, qui de cœlo descendi.

111. Panis, fides. In Evangelio: Quis vestrum habet amicum, et ibit ad illum, media nocte, et dicet illi: Amice, commoda mihi tres panes.

112. Panis, caritas, ut quidam volunt. In Evangelio: Aut quis vestrum patrem petit panem: numquid lapidem dabit illi?

113. Panes decem, plenitudinem omnium sanctorum per Decalogum Legis obtinet sacramentum. In Levitico.

114. Panes duodecim, qui supra mensam propositionis, per singula sabbata mutabantur, duodecim apostolorum obtinet sacramentum, ubi et supra.

115. Panis, dogma hæreticorum. In Salomone: Aquæ furtivæ dulciores sunt, et panis absconditus suavior. Item ibi: Ne desideres de cibis ejus, in quibus est panis mendacii.

116. Azima, sinceritas mentis absque fermento malitiæ. In Apostolo: In azimis sinceritatis et veritatis.

117. Similago, fidelium multitudo, puritas mentis, opera misericordiæ, et fortitudo caritatis. In Levitico: Si autem anima offeret munus sacrificium Deo, similago sit [p. 52] munus ejus.

118. Subcinericium, humilitatis oblatio. In Genesi: Festinanter consparge tres mensuras similaginis, et fac subcinericia.

119. Et in aliam partem: Factus est Ephraim sicut subcinericius, qui non reversatur.

120. Fermentum, fides. In Evangelio: Mulier, accepto fermento, misit in farinæ sata tria.

121. Fermentum, corruptio mentis, quod est opus peccati. In Exodo: Omnis qui comederit fermentatum, peribit anima ejus.

122. Clibanus, combustio sempiterna. In Evangelio: Si enim fenum quod hodie est in agro, et cras in clibanum mittitur. Et in psalmo: Pones eos ut clibanum ignis in tempore.

123. Clibanus, tribulatio vitæ præsentis. In Hieremia: Pellis nostra, hoc est caro, quasi clibanus exusta est a facie tempestatum famis.

110. Jo. VI, 41.

111. Luc. XI, 5. *habebit* A. — 112. Ib. XI.

113. Post *panes* expectaveris *obtinent* et *plenitudinis* ob *sacramentum*, δέχεται μυστήριον. Sed f. omnia græcizant, cf. Levit. XXI, 6.

114. *Obtinent* A.

115. Prov. IX, 17; XXIII, 3. — 116. I Cor. V, 3.

117. Lev. II, 1. versio nova, græco aptissima: ἐὰν δὲ ψυχὴ προσφέρῃ δῶρον θυσίαν τῷ κυρίῳ, σεμίδαλις ἔστω τὸ δῶρον. *Sit* cum itala.

118. Gen. XVIII, 6, multum recedit a vulg. sed accedit τοῖς Ο'. — *subcenericium* C.

119. Osee VII, 8. — 120. Luc. XIII, 21.

121. Exod. XII, 15.

122. Matth. VI, 30; ps. XX, 10.

123. Thren. V, 10.

§ II.

1. Vinea, Ecclesia. In Cantico canticorum: Vinea fuit pacifico, in ea tradidit eam custodibus, hoc est apostolis.

2. Vinea, plebs judaica. In psalmo: Vineam ex Ægypto transtulisti.

3. Et in aliam partem: Ex vinea Sodomorum, vitis eorum.

4. Vineæ, fidelium plebes. In Salomone: Capite nobis vulpes pusillas, exterminantes [p. 53] vineas.

5. Vineæ, bonorum opera. In propheta: Et plantabunt vineas.

6. Et in aliam partem, in Salomone: Per vineam viri stulti, et ecce impleverunt urticæ.

7. Vitis, Christus. In Evangelio: Ego sum vitis vera.

8. Et in aliam partem: Ex vinea Sodomorum, vitis eorum.

9. Palmites, sancti; ubi et supra: Ego sum vitis, vos palmites.

10. Et in malam partem: Et palmites eorum ex Gomorrha.

11. Uvæ, fructus justitiæ. In cantico Esaiæ: Expectavi ut faceret uvas.

12. Et in aliam partem, in Deuteronomio: Uva eorum, uva fellis.

13. Botrus, Ecclesia, sive corpus Domini. In Numeris, eo quod botrum de terra repromissionis in falanga crucis Israelitici speculatores reportarent.

14. Vendemia, consummatio sæculi, vel vindicta in populum. In psalmo: Vendemiant eam omnes qui transeunt viam.

15. Torcular, altare, eo quod ibi oblationes tanquam fructus conferantur. In cantico Esaiæ: Et torcular fodi in ea.

16. Torcular, futura tribulatio. In [p. 54] Apocalypsi: Et ipse calcavit torcular vini iræ furoris Domini.

17. Lacum, infernum. In psalmo: Posuerunt me in lacu inferiori. Et alibi: Deduxerunt in lacum mortis vitam meam.

18. Maceria, divina protectio, sive Angelorum custodia. In psalmo: Destruxit maceriam.

19. Maceria, crux Christi, ut quidam volunt in psalmo: Tanquam parieti inclinatæ et maceriæ impulsæ.

§ II. Hic Clarevallenses titulum habent *de lignis fructuosis*.

1. Cant. VIII, 11. *In ea tradidit eam*, cum *in ea* abundet, iterum subit dubium, fere ut supra V, 5, hæsisse interpretem coram insolenti verbo hebraico; quum plane vertisset ἀμπελὼν ἐγεννήθη τῷ Σαλωμὼν, substitit ad sequentia ἐν βεελαμὼν ἔδωκεν, tum solvit nodum, scribens *in ea tradidit eam*.

2. Ps. LXXIX, 9. — 3. Deuter. XXXII, 32.

4. Cant. II, 15. *exterminantes*, ἀφανίζοντας LXX.

5. Amos IX, 14. — 6. Prov. XXIV, 30.

7. Jo. XV, 1. — 8. Deuter. XXXII, 32.

9. Jo. XV, 1.

10. Deut. l. l. aliter quidem Vulgata, sed nobiscum Itala et LXX: ἐκ γὰρ ἀμπέλου Σοδόμων ἡ ἄμπελος αὐτῶν, καὶ ἡ κληματὶς αὐτῶν ἐκ Γομόῤῥας.

11. Is. V, 4. — 12. Deut. l. l.

13. Num. XIII, 24. *falanga* C, A, φάλαγξ, vox latina satis rara, sed et eximium symboli arcanum. — 14. Ps. LXXIX, 13.

15. Is. V, 2. — 16. Apoc. XIX, 15. cf. infra 24.

17. Ps. LXXXVII, 7; locus alter incompertus mihi hactenus est.

18. Ps. LXXIX, 13. vulg. *ut quid destruxisti.*

19. Ps. LXI, 4.

20. Lagunæ, corda hominum sapientiæ vinum retinentes. In propheta: Omnis laguncula impletur vino.

21. Vinum, sanguis Christi. In Evangelio: Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem.

22. Vinum, gratia Spiritus sancti. [In Evangelio]: Vinum novum in utres novos mitti debet.

23. Vinum, sermo divinus, sive compunctio cordis. In psalmo: Potasti nos vino compunctionis.

24. Vinum, judicium divinum. In Apocalypsi: Ipse calcavi torcular vini iræ furoris Domini.

25. Vinum, sacra Scriptura, rectaque doctrina. Unde per Esaiam ad Judæos dicitur: Caupones tui miscunt aquam vino.

26. Vinum, [opera] luxuriæ. In Apostolo: Nolite inebriari vino [p. 55] in quo est luxuria. Et alibi: Luxuriosa res est vinum.

27. Ebrietas, sobrietas mentis. In Actibus Apostolorum: Ebrii sunt isti.

28. Ebrietas, crapula vitiorum. In Evangelio: Attendite, ne graventur corda vestra in crapula et in ebrietate. Et in Salomone: Velut si spina nascatur in manu ebriosi.

29. Sobrietas, temperantia. In Apostolo: Vigilate, sobrii, et nolite peccare.

30. Acetum, asperitas corruptæ mentis. Unde in libro Numeri, Nazaræis, qui se sanctificabunt Domino, vinum, simul et acetum sumere prohibitum est.

31. Sicera, peccati dulcedo, ubi et supra.

32. Calix, passio Domini. In Evangelio: Potestis calicem bibere quem ego bibiturus sum?

33. Calix, sacra Scriptura, id est duo Testamenta, ut quidam volunt, sicut in Evangelio secundum Lucam, duos calices, unum ante cœnam, et alium post cœnam, in pascha Dominus apostolis tradidisse legitur.

34. Calix, supplicia peccatorum. In psalmo: Ignis, sulphur et spiritus procellarum, pars calicis eorum.

35. Calix, tribulatio vitæ præsentis, et vindicta in omnes gentes. In Hieremia: Accipe calicem istum, et dabis ex eo bibere ad omnes gentes.

36. [p. 56] Fialæ, doctores in Ecclesia, ampla doctrina referti. In Exodo.

37. Fialæ, patens in peccatoribus ira divina. In Apocalypsi: Septem fialæ novissimæ [ira Dei].

38. Merum, sinceritas judicii et veritatis, vel calor fidei. In psalmo: Vini meri plenus est mixto.

39. Fæx, ultimum judicii. In psalmo; Verumtamen fæx ejus non est exinanita.

20. Jerem. XIII, 12. *corda...retinentes* A, C sic, aperto hellenismo, ob καρδίαι, idemque infra recurrit luculenter in §. II, 86.

21. Jo. VI, 55. *vinum* init. excidit in C. Sed quam egregie et concise dictum de SS. Eucharistia. — 22. Matth. IX, 17. deest in C *evangelium* et legitur *mittendi*.

23. Ps. LIX, 5. — 24. Apoc. XIX, 15. cum var.

25. Is. I, 22, cum LXX. *miscent* A.

26. Eph. V, 18. om. *opera* C, qui constanter legit *luxoria*, *luxoriose*.

27. Act. II, 15, memoriter adducitur.

28. Luc. XXI, 34; Prov. XXVI, 9.

29. I Petr. V, 8. f. conjunctim cum Ephes. IV, 26.

30. Num. VI, 20. — 32. Matth. XX, 22.

33. Luc. XXII, 17, 20. — 34. Ps. X, 7.

35. Jerem. XXV, 15, f. libere, sed græca desunt.

36. Exod. XXV, 29. *refecti* C.

37. Apoc. XV, 7, æque libere, ut solet. Sed C et A licentius: *novissimae erudi* sic.

38. Ps. LXIV, 9. — 39. Ib. *ultimum judicii*, rotunde græcum, τὸ τῆς κρίσεως ἔσχατον.

40. Cibus, sermo, vel voluntas Domini. In Evangelio: Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me.

41. Potus, idem quod supra: Et torrente voluntatis tuæ potabis eos.

42. Promptuaria, cordis receptacula. In psalmo: Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.

43. Pera, victus solitudinis. In Evangelio: Non peram in via.

44. Modius, corpus humanum vel Legis littera, vel populus Judæorum. In Evangelio: Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modio.

45. Oliva, Christus, vel Ecclesia. In psalmo: Ego autem sicut oliva fructifera in domo Domini. Et in Ecclesiastico: Sicut oliva speciosa, fructifera, vocavit Dominus nomen tuum. Et post pauca: Exarsit ignis in ea.

46. Oleaster, homo sine fructu, vel gentilis. In Apostolo: Si autem tu [p. 57] ex naturali abscissus es oleastro.

47. Oleum, gratia Spiritus sancti. In Deuteronomio: Suxerunt mel de petra, et oleum de firmissima petra. Et in Job: Petra mihi fundebat rivos olei. Et alibi: Computrescet jugum a facie olei.

48. Oleum, opera misericordiæ. In psalmo: Et caro mea immutata est propter oleum.

49. Oleum, hilaritas mentis. In Evangelio: Cum jejunas, unge caput tuum. Et in psalmo: Ut exhilaret faciem tuam in oleo.

50. Oleum, testimonium conscientiæ bonæ. In Evangelio: Prudentes vero sumpserunt oleum in vasis suis.

51. Oleum, sermo deceptoris. In psalmo: Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

52. Oleum, hæreticorum subtilis et blanda deceptio, sicut in Salomone de eadem prava doctrina dicitur: Nitidius oleo guttur ejus. Et in Osee: Et oleum in Ægypto ferebant, hoc est ad sæcularium mentes decipiendas.

53. Unguentum, nomen Salvatoris. In Salomone: Unguentum effusum, nomen tuum.

54. Unguentum, gratia Spiritus sancti. In Salomone: Muscæ morituræ, id est dæmones, exterminant unguentum suavitatis.

55. Unguentum, chrismatis unctio. In psalmo, ut quidam volunt [p. 58]: A tempore frumenti, vini et olei sui multiplicati sunt. Et in Exodo plurima de hoc narrantur.

40. Jo. IV, 34.

41. Ps. XXXV, 95 vet. interpr. Psalt. S. Germani, et 2 codd. Theodulphi consentiunt.

42. Ps. CXLIII, 13. — 43. Matth. X, 10.

44. Luc. VIII, 16.

45. Ps. LXI, 10; Jerem. XI, 16. Jam monui Spicil. II, 380 n. 2, frustra provocari ad Ecclesiasticum, tum operæ pretium esse græca sollicitari. Nam ubi vulg. prolixius: « olivam *uberem*, *pulchram*, fructiferam, speciosam vocavit Dominus nomen tuum... *grandis* ignis exarsit. » Noster ea om. quæcumque LXX non habent, Italam igitur refert, quam in hoc loco Sabaterius frustra quæsivit.

46. Rom. XI, 24.

47. Deuter. XXXII, 13, cum Mozarab. et LXX. — Job XXIX, 6; Is. X, 27. — 48. Ps. CVIII, 24.

49. Matth. VI, 17; Ps. CIII, 15.

50. Matth. XXV, 4. — 51. Ps. CXI, 5.

52. Prov. V, 3; Osee XII, 1.

53. Cant. I, 2 ut LXX, μῦρον ἐκκενωθέν.

54. Eccle. X, 1. — 55. Ps. IV, 8.

56. Oleum, fomentum blanditiæ in prædicatione divina. In Evangelio: Et adproprians alligavit vulnera ejus, et infundens vinum et oleum.

57. Utres, vasa humani corporis. In Evangelio: Vinum novum in utres novos mitti debet.

58. Et in aliam partem pro Judæis, ubi et supra: Neque enim mittunt vinum novum in utres veteres.

59. Ficus, prisca Lex. In Evangelio: Homo quidam pastinavit vineam, hoc est plebem, et in vinea plantavit ficum.

60. Ficus, populus Judæorum. In Evangelio: Ab arbore fici discite parabolam. Et in Habacuc: Ficus non offeret fructum.

61. Ficus, homo infructuosus, sive plebs judaica. In Evangelio: Et arefacta est continuo ficulnea.

62. Folia ficus, asperitas Legis, vel prurigo nuptiarum. In Genesi: Et sumpserunt folia ficus, et fecerunt sibi campestria, hoc [est] subcinctoria genitalium.

63. Sycomorus, vana scientia. In Hieremia: Habitabunt dracones, hoc est dæmones, cum fatuis ficariis.

64. Item in bonam partem: Ascendit in arborem sycomorum.

65. [p. 59] Mala punica, Ecclesia, [sive] unitas fidei, et pacis concordia, ob cujus figuram Israelici exploratores in libro Numeri de terra repromissionis mala punica, cum [botru] pariter et ficu, reportarunt. In Exodo, in ornamento sacerdotis mala punica tintinnabulis aureis conjungi præcipitur.

66. Mustum malagranatorum, sanguis sanctorum martyrum. In Cantico canticorum: Ibi dabo tibi mustum malagranatorum meorum.

67. Nux, Incarnatio Salvatoris, sive mysterium Trinitatis, ut quidam putant, sicut in libro Numeri de virga Aaron dicitur: Et germinavit nuces.

68. Nux, canon veteris Testamenti. In Salomone: Descendam ad hortum nucum, ut inspiciam poma convallis.

69. Amygdalum, Ecclesiæ primitiæ quæ ex Judæis credidit. In Salomone: Florebit amygdalum.

70. Poma, sancti, sive sacra Scriptura. In Cantico canticorum: Omnia poma nova et vetera, dilecte mi, servavi tibi.

56. Luc. x, 34. — 57, 58. Matth. ix, 17.

59. Marc. xii, 1 mixtim cum Luc. xiii, 6.

60. Matth. xxiv, 32; Habac. iii, 17 cum lxx. *affert fructum* A. — 61. Matth. xxi, 19.

62. Gen. iii, 2. Proclivis Noster est ad allegoricam tunicarum adamitarum interpretationem, uti et foliorum ficulneæ, vid. in VII, § iv, 42. Cum eo cf. infra Macarius, qui fuse et diserte tunicas exponit in arguto sermone nunc primum edito. — 63. Jerem. l, 39, cum optima varietate *fatuis* pro *faunis* vulg.

64. Luc. xix, 4.

65. *Ecclesia . sibi unitas* C, A. et mox *cum libro tu* C; ad quæ in A scriba subhorruit et locum reliquit intactum, vacua membrana; id. habet *praecipiuntur*, cf. Num. xiii, 24; Exod. xxviii, 33.

66. Cant. viii, 2 cum lxx.

67. *nuces* A ubique pro *nux*. Num. xvii, 8. Arcana id non caret elegantia, quod tamen uti et sqq. novitatem sapit, præter 70.

68. Cant. vi, 10.

69. Eccle. xii, 5. — *Primitiae... quae... credidit*, fort. ob græca ἀπαρχὴ... ἡ πιστεύσασα.

70. Cant. vii, 13.

71. Poma, peccati dulcedo. In propheta: Quid tu vides, Amos? [f. 60] Et dixit: Uncinum pomorum, hoc est supplicia peccatorum.

72. Palma, perfectio, vel victoria. In psalmo: Justus, ut palma florebit. Et in Apocalypsi: Palmæ in manibus eorum.

73. Arbor, homo, a fructu operum. In Evangelio: Aut facite arborem bonam et fructum ejus bonum.

74. Et in malam partem: Aut facite arborem malam et fructum ejus malum. Quidam in hoc testimonio arborem hanc voluntatem hominis magis quam ipsam arborem accipiendam putant.

75. Ramus, successio. In Apostolo: Si radix sancta, et rami.

76. Et in malam partem, in Salomone: Et confringentur rami inconsummati.

77. Folium, sermo doctrinæ. In psalmo: Et folium ejus non defluet. Et in Apocalypsi: Et folia ejus ad sanitatem Gentium.

78. Radix, origo. In Apostolo: Quod si radix sancta est, et rami.

79. Et in aliam partem, in psalmo: Radicem tuam de terra viventium.

80. Paradisus, sancta Ecclesia. In Cantico canticorum: Emissiones tuæ, paradisus cum pomorum fructibus.

81. Hortus, internæ deliciæ paradisi, ubi et supra: Intra in hortum [p. 61] nostrum, soror mea sponsa.

82. Hortus, Ecclesia: Hortus conclusus, soror mea.

83. Hortus, populus Judæorum, ubi et supra: Dilectus meus descendat in hortum meum ad areolam aromatis.

84. Hortus, quædam hypocritarum simulata operatio. In Esaia: Qui mundos se putabant in hortis.

85. Areola, Virgo Maria. In Cantico canticorum: Dilectus meus ascendit ad hortum suum, ad areolam aromatis.

86. Areolæ, corda sanctorum, virtutum odore fragrantes, ubi et supra: Areolæ aromatum consitæ a pigmentariis.

87. Pigmenta, [varia] virtutum odoramenta, ubi et supra: Cum universis pulveris pigmentariis.

71. Amos VIII, 2.

72. *Palma*, *perfectio*, τελείωσις, idem ac *victoria* in martyribus consummatis, quid causæ antiquitati similius? Et quot vetera monumenta idem interpretantur? Ps. XCI, 13; Apoc. VII, 9.

73-74. Matth. XII, 33. *ad fructum* A, sublata græcitate; in fine *accipiendum* C, an propter ξύλον?

75, *Successio* latine caligat, sed liquet græce διαδοχὴ τοῦ κλήρου, sic apud Plut. — Rom. XI, 16. *quod si* A. — 76. Sap. IV, 5.

77. Ps. I, 4; Apoc. XXI, 2. *Sermo doctrinae* λόγος διδαχῆς, λόγος γνώσεως, ut I Cor. XII, 8.

78. Rom. XI, 16.

79. Ps. LI, 7. — 80. Cant. IV, 13.

81. Cant. V, 1. nota variet. et recole veteres picturas. — 82. Ib. IV, 12.

83. Ib. VI, 1. *descendat* C cum vett. apud Holmes. *descendit* A.

84. Is. LXVI. 17.

85. Cant. VI, 1. *ascendit* A, C qui aliter in 83, neque alibi varietas occurrit.

86. Ib. V, 13. *fragrantes* post *corda* et iterum ob καρδίαι, ut supra §. II, 20, iterumque post sexcenta alia; male igitur *flagrantia* A; græcum in C archetypon clamatur.

87. Ibid. III, 6. *Pigm. auria* sic C. em. A.

§ III.

1. **Flos, Christus. In Salomone: Ego flos campi et lilium convallium.**

2. **Flores, sancti, ubi et supra: Flores apparuerunt in terram nostram.**

3. **Flos, gloria sæculi hujus. In Esaia: Omnis caro fenum est, et omnis gloria ejus, quasi flos agri.**

4. **Lilium, Christus, sive sancti. In Cantico canticorum: Ut pascat in hortis, et lilia colligat.**

5. **Rosæ, martyres, ex rubore sanguinis. In Salomone: Sicut rosæ, germinat super vivida fluenta.**

6. **Violæ, confessores, ob similitudinem [p. 61] lividorum corporum. In Cantico canticorum: Flores in terra visi sunt.**

7. **Aromata, varia virtutum odoramenta, sicut in libro Regum de Saba Regina: Non sunt allata hujuscemodi aromata, sicut Saba Regina dedit Salomoni.**

8. **Myrrha, mortificatio carnis. In Cantico canticorum: Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris. Et in psalmo: Myrrha et gutta et casia vestimentis tuis.**

9. **Thus, virtus operationis, vel compunctio cordis. In Salomone: Sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ et thuris.**

10. **Gutta, vis amoris Dei et ardor caritatis, ubi et supra: Ligamentum guttæ, dilectus meus mihi.**

11. **Casia, doctrina recta, sive opinio bonorum operum. In psalmo: Et casia vestimentis tuis.**

12-16. **Cyprus, incorruptio; nardus, fortitudo; crocus, martyrium; fistula, prædicatio; cinnamomum, odor virtutum. In Salomone.**

§ III. *De floribus* præfixum est in Clarevallensibus. — 1. Cant. II, 1.

2. Ib. 12. post Christum, flores quoque *sancti*, sive fideles, congruo et ἀρχαίῳ nexu, sed elegantior funiculus est in 4.

3. Is. XL, 6. — 4. Cant. VI, 1.

5. Cruento vulnere A, C, *ex arbore sanguinis*, nova uncialium fallacia. In Mesmiano emendavit Theodulphus. — *germinat* uterque A, C; nil mutandum, quum græca referant, ac fere cum Clemente alexandrino: ὡς ῥόδον πεφυτευμένον ἐπὶ ῥευμάτων ὑδάτων, quamvis aliter LXX et vulg. in Eccli. XXXIX, 17. gr. 13. Caute enim agendum, gemmulas tangimus.

6. *Ob similitudinem lividorum corporum*, quæ Theodulphus infausto lapillo exulare jussit e codicibus suis, nec jam intelligere potuit, quid *confessoribus livida corpora* essent. Discrimen autem antiquum inter martyres et ὁμολογητάς nondum viros gnaros fugerat, quum formulas nostras compendio perstringeret Eucherius, qui nostra truncare piaculo duxit. Quanto magis Melitoni apostolicisque viris alius erat martyr cruore consummatus, *rosa* nempe; alius confessor, non morte, sed livore vinculorum et squallore carceris probatus, sive *viola*, *ob similitudinem lividorum corporum*. ἴον, διὰ τῶν ἰοειδῶν σωμάτων ὁμοίωσιν. Ego quidem sæpe ingemui, hæc Melitonis fugisse vel magistros, τῶν ἀρχαίων peritissimos, immo vilipendi a nonnullo. Ad flosculos ut redeam, cum nullibi *violae* in sacris libris nominentur, vox generica τὰ ἄνθη, pro τὰ ἴα, adducta est ex Cant. II, 12. — 7. III Reg. X, 10.

8. Cant. III, 6; Ps. XLIV, 9. — 9. Cant. III, 6.

10. Certe Cant. I, 12, gr. 13, sed insolens translatio, quæ tamen a græco non recedit: ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς ἀδελφιδός μου. *Ligamentum* etiam habent codd. Theodulphi, habet quoque *colligatio guttae* Ambrosius, græcorum tenax. Tædet me in A et C communi errore intrusum fuisse *ligamen tuum*.

11. Ps. XLIV, 9. — 12-16. Cant. IV, 14.

17. Olus, simplex et aperta prædicatio. In Apostolo: Qui infirmus est, olus manducet.

18. Olus, minima operatio bona, ex qua quidam hypocritæ hominibus placere student. [p. 63] In Evangelio: [Væ] vobis, Pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham et anetum et cuminum et omne olus.

19. Cœpæ et allia, corruptio mentis et acredo peccati, quæ quanto amplius editur, tanto magis dolore cruciat. In Exodo: Edebamus cœpas et allia et cucumeres gratis.

20. Arundo aurea, Incarnatio Salvatoris, sive divina Scriptura. In Apocalypsi: Et in manu ejus arundo aurea.

21. Arundo, homines infructuosi, sæculi hujus amori dediti, exterius nitidi, interius vacui. In Evangelio: Quid existis in deserto videre? arundinem vento agitatam? Et in libro Sapientiæ, de sanctis prædicatoribus dicitur: Fulgebunt, et sicut scintillæ in arundineto discurrunt.

22. Calamus, regnum Judæorum, ut quidam volunt, sive humana fragilitas. In propheta: Calamum quassatum.

23. Calamus, prædicatio sanctorum. In Esaia: Orietur viror calami et junci.

24. Juncus, fideles in Ecclesia, juxta fluenta divinæ Legis semper morantes, ubi et supra. In Job: Numquid virere potest scirpus absque humore, aut crescet carectum [p. 64] sine aqua?

25. Herba, æterni paradisi viriditas, et sanctarum animarum pascua. In Evangelio: Si quis per me introierit, salvabitur, et egredietur et regredietur, et pascua inveniet. Et per Ezechielem: In montibus excelsis Israel ibi pascam eas, in herbis virentibus.

26. Et e contrario, de ariditate mentis, sive Judæorum, in Hieremia dicitur: Defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

27. Herba, vita carnis. In Job pro Zabulo: Huic montes, hoc est luxuriosi divites, herbas ferunt.

28. Herba, vita mortalium. In psalmo: Mane sicut herba transeat.

29. Prata, patefacta Scriptura divina. In Salomone: Aperta sunt prata, et apparuerunt herbæ virentes.

30. Item in malam partem, in Salomone: Nullum pratum sit, quod non pertranseat luxuria nostra.

31. Fenum, historia Legis, sive commoda temporalia. In psalmo: Qui producit in montibus fenum.

32. Fenum, peccatores. In Evangelio: Si enim fenum quod hodie in agro est, et cras in clibanum mittitur. Et in Job: pro Zabulo dicitur: Fenum ut bos comedet.

17. Rom. XIV, 12.

18. Matth. XXIII, 23 cum Luc. XI, 42.

19. Num. XI, 5. *cruciant* A. latet f. quid græcum in C.

20. Apoc. XXI, 15 liberrime.

21. Luc. VII, 24; III, 7. *In arundineto* excidit in A, ob saltum ad alteram paginam.

22. Is. XLII, 3 *calamum casatum* C, *caseatum* A SIC; uterque vero supponit *non conteret.*

23. Is. XXXV, 7.

24. Job. VIII, 11 *vivere* C. *curectum* A, C.

25. Jo. X, 9; Ezech. XXIV, 13 cum multa libertate. Vide iterum veteres picturas. — 26. Jerem. XIV, 6. *de aritate* C, *caritate* A male corr.

27. Job. XL, 15. — 28. Ps. LXXXIX, 6.

29. Prov. XXVII, 25. — 30. Sap. II, 8.

31. Ps. CXLVI, 8.

32. Matth. VI, 30; Job. XL, 10.

33. **Hyssopus, herba humilis, cujus radices saxum [p. 65] penetrant, humilitas pœnitentiæ, sive baptismum. In psalmo: Asperges [me] hyssopo et mundabor.**

33. Ps. L, 9.

VII.

DE LIGNIS INFRUCTUOSIS.

1. Ligna, angeli, ut quidam putant; sicut in Ezechiel propheta pro Zabulo dicitur: Omne lignum paradisi non adsimilitatum ei. Et post pauca: Cedri non fuerunt altiores illo.

2. Ligna, gentes. In psalmo: Tunc exultabunt omnia [ligna] silvarum ante faciem Domini.

3. Ligna, peccatores igni deputandi. In Salomone: Qui scindit ligna, periclitabitur in eis.

4. Lignum, Christus, sive sanctus. In psalmo: Et erit tanquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum. Et in Evangelio: Si in viridi ligno hæc fiunt, in arido quid fiet?

5. Lignum, homo. In Ecclesiaste: Si ceciderit lignum ad austrum, sive ad aquilonem, id est bonam vel malam partem, ubicumque ceciderit, ibi erit.

6. Ligna, testimonia Scripturarum. In Levitico: Ignis autem in altare semper ardebit, quem nutriet sacerdos subjiciens ligna mane, per singulos dies. Huic testimonio Salomonis sententia congruit [p. 66], in qua ait: Qui addit scientiam, addit et dolorem.

7. Lignum, Christi crux. In libro Sapientiæ: Benedictum lignum, per quod fit justitia. Et in psalmo: Dominus regnavit a ligno.

8. Silvæ, gentes. In psalmo: Exterminavit eum aper de silva et singularis ferus.

9. Silva, sacra Scriptura, allegoricis testimoniis obumbrata, unde in psalmo pro Salvatore dicitur: Ecce audivimus illum in Euphrata, invenimus eum in campis silvæ. Et in propheta: Deus a Libano veniet, et sanctus de monte opaco.

10. Condensa, opaca Scripturæ divinæ. In psalmo: Revelavit Dominus condensa.

11. Saltus, populus Ecclesiæ. In propheta: Qui habitant in deserto, et securi dormient in saltibus.

VII. Titulus, nonnihil importunus, minio quidem ornatur in C, omittitur vero in A, cujus pictor sat habuit primam litteram insignire rubro colore cum rudi sphalmate *Cigna*.

1. Ezech. XXXI, 8. Quæ *post pauca* esse ibi dicuntur, nunc paulo ante in eod. versu græce et latine extant. Multa cum inconstantia nomina prophetarum in nostris codd. plus minus barbare scribuntur: *Hezechiel, Ezechihel, Hezekiel, Danihel, Johel, Soffonia*, etc. quæ semel notare satis esto. — 2. Ps. XCV, 12.

3. Eccle. X, 9, ut LXX: κινδυνεύσει ἐν αὐτοῖς.

4. Ps. I, 3. — Luc. XXIII, 31. *faciet* C, I manu.

5. Eccle. XI, 3.

6. Levit. VI, 12; Eccle. I, 18. *Dolorem*, cum LXX, ἄλγημα.

7. Sap. XIV, 7; Ps. XCV, 10. *Crux* om. C. An tantum habuere græca: τὸ ξύλον, τὸ τοῦ Χριστοῦ?

8. Ps. LXXIX, 14.

9. Ps. CXXXI, 6. *illum* et *eum* cum Mozar. — Habac. III, 3 cum LXX. et Ambros. græcanizante. *Ephrata* A. *de monte abbaco* C.

10. Ps. XXVIII, 9. *opaca scripturae*, ut dicerent Græci: τὰ κατάσκια τῆς γραφῆς. f. *revelabit*, solita mutatione.

11. Ezech. XXXIV, 25.

12. Saltus agri meridiani, populus Judæorum. In Ezechiel propheta: Ad saltum agri meridiani: Ecce ego succendam ignem in te, et devorabit omne lignum viride et omne lignum aridum.

13. Ligna, peccata. In Deuteronomio: Si quis abierit cum proximo suo simpliciter in silvam ad ligna cædenda.

14. Cedrus, Christus, sive sancta Ecclesia. In Ecclesiastico: Sicut cedrus exaltata sum in Libano.

15. [p. 67] Cedri, prophetæ, sive apostoli, sicut in psalmo: Et cedros Libani, quas plantasti, illic passeres nidificabunt, hoc est viri spiritales.

16. Cedri, superbi, hæretici, philosophi, vel dæmones. In psalmo: Vox Domini confringentis cedros. Et in Esaia: Et super cedros Libani erectus.

17. Cedri, divites fideles in Ecclesia. In psalmo: Et cedros Libani quas plantasti, illic passeres nidificabunt; hoc est viri spiritales.

18. Cipressus, Christus, vel Ecclesia. In Ecclesiastico: Sicut cedrus exaltata sum in Libano, et sicut cipressus in montibus Ermon.

19. Cipressi, prophetæ vel patriarchæ. In Cantico canticorum: Laquearia nostra cipressina.

20, 21. Abies, viri spiritales, celsitudine virtutum ad alta tendentes. In Esaia: Et abies et buxus et pinus. — Item in malam partem, in Zacharia: Ulula, abies, quia cecidit cedrus.

21.[a] Buxus, lenes in Ecclesia, qui licet fructus spiritales minime habeant, tamen perpetua fidei confessione virent. In Esaia: Abies et buxus et pinus.

22. Pinus, lenes in Ecclesia ad omne opus bonum parati.

23. Ulmus, divites sæculi hujus et fideles.

24. Quercus, sancti, fide atque virtutibus robusti [p. 68]. In Esaia: Et erit in ostensione sicut terebinthus, et sicut quercus quæ expandit ramos suos.

25. Item in aliam partem: Et super omnes quercus Basan.

26. Terebinthus, sancti. In Esaia: Et erit in ostensione sicut terebinthus.

27. Item in aliam partem, in Osee: Subtus populum et terebinthum, quia bona erat [umbra ejus].

28. Salices, fideles in Ecclesia, juxta fluenta divinæ prædicationis radicati. In Esaia: Et quasi salices juxta fluentes aquas.

29. Salices, homines infructuosi. In Job: Circumdabunt eum, hoc est Zabulum, salices torrentis. Et alibi: Ad torrentem salicum deducent eos.

30. Populus, virgulta castitatis, ut quidam putant, in Levitico.

31. Et in malam partem: Subtus populum et terebinthum.

12. Ezech. xx, 47.
13. Deuter. xix, 5. — 14. Eccle. xxiv, 17.
15. Ps. ciii, 16. — 16. Ps. xxviii, 5; Is. ii, 13.
17. Ps. ciii, 16 cum var. Holm.
18. Eccli. xxiv, 17. — *in Ecclesiastico* sic semel in tota Clave. — 19. Cant. i, 16.
20. Is. lx, 13; Zachar. xi, 2.
21-23. Is. lx, 13. — 24. Is. vi, 13.
25. Is. ii, 13. — 26. Is. vi, 13.
27. Osee iv, 23. *umbra ejus* om. A, C. *juxta fluentes* C. — 28. Is. xliv, 4.
29. Job xl, 17; Is. xv, 7 — *deducunt* A.
30. *Levit.* male ponitur. fort. Gen. xxx, 37.
31. Osee iv, 23.

32. Platanus, sancti, sermone prædicationis quasi in foliis dilatati. In Ezechiel: Platani non fuerunt æquæ frondibus illius.

33. Juniperus.

34. Ilex, mysterium crucis Christi, ut quidam putant. In Genesi: Habitavit Abraham ad ilicem Mambre.

35. Mirtus, compassio fraternæ necessitatis. In Esaia: Et spinam et mirtum.

36. Mirtus, populus gentium, ut quidam volunt. [f. 69] In Zacharia: Vidi per noctem, et ecce vir, id est Christus, in equo rufo stabat inter mirteta quæ erant [in profundum].

37. Spinæ, sollicitudo sæculi et noxiæ divitiarum curæ. In Evangelio: Aliud cecidit inter spinas.

38. Spinæ, carnis stimuli. In Genesi: Spinas et tribulos germinavit tibi.

39. Spina, conscientia peccati. In psalmo: Conversus sum in ærumna mea, dum configitur spina.

40. Tribuli, aculei vitiorum, vel tentationum. In propheta: Peccatum Israel, lappa et tribulus.

41. Vepres, obligatio peccatorum. In Esaia: Omnes montes, qui in sarculo sarriuntur, non veniet illuc terror veprium et spinarum.

42. Paliurus, defensio peccati, sive impuritas mentis. In Esaia: Et paliurus in [muni]tionibus ejus. Et alibi: Qui rectus est in eis, sicut paliurus, et sicut spina de sepe.

43. Ramnus spina est, qui prius mollis nascitur, postea vero in magnis aculeis erumpit. In psalmo: Prius quam producant spinæ vestræ rhamnos.

44. Urticæ, prurigo luxuriæ. In Esaia: Orietur in domibus eorum, hoc est, in cordibus reproborum, spinæ et urticæ.

45. [f. 70] Trabis, peccatum majus, vel sicut quidam voluit, invidia. In Evangelio: Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, et trabem in oculo tuo non vides?

46. Festucam, peccatum minus, sive iracundia cordis, ubi et supra.

47. Rubus, ut quidam opinantur, sanctæ Mariæ Virginis præfiguratio: eo quod quasi de humani corporis rubo Salvatorem tanquam rosam emiserit, aut quod vim divini fulgoris sine sui adustione protulerit. In Exodo: Apparuitque ei Dominus in flamma ignis.

32. Ezech. XXXI, 8.

33. *Juniperus*, nec plura, ex amissa quadam formula, quæ nullibi comparet mihi.

34. Gen. XIII, 18 ex LXX παρὰ τὴν δρῦν.

35. Is. XLI, 19. — 36. Zachar. I, 8.

37. Luc. VIII, 7. — 38. Gen. III, 18.

39. Ps. XXXI, 4. *non confringetur spina* A sicut C ante vet. correct.

40. Osee X, 8. In fine *tribulos* A, C, an græco sono?

41. Is. VII, 25. — *obligatio* redolet ἐπίδησις vel ἐπίδεσμος. — pro *sarriuntur*, in C *satiuntur* post falsam corr. in A *saliuntur*, ut C ante corr.

42. Is. XXXIV, 13. Minuta lubet colligere ad rarissimi codicis historiam. Sic C habet *in*... ...*tionibus*, loco manente vacuo cum media dictione; cur, nisi ob exemplar tineis exesum, aut ævo hians, ut in papyraceis? Eamdem lacunam A religiose servavit. — in fine Mich. VII, 4.

43. Ps. LVII, 10. in utroque cod. *Rhamnos* in fine A, C. An iterum intacta remansit vox græca ῥάμνος, quæ præterea periodum græce involvit in hisce: *Spina qui.* — *erumpet* A.

44. Is. XXXIV, 13. *Orietur* C, apte ut in græco: ἀναφυήσει ἀκάνθινα ξύλα. Sed maleferiatus corr. in A *orientur*.— 45. *Travis* C, *trabes* A. Matth. VII, 3.

46. *festucam* A, C, ob superiora.

47. *Et quidam* C. — Spirat tota et venusta antiquitas in hac eleganti formula. Ubi nam græca? Passim apud Melodos. Cf. Exod. III, 2.

48. Virga, divinæ potestatis insignia. In Genesi: Et adoravit fastigium virgæ ejus.

49. Aliter virga, vigilantia legis et severitas disciplinæ. In Exodo: Percuties aquas virgâ, et convertentur in sanguinem.

50. Aliter virga, mysterium crucis, ubi et supra: Percutiens petram virga, et dabit aquas.

51. Alii vero virgam Sapientiam Patris intelligi volunt, quæ virga in serpente conversa, Magorum deglutivit serpentes, quia Sapientia Patris per mortem carnis occidit mortem.

52. [p. 71] Virga, Virgo Maria. In Esaia: Exiet virga de radice Jesse.

53. Virga, populus fidelis. In psalmo: Liberasti virgam hæreditatis tuæ.

54. Virga, correptio divina. In psalmo: Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt.

55. Virgæ duæ, plebs Judæorum et Gentium In Zacharia propheta: Et assumpsi mihi duas virgas; unam vocavi Decorem, et aliam vocavi Funiculum.

56. Sepes, fides. In Salomone: Qui dissipat sepem, mordebit eum coluber. Et in Esaia: Et vocaberis ædificator sepium.

48. *Potestatis insigna* C et post corr. ut A: *insignia*, nonne more græco? Gen. XLVIII, 15; Hebr. XI, 21.

49. Exod. VII, 20.

50. *percuties* A. Exod. XVII, 6.

51. Exod. VII, 10-12. — *in serpentem* A. *occidit* sic C.

52. Is. XI, 1, ac splendida veterum formularum brevitas, quam fuse persequitur Irenæus. BB. p. 215 seqq.

53. Ps. LXXIII, 2, cum psalt. S. Germani quem cum Eucherio et Irenæo ad Melitonem adducere juvat ex eadem provincia Lugdunensi.

54. Ps. XXII, 4.

55. Zach. XI, 7 *assumpsit* C. *de chore* A.

56. *Sepis* C. Eccle. X, 8; Is. LVIII, 12.

VIII.

DE VARIIS HOMINUM APPELLATIONIBUS.

§ I.

1. Homo, mens hominis: Fecit Dominus hominem ad imaginem et similitudinem suam. Vel homo totus qui constat ex anima et corpore.

2. Homo, corpus humanum. In Apostolo: Et si exterior noster homo corrumpitur.

3. Homo, Christus. In Esaia: Quiescite ab homine, cujus spiritus in naribus ejus. In psalmo: Accedet homo ad cor altum.

4. Homo, carnalis conversatio, vel caro, sive Diabolus. In psalmo: Exurge, Domine, non prævaleat homo. Et alibi: Miserere mei, Domine, [p. 72] quoniam conculcavit me homo.

VIII. Titulus pingitur in C; totus in A desideratur. Rubra tamen ex littera in utroque lector de nova serie monetur.

1. Gen. I, 27. — 2. II Cor. IV, 16.

3. Is. II, 22. Ad hæc Grabius in Oxon. « Versio in LXX non extat, nec ibidem legebatur a S. Hieronymo, sed tantum in hebræo et aliis translationibus. » Quibus et nostra Sabaterius adderet. — Ps. LXIII, 7.

4. Ps. IX, 20; LV, 2.

5. Homines, rationabiles quique, de quibus in psalmo: Homines et jumenta salvos facies, Domine.

6. Homines, peccatores. In psalmo: Vos autem sicut homines moriemini.

7. Filius hominis, Christus. In Evangelio: Cum venerit in majestate sua, et omnes sancti cum eo.

8. Filii hominum, fideles in Ecclesia, pertinentes ad filium hominis, qui est Christus. In psalmo: Secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

9. [Vir, spiritus], id est rationabilis sensus. In Apostolo: Caput mulieris, vir. Item ibi: Vir non debet velare caput, quia imago Dei est.

10. Mulier, anima, sive caro, ubi et supra: Caput mulieris, vir. Etenim, sicut anima regit corpus, ita et ratio animam.

11. Vir et uxor, anima et caro. Filii, opera ab utrisque genita. In Exodo: Serviet tibi cum uxore et filiis.

12. Vir, Christus. In Zacharia: Ecce veniet vir, cujus Oriens nomen ejus. Et alibi: Revertimini, filii revertentes, quia ego vir vester.

13. Mulier, Ecclesia [p. 73], propter filiorum generationem. In Salomone: Mulierem fortem quis inveniet?

14. Vir et uxor, Christus et Ecclesia. In Apostolo: Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una. Ego autem dico, in Christo et in Ecclesia.

15. Filii, fideles fideliter in Ecclesia renati; quibus per Psalmistam Dominus dicit: Venite, filii, audite me. Et de Ecclesia: Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

16. Filiæ, animæ sanctorum. In propheta: Ero vobis in Patrem, et vos eritis mihi in filios et filias.

17. Viri, apostoli, vel cæteri prædicatores. In Esaia: Viri sublimes ad te transibunt.

18. Et in malam partem: Viri impii dixerunt apud se, cogitantes non recte.

19. Mulieres, animæ fidelium, sed infirmæ: sicut in propheta de hæreticis dicitur: Mulieres populi mei ejecistis de domo deliciarum mearum.

5. Ps. xxxv, 7. — 6. Ps. lxxxi, 7.

7. Marc. viii, 33 cum Luc. ix, 26. *cum venerit filius hominis* A. — 8. Ps. xi, 9.

9. Novo exemplo videas quomodo in C et A cæcus cæcum duxerit. Prior enim, tribus formulis omissis, quartam scribere inceperat; scilicet: *Vir, Christus*. Stetit vero, et reversus ad primam omissam, perrexit non sine absurda consarcinatione: *Vir, Christus, id est rationabilis sensus*. Quæ librarius posterior omnia recepit, nullo apice vel addito vel expuncto. Emendavere Theodulphiani. i Cor. xi, 3, 7.

10. Ib. 3. *reget* C.

11. Exod. xxi, 2, 4 libere juncta.

12. Zach. vi, 12; Jerem. iii, 14.

13. Prov. xxxi, 10. — 14. Ephes. v, 31, 32.

15. Ps. xxxiii, 12; cxii, 9. *fideles spiritualiter* A. — πιστοὶ πιστῶς Græcis, maxime Melodis, non displicet, quod Latini ægre ferunt.

16. ii Cor. vi, 18. Eo loco in bibliis provocatur ad Jerem. xxxi 8, an recte?

17. Is. xlv, 14.

18. Sap. ii, 1; sed ex i, 16 videtur id sumptum *viri impii*.

19. Mich. ii, 9 cum var. — *ejesistis* C sic, quo A deterritus, locum reliquit vacuum.

20. Viri et mulieres, fortes et infirmi. In Exodo: Omnes viri atque mulieres mente devota obtulerunt donaria.

21. [p. 74] Et in malam partem, in Salomone: Mulieres insensatæ.

22. [Mulier vel uxor, sapientia. In Salomone]: Lætare cum muliere adolescentiæ tuæ. Item ibi: Fruere vitam cum uxore quam diligis: quia conjugem qui amplexus fuerit, generabit ex ea filios, non filias, id est, virtutes, non vitia.

23. Filii, virtutes sanctorum. In psalmo: Filii servorum tuorum inhabitabunt.

24. Et in malam partem, in Salomone: Nequissimi filii eorum.

25. Mulieres septem, septiforme Ecclesiæ sacramentum. In Esaia: Et apprehendent septem mulieres virum unum, id est Christum.

26. Parvuli, sancti spiritu humiles. In psalmo: Custodiens parvulos Dominus.

26.[a] Et in malam partem, in Osee: Parvuli eorum elidantur.

27. Parvuli, cogitationes pravæ, [p. 82]' priusquam in opere [perficiantur.] In psalmo: Beatus qui tenebit et allidet parvulos tuos ad petram, hoc est ad Christum.

28. Filia, anima fidelis, sive Ecclesia. In psalmo: Audi filia, et vide.

29. Et in malam partem, in psalmo: Filia Babylonis misera.

30. Infantes, malitia parvuli.

31. Lactantes, in Christi fide proficientes. In psalmo: Ex ore infantium et lactantium perfecisti laudem.

32. Ablactatus, Christus, de quo per Esaiam: [Super] foramina aspidis, et in caverna [reguli] qui ablactatus fuerit, manum suam mittit.

33. Ablactati, perfecti et simplici cibo doctrinæ abstracti, ubi et supra: Ablactatus a lacte, expulsus ab uberibus.

34. Parvulus, Christus, ubi et supra: Parvulus natus est nobis.

35. Puer, Christus. In Evangelio: Puer autem Jesus crescebat.

36. Pueri, sancti, a puritate appellati. In Esaia: Ecce ego et pueri, quos mihi dedit Dominus.

37. Et in aliam partem: Nolite pueri effici sensibus.

20. Exod. xxxv, 29. in fine *denaria* C, unde A *denarios*. — 21. Sap. III, 12.

22. Inclusa om. A, C, restituit Mesmian. Prov. v, 18. *quam conjugem* C. — Tum is alter locus nullibi comparet, ac temere videtur ex inepto marginis glossemate in textum irrepsisse.

23. Ps. CI, 29. — 24. Sap. III, 12.

25. Is. IV, 1. — 26. Ps. CXIV, 6.

26.[a] Osee XIV, 1.

27. Ps. CXXXVI, 9. *perficiantur* om. A, C. — Post verba *ad petram* uterque cod. A, C rumpitur immani transpositione totius quaternionis, nempe sexdecim paginarum (in C a p. 74 ad 89; in A a p. 143 ad 162), ut necesse fuerit omnia suis locis restituere ope eximii Mesmiani, de quo lectorem monuit scriptor apographi Oxon. Sed inde evincitur utrumque C et A, unum post alterum, derivasse ex eodem exemplari, non solum vetustissimo, exeso tineis, lectu arduo, sed dissoluto ac volaticis foliis male assuto, haud multum tamen recedente ab indole, forma et compagine Claromontani, quum quaternio satis justus hinc inde redhibeatur. Adde quod mihi tumultum auxerat O, qui multa omisit, plura transtulit, variosque inter se codices mixtos coacervavit.

28. Ps. XLIV, 11. — 29. Ps. CXXXVI, 8.

30. Mutila formula. — 31. Ps. VIII, 3.

32. Is. XI, 8. — 33. Is. XXVIII, 9.

34. Is. IX, 6.

35. Luc. I, II, 40.

36. Is. VIII, 18. — 37. I Cor. XIV, 20.

38. Adolescentes, fideles, sive operibus proficientes. In epistola Joannis: Scribo vobis, adolescentes, qui vicistis malignum [p. 83].

39. Et in aliam partem: Adolescentia enim et voluptas vanæ sunt.

40. Juvenes, alacres in Deum. In epistola Joannis: Scribo vobis, juvenes, quia fortes estis, et verbum Dei in vobis manet.

41. Et in malam partem. In psalmo: Juvenes eorum comedit ignis.

42. Senes, consummati justitia, sicut in Genesi de Abraham: Mortuus est senex et plenus dierum. Et in Salomone: Cani sunt sensus hominis, et ætas senectutis vita immaculata.

43. Item in malam partem, de peccatore perfecte stulto, qui nescit providere in posterum...

44 Juvenes et senes, apostoli et prophetæ. In Joel: Senes vestri somnia somniabunt, et juvenes vestri visiones videbunt.

45. Puer centum annorum, peccator perfectæ stultitiæ. In Esaia: Quoniam puer centum annorum morietur.

46. Vir, Diabolus. In Habacuc: Sicut vinum potantem se decipit, sic erit vir superbus, et non decorabitur.

47. Mulier, urbs Babylonia, quæ totius mundi gerit figuram. In Apocalipsi: Vidi mulierem ebriam de sanguine [p. 84] sanctorum.

48. Mulieres duæ, plebs judaica atque hæretica. In Zacharia: Et ecce mulieres duæ portantes amphoram, id est Diabolum.

49. Mulier, hæretica pravitas. In Salomone: Mulier stulta et clamosa, plenaque inlecebris.

50. Vir et uxor, Diabolus atque civitas Babylonia, hoc est conventus omnium malorum...

51. Filii reprobi omnes. In Esaia: Præparate filios ejus occisioni, in iniquitate patrum suorum.

52. Adulter, Zabulos, vel dæmones. In Esaia: Vos autem accedite huc, filii auguriatricis, semen adulteri et fornicariæ.

53 Fornicaria, carnalis propagatio, plebs judaica, sive anima peccatrix, ubi et supra.

54. Meretrix, anima peccatrix, quæ derelicto viro cœlesti, id est Christo, adulterinos de Diabolo iniquitatis fructus concepit. In Hieremia: Frons meretricis facta est tibi.

55. Lupanar, id est locus meretricosus, conscientia hominis peccatoris, vel corpus in quo adulterinos cum dæmonibus perpetrat concubitus. In Ezechiele: Et destruam lupanar tuum.

38. *Aduluscentes* C. I Jo. II, 13.
39. *Et voluntas* C. Eccle. XI, 10.
40. Jo. l. l. — 41. Ps. LXXVII, 63.
42. Gen. XXV, 8; Sap. IV, 8.
43. Mutila formula videtur, quam Eucherius implevit in hunc modum: » Et in sinistram partem, de Salomone: Cumque jam senex esset, depravatum est cor ejus » III Reg. XI, 4. — *Stultum* A, C. *provideat* A. Quantumvis vexata ea sunt, græca introspiciuntur vel in perturbata serie vocabulorum, quæ quum eadem sint latinis, græce tantum variantur.

44. Joel. II, 28. — 45. Is. LXV, 20.
46. Hab. II, 5. — 47. Apoc. XVII, 6.
48. Zachar. V, 9, in compendio.
49. Prov. IX, 13.
50. Mutila fort. iterum.
51. Is. XIV, 21. — 52. Is. LVII, 3.
53. *Zabulos* et *Zabolos* in C pluries, ut alia nomina græca vix mutata. — *Zabolus* A. — *auguriatrix* C constanter, ac sæpe A, in quo interdum *auguratrix*.
54. Jerem. III, 3.
55. Ezech. XVI, 39.

56. Prægnantes, [p. 85] animæ fidelium, verbum Dei nuper concipientes et necdum in opere parturientes; sicut in Exodo pro contentiosis doctoribus dicitur: Si duo viri rixantes percusserint mulierem prægnantem, et abortum fecerit, id est, fidei verbum perdiderit. De his namque animabus fidelium per Amos de hæreticis dicitur: Secuerunt prægnantes Galaad.

57. Prægnantes, animæ peccatorum, cupiditatum cogitationibus plenæ, de quibus in Evangelio: Væ prægnantibus et nutrientibus in illis diebus.

58. Pariens, aure cordis fidei verba concipiens, et in confessione vel opere generans; sicut in Hieremia de fidelibus dicitur: Inter quos erit cæcus et claudus, prægnans et pariens.

59. In malam partem: Concepit dolorem, et peperit iniquitatem.

60. Primogenitus, Christus, de quo in lege: Omne primogenitum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur.

61. Primogenitus, populus Judæorum. In propheta: Primogenitus meus, Israel.

62. Primogenita, primitus hominum vita, pro qua in lege: [p. 86] Omnia primogenita filiorum tuorum redimes.

56. Exod. XXI, 22; Amos I, 13.
57. Luc. XXI, 23. — 58. Jerem. XXXI, 8.
59. Ps. VII, 15.
60. Cf. Luc. II, 23; Exod. XIII, 2; Num. VIII, 16.
61. Exod. IV, 22.
62. Num. VIII, 17? *Primitus hominum vita* A, C, ipsummet, græcum est ἡ τὸ πρὶν τῶν ἀνθρώπων ζωή.

§ II.

1. Caput omnium sanctorum, Christus. In Apostolo: Caput viri, Christus.

2. Caput, mens hominis; ubi et supra: Caput autem mulieris, vir.

3. Caput, inchoatio bonorum operum, sive ipsa voluntas hominis. In Levitico: Ponet manum super caput hostiæ suæ.

4. Corpus, opus bonum vel malum. In Evangelio: Si oculus tuus nequam fuerit, totum corpus tuum tenebrosum erit.

5. Ossa, virtutes sanctorum. In psalmo: Dominus custodit omnia ossa eorum; unum ex his non conteretur.

6. Carnes, infirma quæque et adhuc tenera operatio. In Salomone: Vita carnium, sanitas cordis.

7. Capilli, virtutes animæ, sicut in libro Judicum de Samson legitur; suos capillos postquam perdidit, statim ab inimicis captus, lumen scientiæ amisit.

8. Capilli, vitia. In psalmo: Multiplicati sunt super capillos capitis mei, et cor meum dereliquit me.

9. Oculi, scientia cordis, In Hieremia: Leva oculos tuos, et vide.

§. II. Huc titulum suum Eucherius induxit: *De interiori homine.*
1. 2. I Cor. XI, 3. — 3. Levit. I, 4.
4. Matth. VI, 23. — 5. Ps. XXXIII, 21.
6. Prov. XIV, 30. — 7. Jud. XVI.
8. Ps. XXXIX, 13. — 9. Jerem. III, 2.

10. Oculi duo activam et contemplativam vitam, ut quidam volunt, figurare dicuntur. In Evangelio: [p. 87] Si oculos tuus dexter scandalizat te, erue eum et projice abs te.

11. Aures, obedientia in præceptis Dei, sive auditus fidei vel intellectus. In Evangelio: Qui habet aures audiendi, audiat.

12. Et in malam partem: Et aures eorum aggrava, ne forte audiant.

13. Odoratus, discretio boni ac mali, sicut in Canticis canticorum pro Ecclesia dicitur: Nazus tuus, sicut turris Libani.

14. Facies, summa in mente declaratio. In Evangelio: Et faciem tuam lava.

15. Os, locutio bona vel mala. In Evangelio: Ex verbis tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis.

16. Lingua, doctrina recta vel prava. In Salomone: Labia sapientium disseminabunt scientiam, lingua pravorum peribit.

17. Dentes, intellectus, sive locutio bona vel mala. In Exodo: Oculum pro oculo, dentem pro dente.

18. Labia, item quod supra.

19. Collum, intelligentiæ decor et prædicationis fortitudo. In Salomone: Collum tuum, sicut turris David.

20. Collum, dogma hæreticorum. In Salomone: Favus distillans, [p. 88] labia meretricis, et nitidius oleo guttur ejus.

21. Humeri, operatio, vel pondus ejusdem operis; sicut in Exodo in ornamento sacerdotis superhumerale habere præcipitur.

22. Manus, virtus animæ, sive opus bonum. In psalmo: Labores manuum tuarum manducabis.

23. Manus, opus pravum. In Job: Et manus ejus reddent [ei dolorem]. Et alibi: Secundum operationem [manuum] retribue illis.

24. Cubitus, unitas fidei, vel operis plenitudo, sicut in Genesi de arca scribitur: In cubito consummabis eam.

25. Cubiti duo, duo charitatis præcepta; inde et arca Testamenti, quæ typum Ecclesiæ habuit, duos cubitos in longitudine habuisse perhibetur.

26. Palmus, et hoc operationis sive contemplationis, ut quidam volunt, obtinet sacramentum.

27. Dextera, operatio bona, sive intentio recta. In Evangelio: Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.

28. Sinistra, operatio prava, sive intentio mala, ubi et supra.

10. Matth. v, 29. — 11. Ibid. xi, 15.
12. Is. vi, 10. Ad græca locus deflectit.
13. Cant. vii, 4.
14. Matth. vi, 17. græca enunciatio est.
15. Ib. xii, 37.
16. Prov. xv, 7 cum x, 31 continuo.
17. Exod. xxi, 24. — 19. Cant. iv, 4.
20. Prov. v, 3. — 21. Exod. xviii, 24.
22. Ps. cxxvii, 2.
23. Job xx, 10; Prov. xii, 14. Haud alia respici videntur, ubi tamen : *Juxta opera manuum suarum retribuetur ei.*
24. Gen. vi, 16. — 25. Exod. xxv, 10.
27. Matth. vi, 3.

29. Dextera, amicus, uxor, filii, vel quilibet propinqui, sicut quidam intelligi volunt. In Evangelio : [p. 89] Si dextera manus tua scandalizat te, abscide eam, et projice abs te.

30. Dextera, prosperitas hujus mundi, sive hominum favor. Sinistra, [adversitas] vitæ hujus, vel vituperatio. In Esaia : Hæc via, ambulate in ea, neque ad dexteram, neque ad sinistram.

31. Ubera, sensus cordis. In Esaia : Accingite lumbos vestros super ubera.

32. Venter, cordis intima. in Hieremia : Ventrem meum, ventrem meum doleo.

33. Viscera, affectus pietatis et misericordiæ. In Apostolo : Si quid viscera misericordiæ.

34. Et in malam partem pro Juda : Effusa sunt viscera ejus.

35. [p. 74] Umbilicus, appetitus concupiscentiæ in feminas, sicut in Job pro Zabulo dicitur : Virtus ejus in umbilico ventris ejus. Et per [p. 75] Ezechielem adversus plebem judaicam Dominus loquitur dicens : Et umbilicus tuus non est præcisus.

36. [p. 74] Lumbi, fortitudo animi. In Apostolo : Accincti lumbos mentis vestræ.

37. [p. 75] Lumbi, luxuria carnis in viris. In Job : Fortitudo ejus in lumbis ejus.

38. [p. 74] Jecur, ratio mentis, ut quidam volunt.

39. [p. 75] Renes, interiora cordis. In propheta : Ego Dominus scrutans corda et renes.

40. Vulva, interiora animæ, ubi bonum vel malum concipitur.

41. Est et vulva Ecclesiæ fides interior. A qua hæretici depravati abortum matris intulerunt, sicut in psalmo de iisdem dicitur : Alienati sunt peccatores a vulva, ab utero erraverunt peccatores, et a ventre locuti sunt falsa.

42. Genua, confessio humilitatis. In Cantico canticorum : Et nunc flecto genua cordis mei.

43. Genua, idem quod supra. In Regum : Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua Baal.

44. Pedes, cursus vitæ, vel stabilitas mentis aut fidei. In psalmo : [p. 76] Stantes erant pedes nostri.

45. In malam partem : Cur claudicatis utroque pede.

46. Gressus, profectus operum. In psalmo : Perfice gressus meos in semitis tuis.

29. Matth. v, 30.

30. Is. xxx, 21. *adversitas* excidit in C, et A qui consequenter om. tria seq. verba. — *Haec vita* C sed corr. vet.

31. Is. xxxii, 11, 12, alia rerum serie quam in vulg. — 32. Jerem. iv, 19. — 33. Phil. ii, 1.

34. Act. i, 28.

35. Inde in utroque codice multa similiter turbantur, et inferciuntur multa fortasse. Job. xl, 11; Ezech. xvi, 4.

36. i Petr. i, 13. — 37. Job xl, 4.

39. Jerem. xvii, 10. — *interiora cordis*, ut in sqq. *interiora animae*, græca sapiunt ἐνδότερα κ. τ. ἑ.

41. Ps. lvii, 4, juxta græca et paulo fusius.

42. Ephes. iii, 14. Cur autem et ad quale canticum hic provocetur, latet me prorsus. Mirum est eumdem fieri respectum frustraneum, non solum in omnibus nostris codd. etiam Theodulphi, sed in ipso Eucherio, juxta veterem et genuinam editionem, ubi quoque legitur : « Ut in cantico : *Et nunc flecto genua.* » Cæterum hymnum suavissimum sapit tota illa apostoli parænesis (v. 14-21), quin et ephymnio etiam doxologia coronatur. Canticum igitur hoc potuit esse veteris Ecclesiæ, cujus vestigium nobis hoc datur antiquissimum. Librarii porro lapsus erit *Cantico canticorum.* — Nota insuper post 42 inseri in A, C eadem quæ in 44, præmisso lemmate : *Aliquando virtus fidei. In psalmo: Pedes* etc. quæ bis scribere piguit.

43. iii Reg. xix, 18. *Ante Baal.* A.

44. Ps. cxxi, 2. — 45. iii Reg. xviii, 21.

46, 47. Ps. xvi, 5.

47. Vestigia, signa virtutum. In psalmo: Ut non moveantur vestigia mea.

48. Et in malam partem, in Salomone: Et [transiit] vita nostra, id est [impiorum], tanquam vestigium.

49. Calcaneum, supplantatio vitiorum, sive extremus cursus vitæ. In Genesi: Ipsa tuum observabit caput, et tu illius calcaneum.

50. Et in aliam partem: Levabit contra me calcaneum.

51. Stare, fide consistere. In Apostolo: State in fide.

52. Ambulare, ad Deum tendere. In psalmo: Et ambulabam in latitudine.

53. Sedere, in Deo humiliter præsumere. In Evangelio: Vos autem sedete in civitate. Et in Regum pro David: Sedetque coram Domino.

54. Jacere, aut vitiis aut tentationibus succumbere. In Evangelio: Et invenit eum jacentem in lecto.

55. Currere, in operibus bonis properare. In Apostolo: Sic currite ut comprehendatis.

56. Et in malam partem: Pedes eorum [p. 77] ad malum currunt.

57. Ascensus, profectus ad Deum. In psalmo: Ascensus in corde suo disposuit. Et in Exodo: Armati ascenderunt filii Israel de Ægypto.

58. Ascensus, superbiæ præsumptio. In Evangelio: Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.

59. Descensus, defectus a Deo. In Evangelio: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico. Et in Esaia: Væ qui ascenditis equos, ut descendatis in Ægyptum.

60. Caro, homo exterior. In Apostolo: Caro enim concupiscit adversus spiritum.

61. Sanguis, operatio carnalis. In psalmo: Libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meæ.

62. Caro et sanguis, ingluvies atque luxuria. In Apostolo: Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt.

63. Femor, generis propago, sicut in Genesi de Jacob legitur: Tetigit latitudinem femoris ejus, et claudicavit.

64. Femor, caro hominis. In Hieremia: Postquam ostendisti mihi, percussi femorem meum.

48. Sap. II, 3.

49. Gen. III, 15. Ad græcorum meliorum adamussim, cum omnibus nostris et Theodulphi codd. αὐτή σου τηρήσει κεφαλήν, καὶ σὺ τηρήσεις αὐτῆς πτέρναν, Irenæo consentiente cujus vetus interpres retinuit: *ipsa observabit*. Hæc pauca addesis amplis commentariis quibus ad h. l. veteres disputant una cum recentioribus Patrizi, Vercellone, de Rossi etc. Cf. XII, 56 infra.

50. Jo. XIII, 18; Ps. X, 40.

51. I Cor. XVI, 13. Iterum sedulo considera longam seriem Περιοχῶν, quæ ab infinitivo, more græco, exordiuntur.

52. Ps. CXVIII, 45.

53. Luc. XXIV, 49; II Reg. VII, 18.

54. Marc. VII, 30. *Eum*, ubi vulg. *eam*; de filia enim Syrophœnissæ agitur, sed quam in hoc ipso loco dicunt τὸ παιδίον, inde *eum*, non *eam* Noster ait.

55. I Cor. IX, 24. — 56. Prov. I, 16.

57. Ps. LXXXIII, 6; Exod. XIII, 18.

58. Jo. X, 1.

59. Luc. X, 30; Is. XXXI, 1, cum solita licentia.

60. Gal. V, 17. — 61. Ps. L, 16.

62. I, Cor. XV, 50.

63. *Femor* C, uti *femorem* A, C. Gen. XXXII, 25, *tetigit nervum* vulg. sed nostra verbum verbo ex LXX referunt: ἥψατο τοῦ πλάτους τοῦ μήρου αὐτοῦ.

64. Jerem. XXXI, 19.

§. III.

1. Pater, Deus. In Esaia: Ero vobis in Patrem. Et in Evangelio: Unus est Pater vester cœlestis.

2. Mater, Ecclesia. [p. 78] In psalmo: Matrem filiorum lætantem.

3. Mater, cœlestis Hierusalem. In Apostolo: Quæ autem sursum est, libera est, mater omnium nostrorum.

4. Pater, homo primus, Adam. In Esaia: Pater vester primus peccavit.

5. Mater, synagoga Judæorum, pro qua Dominus per Hieremiam loquitur, dicens: In sceleribus vestris dimisi matrem vestram.

6. Patres, apostoli, sive prophetæ. In psalmo: Pro patribus tuis nati sunt tibi filii.

7. Et in aliam partem, in Zacharia: Patres vestri, ubi sunt?

8. Filii, populi fideles, per Apostolorum prædicationem in Ecclesia renati. Sicut Apostolus ait: In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.

9. Filii, hæreticorum discipuli. In Job: Si multiplicati fuerint filii ejus, in gladio erunt.

10. Pater, mundus, sive Diabolus. In Evangelio: Vos de Patre Diabolo estis.

11. Mater, Babylonia, sive carnalis generatio. In psalmo: Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me.

12. Filii, reprobi omnes. In Epistola Ioannis: In hoc manifestati sunt filii Dei, et filii Diaboli: [p. 79] omnis qui non est justus, non est ex Deo, et qui non diligit proximum suum.

13. Frater, Christus, de quo in Cantico canticorum Ecclesia dicitur: Frater meus mihi, et ego illi.

14. Soror, Ecclesia, ubi et supra: Soror mea sponsa.

15. Fratres, apostoli, sive omnes sancti. In psalmo: Narrabo nomen tuum fratribus meis.

16. Et in aliam partem in Job: Fratres mei præterierunt me, sicut torrens.

17. Amici, apostoli, vel omnes sancti. In Evangelio: Jam non dicam vos servos, sed amicos.

18. Et in aliam partem: Amice, quomodo hic intrasti, non habens vestem nuptialem?

19. Sodales, apostoli. In Cantico canticorum: Ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum.

20. Vicini, propinqui. In Exodo: Adsumet vicinum suum, qui junctus est domui ejus. Et in Salomone: Melius est vicinus juxta, quam frater procul.

§. III. Aliquando hæc dicuntur: *De variis hominibus*, ubi plura jam superius dicta iterum et sat morose exponuntur, nec deest plagii fraudisve suspicio.

1. Cf. II Cor. VI, 18, ubi non provocatur ad *Isaiam*, sed ad Jerem. XXXI, 9. Locus verus incertus est, præter Matth. XXIII, 9.

2. Ps. CXII, 9. — 3. Gal. IV, 6.

4. Is. XXIII, 27 cum LXX.

5. Is. L, 1, frustra *Jerem.* — 6. Ps. XLIV, 17.

7. Zachar. I, 5. — 8. I Cor. IV, 15.

9. Job XXVII, 14. — 10. Jo. VIII, 44.

11. Ps. XXVI, 10. — 12. I Jo. III, 10.

13. Cant. II, 16. — 14. Ib. IV, 9.

15. Ps. XXI, 23. *Omnes sancti,* nempe *fideles*, quos Plinius in Bithynia novit, vocavitque *fratres*. — 16. Job VI, 15.

17. Jo. XV, 15.

18. Matth. XXII, 12. — 19. Cant. I, 6.

20. Exod. XII, 14; Prov. XXVII, 10.

21. Proximi, hoc quod et supra, hoc est propinqui fide. In Salomone: Venite, manducate et bibite, et inebriamini, proximi mei.

22. Virgo, Ecclesia, eo quod fide sit incorrupta. In Apostolo: Despondi enim vos uni viro virginem castam exhiberi Christo.

23. Virgines, animæ sanctorum, a corruptione mundi per quinque sensus corporis continentes. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum decem virginibus...

24. Virgines, animæ continentium, non propter æternam retributionem, sed propter favorem laudis humanæ, ubi et supra: Et quinque fatuæ. Et in Amos propheta: In illa die, deficient virgines.

25. Lampades, opera justitiæ. In Evangelio: Accipientes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponsæ.

26. Sterilis, sancta Ecclesia ante Salvatoris adventum. In Esaia: Lauda, sterilis, quæ non paris. Et in psalmo: Qui habitare facit sterilem in domo.

27. Sponsus, Christus, ideo quod a Patre ab initio sit promissus. In psalmo: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

28. Sponsa, Ecclesia, ut quæ sponsionibus sit promissa. In Cantico canticorum: Veni a Libano, sponsa, veni a Libano, hoc est a candore baptismatis.

29. Nuptiæ, copulatio Verbi Dei et carnis. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum homini regi, [p. 81] qui fecit nuptias filio suo.

30. Nuptiæ, societas angelorum et hominum per Dominum Christum facta. In Evangelio: Et vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur ad nuptias.

31. Thalamus, uterus Virginis Mariæ: Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo.

32. Thalami, corda sanctorum. In Ezechiel.

33. Osculum, reconciliatio hominis in Deum, sicut in Evangelio, de prodigo filio dicitur: Et osculatus est eum. Et in Apostolo: Reconciliati sumus Deo per mortem Filii ejus.

34. Et in malam partem: Juda, osculo filium hominis tradis.

35. Risus, gaudium sempiternum, sicut in Salomone pro Ecclesia dicitur: Et ridebit in die novissimo.

36. Et in aliam partem: Ego quoque in interitu vestro ridebo.

37. Saltare, totis viribus in Domino gaudere, sicut in libro Regum de David dicitur: Et saltabat coram arcâ Domini totis viribus.

38. Et in aliam partem, in Evangelio: Cantavimus vobis tibiis, et non saltastis.

39. Canticum, scientia. In psalmo: Cantate Domino [p. med. 89] canticum novum.

21. Cant. v, 1. — 22. II Cor. XI, 2.
23, 25. Matth. XXV, 1. — 24. Amos VIII, 13.
26. Is. LIV, 1; Ps. CXII, 9. — 27. Ps. XVIII, 6.
28. *Sponsalibus* C et I manu fort. sed recens corrector importunissimus scripsit *sponsionibus*, fœde, ut passim, codice maculato. Cant. IV, 8.
29. Matth. XXII, 2. — 30. Luc. XII, 36.
31. Ps. XVIII, 6.
32. Mutila sunt quæ alii codd. f. supplent: *Et mensus est thalamum uno calamo.* Ezech. XL, 7. — 33. Luc. XV, 20; Rom. V, 10
34. Luc. XXII, 48. — 35. Prov. XXXI, 25.
36. Prov. I, 26. — 37. II Reg. VI, 14.
38. Luc. VII, 32.
39. Ps. CXLIX, 1. Ad verba *Cantate Domino*, finis tandem imponitur subverso quaternioni, de

40. Psallere, opus bonum exercere: In psalterio decem chordarum psallite ei.

41. Canticum, ad contemplativam; psallere refertur ad activam vitam, ubi et supra.

42. Jubilatio, clamor spiritali fervore expressior, sive gaudium ineffabile quod humana lingua plenius fari non valet. In psalmo: Beatus populus qui scit jubilationem.

43. Psalterium, opera bona. In psalmo: Psalterium jucundum cum cithara.

44. Cithara, pectus [p. 90] devotum, in quo tanquam nervi sunt virtutes, hoc est spiritalia bona. In psalmo: Exurge, psalterium et cithara, [id est opera] cum fide.

45. Et in malam partem, in Esaia: Cithara et lyra et tympanum et vinum in conviviis vestris.

46. Psalterium decem chordarum, operatio decem præceptorum Legis. In psalmo: In psalterio decem chordarum psallite ei. Et ibi: In decem chordarum psalterio cum cantico et cithara, id est scientia et fide.

47. Organum, homo, sive corpus dominicum. In psalmo: Laudate eum in chordis et organo.

48. Et in aliam partem de vanâ impiorum lætitia in Job: Tenent tympanum et citharam, et gaudent ad sonitum organi.

49. Tympanum, corpus attenuatum jejunio. In psalmo: Laudate eum in tympano et choro.

50. Et in malam partem: Tenent tympanum.

51. Chorus, concordia charitatis, ubi et supra: Laudate eum in tympano et choro.

52. Et in aliam partem, in Hieremia: Versus est in luctum chorus noster. Et alibi: Et organum meum in voce flentium.

53. Tuba, vocis exultatio in prædicatione divina, sive [p. 91] exaltatio in laude Dei. In psalmo: In tubis abietum et voce tubæ corneæ. Et in Amos: Si cecinerit tuba in civitate, et populus non expavescit.

54. Cymbala, labia Deum [confitentia], vel dilectio Dei et proximi. In psalterio: Laudate eum in cymbalis bene sonantibus.

55. Chordæ, virtutes in corda sanctorum extentæ. In psalmo: In chordis et organo.

56. Lyræ, exultatio sanctorum. In Paralipomenon: In lyris et nabliis.

57. In malam partem, in Amos: Et cantica lyræ tuæ non audiam.

quo supra p. 48. Series autem resumitur in media p. 89 C, quin neuter amborum codicum librarius suspicatus quidquam fuerit.

40. Ps. XXXII, 2. — 42. Ps. LXXXVIII, 16.

43. Ps. LXXX, 3. — 44. Ps. LVI, 9.

45. Is. V, 12.

46. Ps. XXXII, 2. *in psalterio* om. C. — Præterea in fine eadem verborum junctura inepta fit in hunc modum: *scientia et fide, sive corpus Dominicum organum homo in psalmo.* Sic uterque codex.

47. Ps. CL, 4. — 48. Job XXI, 12.

49. Ps. CL, 4. — 50. Job XXI, 12.

51. *choros* A, *corus* C. Ps. CL, 4.

52. Thren. V, 15; Job. XXX, 31.

53. Ps. XCVII, 6; Amos, III, 6.

54, 55. Ps. CL, 5. — 56. I Paral. XV, 16.

57. Amos V, 23.

§ IV.

1. Vestimentum, Ecclesiæ fides, sive virtutum varietas vel nationum diversitas. In psalmo: Astitit regina a dextris tuis in vestitu circumamicta varietate. Et in Esaia: Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Sion. Induere vestimentis gloriæ tuæ, Hierusalem, civitas sancta.

2. Vestimentum, Christi corpus assumptum. In propheta: Ecce vir vestitus lineis.

3. [Item] vestimentum [Christi, populi fideles].

4. Vestimentum sanctorum, opera justitiæ, sive fideles Christi. In Apostolo: Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis. Et in psalmo: Sacerdotes tui, Domine, induantur justitia.

5. Vestimentum impiorum, opera iniquitatis. In psalmo: Induantur sicut diploide [p. 92] confusione sua.

6. Vestimentum, caro hominis. In Salomone: Omni tempore sint vestimenta tua candida; id est, nulla pollutione luxuriæ sordida.

7. Vestimentum, simulatio hypocritarum. In Evangelio: Venient ad vos in vestibus ovium, intus autem sunt lupi rapaces.

8. Stola, indumentum baptismi vel fidei. In Evangelio: Cito proferte stolam primam, et induite eum.

9. Vestis nuptialis, fides, vel ut quidam volunt, caritas. In Evangelio: Amice, quomodo huc intrasti, non habens vestem nuptialem?

10. Vestimentum lineum, virtus animæ, sive munditia caritatis. In Levitico: Vestietur sacerdos vestimentis lineis et femoralibus.

11. Linum, fides Ecclesiæ, vel spiritalis in sacris Scripturis intellectus; sicut in Salomone pro Ecclesia dicitur: Quæsivit lanam et linum, et operata est.

12. Et in aliam partem, ab occulta malitia. In Levitico: Non indues vestimentum ex lana et lino contextum.

13. Lana, fides Ecclesiæ, ubi et supra: Quæsivit lanam, et operata est.

14. Et in aliam partem, propter falsam simplicitatem: Veniunt ad vos in vestibus [ovium].

15. Vellus, populus Judæorum. In psalmo: Et descendet [p. 93] sicut pluvia in vellus, et sicut stillicidia.

16. Chlamys, laudis ornatus. In Salomone: Chlamydes fecit viro suo, id est vestimentum quod tanquam de duobus Testamentis confectum sit.

§. IV. *De vestimentis*, si libuerit, titulus erit.
1. Ps. XLIV, 10. — 2. Is. LII, 1.
3. Unum verbum servavere A, C.
4. Gal. III, 27; Ps. CXXXI, 9.
5. Ps. CVIII, 29. — 6. Eccle. IX, 8.
7. Matth. VII, 15. — 8. Luc. XV, 22.
9. Matth. XXII, 12. — 10. Levit. VI, 10.
11. Prov. XXXI, 13.
12. Deuter. XXII, 11, male *Levit.*
13. Prov. XXXI, 13. — 14. Matth. VII, 15.
15. Ps. LXXI, 6.
16. *Clames* C. Prov. XXXI, 22, ubi LXX: δισσὰς χλαῖνας (al. στολὰς) ἐποίησε ἀνδρὶ αὐτῆς. Al. Vulg. quæ de viro tacet; sed ex scholio in fine aliquis intulerit scriptum pro *Chlamydes* fuisse *duplicia pallia*, ut in Itala apud Ambros. Demum cf. 40.

17. Cingulum, spiritalis operis accinctus. In psalmo: Præcinxisti me lætitia.

18. Balteum, accinctio virtutum, sive inspectio mentis. In Deuteronomio: Habebis paxillum in balteum, idest [stimulum] compunctionis.

19. Et in aliam partem in Job: Balteum regum dissolvit, et præcingit fune renes eorum.

20. Purpura, martyrii species per cruorem: Væ illis qui quasi ex regia dignitate terræ, hoc est carni, imperant, et vitiis non resistunt. In Exodo: Omnis, qui percipit corde, afferet initia Domino, aurum, argentum et æramentum, hyacinthum, purpuram, coccum et byssum.

21. Coccus, caritatis ardor, vel cruciatus mentis. In Exodo, idem quod supra.

22. Et in malam partem, in Ezechiel: Vidit viros vestitos hyacinthino.

23. Byssum, castitatis vel continentiæ candor. In Exodo, idem quod supra.

24. Et in aliam partem, in Evangelio: [p. 93] Erat quidam dives qui induebatur purpura et bysso.

25. Ornamenta, virtutum varietas, vel diversæ charismatum gratiæ. In Ezechiel: Induite subtilibus, et ornate ornamento.

26. Et in aliam partem, ob hæreticorum pravitatem. In Salomone: Ecce mulier in ornamento meretricio.

27. Inauris, obedientia, sive intellectus in Scripturis rectus. In Exodo: Viri cum mulieribus præbuerunt armillas et inaures, annulos et dextralia.

28. Et in malam partem, ob formationem vituli conflatilis. In Exodo: Tollite inaures aureas de uxorum et filiarum vestrarum auribus et adferte ad me. Et in Judicum, dixit Gedeon ad populum: Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ, id est sibi obedientes, habere consueverant. Et post pauca: Fornicatusque est omnis Israel in eo.

29. Torques, prædicationis decus. In Ezechiel: Dedi armillas in manibus tuis, et torquem circa collum tuum.

30 Et in malam partem, in Judicum: Præter torques aureas camelorum.

31. [p. 95] Armillæ, decus operis, vel virtus in Exodo: Viri cum mulieribus præbuerunt armillas.

32. Dextralia, recta operatio, ubi et supra.

33. Discriminalia, discretio boni et mali, ubi et supra.

34. Annulus, fidei signaculum. In Evangelio: Date annulum in manu ejus.

35. Annulus, obsignatio sacræ Legis; non enim omnibus patet mystica et occulta sacræ Scripturæ intelligentia. In Apocalypsi: Vidi librum in dextera sedentis signatum sigillis septem. Et alibi: Clausi signatique sunt sermones.

17. Ps. XXIX, 12. — 18. Deuter. XXIII, 13.

19. Job XII, 18.

20. Nemo non assurget ad hanc formulam, ἡ πορφύρα, τὸ τοῦ μαρτυρίου εἶδος διὰ αἵματος. — Sed ubi prior locus et undenam huc adductus? Suspicor pseudo Esdram, qui tamen nondum mihi nodum solvit. Cætera sunt Exod. XXV, 2, 3, juxta LXX.

22 Ezech. XXIII, 6 cum variet. solita.

24. Luc. XVI, 19. — 25. Ezech. XVI, 10. Corr. O *induite et ornavi te*.

26. Prov. VII, 10. — 27. Exod. XXXV, 22.

28. Ib. XXXII, 2; Jud. VIII, 24, 27.

29. Ezech. XVI, 11. — 30. Jud. VIII, 26.

31. Exod. XXXV, 22. — 34. Luc. XV, 22.

35. Apoc. V, 1, quamvis hic nostra non expresse legantur; sed etiam atque etiam adverte disciplinam arcani haud obscure significatam.

36. Specula, præcepta divina, sive exempla præcedentium Patrum: Fecit et labrum aereum cum base una, de speculis mulierum, hoc est sanctarum animarum.

37. Calciamenta, præparatio pacis. In Apostolo: Calciati pedes in præparatione Evangelii pacis. In Ezechiel: Calcia te hyacinthino, id est in spe regni cœlestis.

38. Sunt et calciamenta exempla præcedentium Patrum. In Exodo: Et calciamenta habebitis in pedibus.

39. Calciamenta, opera mortalitatis, vel exempla pravorum hominum. In Evangelio: Neque [p. 96] calciamenta.

40. Polymitum, varia virtutum charismata. In Ezechiel: Unxi te oleo, et vestivi te discoloribus.

41 Et in aliam partem: Negotiatores tui, hoc est Tyri, multi [fariam] in involucris hyacinthi et polymitorum, gazarum pretiosarum.

42. Stragulum, virtutum diversitas, vel gentium in Ecclesia varietas. In Salomone: Stragulam vestem fecit sibi; byssus et purpura indumentum ejus.

43. Tapetia, varia philosophorum et hæreticorum secta; sicut in Salomone de hæretica pravitate dicitur: Intexui lectum meum funibus, id est vinculis peccatorum, et stravi tapetibus ex Ægypto pictis.

44. Pelles, signum mortalitatis. In Genesi: Fecit Dominus Deus Adæ et mulieri ejus tunicas pelliceas.

45. Pelles hyacinthinæ vel rubricatæ, mortificatio sanctorum ob spem regni cœlorum; sive Ecclesiæ protectio, Christi cruore decorata. In Exodo: Fecit opertorium Tabernaculi de pellibus arietum rubricatis et de pellibus hyacinthinis.

46. Pulvilli, hoc est cervicalia capitis, adulatio sacerdotum, [p. 97] peccatoribus adhibita. In Ezechiel: Væ qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus.

36. Exod. xxxviii, 8.
37. Ephes. vi, 15; Ezech. xvi, 10.
38. Exod. xii, 11. — 39. Luc. x, 4.
40. Ezech. xvi, 9, 10.
41. Ib. xxvii. 24. — In C cum loco vacuo: *hoc est tiris multi... involucris*, et cuncti codices hiare ad hanc lacunam, usque ad Theodulphianos.
42. Prov. xxxi, 22, cum nova varietate, quam refer ad n. 16. — Interpolatorem si quis ex mutata versione deprehendit, liceat illi legere *stragulatam vestem*, ut A.
43. Prov. vii, 16. *Variae... sectae* A.
44. Gen. iii, 21. Recole quæ supra vi, §. ii, 62. Hic duas formulas fere omisit A, et fortasse nonnihil timuit ne in Origeniana caderet.
45. Exod. xxxvi, 19. *Ecclesiae protectio, christi cruore decorata*, an constructio græca κατὰ νοούμενον?
46. Ezech. xiii, 18. *Pubpilli... pecc. debita* A.

§ V.

1. Rex, Deus. In psalmo: Deus autem rex noster ante sæcula.

2. Regina, sancta Ecclesia. In psalmo: Astitit regina a dextris tuis.

§. V. *De hominum societate* formulæ sequuntur. 1. Ps. lxxiii, 12. — 2. Ps. xliv, 10.

3. Reges, apostoli vel cæteri sancti. In psalmo: Deus qui das salutem regibus. Et in Regum: Potens est, et dat virtutem regibus nostris.

4. Reginæ, animæ perfectorum, quæ non sunt ancillæ peccati. In cantica: Sexaginta sunt reginæ.

5. Concubinæ, animæ quorumdam Christianorum, semen Verbi divini suscipientes, et in servitute generantes, ubi et supra: Et octoginta concubinæ.

6. Adolescentulæ, animæ reproborum, quæ tantum audire delectantur, nihil boni operis actione generantes; ubi et supra: Adolescentularum non est numerus.

7. Reges, pravi doctores. In propheta: Ipsi regnaverunt, et non ex me.

8. Servi, sancti. In Joel: Sed et super servos meos et ancillas meas effundam de spiritu meo.

9. Ancillæ, animæ sanctorum, vel propter utrumque sexum virorum atque mulierum, ubi et supra.

10. [p. 98] Ancillæ, apostoli propter carnis infirmitatem, sicut in Job pro Zabulo dicitur: Et alligabis eum ancillis tuis.

11. Ancillæ, animæ peccatorum. In Nahum: Miles captivus adductus est, et ancillæ ejus minabantur gementes.

12. Servus, Christus in carnis abjectione, sicut in Esaia de eo dicitur: Ecce servus meus, suscipiam eum.

13. Servus, doctor fidelis in Ecclesia. In Evangelio: Quis putas est fidelis servus et prudens?

14. Et in aliam partem de pravo doctore; ubi et supra: Quod si dixerit ille servus malus in corde suo.

15. Servus, homo peccator. In Salomone: Servus verbis non corrigitur, quia quod dicis, intelligit, et respondere contemnit.

16. Inimicus, Diabolus. In Evangelio: Inimicus homo hoc fecit.

17. Inimici, Judæi, vel hæretici. In Michæa: Inimici hominis, hoc est Christi, domestici ejus.

18. Adversarius, sermo divinus, eo quod contraria hominum voluntati præcipiat. In Evangelio: Esto consentiens adversario tuo, dum es cum illo in via.

19. Adversarius, Diabolus. In Zacharia: [p. 99] Et Satan stabat a dextris ejus, ut adversaretur ei.

20. Crudelis, Diabolus. In Salomone: Ne des alienis, hoc est dæmonibus, honorem tuum, et annos tuos crudeli.

21. Alieni, dæmones, Judæi, sive hæretici. In psalmo: Quoniam alieni insurrexerunt adversus me.

3. Ps. CXLIII, 10. Locus sequens aut apocryphus est, aut me omnino fugit. affinis videtur alteri incomperto p. 58, n. 20. At quo obscurior, eo vetustior formula; in qua fideles sive *reges* sunt omnes aut *apostoli* aut *sancti*.

4. Cant. VI, 7. — 7. Osee VIII, 4.

8. Joel II, 29. — 10. Job XL, 24.

11. Nahum II, 7. Hiat iterum C *in na... miles.* — *Capitibus adductus* C, *abductus capitibus* A. — 12. Is. XLII, 1. — 13. Matth. XXIV, 45.

14. Ib. 48. — 15. Prov. XXIX, 19.

16. Matth. XIII, 28. — 17. Mich. VII, 6.

18. Matth. V, 25. Arguta quidem interpretatio adversus Gnosticos hoc loco abusos.

19. Zach. III, 1. — 20. Prov. V, 9.

21. Ps. LIII, 5.

22. Extranei, dæmones. In Salomone: Ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena.

23. Judex, Deus. In psalmo: Deus, judex fortis et patiens.

24. Judices, apostoli. In Evangelio: Sedebitis super duodecim tribus Israel.

25. Testes, apostoli, vel cæteri fideles. In Apostolo: Testimonium dicimus de Deo, quod suscitavit Jesum Christum a mortuis.

26. Testes, Christus. In Apocalypsi: Jesus Christus, qui est testis fidelis. Et in Esaia: Ecce testem populi dedi eum.

27. Testes falsi, Judæi, sive hæretici. In psalmo: Quoniam insurrexerunt in me testes iniqui. Et in Deuteronomio: Stetit testis inimicus, falsum testimonium proferens adversus proximum suum.

28. Judicium, discretio boni ac mali. In psalmo: Si vere utique justitiam loquimini, recta judicate, filii hominum.

29. [p. 100] Judicium, separatio bonorum a societate malorum. In Evangelio: Et separabit eos ab invicem. Et in psalmo: Judica me, Deus, et discerne causam meam.

30. Judicium, damnatio futura, sicut in Evangelio pro fidelibus Veritas loquitur: Qui credit in me, non judicabitur.

31. Et de contrario in reprobis: Qui autem non credit jam judicatus est, hoc est condemnatus.

32. Judicium, injusta reprehensio vel damnatio. In Evangelio: Nolite judicare, ut non judicemini. Et in Apostolo: Qui non manducat, manducantem non judicet.

33. Judicium, confessio pœnitentis; in eo enim quod se accusat, et Dei justitiam laudat, verum judicium est. De hoc judicio Dominus per Esaiam loquitur, dicens: Reduc me in memoriam, et judicemur simul. Et in Job: Et dignum ducis super hujuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in judicio? Et in Apostolo: Quod si nosmetipsos judicaremus, non utique judicaremur.

34. Judicium, falsa quorumdam præsumptio, et de propria se extollens justitia, de quibus Dominus per Hieremiam respondit, dicens: [p. 101] Quid vultis mecum judicio contendere? Omnes dereliquistis me.

35. Chirographum, conscriptio hominis peccatoris cum Diabolo. In Apostolo: Et chirographum decreti, quod erat contrarium nobis.

36. Cautio, agnitio vel recordatio peccatorum. In Evangelio: Accipe cautionem tuam, et sede cito: scribe quinquaginta.

22. Prov. v, 10.
23. Ps. vii, 12. — 24. Matth. xix, 28.
25. i Cor. xv, 15.
26. Apoc. i, 5; Is. lv, 4. f. leg. *populis*, ut infra n. 39.
27. Ps. xxvi, 12; f. Deuter. xix, 15, 16, sed quæ vix in idem recidunt.
28. Ps. lvii, 2.
29. Matth. xxv, 32; Ps. xlii, 1.
30, 31. Jo. iii, 18.
32. Matth. vii, 1; Rom. xiv, 3.
33. Is. xliii, 26; Job xiv, 3; i Cor. xi, 31.
34. Jerem. ii, 29. — *se extollens* quasi nominativo absoluto, more byzantino.
35. Coloss. v, 14. *conscriptio* συγγραφή, cautio scripta cum creditore.
36. Luc. xvi, 6.

37. Princeps, Christus. In Ezechiel: Et princeps sedebat in ea, hoc est in porta clausa, et comedebat panem suum.

38. Principes, sancti. In Salomone: Vidi servos in equis, id est peccatores in carnali potentia, et principes quasi servos ambulantes super terram.

39. Principes, duces impii. In propheta: Principes exstiterunt, et non cognovi.

40. Dux, Dominus Jesus Christus. In Esaia: Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem. Et alibi: Et servus meus David princeps in medio eorum.

41. Duces, sancti prædicatores, eo quod trahant fidelium greges post se.

42. Duces, Judæi, hæretici, sive doctores improbi. In Evangelio: Dimitte eos, cæci sunt duces cæcorum. Si cæcus cæcum duxerit, [p. 102] ambo in foveam cadunt.

43. Fortis, Dominus. In psalmo: Dominus fortis et potens. In Job: Sapiens corde et fortis robore.

44. Fortes, sancti. In Canticis canticorum: Ecce lectum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.

45. Fortis, Diabolus. In Evangelio: Cum fortis armatus [p. 105] [custodit domum suam, in pace sunt quæ possidet]: item ibi: Et alligaverit fortem.

46. Dives, Deus. In Apostolo: Deus qui dives est in misericordia.

47. Divites, sancti. In Apostolo: Quia divites facti estis in illo, in omni sapientia et prudentia.

48. Dives, populus Judæorum, de quibus in Evangelio: Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem [intrare] in regnum cœlorum.

49. Alii autem hunc divitem, superbum quemlibet intelligunt.

50. Divites, Judæi, philosophi, vel superbi hujus mundi. In psalmo: Divites eguerunt et esurierunt. Et alibi: Divites dimisit inanes.

51. Pauper, Christus, sive populus fidelis. In Apostolo: Propter nos pauper factus est, cum esset dives. Et in psalmo: Iste pauper clamavit, et Dominus exaudivit eum.

52. [p. 103] Pauperes, sancti, humiles spiritu. In Evangelio: Beati pauperes spiritu. Et in psalmo: Non sprevit, neque despexit deprecationem pauperum.

53. Pauperes, divites sæculi hujus, virtutibus vacui. In Apocalypsi: Dicis quia dives sum et ditatus, et nescis quia tu es pauper et mendicus.

54. Inopes, populus Gentium humilis. In psalmo: Suscitans a terra inopem. Et alibi: Eripiens inopem de manu fortioris, hoc est de potestate Diaboli.

37. Ezech. XLIV, 3. *porta clusa* C, *porta dura* A, ex facili veterum litterarum similitudine.

38. Eccle. X, 7. — 39. Osee VIII, 14.

40. Is. LV, 4; Ezech. XXXVII, 25.

41. Mutila formula. — 42. Matth. XV, 14.

43. Ps. XXIII, 8; Job. IX, 4.

44. Cant. III. 7.

45. Hic notatur haud immerito in O: « Hæc omnia inserta, confusaque sunt in cod. collegii Soc. Jesu, atque ex cod. Mesmiano restituta. » Initium enim n. 45 tantum in marg. C, manu recenti, cætera vero uncis inclusa revocantur ab alio fol. 105 ejusd. cod. — Luc. XI, 21; Marc. III, 27. — 46. Ephes. II, 4. — 47. I Cor. I, 5.

48. Matth. XIX, 24.

50. Ps. XXXIII, 11; Luc. I, 55.

51. II Cor. VIII, 9; Ps. XXXIII, 7.

52. Matth. V, 3; Ps. XXI, 25.

53. Apoc. III, 17.

54. Ps. CXII, 7; XXXIV, 10.

55. Divitiæ, virtutes animæ, sive sermo sapientiæ. In Apostolo: Quia divites facti estis, in omni sapientia et prudentia. Et in Salomone: Possessio animæ, viri propriæ divitiæ.

56. Et in aliam partem, pro hæretico. In Job: Divitias quas devoravit, evomet, et de ventre illius extrahet eas Deus.

57. Pecunia, verba divina. In Evangelio: Oportuit te ergo committere pecuniam meam nummulariis.

58. Sacculus, thesaurisatio in Deum. In Ezechiel... Facite vobis sacculos, qui non veterascunt.

59. Sacculus, congregatio avaritiæ. In Aggæi prophetia: Qui mercedes congregavit, misit eas in sacculum pertusum.

60. Statera, æquitas, vel divinæ gubernationis [p. 106] potentia. In Esaia: Et libravit in pondere montes, et colles in statera.

61. Negotiatores, apostoli; sicut in Job, ob Zabuli corpus, hoc est omnes iniquos, de iisdem prædicatoribus dicitur: Concident eum amici; divident eum negotiatores.

62. Item in aliam partem, in Ezechiel: Negotiatores tui cum agnis et hædis veniunt ad te.

63. Cathedra, doctrina, vel docendi potestas. In psalmo: In cathedra seniorum laudent eum.

64. Cathedra, doctrina Legis Moysi. In Evangelio: Super cathedram Moysi sederunt Scribæ et Pharisæi.

65. Cathedra, hæreticorum doctrina. In psalmo: Et in cathedra pestilentiæ non sedit. Sedere enim, docere est.

66. Scabellum, humiliatorum subjectio. In psalmo: Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.

67. Rex, Diabolus. In Job: Ipse est rex super universos filios superbiæ.

68. Princeps, Diabolus, sive Antichristus, sicut in Ezechiel Dominus loquitur dicens: Fili hominis, leva planctum super principem Tyri, id est principem tribulationis.

69. Judex, idem qui et supra. In Evangelio: Audite quid judex iniquitatis dicat: Non faciet Dominus vindictam [p. 105] servorum suorum.

70. Mendax, idem qui et supra. In Evangelio: Qui loquitur mendacium, de suo loquitur, quia mendax est, et pater ejus.

71. Homicida, idem qui et supra. In Evangelio: Ille homicida fuit ab initio.

72. Adulter, idem qui et supra. In Esaia: Vos autem accedite huc, filii auguriatricis et fornicariæ.

73. Fur, idem qui et supra. In Osee propheta: Et fur spolians latrunculos, hoc est hæreticos, a foris, extra conventum Ecclesiæ.

55. I Cor. I, 5. Ubi nam vero locus alter Salomonis detegendus est?

56. Job. XX, 15. — 57. Matth. XXV, 27.

58. Luc. XII, 33. An excidit locus Ezech. an non legendum *in Evangelio?*

59. Aggæi I, 6. — 60. Is. XL, 25.

61. Job XL, 25. — 62. Ezech. XXVII, 21.

63. Ps. CVI, 32. — 64. Matth. XXIII, 2.

65. Ps. I, 1. Noli spernere græcum epiphonema. — 66. Ps. CIX, 2. — 67. Job XLI, 25.

68. Ezech. XXVII, 2. Cf. *Tyri* etymon cum mystico significatu in in ultimo capite *Clavis* §. I, 17.

69. Luc. XVIII, 6. — 70, 71. Jo. VIII, 44.

72. Is. LVII, 3.

73. Osee VII, 1. Cæterum a n. 67, cætera inde addititia videntur.

IX.

DE VARIIS ÆDIFICATIONUM VOCABULIS.

§ I.

1. Civitas Dei, Ecclesia, vel anima. In psalmo: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Et alibi: Hierusalem, quæ ædificatur ut civitas.

2. Civitas Judææ, ecclesiæ Christi, vel [animæ] fidelium. In psalmo: Et ædificabuntur civitates Judææ.

3. Cives, fideles. In Apostolo: Sed estis cives sanctorum, et domestici Dei.

4. Murus, Dominus et Salvator. In Zacharia: Ego murus in circuitu ejus.

5. Antemurale, patriarchæ vel prophetæ. In Esaia: Ponetur in ea murus et antemurale.

6. Muri, munimenta Scripturæ divinæ, vel prophetæ, aut sancti. In psalmo: Ædificentur muri Hierusalem.

7. Turris, Salvator. In Salomone: [p. 106] Turris fortissima, nomen Domini.

8. Turris, Scriptura divina. In Canticis canticorum: Collum tuum, sicut turris David.

9. Propugnacula, testimonia Scripturarum, sive exempla præcedentium [Patrum], ubi et supra: Sicut turris David quæ ædificata est, cum propugnaculis suis.

10. Turris, Ecclesia. In Michæa: Et tu, turris gregis nebulosa, filia Sion, id est divinis sacramentis obumbrata.

11. Quidam autem hanc turrim Virginem Mariam intelligunt.

12. Turres, apostoli, vel perfecti quique. In psalmo: Et abundantia in turribus tuis.

13. Maceria, Lex, vel angelorum custodia. In cantico Esaiæ: Et maceriam circumdedi, et calamos adfixi.

14. Porta, Christus, vel fides. In psalmo: Ecce porta Domini, justi introibunt per eam.

15. Porta, uterus Virginis Mariæ, sive canon veteris Testamenti. In Ezechiel: Vidi portam in domo Domini clausam.

16. Portæ, Scripturæ sanctæ, Apostoli, sive opera justitiæ. In psalmo: Elevamini, portæ æternales, et introibit rex gloriæ.

17. Portæ, corda hominum, sive aditus mentis, a Zabulo dudum obsessæ, postea a Christo possessæ. In Genesi: Possidebit [semen tuum], id est Christus, portas inimicorum tuorum.

IX. Titulum dedit C, pro quo pingendo ibi locus erat vacuus, sed non deest prima littera insignior. Eucherio placuit satis obscura epigraphe: *De Hierusalem vel adversis ejus.*

1. Ps. xlv, 5; cxxi, 3. — 2. Ps. lxxviii, 36.
3. Ephes. ii, 19. — 4. Zach. ii, 5.
5. Is. xxvi, 1. — 6. Is. l, 20.
7. Prov. xviii, 10. — 8, 9. Cant. iv, 4.
10. Mich. iv, 8. — 12. Ps. cxxi, 7.
13. Is. v, 2, cum lxx: καὶ φραγμὸν περιέθηκα καὶ ἐχαράκωσα.
14. Ps. cxvii, 20. — 15. Ezech. xliii, 2.
16. Ps. xxiii, 9.
17. Gen. xxii, 17. Etiam respectu facto ad

18. [p. 107] Plateæ, beatitudo dilatata sanctorum. In Apocalypsi: Et plateæ civitatis, aurum mundum tanquam vitrum perlucidum.

19. Fundamentum, Christus, vel fides, sive apostolorum prædicatio. In Apostolo: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est.

20. Seræ, repagula adversus impios divinorum præceptorum. In psalmo: Quoniam confortavit seras.

21. Via, Christus. In Evangelio: Ego sum via et veritas et vita.

22. Via, vita præsens. In Evangelio: Esto consentiens adversario tuo, dum es in via.

23. Via, libri Legis et prophetarum. In Hieremia: State super vias, et videte, et interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona.

24. Semitæ, præcepta divina. In psalmo: Deduc me in semita mandatorum tuorum.

25. Via spatiosa, vitiorum illecebris dilatata. In Evangelio: Lata porta et spatiosa via est, quæ ducit ad perditionem.

26. [Via] arcta, districta vel tribulationibus pressa, ubi et supra: Quoniam angusta via et arcta, quæ ducit ad vitam!

27. Directa, præceptis Dei ordinata. In Esaia: Rectas facite semitas ejus.

28. Prava, a Dei præceptis devia. In Esaia: Et erunt prava in directa, et aspera in vias planas.

29. [p. 108] Plana, obedientia præceptorum exæquata. In Esaia, idem quod supra.

30. Aspera, inobedientia, asperitate horrida. In Esaia, idem quod supra.

31. Civitas, [canon] veteris Testamenti. In Canticis canticorum: Invenerunt me vigiles, qui custodiebant civitatem.

32. Civitas, Babylonia, id est res publica. In Canticis canticorum, idem quod supra.

33. Turris, superbia Zabuli. In Esaia: Cum ceciderit turris.

34. Turres, corda reproborum duplicitatis malitia constructa. In Sophonia: Super omnem murum munitum et super omnem terram excelsam.

35. Murus, duritia peccatorum, ubi et supra.

36. Civitas, infernum, de quo in psalmo Dominus: Quis deducet me in civitatem circumstantiæ?

portæ, græcam constructionem innuunt; *obsessae, possessae* post καρδίαι vel εἴσοδοι femin. *semen tuum* in obscuro compendio C, *sanctum* A.

18. Apoc. xxi, 21. — 19. i Cor. iii, 11.

20. Ps. xlvii, 13. — 21. Jo. xiv, 6.

22. Matth. v, 25. — Recole supra VIII, §. V, 18. — 23. Jerem. vi, 16.

24. Ps. cxviii, 35. — 25. Matth. vii, 13.

26. *Distracta* A, C. *Quoniam* ὅτι, rara et unica varietas, Matth. vi, 14. Inde et in sqq. *via* subauditur, sed minus facile apud Latinos quam ὁδὸς apud Græcos. Apud Eucherium et Theodulphum vitatur ellipsis.

27. Is. xl, 3 cum Matth. iii, 3. — 28. Is. xl, 4.

30. f. *inobedientiae* asperitate.

31. Cant. iii, 3. — *Canon* om. C.

32. *Babylonia, id est respublica*, aperte sic A, C et codd. Theodulphi, quod fere ludus pro tempestate hodierna Galliarum haberetur; Clarevallenses tamen magis arcana venantur: « *Babilonia, respublica diaboli. Quis deducet me in civitatem munitam?* » Ps. cvii, 11. Quod auctor haud inelegans *Distinctionum monasticarum* audit de inferno, ut infra n. 36. *Spicil.* iii, 171.

33. Is. xxx, 25. — 34. Sophon. i, 16.

36. Ps. cvii, 11. — *in civitatem circumstan-*

37. Portæ inferi, hæretici, vel opera iniquitatis, de quibus portis in Evangelio Dominus pro Ecclesia dicit: Portæ inferi non prævalebunt adversus eam. Et in psalmo: Qui exaltavit me de portis mortis.

38. Murus, exclusio hominis a Paradiso: qui murus sicut per [in]obedientiam primi hominis humano generi positus est, ita et per obedientiam Salvatoris reseratur. In psalmo: In Deo meo transgrediar murum.

39. [p. 109] Civitates, corpora vel corda impiorum. In psalmo: Civitates eorum destruxisti. Et in Evangelio: Et civitates eorum igne succendit.

40. Suburbana, populus sub observantia Legis vivens. In Levitico.

41. Templum in civitate, fideles in Ecclesia. In Apostolo: Templum Dei sanctum est, quod estis vos.

42. Templum, corpus Salvatoris adsumptum. In Evangelio: Solvite templum hoc, et in triduo resuscitabo illud.

43. Gradus, spiritalis ascensus. In psalmorum titulo: Canticum graduum.

44. Gradus eburnei, antiquorum patrum exempla. In psalmo: A gradibus eburneis, ex quibus te delectabunt.

45. Villa, mundialis conversatio, et vita dissoluta. In Evangelio: Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos.

46. Villæ, plebes fidelium. In Cantica canticorum: Veni, dilecte mi, egrediamur in agris, commoremur in villis.

47. Domus, caro Salvatoris adsumpta, vel sancta Ecclesia. In Salomone: Sapientia ædificavit sibi domum. Et in psalmo: In domo Domini ivimus cum consensu.

48. Domus, corda fidelium, vel corpora. In Exodo: Ponetis de [p. 110] sanguine agni super utrumque postem, et super liminaribus domorum, in quibus edetis illud.

49. Cœnaculum, altitudo meritorum vel scientiæ. In Evangelio: Et ipse vobis ostendet cœnaculum magnum.

50. Ostium, Christus. In Evangelio: Ego sum ostium; si quis per me introierit, salvabitur, et ingredietur, et regredietur.

51. Introitus, ingressus per fidem in Ecclesia. Egressus per dissolutionem carnis ad contemplationem divinam. In Evangelio: Et ingredietur, et regredietur, et pascua inveniet. Et in psalmo: Dominus custodiet introitum tuum et exitum tuum usque in sæculum.

tiae, singularis versio et rara, sed ut in Mozar. et psalt. S. Germani, oritur plane ex græco περιοχῆς.

37. Matth. xvi, 18; Ps. ix, 15. — 38. Ps. xvii, 30.

39. Ps. ix, 7. — Matth. xxii, 7.

40. Levit. xxv, 34. — 41. i Cor. iii, 17.

42. Jo. ii, 19.

44. Ps. xliv, 9. Fac ibi cum Itala legatur: *a gravibus eburneis*, habebis τοὺς O′ ut nunc: ἀπὸ βάρεων ἐλεφαντίνων, at quidni olim LXX habuerint: ἀπὸ βαθμῶν, facili mutatione in hoc ἀπὸ βάρεων, indeque ex nostris Itala emendetur? — *delectaverunt* A, ηὔφραναν LXX.

45. Luc. xv, 15. — 46. Cant. vii, 11.

47. Prov. ix, 1; Ps. liv, 15. *ibimus* A, C perpetuo mendo germanicæ loquelæ in nostris librariis.

48. Exod. xii, 7. *Illud.* — αὐτὰ LXX vulg. sed αὐτὸ cum decem codd. Holmesianis.

49. Luc. xxii, 12. — 50. Jo. x, 9.

51. Jo. ib.; Ps. cxx, 8. — Tam impedita sunt

52. Ostium, cogitatio mentis, sive aditus cordis. In Evangelio: Tu autem cum orabis, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio super te, ora patrem tuum in abscondito.

53. Paries, corpus Salvatoris adsumptum. In psalmo: Tamquam parieti inclinato et maceriæ impulsæ. Et alibi: Ecce ipse stat post parietem nostrum.

54. Paries, instructura bonorum operum, ubi et supra.

55. Paries, simulatio hypocritarum in Ezechiel: Ipsi ædificabant parietem, illi autem liniebant [p. 111] eum luto absque paleis.

56. Fenestra, auditus fidei, vel cordis intellectus. In Cantica canticorum: Ecce ipse stat post parietem nostrum, respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos.

57. Fenestræ, visus, auditus, odoratus, et cæteri sensus carnis. In Hieremia: Introivit mors per fenestras vestras.

58. Fenestra, cogitatio cordis, vel ipsa mentis intentio. In Sophonia: Vox cantantis in fenestra, corvus in superliminaribus ejus.

59. Pictura in pariete, cogitationes pravæ in corde hominis. In Ezechiel: Ecce omnia idola domus Israel depicta erant in pariete.

60. Tectum, intentio cœlestis operationis, id est vita contemplativa. In Evangelio: Et qui in tecto est, non descendat aliquid tollere de domo sua.

61. Tectum, corpus hominis. In Evangelio: Quod in aure auditis, prædicate super tecta.

62. Tectum, velamen Legis et obscuritas sanctarum Scripturarum.

63. Pavimentum, humilitas fidelium, doctrinam sanctorum patienter suscipientium. In Ezechiel: [p. 112] Et ante gazophylacia, pavimentum stratum lapide.

64. Pavimentum, humiliatio vel afflictio animæ. In psalmo: Adhæsit pavimento anima mea.

65. Domus, corda reproborum. In Esaia: Et orientur in domibus eorum spinæ, id est sollicitudo sæculi.

66. Domus Diaboli, conventus omnium malorum. In Salomone: Ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena.

67. Ruinosa, corda reproborum, peccatorum impulsibus destructa. In Ezechiel: Numquid qui in ruinosis habitant, hæreditate terram possidebunt?

68. Scalæ, sanctorum profectus. In Genesi: Viditque in somnis scalam stantem super terram, et cacumen illius tangens cœlum.

69. Scopæ, curæ superstitionis per vanam gloriam. In Evangelio: Et veniens invenit domum vacantem, scopis mundatam et ornatam.

hæc latine, quam græce obvia: διὰ τῆς σαρκὸς διάλυσιν πρὸς τὴν θείαν θεωρίαν. *dissoluta carne ad videndum Deum* facie ad faciem.

52. Matth. VI, 6. — 53. Ps. LXI, 4; Cant. II, 9.

54. *Instructura* uno verbo et raro, ἐποικοδομή?

55. Ezech. XIII, 10. — 56. Cant. II, 9.

57. Jerem. IX, 21.

58. Sophon. II, 4, semper cum variet. ex LXX.

59. Ezech. VIII, 10.

60. Matth. XXIV, 17. f. *intensio* hic et supra, ἔκτασις? — 61. Ib. X, 27.

63. Ezech. XLII, 3, 4. — *suscipientes* A.

64. Ps. CXVIII, 25. — 65. Is. XXXIV, 13.

66. Prov. V, 10.

67. f. Ezech. XXXIII, 24 cum 27, ubi priora saltem verba, posteriora vero fugiunt. *Ruinosa*, more græco.

68. Gen. XXVIII, 12. — 69. Matth. XII, 44.

70. Et in aliam partem, in Esaia: Et scopabo eam scopa terens, id est satisfactione pœnitentiæ.

71. Ædificare, bona opera facere, [p. 113] vel recte docere. In Apostolo: Si quis autem ædificat supra fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos.

72. Et in aliam partem, pro populo Judæorum per Malachiam dicitur: Ipsi ædificabunt, et ego destruam.

73. Destruere, mala opera exercere, vel male docere. In Salomone: Unus ædificans, et unus destruens.

74. Et in bonam partem, in Hieremia: Ut destruas, et ædifices.

75. Mundare, a vitiis expurgare. In Evangelio: Tetigit eum Jesus dicens: Volo, mundare, et confestim mundata est lepra ejus.

76. Clavis, adapertio spiritalis. In Evangelio: Accepistis clavem scientiæ, ipsi non introistis, et eos qui introibant, prohibuistis.

77. Item claves, justitiæ, misericordiæ, pietatisque virtutes. In Evangelio: Tibi dabo claves regni cœlorum.

78. Clavis, apertio sanctarum Scripturarum, vel potestas ligandi atque solvendi, seu jus introducendi ad vitam, sive excludendi ad mortem, sicut per Esaiam de Salvatore dicitur: Dabo clavem domus David super humeros ejus, et aperiet, et non est qui claudat. Et in [p. 114] Apocalypsi: Habeo claves mortis et inferorum.

70. Is. xiv, 23.
71. i, Cor. iii, 12. Redeunt absolutæ formæ.
72. Malach. i, 4.
73. Eccli. xxxiv, 28.
74. Jerem. i, 19. — 75. Matth. viii, 3.
76. *Claves* C constanter pro *Clavis*. — *adapertio spiritualis* νοητὴ ἄνοιξις: vix enim latina sonant, nisi græca revocentur, nec displicet in illo ipso totius libri nomine, atticam ejusdem originem excieri. Luc. xi, 52.
77. Matth. xvi, 19.
78. Is. xxii, 22; Apoc. i, 18. — In A legitur *solvendi hujus* ut in C prima scriptura, postmodum emendata.

§ II.

1. Tabernaculum Dei, corpus Salvatoris. In psalmo: In sole posuit tabernaculum suum.

2. Tabernaculum Dei, sancta Ecclesia, sive anima fidelis, in peregrinatione mundi hujus degens. In psalmo: Quoniam ingrediar in locum Tabernaculi admirabilis, usque ad domum Dei. Et in Apostolo: Tabernaculum, quod fixit Deus, et non homo. De hoc Tabernaculo in Exodo Dominum Moysi locutum fuisse narratur: Facies mihi sanctificationem, et inde videbor vobis.

3. Columnæ Tabernaculi, doctores Ecclesiæ. In Apostolo: Jacobus et Joannes et Cephas, qui videbantur columnæ.

§. II. Sequitur sat longa series *De rebus sacris veteris Testamenti.*
1. Ps. xviii, 6.
2. Ps. xli, 5; Hebr. viii, 2. Exod. xxv, 8, et ibi recole græca: καὶ ὀφθήσομαι ἐν ὑμῖν.
3 Gal. ii, 9.

4. Seræ, columnæ interjectæ, concordia prædicationis. In Exodo.

5. Bases columnarum, libri Legis et prophetarum, ubi et supra.

6. Caput columnarum, Christus. In Apostolo: Caput viri, Christus.

7. Cortinæ Tabernaculi, multitudo fidelium, fidei funibus atque Scripturarum præceptis suspensa.

8. Ansulæ cortinarum hyacinthinæ, cœlestia præcepta, ubi et supra.

9. Saga cilicina [p. 115] undecim, peccatorum forma, in Ecclesia quinquaginta circulis [suspensa], id est sub spe pœnitentiæ.

10. Sancta sanctorum, cœlestis illa patria, et interiora regni cœlorum.

11. Duo Cherubim, duo Testamenta Legis.

12. Arca Testamenti, Ecclesia. In psalmo: Exurge, Domine, in requiem tuam, tu et Arca sanctificationis tuæ.

13. Propitiatorium super Arca, Christus in capite Ecclesiæ. In epistola Joannis: Advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum, justum; et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

14. Quatuor circuli aurei, in quibus Arca portabatur, quatuor Evangeliorum libri, quibus Ecclesia per quatuor mundi partes accincta prædicatur. In Exodo.

15. Vectes de lignis imputribilibus, circulis intromissi, fortes prædicatores mente incorrupti, evangelicæ prædicationi semper intenti.

16. Urna aurea, caro Salvatoris, munda perpetua Divinitatis dulcedine. In Exodo.

17. Mensa, Dominus Jesus Christus, qui est refectio electorum, sive unitas fidei. In psalmo: Parasti in conspectu meo mensam.

18. [p. 116] Candelabrum, corpus Domini, vel sancta Ecclesia, aut divina Scriptura. In Zacharia: Vidi a dextris altaris candelabra duo ardentia.

19. Septem lucernæ, candelabro superpositæ, septiforme Ecclesiæ sacramentum, vel fides. In Exodo.

20. Lucerna, Ecclesiæ fides, vel opera justitiæ. In Salomone: Propterea non extinguetur lucerna ejus per totam noctem.

21. Paxilli aerei, in Tabernaculo, patriarcharum et prophetarum obtinent sacramentum.

22. Paxillus, Dominus Jesus Christus, in corda fidelium defixus, sicut in Esaia de eo dicitur: Figam illum [paxillum] in domo fideli.

4. De *seris* inter columnas Tabernaculi positis Vulgata ac cæteræ vers. latinæ silent. Nostra tamen respicere videntur Exod. XXVI, 17: δύο ἀγκωνίσκους τῷ στύλῳ τῷ ἑνὶ ἀντιπίπτοντας, ἕτερον τῷ ἑτέρῳ, quæ apud Augustinum redhibentur: *duo anconiscos columnae uni consistentes ex adverso*, ubi Vulgata: *duae incastraturae fient, quibus tabula alteri tabulae connectatur.* Ad h. locum commentario nimium pepercerunt tam Holmesius, quam Vercellonius, cui tamen non neglecta vox *incastratura*. Paulo infra tabulæ dicuntur columnæ.

6. I Cor. XI, 3, inde cf. Exod. XXV, per totum.

9. *peccatorum forma*, τύπος; sed quanto magis vox græca obvia est? — græce pergebat periodus, quam impeditus interpres resecuit.

10. *Interiora regni*, τὰ ἐνδότερα iterum.

12. Ps. CXXXI, 8. — 13. I Jo. II, 12.

16. Testimonia præter eximia de veterum Christianorum fide et arte, græca scaturire perseverant.

17. Ps. XXII, 5. — 18. Zach. IV, 2?

20. Prov. XXXI, 18.

22. Is. XXII, 23.

23. Paxillus, compunctionis stimulus. In Deuteronomio: Habebis locum extra castra, ad quem egredieris ad requisita naturæ, gerens paxillum in balteo.

24. Circuli aerei, in Tabernaculo, spiritales in Scripturis circuitus. In Exodo: Facies circulos aureos.

25. Catenulæ, testimonia Scripturarum invicem se continentia.

26. Vasa in Tabernaculo [p. 117], fideles in Ecclesia. In Apostolo: In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia.

27. Ostium Tabernaculi, præsens vita, sive introitus ad fidem, vel inchoatio bonorum operum. In Levitico: Et adducet eum ad ostium Tabernaculi, et ponet manum super caput hostiæ suæ.

28. Altare aureum, ipsa Divinitas, vel altitudo fidei. In Exodo: Non ascendas per gradus ad altare meum. Et in psalmo: Tunc imponent super altare tuum vitulos.

29. Altare, corpus Salvatoris adsumptum. In Exodo. Altare de terra facies mihi.

30. Altare, sancta Ecclesia. In Deuteronomio: Cum transieritis Jordanem, ædificate altare de lapidibus, quos ferrum non tetigit, id est de sanctis fidelibus, quos nullum schisma hæresum aut contaminatio peccati maculavit.

31. Altare, pascua Scripturarum. In psalmo: Lavabo inter innocentes manus meas, et circumdabo altare tuum, Domine.

32. [p. 118] Altare, corda sanctorum. In Levitico: Ignis autem in altare semper ardebit, id est ardor caritatis.

33. Cornua altaris, altitudo cœlestis patriæ. In psalmo: Constituite diem solemnem in confrequentationibus, usque ad cornu altaris.

34. Altare aureum, corda carnalium, qui opera carnalium deplorant. In quo altare carnes in holocaustum cremabantur.

35. Incensum, orationes sanctorum. In psalmo: Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo.

36. Sacrificium, oblatio justitiæ. In psalmo: Sacrificate sacrificium justitiæ.

37. Holocaustum, id est *totum combustum*, totus fidei accensus, sive carnis mortificatio. Est enim quidam ignis caritatis, omnia membra hominis in proprios usus adsumens, ut non ea permittat militare peccato. In psalmo: Holocaustum medullatum offeram tibi.

38. Hostia pacifica, opus misericordiæ. In psalmo: Tollite [p. 119] hostias, et introite in atria ejus.

23. Deuter. XXIII, 12, 13.

24. *Spiritales in Scriptura circuitus*, et infra X §. I, 21, *circuitus intelligentiae* sunt περίοδοι, quod latina *periodus* ægre refert. Ita mox græce sonant *testimonia* se *continentia*, μαρτυρίαι συνεχόμεναι, tum demum in 28 *ipsa divinitas* est græcanica emphasis αὐτὴ θεότης ab exordio memorata. Exod. XXV, 12.

26. II Tim. II, 20. — 27. Levit. IV, 4.

28. Exod. XX, 26; Ps. L, 21. *aereum* C.

29. Exod. XX, 24. — 30. Deuter. XXVII, 5.

31. Ps. XXV, 6. — 32. Levit. VI, 12.

33. Ps. CXVII, 27. — *In confrequentationibus*, barbare, sed pro græco ἐν τοῖς πυκάζουσι.

34. In codd. mutila et confusa formula.

35. Ps. CXL, 2. — 36. Ps. IV, 6.

37. Vocabulum nota: *totus fidei accensus*, quam vocem creavit ὁλόκαυστος.

38. Post *misericordiae*, etiam in C et A inseritur glossema spurium, quod alii vett. codd.

39. Adipes pacificorum, compunctio cordis, et lacrymarum profusio. In Levitico: Et imposito desuper holocausto, sacerdos adolebit adipes pacificorum.

40–45. In tauro vero, continentiæ cultro, in ara cordis, superbia jugulatur; in ariete, furor; in hirco, libido; in vitulo, carnis voluptas; in agno, lascivia; in hædis, peccata diversa.

46, 47. Per turturem et columbam, munditia castitatis et simplicitas cordis in sacrificium Deo offertur.

48–50. In similagine puritas mentis, vel opera misericordiæ; in primitiis, initia bonorum operum, vel bona voluntas; in decimis vero, perfectio bonorum operum.

51. Sacerdos, Dominus Jesus Christus. In psalmo: Tu es sacerdos secundum ordinem Melchisedec.

52. Sacerdotes, sancti. In Esaia: Vos sacerdotes Domini vocabimini, ministri Dei nostri.

53. Et in malam partem, in Malachiâ: Vos, sacerdotes, qui polluistis nomen meum.

54. Vestimenta sacerdotum, opera justitiae. In psalmo: Sacerdotes tui, Domine Deus, [p. 120] induantur justitia.

55. Vestimenta sacerdotis, plebs fidelium. In Levitico: Caput suum non discooperiet, et vestimenta sua non scindet.

56. Tunica hyacinthina, Christi Ecclesia, ejus sanguine decorata. In Exodo.

57. Superhumerale, virtus operationis ab humeris significata. In Exodo: Et fecerunt superhumerale de auro et hyacintho, purpura et cocco [neto] et bisso torta.

58. Rationale, doctrina, vel rationis a pectore declaratio. In Exodo: Et fecerunt ratio[na]le opere textili.

59. Duodecim lapides, in rationali quaterno ordine terni positi, fidem Trinitatis et evangelicum sermonem, atque duodecim Apostolorum doctrinam in pectore sacerdotis semper inesse demonstrant, ubi et supra.

60. Poderis, hoc est tunica, doctrina secretior. In Exodo: Et fecerunt vestimentum podere sub umbone, opus textile totum hyacinthinum.

61. Tintinnabula aurea, vestimentis inserta, sermo prædicationis operibus conjunctus.

inter quos priscus ille quem olim A vocavi, penitus ignorant: *quae ideo hostia pacifica adpellatur, eo quod hosti diabolo resistat, et Deo hominem reconciliet.* cf. Ps. xcv, 8.

39. Levit. vi, 12.

40-48. Alia prorsus rerum inventio et congeries, quae corruptelam prodit. Unciales tamen recurrunt in communi C et A ineptia: *cura* cordis pro *ara* C.

51. Ps. cix, 4. — 52. Is. lxi, 6.

53. Malach. i, 6. — 54. Ps. cxxxi, 9.

55. Levit. xxi, 10.

57. Exod. xxviii, 6, græce xxxvi, 22, sed nostri codd. dum græca affectant, suam non deseruut barbariem, ut C in fine *cocconi et bis se torta*, sic i manu. A em. ut nos. — *vel rationis a pectore declaratio*, fere absona sunt, nisi græca quæsieris: ἡ τοῦ λόγου ἀπὸ στήθους ἀπόφασις, quod tam veteris sacerdotis rationale respicit, quam Verbi novi pontificis pectus, in quo recubuit magister Melitonis, Joannes ὁ στηθικός. Sed quid C: *rationis a peccatore... et fecerunt ratione* et iterum infra *in peccatore sacerdotis?* An ex aliqua longobardica scriptura oriundum monstrum?

58. Exod. xxxix, 8.

60. *Doctrina secretior*, ex græco comparativo. Exosculetur φιλάρχαιος hanc tesseram de disciplina arcani. Exod. xxxix, 20. Neque φιλέλληνα pigeat ea conferre: Καὶ ἐποίησαν τὸν ὑποδύτην ὑπὸ τὴν ἐπωμίδα, ἔργον ὑφαντὸν, ὅλον ὑακίνθινον, quod frustra quæres in Vulgata, sed Italæ nostra velim adjicias. — 61. *Conjunctis* C.

62. Mala punica, tintinnabulis [p. 121] permixta, unitas fidei et concordia caritatis, ubi et supra.

63. Lamina aurea in fronte, crucis præfiguratio, vel manifesta justitia. In Exodo: Et fecerunt laminam auream, et scripserunt in ea litteras deformatas signaculo sanctitatis Domini.

64. Sancta Sanctorum, mysteria quæque Dei, vel regna cœlorum. In Apostolo: Non enim in manu factis sanctis Jesus introivit, exemplaria verorum, sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc vultui Dei.

63. Cf. Exod. XXVII, 36, XXXIX, 29, sed luculenter in gr. XXXVII, 30: καὶ ἐποίησαν τὸ πέταλον τὸ χρυσοῦν, ἀφόρισμα τοῦ ἁγίου χρυσίου καθαροῦ, καὶ ἔγραψαν ἐπ' αὐτοῦ γράμματα ἐκτετυπωμένα σφραγῖδος, ἁγίασμα Κυρίῳ.

64. Hebr. IX, 24. *Virorum... vultus Dei* A, C.

§ III.

1. Sapientia, Christus. In Apostolo: Christus, Dei virtus et sapientia.

2. Sapientia, doctrina cœlestis. In Apostolo: Sapientiam loquimur inter perfectos.

3. Sapientia hujus mundi, philosophia. In Salomone: Sapientia hominum non est mecum. Et in Apostolo: Stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi.

4. Sapiens, Deus. In Job: Deus sapiens corde, et fortis robore.

5. Sapientes, sancti. In Osee: Quis sapiens intelliget et sciet hoc, quia rectæ viæ Domini, et justi ambulabunt in eis?

6. Sapientes, philosophi, Judæi, sive hæretici. In Apostolo: Dicentes se enim esse sapientes, stulti facti sunt.

7. [p. 122] Stulti secundum sæculum, sancti, sicut in Salomone de iisdem sanctis dicitur: Stultissimus sum virorum, et sapientia hominum non est mecum.

8. Stulti secundum Deum, sapientes hujus mundi. In psalmo: Simul insipiens et stultus peribunt.

9. Languor, vitiorum morbus. In Exodo: Si observaveritis præcepta mea, omnem languorem, quem induxi super Ægyptum, non inducam super te.

10. Infirmitas, impossibilitas mentis. In Apostolo: Qui infirmus est, olus manducet.

11. Febris, carnalis cupiditas insatiabiliter ardens, sicut in Evangelio, socrum Petri figuraliter febricitantem dicit.

12. Paralyticus, anima vitiis dissoluta, atque in grabato carnis suæ languore peccatorum depressa. In Evangelio: Ecce paralyticus in grabato portabatur a quatuor.

§. III. Ad saturam hic congeruntur de universitate rerum et hominum, plura quæ alibi locum reperire potuissent, sed non invenerant.
1. I Cor. I, 24.
2. Ib. II, 6.
3. Prov. XXX, 2; I Cor. I, 20.
4. Job IX, 4. — 5. Osee XIV, 10.
6. Rom. I, 22. — 7. Prov. XXX, 2.
8. Ps. XLVIII, 11.
9. Exod. XV, 26. *Omnem languorem quam induxi* A, C, scilicet πᾶσαν νόσον ἣν ἐπήγαγον.
10. Rom. XIV, 2.
11. Marc. I, 30. *figuraliter*, τυπικῶς?
12. Marc. II, 36. Hic etiam *dissoluta anima* παραλύτη, παραλυσαμένη? græce tantum ludebat cum voce *paralyticus*.

13. Lepra, doctrina hæreticorum falsa atque vana, vel Judæorum infidelitas, sive contaminatio peccatorum. In Levitico: Locutus est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens: Homo, in cujus [p. 123] carne et cute ortus fuerit diversus color, sive pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad unum quemlibet filiorum ejus, qui cum viderit lepram in cute, et pilos in alba mutatos, plaga lepra est, ad arbitrium ejus separabitur.

14. Leprosi in capite, hæretici Dominum Jesum Christum blasphemantes.

15. Leprosi in barba, id est hæretici de Incarnatione Salvatoris, vel de sanctis Apostolis prava sentientes.

16. Leprosi toto corpore, iidem qui et supra, blasphemiam suam in omnem Scripturarum seriem permiscentes.

17. Lepra tumens, inflata superbia.

18. Lepra humilis, simulatio cordis, vel blasphemia [latens].

19. Lepra rubens, iracundia cordis.

20, 21. Lepra alba, hypocrisis. — Lepra in domo, infidelitas tota in plebe.

21.[a] Lepra in vestimento, vitia carnis.

22. Lepra in carne viva, peccata sunt animæ.

23. Lepra volatica, vitium quodlibet aliud ex se generans.

24. Profluvium seminis, immoderata locutio. In Levitico.

25. [p. 124] Nocturna pollutio, peccatorum occulta cogitatio. In Deuteronomio.

26. Mulier menstruata, anima immundis cogitationibus polluta. In Hieremia: Omnes quærentes eam, non deficient, in menstruis ejus invenient eam.

27. Fluxus sanguinis, profusio peccatorum. In Levitico: Locutus est Dominus ad Moysen dicens: Loquere ad Aaron et filios ejus: Homo de semine vestro per familias, qui habuerit maculam, non accedet ad altare, nec offeret panes Deo suo. Si cæcus fuerit, si claudus, si torto naso, si fracta manu, si gibbus, si lippis oculis, si impetiginem habens in corpore, si jugem scabiem vel ponderosus, et cætera.

28. Cæcus dicitur, qui superna luce privatus, quo gressum operis tendat omnino nescit: de hac cæcitate sacerdotum, per Malachiam dicitur: Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est?

29. Et in bonam partem, in Evangelio: Si cæci essetis, non haberetis peccatum.

30. Aurem abscissam habet, qui obedientiam in Dei præceptis non exhibet.

13. Levit. XIII, 2. *Pilos in alba mutatos* A, C, simul, nec nisi ob LXX, μεταβάλῃ λευκή. Sequentia in idem Levitici caput recidunt.

23. *Exregenerans* C.

25. Deuter. XXIII, 10.

26. Jerem. II, 24.

27. Levit. XXI, 17-20. Post verba *profusio peccatorum*, in solo C, continua intra textum scriptura, incidit hoc prima manu scriptum *De Divinitate membrorum*, ac pergit: *in Levitico*. Recens quidam emendare studuit *De debilitate membrorum*. An bene, dubitaverit aliquis, suspicatus hic latere titulum Eucheriani libelli, *De membris Divinitatis*, de quo plura disputantur in *Spicil.* t. III, proleg. p. XXI.

28. Malach. I, 8. — 29. Jo. IX, 41.

31. [p. 125] Lippis oculis est, qui ingenium quidem intelligentiæ habet, sed hunc sollicitudo sæculi superna contemplare non sinit.

33. Torto naso est, qui ad discretionem boni et mali idoneus non est.

34. Linguam abscissam habet, qui fidem rectam minime confitetur.

35. Manum fractam habet, qui ab actione recta exsors vacat.

36. Claudus est, qui quo gressum operis tendat, videt, sed eum infirmitas mentis hoc agere non sinit. In Levitico.

37. Et in bonam partem, in Evangelio: Et pauperes ac debiles induc huc.

38. Gibbus est, quem terrena cupiditas deprimens, mentis oculos ad cœlestia contemplanda elevare non sinit.

39. Confractis testiculis est, qui viriles sensus adversus vitia non habet. In Levitico.

40. Ponderosus est, quem prava cogitatio indesinenter gravat in mente, ubi et supra.

41. Scabiem in corpore habet, quem luxuria carnis devastat in mente.

42. Impetiginem babet, quem avaritia dominatur in corde.

43. Alii hanc impetiginem conciliabula [p. 126] hæreticorum intellexerunt. In Levitico.

44. Abstractus est, qui peccatis propriis exigentibus, a Christi corpore quod est Ecclesia, separatus est.

45. Medicus, Christus. In Evangelio: Non egent sani medico, sed male habentes.

46. Resina, cœlestis medicina. In Hieremia: Numquid non est resina in Galaad, hoc est in Ecclesiâ, aut medicus non est ibi? Item ibi, propter animam peccatorum languore infirmam: Ponite resinam ad dolorem ejus, si forte sanetur.

47. Lectus, Ecclesia, id est Christi requies. In Cantico canticorum: Ecce lectum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt.

48. Lectus, quies spiritalis, hoc est contemplativa. In Salomone: In lectulo meo per noctem quæsivi, quem desiderat anima mea. Et in Evangelio: Tunc duo erunt in lecto, unus adsumetur, et unus relinquetur.

49. Lectus, corpus hominis, vel infirmitas carnis. In psalmo: Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus. Et alibi: Lavabo per singulas noctes lectum meum.

50. Lectus, vita opulenta, [p. 127] sicut in Amos pro divitibus hujus sæculi dicitur: Qui dormitis in lectis eburneis.

51. Lectus, illecebrosa hæreticorum deceptio. In Salomone: Intexui lectum meum funibus, hoc est vinculis peccatorum.

52. Lectus, tribulatio vitæ futuræ. In Apocalypsi: Ecce mitto illam in lectum; et qui mœchantur cum ea, in tribulatione magna erunt.

35. *Malum fructum* A, C. *Exsors vacat.* ἄκληρος σχολάζει?
37. Luc. XIV, 21. — 45. Ib. V, 31,
46. Jerem. VIII, 22; LI, 8.
47. Cant. III, 7.
48. Cant. III, 1; Matth. XXIV, 40; id Matthæi Vulgata omittit, retinent vett. interpretationes. — *contemplativa* θεορητική, quin cum oxon. addatur *vita*.
49. Ps. XL, 4; VI, 7. — 50. Amos VI, 4.
51. Prov. VII, 16.
52. Apoc. II, 22, cf. græca.

53. Somnus, mors. In Evangelio: Moram autem faciente sponso, dormitaverunt omnes et dormierunt.

54. Somnus, torpor mentis in opere bono; unde in Salomone pigro dicitur: Usquequo, piger, dormis? Et in Apostolo: Qui dormiunt, nocte dormiunt.

55. Dormire, transitu apud Christum requiescere. In psalmo: Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?

56. Et in malam partem de peccatorum torpore in Apostolo: Surge, qui dormis, et illuminabit te Dominus.

57. Dormire, ab operibus mundi in Deum quiescere. In Salomone: Ego dormio, et cor meum vigilat.

58. Vigilare, cordis custodiam adhibere, vel in operibus bonis resurgere. In psalmo: A vigilia matutina usque ad noctem sperat Israel in Domino.

59. Vigilare, oculos cordis ad supernam lucem [p. 127] contemplandam apertos habere. In Evangelio: Beati servi illi, quos cum venerit Dominus, invenerit vigilantes.

60. Et in aliam partem, per Esaiam: Succisi sunt omnes qui vigilabant ad iniquitatem.

61. Vivi, justi; mortui, reprobi omnes. In psalmo: Non mortui laudabunt te, Domine, sed nos qui vivimus, benedicimus Dominum.

62. Mortui mundo, justi. In Apostolo: Mortui enim estis, et vita vestra abscondita est cum Christo.

63. Viventes mundo et mortui Deo, peccatores. In psalmo: Descendunt viventes in infernum.

64. Vigilare, futura die resurrectionis a mortuis resurgere. In Daniele: Multi de his, qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt.

65. Sepulcrum, memoria mortis et resurrectionis Domini. In Esaia: Et erit sepulcrum ejus gloriosum.

66. Sepulcrum, corpus peccatis subditum, sive simulatores quique. In Evangelio: Væ vobis, Pharisæi, Scribæ, quia similes estis sepulcris dealbatis.

67. Sepulcrum, hæreticorum prædicatio. In psalmo: Sepulcrum patens est guttur eorum.

68. Fossa, damnatio peccatorum. In psalmo: Ut mitiges [p. 129] eum a diebus malis, donec fodiatur peccatori fovea.

69. Fossa, damnatio Diaboli vel Antichristi. In propheta: Et indagabunt Assur, id est Antichristum, in fossa Nebrot.

70. Fovea, dolus vel laqueus in mortem. In psalmo: Lacum aperuit, et fodit eum, et ipse incidit in foveam quam fecit.

53. Matth. xxv, 5.
54. Prov. vi, 9; I Thess. v, 7.
55. Ps. xl, 9. Absolutæ rursus formulæ redeunt, quarum primam Eucherius emollivit: *Dormire, requiescere post transitum apud Christum.* Hæccine nihil ad archæologos?
56. Ephes. v, 14. — 57. Cant. v, 2.
58. Ps. cxxix, 6. — 59. Luc. xii, 37.
60. Is. xxix, 20. — 61. Ps. cxiii, 17.
62. Coloss. iii, 3. — *in Christo* A.
63. Ps. liv, 16. — 64. Dan. xii, 2.
65. Is. xi, 10. — 66. Matth. xxiii, 27.
67. Ps. v, 11. — 68. Ps. xciii, 13.
69. Mich. v, 6, ad græca multum accedit, ne recolam νεβρώτ. — 70. Ps. vii, 16. *in foveam quem fecit*, sic C: εἰς βόθρον ὃν εἰργάσατο.

71. Fovea, hæretica deceptio. In Salomone: Fovea profunda est meretrix; et puteus angustus, aliena.

72. Caput omnium malorum, Diabolus. In Habacuc: Percussisti caput de domo impii.

73. Corpus Zabuli, reprobi omnes. In Job: Corpus ejus, sicut scuta fusilia.

74. Oculi ejus vel dentes, hæretici, sive pravi omnes doctores. In Job: Oculi ejus, sicut palpebræ [diluculi]; in circuitu dentium ejus formido.

75. Nares Zabuli, inspirationes illius pravæ, ubi et supra: De naribus ejus fumus procedit.

76. Os Zabuli, locutiones ejus, quibus corda hominum occultis cogitationibus adloquitur. In Job: De ore ejus fumus procedit.

77. Lingua Zabuli, sapientia sæculi hujus, vel hæreticorum dogma, ubi et supra: Et fune ligabis linguam ejus?

78. Os Zabuli, potentes quique et fortes in malitia, sive hæretici. In Job: Ossa ejus sicut fistula æris.

79. Cartilago ejus, minus potentes in malitia, quam ii qui ossa nominantur. In Job: Cartilago ejus sicut lamina ferrea.

80. Halitus Zabuli, inspiratio ejus occulta, per quam corda peccatorum amore carnali ardere facit. In Job: Halitus ejus prunas ardere facit.

81. Facies Zabuli, Antichristi adventus, vel aperta ejus malitia: Faciem ejus præcedet egestas.

82. Carnes Zabuli, infirmi quique in corpore ejus valentes peccare. [In Job]: Membra carnium ejus cohærentia sibi.

83. Cauda Zabuli, Antichristus, vel consuetudo peccandi, ubi et supra: Stringit caudam suam, qnasi cedrum.

84. Dormire Zabuli, est in corda reproborum requiescere. In Job: Sub umbra dormit in secreto calami.

85. Pascere Zabuli, in peccatis impiorum delectari. In Job: Huic montes herbas ferunt.

71. Prov. XXIII, 27. — 72. Habac. III, 13.
73. Job XLI, 6.
74. Ib. 5, 9. — 75. Ib. 11.
76. Ib. 10. f. *flamma* et *fumus* ob superiora, in Vulg. *lampades procedunt.*
77. Ib. 20. — 78. Ib. 13. — *fistula veris* A ut C I manu.
79, 80. Ib. 12. — 81. Ib. 13.
82. Ib. 14. Vereor ut decem superiores formulæ, quotquot sunt, a Gregorii *Moralibus* exoriantur. Desinere tamen videntur in formulas græcanicas, τὸ καθεύδειν, τὸ ποιμαίνειν, τὸ νέμειν τοῦ διαβόλου...?
84. Job XL, 16.
85. Ib. 15. Sed totum hoc de Zabulo parergon sapit adventitiam appendicem.

X.

[p. 131] DE METALLIS ET ALIIS, SIVE HIS QUÆ EX EIS FIUNT.

§ I.

1. Aurum, Deus, sicut in Canticis canticorum pro Christo dicitur: Caput ejus, aurum optimum. In Apostolo: Caput autem Christi, Deus.

2. Aurum, spiritalis sensus in Scriptura divina. In psalmo: Posteriora dorsi ejus, in specie auri.

3. Aurum, Ecclesiæ fides. In psalmo: Adstitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato.

4. Aurum, sancti. In Job: Ab Aquilone aurum venit, id est, a populo gentium credentes in Christo. Et in psalmo: Et dabitur ei de auro Arabiæ.

5. Aurum, sapientia, sicut in Exodo, in ornamento sacerdotis, hoc ipsum priore in loco habere præcipitur.

6. Aurum, reprobi quique apud Deum, et apud homines electi, de quibus in Job pro Zabulo dicitur: Sternet sibi aurum quasi lutum. Et in Habacuc: Esca ejus electa.

7. Electrum, Christi Divinitas carni conjuncta. In Ezechiel: Et a lumbis ejus et supra, quasi electrum.

8. Argentum, divina Scriptura, [vel] ipsa historia Legis. In psalmo: Eloquia Domini, eloquia casta, argentum [p. 132] igne examinatum. Et in propheta contra hæreticos: Argentum meum et aurum meum tulistis, et posuistis in delubris vestris.

9. Argentum, oris confessio, sive munditia castitatis. In Exodo: Omnis qui percipit corde, offeret initia Domino, aurum, argentum et aeramentum.

10. Argentum, populus Judæorum In Hieremia: Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit eos.

11. Argentum, sermo prædicationis. In Exodo: Columnæ Tabernaculi deargentatæ esse perhibentur.

X. §. I. Titulus vix extat mutilus in alterutro codice, nec nisi in continua scriptura, intra seriem, epigraphæ vestigia latent. Nam p. 131 C incipit in medio titulo, cujus prior pars librarium nimis festinantem fugerit, ea tantum præpropere scribentem: *et aliis sive his quae ex eis fiunt.* Minime hæsit alter scriba A, sed continua penna, nullo commate spatiove vacuo irretita, absonum commisit hoc: *eisdem et aliis sive his quae ex eis fiunt.* Mesmianus emendavit, nec displicet impeditus græcanicis articulis titulus.

1. Cant. 5, 1; I Cor. XI, 3.

2. Ps. LXVII, 14. — 3. Ps. XLIV, 10.

4. Job XXXVII, 22; ps. LXXI, 15.

5. Exod. XXVIII, 6.

6. Job XLI, 21; Habac. I, 16, sed ibi aurum non memoratur, nisi ἐκλεκτὰ βρώματα sumantur pro *auro mundo, electo.*

7. Ezech. I, 27. — 8. Ps. XI, 7; Joel III, 5.

9. Exod. XXV, 2, 3. — οἷς ἂν δόξῃ τῇ καρδίᾳ καὶ λήψεσθε τὰς ἀπαρχάς... Vulg. *tollant mihi primitias, ab omni homine qui offeret ultroneus, accipietis*, cf. infra 33.

10. Jerem. VI, 30. — 11 Exod. XXVI, 19.

12. Denarius, beatitudinis retributio. In Evangelio: Placito autem facto cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam, id est in exercitium bonæ operationis.

13. Denarii duo, duo præcepta caritatis, vel utrumque Testamentum, hoc est vetus et novum. In Evangelio: Et alio die protulit duos denarios, et dedit stabulario.

14. Drachma, id est denarius, homo ad imaginem Dei factus. In Evangelio: At quæ mulier habens drachmas decem, et perdiderit unam ex eis? Hanc mulierem Sapientiam Patris quidam intellexerunt, alii vero Ecclesiam.

15. Talentum, intelligentiæ [p. 133] donum. In Evangelio: Et uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum.

16. Et in malam partem in Zacharia: Vidi iniquitatem super talentum plumbi.

17. Duo talenta, duo Testamenta Legis, sive intellectus et operatio, ubi et supra.

18. Quinque talenta, quinque libri Legis, ut quidam volunt. Alii autem quinque sensus corporis, per quos exteriora bene subministrantur, ubi et supra.

19. Decem millia talenta, operatio decem præceptorum Legis. In Evangelio: Et oblatus est ei unus qui debebat decem millia talenta.

20, 21. Vitta aurea, futura beatitudo; funis argenteus, vita præsens; ista deficiens, illa succedens. In Salomone: Antequam rumpatur funis argenteus, et recurrat vitta aurea.

21[a]. Circuli aurei, spiritales in Scripturis circuitus intelligentiæ. In Exodo.

22. Thesaurus, Christus, sive desiderium patriæ cœlestis. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum homini qui invenerit thesaurum in agro.

23. Thesaurus, corda sapientium. In Salomone: Thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientium.

24. [p. 134] Gazophylacium, corda sanctorum sapientium, divitiis plena. In Ezechiele.

25. Thesaurizatio, bonis operibus repositio in Deum. In Evangelio: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo.

26. Et in malam partem, in Apostolo: Thesaurizas tibi iram in die iræ.

27. Ærugo, avaritia. In Evangelio: Nolite vobis thesaurizare thesauros in terra, ubi ærugo et tinea demolitur.

28. Crystallum, baptismus. In Apocalypsi: Flumen aquæ vivæ tanquam crystallum.

29. Crystallum, duritia peccatorum. In psalmo: Qui emittit crystallum suum sicut frusta panis.

30. Vitrum, donum baptismi. In Apocalypsi: Et ante sedem tanquam mare vitreum perlucidum.

12. Matth. XX, 2, cum insolenti varietate, quam refugit A: *conventione autem facta* cum Vulg. Græcum est συμφωνήσας δὲ μετὰ τῶν ἐργατῶν. — 13. Luc. X, 35.

14. Luc. XV, 8. — 15. Matth. XXV, 15.

16. Zach. V, 7, 8, sed memoriter.

19. Matth. XVIII, 28. — *Decem millia* A, C semel et iterum.

20. Eccle. XII, 6.

22. Matth. XIII, 44. *invento qui invenerit* C.

23. Prov. XXI, 20, omnino cum LXX, excepto σοφοῦ. — 24. Exech. XL, 17 et passim.

25. Matth. VI, 20. — *boni operis* A, sed C græcizat. ἡ τοῖς καλοῖς ἔργοις ἀποθήκη.

26. Rom. II, 5. — 27. Matth. VI, 19.

28. Apoc. XXII, 10.

29. Ps. CXLVII, 17. — *sicut frustra* C.

30. Aeoc. IV, 6.

31. Lampades, corda sanctorum splendida, et scientiæ lumine fulgida. In Cantica canticorum : Lampades ejus, lampades ignis atque flammarum.

32. Æs, Scripturæ divinæ. In Esaia : Pro ære afferam aurum, et pro ferro argentum ; et pro lignis, æs. Et in Deuteronomio, [p. 135] propter terram repromissionis, quæ est Ecclesia : Cujus lapides ferrum sunt, et de cujus montibus, id est doctoribus, æris metalla fodiuntur.

33. Æs, patientiæ fortitudo, vel sonus prædicationis, ut quidam volunt. In Exodo : Omnis qui percipit corde, afferat Domino aurum, argentum et æramentum.

34. Æs, fortes Ecclesiæ, patientiæ longanimitate rigidi, sicut in Job : Lapis solutus calore in æs vertitur.

35. Item ibi pro Antichristo : Reputabit ferrum ut paleas, et æs ut lignum putridum.

36. Æs, murmuratores in flagellis Dei. In propheta : Omnes isti conversi sunt mihi in scoriam argenti, et in medio fornacis æs, stamnum et plumbum.

37. Aurichalcum, apostoli vel cæteri fortes, igne tribulationis probati. In Apocalypsi : Pedes ejus sicut aurichalci, quasi in camino ardenti.

38. Stamnum, simulatio sanctitatis. In propheta : Omnes isti conversi sunt mihi in scoriam argenti, æs, stamnum et plumbum.

39. Plumbum, pondus peccati. In Zacharia : Vidi iniquitatem super talentum plumbi.

40. [p. 136] Æs, vanitas vel inanitas fidei. In Apostolo : Factus sum velut æs sonans aut cymbalum tinniens.

41. Scoria, populus Judæorum, vel reprobi omnes a naturali metallo per vitium peccati separati ac projecti. In propheta : Omnes isti conversi sunt in scoriam argenti.

42. Fornax, calor tribulationis. In Salomone : Vasa figuli probat fornax, et homines justos tentatio tribulationis.

43. Et alia parte, fornax, supplicia peccatorum.

44. Ferrum, fortes quique in Ecclesia. In Job : Ferrum de terra tolletur. Et in Deuteronomio : Cujus lapides ferrum sunt. Item ibi pro Ecclesia : Ferrum et æs calceamentum ejus.

45. Ferrum, tribulatio vitæ præsentis. In Psalmo : Ferrum pertransivit animam ejus.

46. Ferrum, acumen mentis. In Salomone : Ferrum ferro exacuetur, et homo exacuet faciem [amici sui].

47. Ferrum, sermo increpationis. In Deuteronomio : Si quis abierit cum amico suo simpliciter in silvam ad ligna cædenda, et ferrum de manu ejus exierit, et amicum ejus occiderit.

48. [p. 137] Ferrum, insidiæ amici. In Salomone : Sicut ferrum, æruginat malitia illius.

31. Cant. VIII, 6.
32. Is. LX, 17 ; Deuter. VIII, 9.
33. Exod. XXXV, 5. cf. supra 9.
34. Job XXVIII, 2. — 35. Job XLI, 18.
36. Ezech. XXII, 18. *In scorum* sic C, dein *aes*, *stagnum*.
37. Apoc. I, 15. — *sicut aurichalci*, A, C ita, et recte pro Græcis, qui genitivo post ὡς utuntur.
38. Ezech. XXII, 18. — 39. Zachar. V, 7, 8.
40. I Cor. XIII, 1. — 41. cf. 36.
42. Eccli. XXVII, 6.
44. Job XXVIII, 2 ; Deuter. VIII, 9, XXXIII, 25.
45. Ps. CIV, 18.
46. Prov. XXVII, 17. *exacuerunt* A. — *faciem inimici sui* A ex C, sed qui tantum habuit *inimi*, nec plus.
47. Deuter. XIX, 5. *sermo praedicationis* A.
48. Eccli. XII, 10, cum gravi varietate.

§ II.

1. Faber, Deus per hoc [quod] omnem fabricam cœli et terræ operatus est. In Evangelio: Nonne hic est fabri filius?

2. Fabri, sancti prædicatores. In Regum: Porro faber ferrarius non inveniebatur in Israel.

3. Fabri, regna gentium, a quatuor mundi partibus populum Israel vel cæteros humiles servitutis pondere deprimentes. In Zacharia: Et eccce quatuor fabri.

4. Gladius, verbum Dei, et severitas Legis atque prophetarum. In Apocalypsi: Et gladius egrediebatur de ore ejus, id est verbum Domini.

5. Gladius, vis amoris Dei. In Evangelio: Non veni pacem mittere, sed gladium.

6. Gladii in manibus sanctorum, testimonia Scripturæ divinæ ex utroque Testamento Legis in examine producta. In psalmo: Et gladii bis acuti in manibus ejus. Et in Apostolo: Et gladium spiritus [quod est verbum Dei].

7. Gladii duo, duo Testamenta Legis. In Evangelio secundum Lucam: Domine, ecce gladii duo hic.

8. Gladius, hæreticorum [p. 138] prædicatio. In Salomone: Quæ pro dentibus gladios habet. Et in Evangelio: Omnis qui percusserit in gladio, gladio morietur.

9. Gladius, seductio Diaboli. In psalmo: Qui liberas David, servum tuum, de gladio maligno.

10. Gladius, damnatio sempiterna. In Job: Si multiplicati fuerint filii ejus, id est, hæreticorum in gladio erunt.

11. Gladius, judicium Dei. In Hieremia: A facie gladii columbæ unusquisque ad populum suum convertetur.

12. Gladius vindicta, vel sermo Domini. In Apostolo: Vivus enim est Dei sermo et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti.

§. II. In solo C titulus importunus hic ponitur *De instrumentis bellicis et militia*, quæ epigraphe tota in A et alibi desideratur. Neutro tamen deest insignior ab initio littera. Sed in utroque hoc initium pervertitur; habet enim: *Faber*, *Deus*, *pro hoc omnem fabri*... loco vacuo, et pergit A: *et terra operatus est*, quæ C in margine reposuit. Sed ut otioso titulo locus fieret, erasa fuisse ea quæ prius recepta erant, membrana offensa testatur.

1. Matth. xiii, 55. — 2. i Reg. xiii, 19.

3. Zach. i, 20. *Regna... deprimentes* A et C, prima quidem manu, ob græcam feminin. vocem βασιλεῖαι. Frustra vetus quidam διορθωτὴς in C corr. supra lineam *reges gentium;* minus enim sibi constans idem mox super inferiorem lineam reposuit *deprimentia*. Frustra quoque et multo ineptius priscus quidam in A pro *regna* invenit *regina*. Quæ quidem ἀσύντακτα non temere, sed anxie boni veteres notarii expiscati sunt, ambigentes undecumque se vado hellenismi expedirent. — 4. *Gladium* bis C. Apoc. i, 16.

5. Matth. x, 34.

6. *Perducta* C. Ps. cxlix, 6, cum lxx: ῥομφαίαι δίστομοι. Ephes. vi, 17.

7. Luc. xxii, 38. *Duae Testamenta* C. An *duae* propter διαθῆκαι? Neque obstat dictio *Legis*, quasi *unius* Testamenti, cum fort. ut alibi, legendum sit *Legis et Evangelii*. Cæterum multa id vetustate non caret; quod Noster sæpius Evangelium vel novum Testamentum *Legem* vocavisse videtur. cf. vii, 48; ix, § i, 13; x, § i, 17, quem locum in primis respice.

8. Prov. xxx, 14; Matth. xxvi, 52, conflata cum Apoc. xiii, 10. — *quae procedentibus* A.

9. Ps. cxliii, 10. *Liberasti* A.

10. Job xxvii, 14. — 11. Jerem. xlvi, 16.

12. Hebr. iv, 12.

13. Romphæa, idem quod et supra.

14. Machæra, sermo dolosus, insidiis plenus. In psalmo: Filii hominum, dentes eorum arma et sagittæ; et lingua eorum, machæra acuta.

15. Framea, ultio divina in impio. In psalmo: Effunde frameam, et conclude adversus eos.

16. Et in aliam partem: Eripe a framea animam meam.

17. Arcus, evangelicus sermo. [In Genesi]: Sedit in forti arcus ejus, id est Domini. Et in Apocalypsi: Datus est ei [p. 139] arcus [intentus].

18. Arcus, comminatio divina. In psalmo: Tetendit arcum suum, donec infirmentur.

19. Arcus, hæreticorum dogma. In psalmo: Quia ecce peccatores tetenderunt arcum suum.

20. Arcus, insidiæ Diaboli. In psalmo: Arcum suum tetendit, et paravit illum, et in eo paravit vasa mortis.

21. Sagitta, Dominus Jesus Christus, corda fidelium electorum suorum salubriter vulnerans. In Esaia: Sicut sagittam electam, abscondit me in pharetra sua.

22. Sagitta, præcepta divina. In psalmo: Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum, hoc est apostolorum. Et alibi: Misit sagittas suas, et dissipavit eos.

23. Sagittæ, insidiæ inimici, sive sermo hæreticorum. In Hieremia: Sagitta vulnerans, lingua inimici.

24. Sagittæ, inspirationes Diaboli. In psalmo: Sagittas suas ardentibus effecit.

25. Funda, Ecclesia, sicut in Job pro Antichristo dicitur: In stipulam versi sunt ei omnes lapides fundæ. Et in Zacharia: Subjicient in lapidibus fundæ.

26. Scutum, protectio divina. In psalmo: [p. 139] Apprehende arma et scutum, et exurge in adjutorium mihi.

27. Scutum, fides. In Apostolo: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissima extinguere.

28. Scutum, obduratio cordis, vel peccati defensio. In Hieremia: Dabis eis, Domine, scutum cordis, laborem tuum.

29. Clypei, testimonia Scripturæ divinæ. In Canticis canticorum: Mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

30. Lorica, opera justitiæ adversus peccatum. In Apostolo: Induti loricam justitiæ.

31. Et in malam partem, in Ezechiel, adversus Gog: Omnes scutati et loricati.

32. Galea, spes salutis. In Apostolo: Et galeam salutis.

33. Arma, protectio divina, et adjutorium ejus in sanctos. In psalmo: Apprehende arma et scutum.

14. Ps. LVI, 5, omnino ut psalt. S. Germ. μάχαιρα ὀξεῖα.

15. Ps. XXXIV, 3. — 16. Ps. XXI, 21.

17. Gen. XLIX, 24. Vix alius locus erit in Apoc. VI, 2. Sed omnia vexata in codd. qui om. *in Genesi*, legunt *in forte*, tum in fine habent *datus est ei arcus intentio Domini*, sic C, solus A *arcus*, *id est Domini*.

18. Ps. LVII, 8. — *infirmetur* C.

19. Ps. X, 3. — 20. Ps. VII, 13, 14.

21. Is. XLIX, 2. — 22. Ps. LXIII, 8; XVII, 15.

23. Jerem. IX, 8. — 24. Ps. VII, 14.

25. Job XLI, 19; Zach. IX, 15.

26. Ps. XXXIV, 2.

27. Eph. VI, 16. — *nequissimi* A.

28. Thren. III, 65. — 29. Cant. IV, 4.

30. Eph. VI, 14. — 31. Ezech. XXXVIII, 5.

32. Eph. VI, 17. — 33. Ps. XXXIV, 2.

34. Arma, opera justitiæ adversus Diaboli vitia. In Apostolo: Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere.

35. Arma, opera peccati, vel Diaboli insidiæ. In psalmo: Arma et scuta comburet igni.

36. Bella vel pugnæ, certamen adversus nequitias spiritales, vel adversus vitia conflictus. In Apostolo: [p. 141] Sic pugno, non quasi aerem verberans.

37. Bella, certamen Diaboli adversus sanctos. In Hieremia: Et bellabunt adversum te, et non prævalebunt.

38. Pax, Christus. In Apostolo: Ipse est pax nostra, qui fecit utraque unum.

39. Pax, carnis atque spiritus concordia in bonum. In psalmo: Rogate quæ ad pacem sunt Hierusalem.

40. Et in aliam partem, pro Judæis et hæreticis, in Deuteronomio: Non loqueris ei pacifica omni tempore.

41. Victoria, de Diabolo vel adversariis triumphus. In Apostolo: Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam.

42. Bravium consummatorum, præmium meritorum. In Apostolo: Ad destinatum persequor bravium supernæ vocationis.

43. Corona, æternæ gloriæ pro justitia merces. In Apostolo: De reliquo reposita est mihi justitiæ corona.

44. Castra, conventus Ecclesiæ. In Deuteronomio: Homo qui nocturno polluitur somno; hoc est cogitatione, egredietur foras de castris.

45. Castra, Ecclesiæ protectio, vel fidelium erga suos custodia. In Cantica canticorum: Pulchra ut luna, electa ut sol, terribilis ut castrorum acies ordinata.

46. [p. 142] Munitiones, virtutum defensio adversus Diabolum vel vitia. In Ezechiel: Et pones in ea munitiones.

47. Agger, cumulus tentationum, ubi et supra: Ordinabis adversus eam aggerem.

48. Arietes, tentationum stimuli, vel persecutionis impetus, ubi et supra: Et pones arietes in gyro.

49. Malleus, Diabolus, ab humano genere percutiendo. In Hieremia: Quomodo contritus et confractus est [malleus] universæ terræ?

50. Malleus, tribulatio vitæ futuræ, sicut in libro Regum, propter templum, quod in typo Ecclesiæ ædificatum est, a Salomone dicitur: Malleus et securis non sunt audita in ea.

34. Eph. VI, 13. — 35. Ps. XLV, 10.

36. I Cor. IX, 26. — 37. Jerem. I, 19.

38. Eph. II, 14. Quis paululum non requiesceret in hæc ephymnia veterum sanctorum, toties cum Christi monogrammate aut tessera piscis vel columbæ exculpta, depicta, deosculata?

39. Ps. CXXI, 6.

40. Nihil habeo nisi quod notavi in Spicil. III, p. 320, n. 6: « Ita codd. 5, sed re ipsa mendose, nisi me omnino locus Deuter. fugerit. »

41. I Cor. XV, 57.

42. *Bravium consummatorum*, τὸ βραβεῖον τῶν τελουμένων μαρτύρων, neque putem aliter esse dividendam periodum, sed statim recole quæ supra in VI, § III, 6.

43. II Tim. IV, 8. — 44. Deuter. XXIII, 10.

45. Cant. VI, 9.

46-48. Ezech. IV, 2.

49. *Ab humano genere percutiendo*, pura puta græcorum verba: ἀπὸ τοῦ τὸ ἀνθρώπινον γένος τύπτειν. Jerem. L, 23.

50. III Reg. VI, 7.

51. Mallei, comminationes divinæ adversus peccatores. In Hieremia: Nonne verba mea sunt sicut ignis, et sicut malleus, conterens petras?

52. Mallei, flagella peccatorum. In Salomone: Mallei stultorum [corpora] percutientes.

53. Incus, obturatio Diaboli. In Job: Cor ejus indurabitur sicut lapis, et stringetur quasi malleatoris incus.

54. Forcipes, utrumque instrumentum Legis, alterutrum se continens. [p. 143] In Esaia: Et in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari.

55. Securis, sæculi hujus tribulatio, vel persecutio sanctorum. In psalmo: Securibus exciderunt januas ejus.

56. Ascia, pravorum persecutio. In psalmo: Bipenne et ascia dejecerunt eam.

57. Bipennes, gemina afflictio, ubi et supra.

58. Uncinus, supplicium peccatorum, delicta deorsum trahens. In Amos: Quid tu vides, Amos? uncinum pomorum.

59. Uncini, divina testimonia, peccatores sub spe retinentes. In Exodo.

60. Clavi, acuta sanctorum prædicatio, corda hominum figentes. In Salomone: Verba sapientium ut stimuli, et quasi clavi in altum defixi.

61. Falces, prædicatio sanctorum, superflua ferentes, perquam necessaria relinquentes. In Esaia: Conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in falces.

62. Falces, succisio carnis per mortem, vel ipsa Divinitas circumplectens omnia atque dijudicans. In Joel: Mittite falces, et vindemiate vineam terræ, quia maturæ sunt uvæ. Et in Apocalypsi [p. 144]: Et habebat in manu falcem acutam.

63. Vomeres et ligones, prædicationes hominum terram exarantium. In propheta: Conflabunt gladios suos in vomeres, et lanceas suas in ligones.

64. Sarculus, idem quod supra. In Esaia: Omnes montes qui in sarculo sarriuntur.

65. Arare vel fodere, prædicationis opus exercere. In Evangelio: Domine, dimitte illam et hoc anno, usque dum fodiam circa illam. In Deuteronomio: Non arabis in bove et asino; [huic loco sententia illa de libro Job congruit: Boves arabant, et asini pascebantur].

66. Circulus, circuminspectio sanctorum, adversus insidias Diaboli divinitus inspirata. In Job: Numquid pones circulum in naribus ejus?

51. Jerem. XXIII, 29.

52. Prov. XIX, 29. — 53. Job XLI, 15.

54. *Alterutrum se continens,* tam latine quam græce elegans. Is. VI, 6.

55-57. Ps. LXXIII, 6.

57. *Bipenne* C, ex loco 56 superiore; *Bipennae* A. — 58. Amos VIII, 2.

59. Exod. XXVIII? Nota *testimonia... retinentes*, ob μαρτυρίαι ut supra.

60. *figentes*, alia constructio græca κατὰ τὸν νοῦν. Eccle. XII, 11.

61. *praedicatio... ferentes*, idem prorsus κατὰ νοούμενον iterum, *perquam* μάλιστα. — Is. II, 4.

62. *Ipsa Divinitas.* cf. I, 1; IX, §. 2, 28. Joel III, 13; Apoc. XIV, 14. Mitto raras varietates quæ passim in Nostro occurrunt.

63. In A et C similiter: *terra et exarandum.* Olim ex Clarevallensi emendavi ut nunc, quod erit de prædicatione apostolorum, hominum rusticorum. Quid vero voluit O, dum notavit se locum ex Mesmiano sic restituisse: *praedicationes hominum terrae exarandum?*

64. Is. VII, 25.

65. Luc. XIII, 58; Deuter. XXII, 10; Job I, 14. At uncinis inclusa fortasse e margine aliunde migrarunt. Sed cf. p. 92, 24.

66. Job XL, 21. — Nota *circuminspectio*, quæ esset περιεπίσκεψις.

67. Armilla, circumplectens genus humanum misericordia divina, per quam misericordiam non sinet perire quos prædestinavit ad vitam. In Job: Et armilla perforabis maxillam ejus.

68. Cophinus, tribulatio vitæ præsentis. In psalmo: Manus ejus in cophino servierunt.

69. Cophini, duodecim apostoli. In Evangelio: Et sustulerunt duodecim cophinos plenos.

70. Stercus, sacrificia [p. 145] Judæorum. In Ezechiel: Facta sunt morticina eorum, sicut stercus in medio platearum.

71. Stercus, recordatio peccatorum, delinquentibus ad cordis radicem apposita. In Evangelio: Usque dum fodiam circa illam, et mittam cophinum stercoris.

72. Stercus, peccata luxuriæ. In Joel: Computruerunt jumenta in stercore suo.

73. Stercus hominis, odor teterrimus peccatorum, siquidem omne peccatum fætida res est. In Ezechiel: Stercus quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum.

74. Funis, fides Trinitatis. In Salomone: Funis triplex non rumpetur.

75. Funes, populi fideles in Trinitatis fide contexti. In psalmo: Funes ceciderunt mihi in præclaris.

76. Funes, prolongatio peccatorum. In Esaia: Væ qui trahitis iniquitates, in funiculis vanitatis.

77. Ignis, Deus. In Exodo: Deus noster ignis consumens est. Et in Malachia: Ipse quasi ignis conflans.

78. Ignis, caritas. In Evangelio: Ignem veni mittere in terram.

79. Ignis, tribulatio vitæ præsentis. [p. 146] In psalmo: Transivimus per ignem et aquam.

80. Ignis, ira Dei in peccatores. In Deuteronomio: Consumam eos in ignem iræ meæ.

81. Ignis, voluntas peccandi. In Malachia: Omnes adulterantes, sicut clibanus corda eorum.

82. Ignis, cupiditas sæculi. In psalmo: Cecidit ignis super eos, et non viderunt solem.

83. Ignis, iracundia cordis. In Evangelio: Miserere, Domine, filio meo, quia lunaticus est, et male patitur, et sæpe cadit in ignem, crebro autem in aquam, quod intelligitur luxuria carnis.

84. Carbones, caritatis ignis, aut exemplorun vel pœnitentiæ. In psalmum: Cum carbonibus desolatoriis. Et in Apostolo: Carbones ignis congeres super caput ejus.

85. Carbones, corda hominum, caritatis igne accensa. In psalmo: Carbones succensi sunt ab eo.

86. Carbones, corda reproborum flatu diabolicæ inspirationis, carnali cupiditate ardentia. In Job: Halitus ejus, hoc est Diaboli, prunas ardere facit.

67. Græco conceptu subauditur *Deus non sinet.* Job XL, 21.

68. Ps. LXXX, 7. — 69. Marc. VI, 43.

70. Is. V, 25, male *Ezech.*

71. Luc. XIII, 8. — 72. Joel. I, 17.

73. Ezech. IV, 12.

74. Eccle. IV, 12.

75. Ps. XV, 6. — 76. Is. V, 18.

77. Pro *Exodo*, Deuter. IV, 24; Malach. III, 2. — *in Malitia: Ipse* A.

78. Luc. XII, 49. — 79. Ps. LXV, 12.

80. Locus Deuter. hactenus fugit.

81. Osee VII, 4. male *Malach.* neque omnia Oseæ quadrant.

82. Ps. LVII, 9. — 83. Matth. XVII, 14.

84. Ps. CXIX, 4; Rom. XII, 20.

85. Ps. XVII, 9.

86. Job XLI, 12. *Et carnali* A, græca involvuntur, ut in seqq. 87, *Corda a calore... extincta...* 88, et *vel prius comminatio.*

87. Carbones, corda reproborum [p. 147 A] a calore fidei vel caritatis extincta. In Hieremia : Denigrata est facies eorum super carbones.

88. Fumus, initia compunctionis futuræ, vel prius comminationis Dei. In Job : Ascendit fumus in ira ejus.

89. Fumus, vanitas, vel tentatio Diaboli. In Job : De naribus ejus fumus procedit. Et in Salomone : Sicut fumus oculis noxius.

90. Fumus, superbia, sive hominum vanitas. In psalmo : Defecerunt sicut fumus dies mei.

91. Fumus, cæcitas impiorum ; unde et Dominus in monte Sinai in igne et fumo visus est, quia per ignem inluminat electos, per fumus vero excæcat impios

92. Cinis, peccatores. In Ecclesiastico : Quid superbis, terra et cinis?

93. Cinis, similitudo pœnitentiæ. In Job : Idcirco ego me reprehendo, et ago pœnitentiam in favilla et cinere.

94. Olla, generis prosapia, ut quidam voluit. In psalmo : Moab olla spei meæ, propter Ruth.

95. Olla, damnatio sempiterna. In Joel : Vultus redigentur in ollam.

96. Olla, plebs judaica, cupiditate carnali accensa. In Hieremia : Ollam accensam ego video.

97. Olla, præsens mundus, [p. 148 A] vel genus humanum, sive quælibet anima peccatrix igni tribulationis apposita. In Ezechiel : Pone ollam super prunas vacuam, donec incalescat æs ejus.

98. Sartago, tribulatio vitæ præsentis. In psalmo : Et ossa mea, id est fortes Ecclesiæ, sicut in frixorio confrixa sunt.

99. Sartago, zelus rectitudinis adversus peccata, et compassio [fraternæ] infirmitatis. In Exechiel : Et tu, fili hominis, pone sartaginem inter te et civitatem. De hac sartagine Apostolus loquitur : Quis scandalizatur, et ego non uror?

100. Mortariola, sanctorum martyrum in passione labor et tributatio dura. [In] Exodo.

87. Thren. IV, 8. Iterum græcanica.
88. Ps. XVII, 9, male *Job*.
89. Job XLI, 11; Prov. X, 26.
90. Ps. CI, 4. — 92. Eccli. X, 9.
93. Job XLII, 6.
94. Ps. LIX, 10. — fort. *volunt*.
95. Joel II, 6. — 96. Jerem. I, 13.
97. Ezech. XXIV, 3.
98. Ps. CI, 4. Eadem versione utitur Missale Rom. in XLma cum Mozar.
99. Ezech. IV, 13; II Cor. XI, 29.
100. Potius in Num. VII, aut XX etc.

XI.

[DE AVIBUS]

1. Aves, sancti, quod ad superiora corde evolant. In Evangelio : Et facit ramos magnos, ita ut possint sub umbra ejus aves cœli habitare.

XI. Titulum expectaveris quem tamen nullus codex, sive vacuo spatio, sive rubro lemmate, sive ornata a capite littera suspicari concedit. Sunt tamen integri libelli de hac peculiari vocum re allegorica ubivis circumlati.

1. *Aves, sancti.* Inde denso erumpunt agmine

2. Aves, dæmones. In Apocalypsi: Omnibus avibus, quæ volatis per medium cœlum, venite ad cœnam magnam Dei, ut manducetis carnes regum, et cætera. Et in Salomone: Qui innititur mendaciis, hic pascit [147 B] ventos. Idem autem ipse sequitur aves volantes.

3. Volucres, angeli, sicut in Job, pro origine sapientiæ dicitur: Volucribus cœli latet; id est, nec ipsis angelis cognita est.

4. Volucres, dæmones. In Evangelio: Volucres cœli nidos habent. Item ibi pro semine verbi: Et volucres comederunt illud.

5. Volucres, homines superbi. In psalmo: Oves et boves universas, insuper et pecora campi, volucres cœli et pisces maris.

6. Volatilia, apostoli, vel omnes sancti. In Evangelio: Tauri mei et volatilia mea occisa sunt, id est patres novi et veteris Testamenti.

7. Avis, Salvator, unde in Job pro Judæa, quæ in eum creditura non erat, dicitur: Viam ignoravit avis.

8. Avis, plebs judaica. In propheta: Facta est Sion sicut avis volans. De hac plebe figuraliter in Deuteronomio præcipitur: Si ambulaveris per viam, et in arbore et in terra nidum avis inveneris, et matrem pullis vel ovis desuper incubantem, non tenebis [p. 148 A] eam cum filiis: sed abire patieris, captos tenens filios. Quod de apostolis intelligitur, quia ex eadem plebe pro Christo Domino assumpti sunt, illa vero relicta.

9. Avis, Diabolus. In Job: Numquid illudes ei quasi avi?

10. Volatus, sanctorum ad Deum ascensus vel in Scripturis intellectus. In psalmo: Volabo, et requiescam.

11. Alæ duæ, duo Testamenta. In Ezechiel: Unumquodque duobus alis velabat corpus suum.

12. Alæ sex, prædicatio divina per utrumque Testamentum in hoc mundo, qui in sex diebus factus est, adnuntiata. In Esaia: Sex alæ uni, et sex alæ alteri.

13. Alæ duæ, duo Testamenta, ut superius, vel duo præcepta caritatis, sive duo prophetæ, qui in secundo adventu venturi, Ecclesiæ solatium erunt. In Apocalypsi: Datæ sunt mulieri alæ duæ.

14. Alæ, superbia, sicut in Job pro hæretico dicitur: Cum tempus advenerit, in altum alas erigit.

15. Pennæ, Scripturæ divinæ. In psalmo: Pennæ columbæ deargentatæ.

tot monumenta veterum Christianorum, sive *sanctorum*, aviculis constipata. — *ad superiora corda* C, A, decepti adverbio τὰ ἄνω indefinite. Marc. IV, 32.

2. Apoc. XIX, 17, 18, quibuscum adde: *Clamavit, dicens omnibus* etc., quin tamen intelligas infinitam phrasin transire in directam, hellenica licentia. — Prov. X, 4. *aves voluntatis* A, C.

3. Græcus auctor suo certe ordine posuit ὄρνιθες, πτηνά, πετεινά, στρουθία, quæ interpres vel invitus tumultuose commiscuit, ac nisi fuisset interpres, secus egisset. — *volucres coeli* A. Præstat C *volucribus:* ἀπὸ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ ἐκρύβη, Job XXVIII, 21.

4. Luc. IX, 58; VIII, 5. — 5. Ps. VIII, 9.

6. Matth. XXII, 14. — 7. Job XXVIII, 7.

8. Is. XVI, 2. cum LXX; Deuter. XXII, 6, 7.

9. Job XL, 24.

10. Ps. LIV, 7.

11. Ezech. I, 23. — 12. Is. VI, 2.

13. Apoc. XII, 14. — 14. Job XXXIX, 18.

15. Ps. LXVII, 14.

16. Pennæ, animæ sanctorum, vel virtutes eorum. In psalmo: Et volavit, volavit [p. 149] super pennas ventorum. Et alibi: Si sumpsero pennas meas ante lucem.

17. Nidus, Ecclesia, aut requies excelsa [in] sanctis. In psalmo: Et turtur nidum, ubi reponat pullos suos.

18. Aliter nidus, bona conscientia, in qua bonarum cogitationum fetus foventur, atque in opera pariuntur.

19. Ovum, fides, ut quidam volunt. In Evangelio: Aut quis ex vobis, patrem si petierit ovum, numquid porrigit illi scorpionem?

20. Ova, hæreticorum discipuli. In Job: Relinquet ova sua in terra.

21. Item ova, prædicatio eorum, id est hæreticorum. In Esaia: Qui comederit de ovis eorum, morietur.

22. Pulli, sancti. In psalmo: Et turtur nidum, ubi reponat pullos suos. Et alibi: Et pullis corvorum invocantibus eum, id est fideles de infidelibus gentibus.

23. Pulli, dæmones. In Salomone: Et comedent eum filii aquilæ.

24. Aquila, Dominus. In Deuteronomio: Sicut aquila protegit nidum suum, suscepit eos.

25. Aquila, Divinitas Filii Dei. In Salomone: Tria sunt difficilia mihi, et quartum penitus [p. 150] ignoro, viam aquilæ in cœlo.

26. Aquilæ, sancti. In Job: Numquid ad præceptum tuum elevabitur aquila, et in arduis ponet nidum sibi? Et in Evangelio: Ubicumque fuerit corpus, illuc congregabuntur et aquilæ.

27. Pulli aquilæ, fideles in Ecclesia. In Job: Pulli ejus sanguinem linguent, id est sacramenta passionis Domini.

28. Aquila, Diabolus vel Antichristus. In Ezechiel: Et ecce aquila una grandis.

29. Aquila, gens impia, vel civitas in aliorum deprædatione decurrens, ubi et supra, et per Michæam contra Samariam dicitur: Dilata sicut aquila calvitium tuum.

30. Accipiter, sanctus, regnum Dei rapiens. In Job: Numquid in sapientia tua plumescit accipiter?

31. Et in aliam partem, rapaces, ob hoc quod in Lege ab esu fidelium prohibetur, sicut aquila.

32. Herodius, sanctus. In Job.

33. Vultur, populus Judæorum. In Job: Nec intuitus est eam, [id est Sapientiam Patris], oculus vulturis.

34. Vultur, peccator, prædam de aliena morte quærens. In Levitico: Vulturem et similes eis ne comedas.

16. Ps. XVII, 11; CXXXVIII, 9.
17. Ps. LXXXIII, 4. — 19. Luc. XI, 12.
20. Job XXXIX, 14. — 21. Is. LIX, 5.
22. Ps. LXXXIII, 4; ps. CXLVI, 9.
23. Prov. XXX, 17.
24. Deuter. XXXII, 11, cf. LXX interpr.
25. Prov. XXX, 18, 19.
26. Job XXXIX, 17; Matth. XXIV, 28.
27. Job XXXIX, 30. — 28. Ezech. XVII, 3.
29. Mich. I, 16. — *aliorum deprecatione* A, C ex uncialibus. — 30. Job XXXIX, 26.
31. Levit. XI, 16. — *habes fidelium* A.
32. Job XXXIX, 13. — 33. Job XXVIII, 7.
34. Levit. XI, 14. — *ejus similes* A.

35. Struthio, hæreticus, vel [p. 151] philosophus; quod quasi cum pennis sapientiæ tantum evolat. In Esaia: Et erit cubile draconum, id est dæmonum, et pascua struthionum. Et in Job: Penna struthionis similis est [pennis] herodii et accipitri.

36. Pellicanus, Dominus Christus in passione. In psalmo: Similis factus sum pellicano in solitudine.

37. Nycticorax, Christus, vel vir sanctus, infidelibus despicabilis. In psalmo: Factus sum sicut nycticorax in domicilio.

38. Milvi, rapaces, aut elati. In Esaia. Illuc congregati sunt milvi alter [ad] alterum.

39. Corvus, Christus, in membris suis, hoc est sanctis. In Canticis canticorum: Comæ ejus sicut elatæ palmarum, nigræ quasi corvus.

40. Corvus, sanctus prædicator. In Job: Quis præparat corvo escam suam, quando pulli ejus clamant vagantes?

41. Corvus, nigredo peccati, vel infidelitatis. In psalmo: Et pullis corvorum invocantibus eum.

42. Corvus, peccatoris ad pœnitentiam tarditas, et vana spes de die in diem differentis. In Sophonia: Vox cantantis in fenestra, corvus in superliminaribus ejus.

43. Corvus, Diabolus, vel dæmones. [p. 152] In Salomone: Effodiant eum corvi de torrentibus.

44. Perdix, Diabolus. In Hieremia: Clamavit perdix; congregavit quæ non peperit.

45. Noctua, homines veritatis lucem fugientes, et peccatorum tenebras diligentes. In Levitico hæc avis [vesci prohibetur].

46. Cycnus, cervicis altæ superbia, ubi et supra.

47. Bubo, tenebris peccatorum deditus, et lucem fugiens. In Levitico.

48. Vespertiliones, idolorum monstra tenebris dedita. In Esaia: Ut adorent talpas [et] vespertiliones.

49. Mergus, homo luxuriosus, libidini carnis semper intentus. In Levitico.

50. Gallus, Christus, vel apostoli. In Salomone: Gallus succinctus lumbos. Et in Job: Quis dedit gallo intelligentiam.

51. Gallus, sacerdotium Judæorum. In Esaia: Et asportari te faciet Dominus, sicut asportatur gallus gallinaceus.

52. Gallina, sapientia, sive Ecclesia, vel anima fidelis. In Evangelio: Sicut gallina congregat pullos suos sub alis suis.

53. Columba, Deus. In Hieremia: A facie gladii columbæ, unusquisque ad populum suum convertetur, et singuli ad terram [p. 153] suam confugient.

35. Is. XXXIV, 13. — *tantum* om. A. Job XXXIX, 13. — 36, 37. Ps. CI, 7. — 38. Is. XXXIV, 15.
39. Cant. V, 11. — 40. Job XXXVIII, 41.
41. Ps. CXLVI, 9.
42. Sophon. II, 14. — *Differentia* A, C, an pro *differentis*, vel ob græca? — 43. Prov. XXX, 17.
44. Jerem. XVII, 11, optime cum LXX.
45. Levit XI, 16. — *avis vesper habet*. C. *vesperum habet* A. Quis extuderit, sine Mesmiano?
46. Levit. XI, 18.
47. Ib. 17. *Buvo* A, C, ut paulo ante *bagantes*, ex ore nimium germanico. — *peccator* A.
48. Is. II, 20. — 49. Levit. 17.
50. Prov. XXX, 31; Job XXXVIII, 36.
51. Is. XXII, 17. — 52. Matth. XXIII, 37.
53. Jerem. XLVI, 16.

54. Columba, Spiritus sanctus. In Evangelio: Et vidit Spiritum Dei descendentem, sicut columbam super illum.

55. Duæ pennæ columbæ, duo Testamenta Legis. In psalmo: Pennæ columbæ deargentatæ.

56. Columba, Ecclesia propter simplicitatem cordis. In Canticis canticorum: Columba speciosa, auro gemmisque præcincta.

57. Columbæ, apostoli. In Esaia: Qui sunt isti, qui ut nubes volant, et quasi columbæ ad fenestras suas?

58. Columba, Judæa. In Sophonia: Provocatrix columba non audivit vocem.

59. Columba, simplicitas mentis. In Levitico.

60. Columbæ, simplices et stulti. In Osee: Ephraim, columbæ seductæ non habens cor.

60.[a] Duo pulli columbarum, duplex pœnitentium lamentum. In Levitico: Si autem non valuerit manus ejus offerre pecus, offerat duos turtures vel duos pullos columbarum.

61. Turtur, Spiritus sanctus, aut intelligentia spiritalis, ut quidam volunt. In Canticis canticorum: Vox turturis audita est in terra nostra.

62. Turtur, caro Christi, quod est Ecclesia, propter [p. 154] gentium varietatem, ubi et supra: Quam pulchræ sunt genæ tuæ, sicut turturis! Et in psalmo: Et turtur nidum, ubi reponat pullos suos.

63. Turtur, castitatis indicium. In Levitico.

64. Passeres, sancti. In psalmo: Illic passeres nidificabunt.

65. Passer, Christus. In psalmo: Passer invenit sibi domum. Et alibi: Sicut passer unicus in ædificio.

66. Et in aliam partem, in psalmo: Transmigra in montem, sicut passer.

67. Fulica, Salvator. In psalmo: Fulicæ domus, dux eorum, id est sanctorum.

68. Coturnices, in esu filiorum Israel datæ, Legis historiæ, ut quidam volunt, figuram habuisse dicuntur. In Exodo.

69. Apis, forma virginitatis vel sapientiæ. In Salomone: Vade ad apem, et disce quam operatrix [sit].

70. Et in aliam partem, in Esaia: Et api, quæ est in Assur.

71. Locusta, Christus. In psalmo: Excussus sum sicut locusta.

54. Matth. III, 16. — 55. Ps. LXVII, 4.

56. Locus plane novus mihi et alio quærendus quam in Canticis.

57. Is. LX, 8. — 58. Sophon. III, 12.

60. Osee VII, 11.

60.[a] Levit. V, 7. Nota duos tantum dari, nisi fallor, pœnitentiæ gradus.

61. Cant. II, 12. — 62. Ib. I, 9; Ps. LXXXIII, 4.

64. Ps. CIII, 17.

65. Ps LXXXIII, 4; CI, 8, nempe LXX: ὡσεὶ στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματι

66. Ps. X, 2.

67. Ps. CIII, 17 cum psalt. S. Germ.

68. Exod. XVI, 13. Fortasse in exeso archetypo legebatur: *quae in esu...datae sunt*, nec sine compendio, inde crux duobus librariis C et A. Prudenter prior substitit, suspensoque calamo, tantum dedit: *coturnix es...ae;* posterior ænigma deglutivit intrepidus: *coturnix, escae filiorum Israel datae sunt*, quem tamen cæteri codd. non secuti sunt. Emendavit Mesmianus ut nos.

69. Prov. VI, 6. Insignis varietas confirmatur, de quo silere Sabaterium miros.

70. Is. VII, 18. — 71. Ps. CVIII, 23.

72. Locusta, populus Gentium. In Salomone: Locusta regem non habet, et egreditur cuncta per turmas.

73. Locusta, dæmones. In Apocalypsi: Et de fumo egressæ sunt locustæ. Et in libro Judicum: Cameli eorum ut locustæ.

74. [p. 155] Locusta, superbia, vel mentis vagatio. In Joel: Residuum erucæ comedit locusta.

75. Bruchus, ingluvia ventris, ubi et supra: Residuum locustæ comedit bruchus.

76. Rubigo, iracundia cordis. In Joel: Residuum bruchi comedit rubigo.

77. Eruca, prurigo luxuriæ, ubi et supra: Residuum erucæ comedit locusta.

78. Musca, Diabolus, vel dæmones. In Salomone: Muscæ morituræ exterminant oleum suavitatis, id est gratiam Spiritus sancti.

79. Ciniphes, hæretici, qui tertio in loco in Ægypti plagam missi sunt, quia idem hæretici in Trinitate blasphemantes totius mundi dissipant fidem. In Exodo.

80. Scarabæus, peccator, vel unus ex latronibus qui cum Salvatore crucifixi sunt. In Abbacuc: Et scarabæus de ligno adnuntiavit ea.

72. Prov. xxx, 27. — *locustae... habent et egreditur cuncta;* sic codd. Dolendum hic græca in LXX desiderari. A et C sibi cohærent.
73. Apoc. IX, 3; Jud. VI, 5.
74-77. Joel I, 4. — 75. *Ingluvia* A, C.
78. Eccle. X, 1. — 79. Exod. VIII.
80. Hab. II, 11, quo de insolentiori loco dixi quædam in *Spicil.* II, p. 518, n. 5, quæ videsis.

XII.

[DE BESTIIS ET CÆTERIS ANIMANTIBUS].

§ I.

1. Jumenta, fideles in Ecclesia, sed spiritali intellectu carentes. In psalmo: Homines et jumenta salvos facies, Domine.

2. Jumenta, intellectu et eloquio carentes. In psalmo: Ut jumentum factus sum apud te.

3. Jumenta, homines luxuriosi. [p. 156] In Joel: Computruerunt in stercore suo.

4. Jumentum, corpus Salvatoris, ut quidam volunt. In Evangelio: Et imposuit illud in jumentum suum.

5. Equus, corpus Domini. In Apocalypsi: Ecce vir in equo albo. Et in Zacharia, ob sanguinis ruborem: Et ecce vir in equo rufo stabat inter mirteta, quæ erant in profundo.

6. Equus albus, sermo prædicatoris, vel baptismi figura. In Apocalypsi: Et ecce equus albus, et qui sedebat super eum, datus est ei arcus, id est sermo prædicationis.

7. Equus niger, pœnitentiæ figura vel famis, ubi et supra.

XII. §. I. Pergunt in utroque codice, sine ulla intercapedine juncta cum avibus jumenta et animalia. In quinque aliis codicibus titulus est *De Bestiis et caeteris animantibus.*

1. Ps. XXXV, 7, cum solita Psalterii S. Germani varietate fere perpetua. — 2. Ps. LXXII, 23. — 3. Joel I, 17. — 4. Luc. X, 34. — 5. Apoc. VI, 2; Zach. I, 18. — 6. Apoc. VI, 2. — 7, 8. Ib. 4.

8. Equus rufus, bella et effusio [sanguinis], aut martyrii cruor, ubi et supra : Et ecce equus rufus, et qui sedebat super eum, datum est ei sumere pacem de terra.

9. Equus pallidus, pestilentia, sive Antichristi adventus. In Apocalypsi : Et ecce equus pallidus, et qui sedebat super eum, nomen illi mors.

10. Equi albi, corpora sanctorum. In Apocalypsi : Et exercitus qui est in cœlo, sequebatur eum in equis albis.

11. Equi, apostoli. In Abbacuc : Misisti equos tuos in mare, turbantes aquas multas, id est gentes.

12. Equi, apostoli, [p. 157] sive martyres. In Job : Numquid præbebis equo fortitudinem?

13. Equi, peccatores luxuriosi. In Hieremia : Equi admissarii, unusquisque ad uxorem proximi sui inhiabat.

14. Equus, carnalis potentia. In Esaia : Væ qui ascenditis super equos, ut descendatis in Ægyptum. Et in psalmo : Ab increpatione tua, Domine, dormitaverunt qui ascenderunt equos.

15. Equus, præsens sæculum. In Genesi : Fiat Dan coluber in via, cerastes in itineribus, ut mordeat calcaneum equi, et cadat ascensor ejus retro. Quod de Antichristo a quibusdam intelligitur.

16. Currus Dei, quadriga Evangeliorum. In psalmo : Currus Dei decem millium, millia lætantium. Et in Ezechiele : Et de medio eorum similitudo quatuor animalium.

17. Currus, societas impiorum, vinculis peccatorum alligati. In Exodo : Currus Pharaonis et exercitum ejus projecit in mare.

18. Mulus, irrationabilis quisque. In psalmo : Nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus.

19. [p. 158] Camelus, populus gentium, peccatorum oneribus onustus, vel moribus distortus. In Evangelio : Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum.

20. Alium camelum, Dominum Christum intellexerunt, pro eo quod humiliando semetipsum, peccatorum nostrorum onera portavit.

21. Camelus, amor sæculi, cujus figuram camelus ille gerebat, quem Rebecca nuptura sponso suo Isaac, descendit. [In Genesi].

22. Asinus, corpus humanum, et populus Gentium. In Evangelio : Et imposuerunt vestimenta sua super eum, et eum desuper sedere fecerunt.

23. Asinus, idem populus Gentium. In Esaia : Cognovit bos possessorem suum, et asinus præsepe Domini sui.

9. Apoc. VI, 8. — 10. Ib. XIX, 14. Ubique citari solet Apoc. cum multa libertate, quasi ex peculiari versione.
11. Hab. III, 15. — 12. Job XXXIX, 19.
13. Jerem. V, 8.
14. Is. XXXI, 1 ; Ps. LXXV, 7.
15. Gen. XLIX, 17.
16. Ps. LXVII, 18; Ezech. II, 5.
17. *Societas impiorum... allegati*, græca licentia. Exod. XV, 4.
18. Ps. XXXI, 9. — 19. Matth. XIX, 24.
20. *Alium* A, C, *alii* cæteri codd.
21. *Nubit* C, f. ex. gr. *quem. desc.* Gen. XXIV, 64. — 22. Matth. XXI, 7. — 23. Is. I, 3.

24. Asinus, homo stultus. In Deuteronomio: Non arabis in bove et asino, [id est] stultum in prædicatione ne socies.

25. Asina, synagoga Judæorum. In Genesi: Ligans in vineam pullum suum, et ad vitem, o fili mi, asinam suam.

26. Asinus, corpus hominis. In libro Judicum: Qui ascenditis super nitentes asinos. Item ibi de [p. 159] Axa filia Calep, quæ animæ gerit imaginem, dicitur: Cumque suspirasset, sedens in asino.

27. Primogenita asini, exordia vitæ luxuriosæ. In Exodo: Primogenita asini redimes ove.

28. Boves, apostoli, vel cæteri prædicatores. In Deuteronomio: Non alligabis os bovi trituranti.

29. Bos, populus Judæorum in Christo credens. In Esaia: Cognovit bos possessorem suum. Item ibi: Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis et asini.

30. Bos, Zabulus in membris suis, hoc est hæreticis. In Job: Fenum ut bos comedet.

31. Bos, homo deceptus. In Salomone: Statim eam sequitur, quasi bos ductus ad victimam, hoc est, hæreticam pravitatem.

32. Taurus, Christus. In Genesi: Et in furore suo subnervaverunt taurum.

33. Tauri, prophetæ, sive Patres veteris Testamenti. In Evangelio: Tauri mei et altilia mea occisa sunt.

34. Tauri, potestates sæculi hujus, cornu superbiæ humiles plebes ventilantes. In Hieremia: Mugistis ut tauri. Et alibi: Et tauri cum potentibus.

35. [p. 159] Tauri, hæretici. In psalmo: Concilia taurorum inter vaccas populorum, id est plebes lascivientes.

36. Vitulus, Christus. In Evangelio: Adducite vitulum saginatum, et occidite.

37. Et in aliam partem: Confregit Dominus cedrus Libani, et comminuit eos tanquam vitulum Libani.

38. Vituli, sancti, fide crescentes, et a jugo Legis libera colla habentes. In psalmo: Tunc imponent super altare tuum vitulos.

39. Vituli, Judæi lascivientes. In psalmo: Circumdederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me.

40. Vacca, caro Christi, cujus figuram vacca illa rufa gerebat, quæ per Legem in sacrificio offerri præcipiebatur, cujus cinis expiabat populi delicta.

41. Vacca, plebs judaica, credens in Christo. In Esaia: Nutriat homo vaccam boum, id est Christus, et duas oves, et præ ubertate lactis comedet butyrum.

24. Deuter. xxii, 10; Matth. xxi, 7.
25. Gen. xlix, 11 cum lxx.
26. Judic. v, 10; Jos. xv, 18.
27. Ex. xiii, 13. cf. codd. Holmes.
28. Deuter. xxv, 4 cum i Cor. ix, 9.
29. Is. i, 3; xxxii, 20. — 30. Job xl, 10.
31. Prov. vii, 22.
32. Gen. xlix, 6, apposite ex lxx: καὶ ἐν τῇ ἐπιθυμίᾳ αὐτῶν ἐνευροκόπησαν ταῦρον. Vulg. *voluntate sua suffoderunt murum.*
33. Matth. xxii, 4. — *occisi* A.
34. Jerem. l, 11; Is. xxxiv, 7.
35. Ps. lxvii, 31. — 36. Luc. xv, 23.
37. Ps. xxviii, 6. — 38. Ps. l, 21.
39. Ps. xxi, 13. — 40. Num. xix, 2.
41. Is. vii, 21, 22.

42. Vacca, id est, plebs judaica lasciviens. In Amos: Quoniam sicut vacca lasciviens, declinavit Israel.

43. Vaccæ, fideles in Ecclesia, quorum figuram vaccæ illæ gerebant, quæ arcam Domini de terra [p. 161] Philistinorum reportaverunt.

44. Vaccæ, carnalibus vitiis pleni. In psalmo: Concilia taurorum inter vaccas populorum.

45. Vaccæ, divites sæculi hujus. In Amos: Audite verbum Domini, vaccæ pingues.

46. Cornu, Christi regnum. In Evangelio: Et erit cornu salutis nobis in domo David pueri sui.

47. Cornua septem, potestas Christi per omne tempus. In Apocalypsi: Vidi agnum quasi occisum, habentem cornua septem et oculos septem.

48. Cornua, trophæum crucis Christi. In Abbacuc: Cornua in manibus ejus, ibi abscondita est fortitudo ejus.

49. Cornua, superbia Diaboli, vel potestas ejus præsenti in tempore, sive regnum Antichristi. In Apocalypsi.

50. Cornua, regna sæculi hujus. In Daniele.

51. Cornua, superbia. In psalmo: Et a cornibus unicornuorum humilitatem meam. Et alibi: Omnia cornua peccatorum confringam.

52. Tubæ, sanctorum prædicatio, vel exultatio in laudem Dei. In psalmo: Psallite Domino in cithara, et voce psalmi, in tubis abietum et voce.

53. Tubæ duæ, veteris et novi [Testamenti] prædicatio. In libro Numeri: Fac tibi duas tubas argenteas ad evocandam synagogam.

54. Ubera, quatuor evangeliorum doctrina. In Salomone: Meliora sunt ubera tua vino.

55. Lac, prisca Lex per Moysen prolata, unde prædicatoribus novi Testamenti dicitur in Genesi: Pulchriores oculi ejus vino, et dentes lacte candidiores.

56. Lac, simplex doctrina. In Apostolo: Tanquam parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis. Hic lac sensus accipitur, id est intellectus parvus.

57. Lac, apostolorum doctrina, Ecclesiæ parvulos nutriens. In Esaia: Et mamilla regum lactaberis.

58. Lac, mentis sinceritas. In epistola Petri: Rationale sine dolo lac concupiscite, ut in eo crescatis.

59. Et in aliam partem: Quis pascet gregem, et de lacte gregis non comedit?

60. Coagulatum, vitiis concretum. In psalmo: Coagulatum est sicut lac cor eorum.

42. Osee IV, 16. Male *Amos*.
43. I Reg. VI, 12. — 44. Ps. LXVII, 31.
45. Amos IV, 1. — 46. Luc. I, 69.
47. Apoc. V, 6. — 48. Habac. III, 4.
49. Apoc. XVII, 16. — 50. Dan. VII, 7.
51. Ps. XXI, 22; LXXIV, 11.
52. Ps. XCVII, 6, LXX: ψάλατε τῷ κυρίῳ ἐν κιθάρᾳ... καὶ φωνῇ ψαλμοῦ, ἐν σάλπιγξιν ἐλαταῖς καὶ φωνῇ. — 53. Num. XI, 2.
54. Cant. I, 1.
55. Gen. XLIX, 12.
56. I Cor. III, 2. — *lac in vobis* C.
57. *Ecclesia rationabiles* A. Is. LX, 16. — *et mamillam* A ut C ante corr.
58. I Petr. II, 2. — 59. I Cor. IX, 7.
60. Ps. CXVIII, 70. Præter C, omnes quos vidi codd. priorem formulam de coagulato omittunt, loca vero mixtim adducunt et confuse.

61. Coagulatum, caritate concretum. In psalmo: Montem Dei, montem [p. 163] uberem.

62. Mons coagulatus, mons uber, id est Christus, vel Ecclesia.

63. Caseum, sensus spiritalis, ut quidam volunt, sicut in libro Regum pro David scribitur: Dixit ei pater suus: Accipe ophi polentæ, hoc est trium mediorum mensura, et decem formellas casei: fer tribuno, quod est decem præceptorum Legis figura.

64. Butyrum, evangelicus sermo, a lacte Legis eductus, sicut in Genesi de Abraham narratur, quod cum cæteris dapibus, hoc est vitulo et lacte, hoc ipsum butyrum in prandio Domino obtulit.

65. Butyrum, fructus Ecclesiæ, quæ ex Judæis credidit. In Esaia: Butyrum et mel manducabit.

66. Mel, dulcedo præceptorum Dei. In psalmo: Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! Super mel et favum ori meo.

67. Mel, dulcedo Salvatoris Dei. In Deuteronomio: Suxerunt mel de petra. Et in psalmo: Et de petra melle saturabit eos.

68. Mel, dulcedo peccati, et vita voluptuosa; propter quod etiam a sacrificio Dei per Legem prohibitum est.

69. Favum mellis, caro Salvatoris, Divinitatis dulcedine [p. 164] plena. In Evangelio: Et posuerunt coram eo partem piscis assi et favum mellis.

70. Favum, Scriptura divina, melle spiritalis sapientiæ repleta. In Canticis canticorum: Comedi favum cum melle meo.

71. Favum, inlecebrosa hæreticorum deceptio. In Salomone: Favum distillans, labia meretricis.

72. Aries, Christus, propter principatum. In Genesi: Ecce aries tenebatur planta, in virgulta Sabec.

73. Arietes, apostoli, vel ecclesiarum principes. In psalmo: Afferte Domino filios arietum.

74. Arietes, principes pravi. In Ezechiel: Cum hædis et agnis et arietibus.

75. Hirci, peccatores ex Gentibus ad Christum conversi. In psalmo: Offeram tibi boves cum hircis.

76. Hirci, peccatores, sive gentiles. In Daniele: Ecce autem hircus caprarum veniebat ab Aquilone.

61. Ps. LXVIII, 16, juxta LXX: ὄρος θεοῦ, ὄρος τετυρωμένον, ὄρος πῖον.

63. I Reg. XVII, 18. — *Caseus* A. — *Cophi.* A. — *et fer* A. — 64. Gen. XVIII, 8.

65. Is. VII, 15. Distinguit iterum ecclesiam ab Hebræis, quam ibi Eucherius vocat *ecclesiam primitivam.* — 66. Ps. CXVIII, 103.

67. Deuteron. XXXII, 13; ps. LXXX, 17.

68. Levit. II, 11. — 69. Luc. XXIV, 42.

70. Cant. V, 1. — 71. *favum* C quater, et etiam A in ultimo loco. Prov. V, 3.

72. Gen. XXII, 13. — Iterum ex LXX: κριὸς εἷς κατεχόμενος ἐν φυτῷ Σάβεκ τῶν κεράτων. Ipse Melito locum dicitur attigisse, *Spicil.* II, p. LXIV: sed undenam codd. nostri simul habeant *planta in virgulta*, nec paucis, nec multis declaraveris locum vexatissimum. Miror ad hæc pene siluisse Vercellonium, in hisce habitantem, neque subsidio esse sive Holmesium, sive Sabaterium.

73. Ps. XXVIII, 1.

74. Ezech. XXVII, 21.

75. Ps. LXV, 15. — 76. Dan. VIII, 5.

77. Duo hirci, uterque populus, Judæorum scilicet et gentilis, ex traduce peccati venientes. In Levitico.

78. Alii autem duos hircos Christum et Barrabam intellexerunt.

79. Oves, populi fideles. [p. 165] In Evangelio: Oves meæ vocem meam audiunt. Et in psalmo: Omnia subjecisti sub pedibus ejus, oves et boves.

80. Ovis, Christus, propter patientiam. In Esaia: Tanquam ovis ad occisionem ductus est.

81. Ovis, vita activa. In Levitico.

82. Oves duæ, populus Gentium. [In Esaia]: Nutriet homo, id est Christus, vaccam bovum et duas oves, et præ ubertate lactis comedet butyrum.

83. Oves, reprobi omnes. In psalmo: Sicut oves in infernum positi sunt, mors depascet eos, id est Diabolus.

84. Pecora, simpliciores quique, minus præditi ratiocinandi subtilitate. In Salomone: Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.

85. Pecora, peccatores voluptatibus dediti sæculi. In Zacharia: Pasce pecora occisionis. Et in psalmo: Oves et boves, insuper et pecora.

86. Grex, fidelium congregatio, veterem conversationem in baptismo relinquentes. In Canticis canticorum: Dentes tui, sicut greges detonsarum, quæ ascenderunt de lavacro.

87. [p. 166] Grex, peccatorum oblatio. In Hieremia: Congrega eos quasi gregem ad victimam.

88. Agnus, Christus, propter innocentiam. In Evangelio: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

89. Agni, sancti. In Evangelio: Pasce agnos meos.

90. Agni, homines lascivientes. In Esaia: Incrassatus est gladius meus de sanguine agnorum et hircorum.

91. Agna, vita activa. In Levitico: Agat pœnitentiam, offerat agnam de grege, sive capram, quod est contemplativæ vitæ figura.

92. Septem agni et septem agnæ, quæ in Lege Deo in sacrificio offerri præcipiuntur, sanctorum omnium plenitudinem, vel operis innocentiæ obtinent mysterium.

77. Lev. xvi. — *Extra ducem* A. *peccati vientes* sic C, *pecc. videntes* A.

79. Jo. x, 27; ps viii, 5.

80. Is liii, 7. — 82. Is. vii, 21, 22.

83. Ps. xlviii, 15. — *Diabolos* A, C.

84. Prov. xxvii, 23.

85. Zachar. xi, 4; ps. viii, 5.

86. *fidelium congregatio*, σύναξις, ut supra p. 32, n. 62 et cum eadem constructione *fidelium... relinquentes*, quæ frustra et inepte A sollicitavit, emendandi gratia: *fidelium congregatio vel caeteri*, etiam omisso *veterem*. Sic solus C innumera nobis Hellenismi vestigia servavit. Theodulphi codd. simul et Clarevallenses cæco agmine ruunt in Argentinensis absonum discrimen *fideles* inter et *caeteros* baptismo tinctos. At saec. X, quomodo boni homines græca suspicari ausi fuissent? Interim nota *veterem conversationem* ex apostolico sermone, et varietatem *greges detonsarum quae ascenderunt*, ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, Cant. iv, 2, ea videlicet quæ toties et eximie sunt in musivis expressa operibus sive basilicarum sive τῶν κολυμβητρῶν.

87. Jerem. xii, 3. — 88. Jo. i, 29.

89. *Agni*, *sancti*. Tacebunt ne archæologi, quantumvis lapides clamaverint? Jo. xxi, 16.

90. Is. xxxiv, 6.

91. Levit. v, 6.

92. Levit. xxiii, 18. hic recte distinguitur

93. Fetus gemelli, duo caritatis præcepta, id est dilectio Dei et proximi. In Canticis canticorum: Omnes gemelli fetibus, et sterilis non est inter eas.

94. Capræ, justi interdum ex gentibus venientes. In Salomone: Capilli tui sicut greges caprarum, quæ ascenderunt de monte Galaad.

95. Capra, caro Salvatoris, ob similitudinem carnis peccati. In Salomone: Fuge, dilecte mi, adsimilare capræ.

96. Capræ, peccatores [p. 167], sive gentiles. In Daniele: Ecce hircus caprarum, id est, principes peccatorum.

97. Hædi, peccatorum est forma. In Evangelio: Hædos autem a sinistris.

98. Interdum autem et justi, ob confessionem peccatorum. In Hieremia: Recedite de medio Babylonis, de terra Chaldæorum egredimini, et estote quasi hædi ante greges.

99. Hædus, Christus, propter similitudinem carnis peccati. In Deuteronomio: Non coques hædum in lacte matris suæ.

100. Hædus, Antichristus. In Evangelio: Nunquam mihi dedisti hædum de capris, ut cum amicis meis epularer.

101. Duo hinnuli capræ, duo populi, Judæorum scilicet et Gentium. In Canticis canticorum: Duo ubera tua, sicut duo hinnuli capræ.

102. Ovile ovium, Ecclesia. In Evangelio: Fiat unum ovile et unus pastor.

103. Pastor, Christus. In Evangelio: Ego sum pastor bonus.

104. Pastores, apostoli, vel cæteri principes ecclesiarum. In propheta: Dabo vobis pastores secundum cor meum, et pascent vos scientia et doctrina.

105. Pastores, sacerdotes improbi. In Hieremia: Grex dispersus, populus meus; pastores eorum [p. 168] seduxerunt eos.

106. Pastor, Antichristus. In Zacharia: Ecce ego suscito pastorem in terra, qui dispersa non colliget, et cætera.

107. Custos, Dominus. In Job: Tibi peccavi, o custos hominum. Et in Esaia: Quid de nocte, custos?

108. Custodes, apostoli, vel cæteri prædicatores. In Esaia: Super muros tuos, Hierusalem, constitui custodes tota die et tota nocte.

109. Mercenarii, sacerdotes improbi, servientes Domino, non pro amore tantum divino, sed et pro temporali retributione. In Evangelio: Mercenarius autem, et qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ.

inter *sanctorum* sive fidelium *plenitudinem*, et innocentissimos justos sive *opus innocentiae*.

93. Cant. IV, 2.

94. Cant. IV, 1. cf. 86 ex v. 2.

95. Ib. VIII, 14.

96. Dan. VIII, 5. — *princeps pecc.* A.

97. Matth. XXV, 33. — *Haedus pecc.* A, in C phrasis græce involvitur.

98. Jerem. III, 15.

99. Deuter. XIV, 21.

100. Luc. XV, 29. — *haedum de capris* cum solo Cantabrig.

101. Cant. IV, 5. — *Duo inoli* A et C bis.

102. Jo. X, 16. — *fiet* A. — 103. Ib. X, 14.

104. Jerem. III, 15. — 105. Ib. L, 6.

106. Zachar. XI, 16.

107. Job VII, 20; Is. XXI, 11.

108. Is. XXI, 11. — 109. Jo. X, 12.

110. Mercenarii, populus Judæorum. In Evangelio: Quanti mercenarii in domo Patris mei abundant panibus.

111, 112. Inquilinus, hæreticus; mercenarius, populus Judæorum. In Levitico: Inquilinus sacerdotis et mercenarius non comedit ex eo, hoc est sacramentum corporis Domini.

113. Fur, Diabolus. In Osee: Et fur spolians latrunculos a foris.

114. Latrones, dæmones. In Job: Simul venerunt latrones ejus, et fecerunt ibi viam per me.

115. Fures et latrones, hæretici, sive Judæorum doctores. [p. 169] In Evangelio: Omnes quotquot venerunt, fures et latrones sunt.

116. Fur, mors ex improviso adveniens. In Evangelio: Hoc autem scitote, quia si sciret pater familias, qua hora fur veniret, vigilaret utique, et non sineret perfodi domum suam.

117. Fur, dies judicii Domini. In Apostolo: Dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet.

118. Porta, exitus per mortem carnis ab hac vita ad futuram. Et in psalmo: Ideo non confundetur, dum loquetur inimicis suis in porta. Et in Job pro homine hæretico dicitur: Conterentur filii ejus in porta, non erit qui eruat.

110. Luc. xi, 17. — *in domo* C om.

111. Levit. xxii, 10. — *comedet* C. Sed singulari verbo cum græco: οὐ φάγεται ἅγια, et hoc meditare, olim arcano verbo Eucharistiam dici τὰ ἅγια, et quam belle formula claudatur.

113. Osee vii, 1.

114. Job xix, 12. — *fecerunt ibi* A, C, *via* C, *sibi* Vulg.

115. Jo. x, 8. — *fures fuerunt et la.* A.

116. Matth. xxiv, 43.

117. i Thess. v, 2. — *ita in nocte* A. In hoc ordine repetita et ἄτακτα latine *fur*, *latrones*, *fures*, græce recto amne fluunt per varietatem nominum diversorum κλέπται, πειρατήρια, λῃσταί, perinde ac sibi loca allata succedunt.

118. Ps. cxxvi, 9; Job v. 4.

§ II.

1. Cervi, patriarchæ, unde in Canticis canticorum, pro Salvatore, qui ex eorum stirpe secundum carnem natus est, dicitur: Fuge, dilecte mi, et adsimilare capræ hinnuloque cervorum.

2. Cervi, apostoli. In psalmo: Vox Domini, perficientis cervos.

3. Cervi, viri spiritales, quibus in altitudine Scripturarum pascua est. In psalmo: Montes excelsi cervis.

4. Cerva, caro Domini, serpentes necans. In Salomone: Cerva carissima, et gratissimus hinnulus, et ubera ejus inebrient te [p. 170], id est evangelica doctrina.

5. Hinnulus, Christus, in corpore suo, quod est Ecclesia, propter gentium varietatem.

6. Dama, quod et supra.

§. II. Domestica post animalia et armenta, en feræ ac cæteræ bestiæ promiscuo agmine sequi videntur.

1. Cant. viii, 14. *Canticorum quorum* A, C, inani sonorum tautologia.

2. Ps. xxviii, 9. — *fercutientes* sic C prima manu, *facientis* A.

3. Ps. ciii, 18. — *pascua est*, βοσκήματα ἐστί.

4. Prov. v, 19. Rursus arcana non desunt.

5. *Inolus* C, ut alias.

7. Cervæ, apostoli, ob hoc quod spiritaliter parturiunt. In Job: Numquid nosti tempus partus ibicum, vel parturientes cervas observasti?

8. Ibices, sancti omnes, fortitudinem in cornibus, id est in divina præcepta gestantes, ubi et supra.

9. Lepos, timens Deum. In Salomone: Lepusculus, plebs invalida, qui conlocat in petra cubile suum.

10. Herinacius, homo peccator ad Christum conversus. In psalmo: Petra refugium herinaciis.

11. Onager, monachus deserta inhabitans. In Job: Quis dimisit onagrum liberum, et vincula ejus quis solvit? id est, vincula cupiditatum carnalium.

12. Onager, arrogans quisque, id est amator vanæ gloriæ. In Hieremia: Onager adsuetus in solitudine, in desiderio animæ suæ traxit ventum amoris sui, id est spiritum superbiæ.

13. Onagri, principes Judæorum. In Hieremia: Sed et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum, quasi dracones.

14. [p. 171] Aper, Diabolus. In psalmo: Exterminavit eam aper de silva.

15. Sues, hæretici, de quibus in Lege præcipitur, ob hoc quod ungulam findunt, et non ruminant, ne a fidelibus eorum carnes contingantur, quia iidem hæretici, licet utrumque Testamentum Legis et Evangelii suscipiant, sed quia spiritaliter non ruminant, immundi sunt.

16. Porci, homines immundi et luxuriosi. In Evangelio: Si ejicis nos, mitte nos in porcos. Item ibi: Ne mittatis margaritas vestras ante porcos.

17. Sues, pœnitentes negligentes, ad ea quæ fleverant revertentes. In epistola Petri: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro ceni.

18. Porci, immundi spiritus. In Evangelio: Et misit illum in villam suam, ut pasceret porcos.

19. Sus, peccator recte intelligens et luxuriose vivens. In Salomone: Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra et fatua.

20. Porcina, peccata. In psalmo: Saturati sunt porcinæ.

7, 8. Job XXXIX, 1. — 9. Prov. XXX, 26. — *Lepos* A, C. — *Lepos cujus* A, post C nondum corr. — *plebs invalida qui*, f. ex græco.

10. Ps. CIII, 10.

11. Job XXXIX, 5. Jam monui multa ex Gregorii *Moralibus* huc esse derivata, id quod etiam nunc ibi alii codd. suggerunt in quibus est: *Onager, Christus est solitarius*. Cæterum Joannes in deserto primus monachus est, a quo numquam alicubi solitarius cessavit, ne areopagitica recolam, aut *Spicil.* III, 66, n. 3.

12. Jerem. II, 24. — 13. Ib. XIV, 6.

14. Ps. LXXIX, 14. Huc irrepsit scholium, quod seriorum μελετήματα plenis buccis redolet, ut ea in primis quæ dubitationem et singularium opinionem efferunt. Legesis: *Quidam autem hunc aprum et singularem ferum Vespasianum et Titum, principes Romanorum, intelligi volunt.* Tam egregie inventum invidiam fecit alteri interpolatori, qui innumera formulis Eucherianis inseruit, inter quæ, ubi de urso, et post verba *Regnorum* (IV Reg. II, 24): *Et egressi sunt duo ursi, et comederunt eos,* audacter perrexit: *quia Vespasianus et Titus, Romani imperatores, Judaeos deleverunt.* Apage nugas!

15. Levit. XI, 7.

16. Matth. VIII, 31; VII, 6.

17. II Petr. II, 22. — *in vol. luti.* A.

18. Luc. XV, 15. — 19. Prov. XI, 22.

20. Ps. XVI, 14. Vulg. *saturati sunt filiis*, facili mutatione ὑιίων *porcinis* in υἱῶν. Nobiscum faciunt veteres, magno consensu, et non pauciores quam 24 codd. apud Holmesium. Cf. *Spicil.* III, 47, n. 12.

21. Jus carnium, cogitationes sordidæ, ex quibus opera [p. 172] prava velut decocta procedunt. In Esaia: Qui comedunt carnem suillam et jus profanum, in vasis eorum, id est in cordibus eorum.

22. Animalia, quæ ruminant, quæ in Lege munda describuntur, homines sunt sancti, divina præcepta ore et corde, sive opere, semper meditantes; ut est illud in psalmo: Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper.

23. Animalia, quæ non ruminant, peccatores immundi, Legi operam minime dantes, nec in ejus meditatione servientes.

24. Animalia, quæ ungulam findunt et ruminant, quæ in Lege munda describuntur, homines sunt fideles, in utroque Testamento credentes, et velut in duabus ungulis pedem operis firmo gressu figentes.

25. Animalia, quæ ruminant, et ungulam findunt, quæ immunda narrantur, populus sunt Judæorum, qui Testamentum vetus ore meditant[ur], sed novum minime recipiunt.

26. Animalia cornuta, quæ in sacrificio Dei offerri præcipiuntur; in esu fidelium [carnes] illorum conceduntur, sicut vituli, arietes, hirci, cervi, damulæ et capreoli, [p. 173] virtutes significant sanctorum, cornua virtutum adversus Diabolum et vitia peccatorum gestantes.

27. Sanguis, animæ origo, ut quidam volunt, de cujus natura disputandi licentia non conceditur, quia origo ejus secreta, et soli Deo cognita est, sed ad basim altaris, secundum Legis præceptum, effundi, id est, potestati divinæ et intellectui reservare. Quid enim est sanguinem comedere, nisi de animæ origine disputare?

28. Sanguis, opera carnis. In Apostolo: Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt.

29. Sanguis, peccatum. In Amos: Sanguis sanguinem tetigit, propter hoc lugebit terra.

30. Sanguis sanguinem tangere, est peccata peccatis conjungere: siquidem et omne peccatum occidens animam, tamen sanguini comparatur: sicut in propheta pro peccatore dicitur: Sanguis ipsius super caput ejus.

31. Adeps, pinguedo gratiæ divinæ. In psalmo: Sicut adipe et pinguedine repleatur.

32. Adipes, compunctio cordis sanctorum. In Levitico: Et imposito desuper holocausto, adolebit adipes pacificorum.

33. Adipes, spiritalis gratiæ [p. 173] intellectus. In psalmo: Ex adipe frumenti satians te.

34. Adipes, quæ comedi prohibentur, animæ origo, sicut et superius de sanguine dictum est, a quibusdam significare videntur. In Levitico.

21. Is. LXV, 4.

22. Levit. XI, 3; ps. XVIII, 15.

24. *operis forma gressum fingentes* A, C.

25. *quae immunda narratur*, *populos sunt g. q. t. v. ore meditant*, sic iidem, ubi *narratur* a græco pendet.

26. *hirci*, *cervum gumalae* A, C *et caprae his virt.* Incidimus in peregrina, quæ a nostro campo procul exspatiantur. Etiam Gregorii est solemnis interrogatio, qua ore magistri, erumpit in 27: *Quid enim est sanguinem comedere, nisi de animae origine disputare?* Adde quod eo in loco alluditur ad quæstionem *de anima*, vel creata, vel orta ex traduce, de qua re frustra Noster silentium imposuit, quum inde ab Augustino omnes magistri et scholastici eadem exagitent. Sat esto paucas codd. varietates colligere.

28. I Cor. XV, 20.

29. Osee IV, 2, male *Amos*. — 31. Ps. LXII, 6.

32. Levit. VI, 12. — *Adeps* A hic et infra.

33. Ps. CXLVII, 14. — *satians te* A, C et recte. ἐμπιπλῶν σε LXX.

35. Adeps, crassitudo malitiæ. In psàlmo: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Item ibi: Adipem suum concluserunt.

36. Crassitudo, duritia cordis. In propheta: Incrassatum est cor populi hujus. Et in Job: Operuit crassitudo faciem ejus, et de lateribus ejus arvina dependet.

37. Arvina, hoc quod et superius. In Job.

38. Medullæ, cogitationes sanctæ, sive compunctio ex intimo cordis procedens. In psalmo: Holocaustum medullatum offeram tibi.

39. Et in aliam partem, de reprobis. In Ezechiel: Et fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum.

40. Caro, sacramentum corporis Domini. In Evangelio: Qui manducat carnem meam, et bibit meum sanguinem.

41. Carnes, historia Legis, ut quidam volunt. In Exodo: Ad vesperum vescemini carnibus, et mane saturabimini panibus.

42. Et in malam partem, in Esaia: [p. 175] Quorum carnes sunt sicut carnes asinorum.

43. Panis, ut superius dictum est, Dominus Jesus Christus, vel evangelicus sermo: Mane saturabimini panibus; id est, post illuminationem fidei et resurrectionem Domini Jesu Christi.

44. Comedere, divina verba spiritaliter sumere, et panem illum qui de cœlo descendit, avide delectare. In Joel: Et comedetis vescentes, et saturabimini, et laudabitis Dominum Deum vestrum.

45. Coquere, verbum Dei subtiliter in corde meditari: spiritaliter enim tractare, quasi mente decoquere est. In Levitico.

46. Fames, egestas [fidei] et ademptio verbi divini. In Evangelio: Facta est fames valida in regione illa, et ipse cœpit egere. Et in Esaia: Propterea captivus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, et nobiles ejus interierunt fame. Et in Amos: Ecce dies venient, dicit Dominus, et mittam famem in terra. Non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Et in psalmo: Ut eripiat a morte animas eorum, et alat eos in fame. De hac fame verbi Dei pro viro justo, in psalmo dicitur: Junior fui, etenim senui, [p. 176] et non vidi justum derelictum, nec semen ejus egens panem. Et in Salomone: Non occidit Dominus fame animam justi.

47, Sitis, hoc quod et superius, ariditas cordis, ubi non est verbum Dei. In Esaia: Multitudo eorum siti exaruit. Et in Hieremia: Prohibe pedem tuum a nuditate, et guttur tuum a siti.

48. Et in bonam partem: Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam.

49. Ignis, intellectus in sacris eloquiis bonus vel malus; sicut in Levitico, de filiis Aaron dicitur: Qui ignem alienum in conspectu Domini obtulerunt, et ibi consumpti sunt.

35. Ps. LXXII, 7; XVI, 10.

36. Is. VII, 9: Job XV, 27.

38. Ps. LXV, 15. — 39. Ezech. XXXII, 27.

40. Jo. VI, 55. — 41. Exod. XVI, 12.

42. Ezech XXIII, 20, male *Esaia.*

43. Exod. XVI, 12. Emicat arcanum Eucharisticum et ipsum paschale convivium, post receptam in sabbato sancto baptismi illuminationem.

44. Joel II, 26.

46. Luc. XV, 14; Is. V, 13; Amos VIII, 11; ps. XXXII, 19; XXXVI, 25. — *Neque sitim animae* A, C, quod ægre emendavi. — Prov. X, 3. cum LXX: οὐ λιμοκτονήσει ψυχήν.

47. Is. V, 13; Jerem. II, 25.

48. Matth. V, 5.

49. Levit. X.

50. Torris et titio, humanum genus per Dominum Jesum Christum a perpetua combustione semiustum abstractum. In Zacharia: Numquid non iste torris erutus est de igne?

51. Titiones duo, potestates sæculi hujus, atque hæretici, ex uno consensu Ecclesiam persequentes. In Esaia: Noli timere a duabus caudis titionum fumigantium istorum.

50. Zach. III, 2. — 51. Is. VII, 4.

§ III.

1. Leo, Dominus, propter regnum et fortitudinem. In Apocalypsi: Vicit Leo de tribu Juda. Et in Amos: Leo rugiet; quis non timebit? Dominus locutus est: quis non prophetabit?

2. Catulus leonis, Christus [Dominus], fortis a forte [p 177] genitus. In Genesi: Quasi catulus leonis. Quis suscitabit eum?

3. Leæna, Ecclesia. In Job: Numquid capies leænæ prædam, aut animas catulorum ejus implebis?

4. Catuli læanæ, apostoli, ubi et supra.

5. Leones, præpositi Ecclesiæ, unde in templo Domini leones cum bobus ex ære in vasibus templi fieri præcipiuntur.

6. Leones, potestates sæculi hujus. In Hieremia: Grex dispersus, populus meus; leones ejecerunt eos.

7. Leo, Diabolus, ob fortitudinem et crudelitatem. In psalmo: Ne quando rapiat ut leo animam meam. Et alibi: Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, sicut leo in cubili suo.

8. Catuli leonum, dæmones, sive pravi homines. In psalmo: In medio catulorum leonum dormivi conturbatus. Et alibi: Catuli leonum rugientes, ut rapiant et quærant a Deo escam sibi.

9. Cubile leonum, præsens mundus, vel quod libet regnum hujus mundi. In Naum: Ubi est cubile leonum et pascua catulorum leonum?

10. Cubile leonum, corda reproborum. In psalmo: Congregati sunt, et in cubilibus suis se conlocabunt.

11. Cubilia draconum, corda impiorum [p. 178]. In Esaia: Et erit cubile draconum et pascua struthionum. Et alibi: In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant.

12. Rhinoceron, Christus Dominus, propter invictam fortitudinem. In Deuteronomio: Cujus fortitudo similis est rhinocerotis.

§. III. Solus C præposterum lemma, quod rectius, opinor, antea præfiximus, hic posuit tandem: *De bestiis et caeteris animantibus*. Vereor ne vetus ordo subversus ita fuerit, ut quod nunc a Leone incipit ultimum agmen, id oportuerit esse totius XII capitis exordium.

1. Apoc. v, 5; Amos III, 8. — 2. Gen. XLIX, 9, cum LXX. Orditur inde *Physiologus*, quem tamen in *Clavi* non nisi obscure vel lyncæus oculus perspiciet. — 3. Job XXXVIII, 39. — 4. *Cat. Leonis* A. — 5. III Reg. VII, 29. — *Cum bubus* A, C. — 6. Jerem. L, 17. — 7. Ps. VII, 3; X, 8. ultima cum psalt. S. Germ. — 8. Ps. LVI, 5; CIII, 21, cum eodem fere semper. — 9. Nahum II, 11. — 10. Ps. CIII, 22 — *suis conlocabuntur* A. — 11. Is. XXXIV, 13; XXXV, 7. — 12. Num. XXIII,

13. Rhinoceron, fortis quisque, sive potestas sæculi hujus. In Job: Numquid volet rhinocerus servire tibi?

14. Monoceron, hoc est unicornis, Christus. In psalmo: Et dilectus sicut filius unicornuorum, id est singularis potentiæ et unum sanctorum regnum.

15. Unicornis, superbi, vel unum habentes Testamentum. In psalmo: Et a cornibus unicornuorum humilitatem meam.

16. Pardus, Diabolus, vel peccator moribus varius. In Hieremia: Sicut Æthiops non mutabit pellem, et pardus varietatem suam.

17. Pardus, Antichristus, malitiæ varietate adspersus. In Apocalypsi: Et bestia quæ ascendebat de mari, similis pardo.

18. Elephans, peccator immanis. In Regnorum: Et adducebant ad Salomonem simias et elephantes.

19. Ursus, Diabolus. In Regnorum: Et egressi sunt duo ursi de saltu, et laceraverunt ex iis quadraginta et duos pueros. Item ibi: Veniebat [p. 179] leo et ursus, et tollebat arietem de grege.

20. Tigris, feminea interdum arrogantia. In Job: Tigris periit, eo quod non habuerit prædam.

21. Lupus, Diabolus. In Evangelio: Videt lupum venientem, et dimittit oves, et fugit.

22. Sunt et lupi dæmones, ubi et supra.

23. Lupus, populus Judæorum ultimo tempore in Christo crediturus, vel Paulus apostolus, ut quidam volunt. In Genesi: Benjamin, lupus rapax.

24. Lupi, hæretici, vel principes mali. In Evangelio: Venient ad vos in vestibus ovium; intus autem sunt lupi rapaces. Et in propheta: [Lupi] vespera non relinquebant in mane.

25. Vulpes, Diabolus, vel dæmones. In psalmo: Tradentur in manus gladii, hoc est peccatores, partes vulpium erunt. Et in Hieremia: Propter montem Sion, quia disperiit, vulpes ambulaverunt in ea.

26. Vulpes, hæretici. In Canticis canticorum: Capite nobis vulpes pusillas, exterminantes vineas, id est plebes fidelium. Et in libro Judicum pro Samson dicitur: Adprehendit trecentas vulpes, et ligavit faculas in caudis earum.

27. Vulpes, peccatores callidi atque dolosi. In Evangelio: Ite, dicite vulpi illi Herodi.

28. Canes, apostoli. In psalmo: Lingua canum tuorum [p. 180] ex inimicis, id est ex Judæis electi.

29. Canes muti, sacerdotes improbi. In Ecclesia: Canes muti, non valentes latrare.

30. Canes, Judæi. In psalmo: Quoniam circumdederunt me canes.

22. Male *Deuter.* — *propter in victo fortitudinem* C. Vides græca vix dissimulata in vocabulis *Rhinoceron*, *monoceron*. — 13. Job xxxix, 9. — 14. Ps. xxviii, 6. — *unicornuorum* sic A, C, hic et infra. — 15. Ps. xxi, 22. — 16. Jerem. xiii, 23. — *sicut Eziobs* C sine ulla ambiguitate scripturæ; et iterum infra, xiv, 13; et quod ipse retinuit O: *Eziops*. Cave ne id citius naso respuas adunco: nihil enim aliud est quam græcus in littera Θ sibilus, novum porro hellenicæ originis argumentum. — 17. Apoc. xiii, 2. — 18. iii Reg. x, 22. — 19. iv Reg. ii, 24; i Reg. xvii, 34. Recole supra lemma §. ii, 14. — 20. Job iv, 11. — 21. Jo. x, 12. — 23. Gen. xlix, 27. — 24. Matth. vii, 15; Sophon. iii, 3. — *Vespera* A, C, omisso *lupi*. — 25. Ps. lxii, 11; Thren. v, 18. — 26. Cant. ii, 15; Judic. xv, 4. — 27. Luc. xiii, 32. — 28. Ps. lxvii, 24. — 29. Is. lvi, 10. — *In ecclesia* A, C pro *In Esaia*. — 30. Ps. xxi, 17.

31. Canes, populus Gentium. In Evangelio: Non est bonum sumere panem filiorum, et dare canibus.

32. Canes, hæretici. In Deuteronomio: Non inferes pretium canis in domo Dei tui. Et in Apostolo: Videte canes, videte malos operarios, videte concisiones.

33. Canis, homo peccator. In Salomone: Melior est cànis vivens leone mortuo.

34. Hic leonem Diabolum, canem vero gentilem vel hominem peccatorem accipiendum putant, eo qnod ad fidem vel pœnitentiam [hic] possit venire, ille vero non veniet.

35. Canes, homines rixosi vel detractores, alterutros se lacerantes. In Apostolo: Quod si invicem mordetis et comeditis.

36. Catelli, fideles ex gentibus in Christo credentes. In Evangelio: Etiam, Domine; nam et catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum.

37. Venator, Christus. In Esaia, secundum LXX: Ecce quemadmodum leo aut catulus leonis in venatione quam capit, ita venient.

38. Venatores, apostoli, vel cæteri prædicatores. In Hieremia: Mittam eis venatores, et venabunt eos [p. 181] de omni monte.

39. Venator, Diabolus, in cujus figuram Nebrot ille gigans, venator coram Domino. In Genesi.

40. Venatores, dæmones, vel homines pravi. In propheta: Venantes ceperunt me, quasi avem, inimici mei gratis.

41. Lamia, Diaboli, vel dæmones. In Hieremia: Sed et lamia nudavit mamillam, et lactavit catulos.

42. Lamia, hæretici, vel quilibet hypocrita. In Esaia: Ibi cubavit lamia, et invenit sibi requiem.

43. Onocentauri...

44. Pilosi, dæmones. In Esaia: Et pilosi saltabunt ibi.

45. Mustela, furti figura. In Levitico.

46. Talpa, hæretici, ob ingenii tarditatem et cordis cæcitatem, sive dæmones, vel idola. In Esaia: Ut adoretis talpas et vespertiliones.

47. Vermis, Christus, pro humilitate adsumpta. In psalmo: Ego autem sum vermis, et non homo.

48. Vermis, cupiditas sæculi, sive peccati conscientia, vel ipse qui superius, Christus. In Esaia: Vermis eorum non morietur.

49. Aranea, humana fragilitas. In psalmo: Tabescere [fecisti] velut araneam animam ejus. In Esaia: Telas araneæ texuerunt.

31. Marc. VII, 27. — 32. Deuter. XXIII, 18; Phil. III, 2. — 33. Eccle. IX, 4. — 35. Galat. V, 15. — 36. Matth. XV, 27. — 37. Is. XXXI, 4, more compendii pro libitu. — 38. Jerem. XVI, 16. — 39. Gen. X, 9. — 40. Thren. III, 52. — 41. Ib. IV, 3. *nudavit maxillam* A. — 42. Is XXXIV, 14. *cuvabit* C, duplici germanismo. — 43. Ubique mutila hæc manent, ideo fort. quod ex LXX in Is. l. l. *Lamiae* sunt ὀνοκένταυροι. — 44. Is. XIII, 21. — 45. Levit. XI, 29. — 46. Is. II, 20. — 47. Ps. XXI, 7. Veterem picturam ego olim obstupui in museo Colmariensi, in qua Christus a cruce pendens sanguinolento vermi fere similis erat. *carnis assumptae* A. — 48. Is. LXVI, 24. — 49. Ps. XXXVIII, 12, *aranea* C. omisso *fecisti*. — *texerunt* A, C.

50. Ranæ, dæmones. In Apocalypsi: Vidi de ore draconis spiritus tres immundos, in modum ranarum; sunt autem [p. 181A] spiritus dæmoniorum.

51. Ranæ, hæretici, qui in cœno vilissimorum sensuum commorantes, vana garrulitate latrare non desinunt. In Exodo.

52. Formica, providus operarius. In Salomone: Vade ad formicam, o piger.

53. Serpentes, Diabolus, vel homines impii. In Evangelio: Serpentes, genimina viperarum.

54. Serpens, Christus, propter sapientiam, cujus figuram serpens ille æreus gerebat, quem Moyses in ligno suspendit, in cujus intuitu percussi a serpentibus sanabantur. Et in Evangelio: Estote prudentes sicut serpentes.

55. Serpens, Diabolus. In Genesi: Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus, quos fecerat Dominus Deus.

56. Caput serpentis, prima peccati suggestio. In Genesi: Ipsa conteret caput tuum.

57. Pectus serpentis, typus superbiæ, vel intimi cordis malitia, ubi et supra: Supra pectus tuum gradieris.

58. Draco, Diabolus. In psalmo: Draco iste, quem tu formasti ad inludendum ei. Et alibi: Tu confregisti caput draconis magni.

59. Dracones, dæmones. In psalmo: Tu contribulasti caput draconum. [p. 181B] Et alibi: Et erit cubile draconum.

60. Dracones, principes Gentium. In propheta: Glorificabit me bestia agri, dracones et struthiones.

61. Leviathan, id est serpens, Diabolus. In Esaia: Et visitabit Dominus in gladio suo duro super Leviathan, serpentem ventre repentem, serpentem tortuosum, et occidet cetum qui est in mari.

62. Coluber, Diabolus. In Job: Et obstetricante manu ejus, eductus est coluber tortuosus, id est, medicina Domini Jesu Christi projectus est Diabolus de cordibus hominum.

63. Regulus, Diabolus, vel dæmones, flatu cogitationis corda hominum vulnerantes. In Hieremia: Ecce ego mittam vobis regulos, quibus non est incantatio, et mordebunt vos. Et in Deuteronomio: In quo erat serpens flatu adurens.

64. Aspis, duritia cordis peccatorum, sanctis prædicationibus aurem cordis non adcommodantes. In psalmo: Sicut aspidis surdæ, et obdurantis aures suas.

65. Et in aliam partem, in Job pro impio: Caput aspidum suget, hoc est inspirationes Diaboli vel dæmonum.

66, 67. Aspis et basiliscus, peccatum et mors. In psalmo: Super aspidem et basiliscum ambulabis, et conculcabis [p. 182] leonem et draconem, id est Diabolum et Antichristum.

50. Apoc. xxvi, 13. — 51. Exod. viii, 2. — 52. Prov. vi, 6. — 53. Matth. xxiii, 3. — 54. Jo. iii, 14; Matth. x, 16. — 55. Gen. iii, 1. — 56. Gen. iii, 15. Cf. p. 53, n. 49. — 57. Gen. iii, 14. — 58. Ps. ciii, 26; Is. xxxiv, 13. — *tu confirmasti* C. — 59. Ps. lxxiii, 14. — 60. Is. xliii, 20. — 61. Is. xxvii, 1. cf. *Spicil.* iii, 87, n. 7. — *tortuoso* C. *Serpentem ventre* om. A. — 62. Job xxvi, 13. — 63. Jerem. viii, 17; Deuter. viii, 15. — 64. Ps. lxvii, 5. — *aspide surde* sic C. — *accommodantium* A, ut a peregrina syntaxi fugeret. — 65. Job xx, 16. — 66. Ps. xc, 13.

68. Cerastes, Antichristus, ut quidam volunt. In Genesi: Fiat Dan coluber in via, cerastes in itineribus.

69. Vipera, Diabolus, vel ministri ejus. In Evangelio: Genimina viperarum. Et in Job pro impio: Et occidet eum lingua viperæ.

70. Scorpius, idem quod et supra. In Evangelio: Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones.

71. Lacerta, vitæ incerta varietas. In Levitico.

72. Sanguisuga, Diabolus. In Salomone: Sanguisugæ duæ sunt filiæ: ne dicas: Affer, affer; id est cupiditas et luxuria, quæ satiari nunquam noverunt.

68. Genes. XLIX, 17. — 69. Luc. III, 7; Job XX, 16. 70. Luc. X, 19. — 71. Levit. XI, 30. *Via incerta* C. — 72. Prov. XXX, 15. *Ne dicas* sic A, C.

XIII.

1. Aquæ, angeli, ut quidam volunt. In psalmo: Et aquæ, quæ super cœlos sunt, laudent nomen Domini.

2. Aquæ, gentes. In Apocalypsi: Aqnas, quas vidisti, populi sunt et gentes.

3. Aqua, Dominus Jesus Christus, eo quod sordida abluat, et reficiat sitientes. In Hieremia: Me dereliquerunt fontem aquæ. Et in psalmo: Sicut aqua effusus sum.

4. Aqua, donum Spiritus sancti. In Evangelio: Qui credit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ. Quod exponens Evangelista dicit: Hoc autem dixit de Spiritu sancto, quem accepturi erant, credentes in eum.

5. Aquæ, fluenta divinæ prædicationis [p. 183]. In Esaia: Dedi in deserto aquas, id est in populo.

6. Aqua, sanctorum obscura prædicatio. In psalmo: Tenebrosa aqua in nubibus aeris. Et alibi: A multitudine sonitus aquarum dederunt vocem, dederunt nubes.

7. Aqua, baptismus. In Esaia: Omnes sitientes, venite ad aquas. Et in Ezechiel: Effundam super vos aquam mundam. Item ibi: Et ecce aqua de latere dextro egrediebatur, id est Domini Jesu Christi.

8. Aqua, effusio lacrymarum, ut quidam volunt. In Job: Si lotus fuero, quasi aquis nivis.

9. Aqua, doctrina justi. In Salomone: Aqua profunda, verba ex ore viri. Item ibi: Bibe aquam de tua cisterna.

10. Aqua caritas a quibusdam putatur. In psalmo: Qui tegit in aquis superiora ejus, id est

XIII. Nullus ullibi titulus, sed in C, spatio relicto, rubricatur major littera prior. Omnia fortasse olim fuere in capite VI, potiori jure, collocata.

1. Ps. CXLVIII, 4. — 2. Apoc. XVII, 15. — 3. Jerem. II, 15; ps. XXI, 15. — 4. Jo. VII, 38, 39. — 5. Is. XLIII, 20. — 6. Ps. XVII, 12; LXXVI, 18. — 7. Is. LV, 1; Ezech. XXXVI, 25; XLVII, 1, cum LXX. — 8. Job IX, 30. — 9. Prov. XVIII, 4; V, 15.

10. Ps. CIII, 3; Matth. XXII, 40. *Aqua caritatis* C.

cœlum divinæ Scripturæ, quia secundum Evangelium, in duobus caritatis præceptis tota Lex pendet et prophetæ.

11. Aquæ, persecutiones hujus mundi. In Job: Numquid elevabis in nebula vocem tuam, et impetus aquarum operiet te? Et in psalmo: Salvum me fac, Deus, quoniam intraverunt aquæ usque ad animam meam.

12. [p. 184] Aquæ, tentationes Diaboli. In psalmo: Probavi te ad aquas contradictionis.

13. Aquæ, baptismata hæreticorum. In psalmo: Libera me de aquis multis.

14. Aquæ, multiplicatio peccatorum. In psalmo: Misit ex alto, et adsumpsit me de multitudine aquarum.

15. Aqua, dogma hæreticorum. In Salomone: Aquæ furtivæ dulciores sunt. Et in Esaia: Caupones tui miscuerunt aquam vino.

16. Aqua, immoderata locutio. In Salomone: Qui dimittit aquam, id est linguam, caput est jurgiorum.

17. Aqua, luxuria carnis. In Salomone: Terra quæ non satiabitur aqua, id est caro hominis quæ non expletur luxuria. Et in Evangelio, pro quodam lunatico dicitur: Sæpe cadit in ignem, crebro autem in aquam.

18. Abyssus, profunditas Scripturarum. In psalmo: Abyssus abyssum invocat, id est vetus Testamentum novum adnuntiat, et novum vetus in testimonium vocat. In voce cataractarum tuarum, hoc est prædicatione sanctorum.

19. Abyssus, ineffabilia judicia Dei. In psalmo: Judicia, tua, abyssus multa.

20. [p. 185] Abyssus, aquæ immensitas. In Genesi: Et rupti sunt fontes abyssi magnæ.

21. Abyssus, corda hominum facinorosorum tenebrosa. In Job: Abyssus dixit: Non est mecum, id est sapientia. Et in Amos: Vocavit judicium ad ignem Dominus, et devoravit abyssum multam.

22. Abyssus, damnatio peccatorum sempiterna. In Job: Æstimavit abyssum quasi senescentem, id est, Diabolus per ministros suos putavit quod pœna impiorum finem habitura sit.

23. Abyssus, infernus. In Evangelio: Et deprecabantur eum spiritus, id est dæmones, ne in abyssum eos mitteret.

24. Mare, præsens sæculum. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mari. Et in Abbacuc: Misisti equos tuos in mare, id est apostolos, turbantes aquas multas, hoc est gentes.

25. Mare, Scriptura divina, propter inextimabilem ejus scientiam. In Ezechiel: Et visio earum, id est rotarum, sicut visio maris.

11. Job XXXVIII, 34; Ps. LXVIII, 2. — 12. Ps. LXXX, 8. — *apud aquas* A. — 13. Ps. CXLIII, 7. Admirationem facile id movebit, in hac formula aliquatenus latere procellosam Orientalium et Africanorum sententiam de baptismo hæreticorum, nisi *baptismata* recte intelligantur non esse multiplicanda, neque iteranda. Cf. infra 15. — 14. Ps. XVII, 17. — 15. Prov. IX, 17; Is. I, 22, cum LXX. — 16. Prov. XVII, 14. — *quae caput est* A. — 17. Prov. XXX, 16; Matth. XVII, 14. — 18. Ps. XLI, 8. — 19. Ps. XXXV, 7. — 20. Gen. VII, 11. — 21. Job XXVIII, 14; Amos VII, 4. — 22. Job XLI, 23. Est qui advertet profligatum errorem Origeni assignatum. — 23. Luc. VIII, 31. — 24. Matth. XIII, 47; Habac. III, 15. — 25. Ezech. I, 16.

26. Mare, populus Gentium. In psalmo: Propterea non timebimus, dum conturbabitur terra, et transferentur montes, id est apostoli, in corde maris. Et in Evangelio: Si habueritis fidem [p. 185] sicut granum sinapis, dicetis huic arbori moro: Eradicare, et transplantare in mare, et obediret vobis.

27, 28. Mare orientale, populus Judæorum. Mare novissimum, populus Gentium; unde in Zacharia, propter aquam baptismi dicitur: Medium earum ibat ad mare orientale, et medium earum ad mare novissimum.

29. Mare, baptismum. In Apocalypsi: Et ante sedem tanquam mare vitreum. Hujus baptismi mare illud æreum figuram habuit, quod Salomon in templo Domini fecit.

30. Mare desertum, præsens mundus. In Esaia: Onus maris deserti.

31. Cor maris, hominum corda. In psalmo: Transferentur montes in corde maris.

32. Cor maris, Judæa, eo quod in medio mundo posita esse dicatur: unde in libro Esdræ pro Salvatore dicitur: Vidi virum ascendentem de corde maris. In Ezechiel: O Tyre, quæ sita es in corde maris.

33. Profundum maris, corda hominum tenebrosis operibus obscura, sicut in Job pro Diabolo dicitur: Fervescere facit profundum maris.

34. Profundum maris, sempiterna damnatio. In Evangelio: Expedit ei ut suspendatur [p. 187] mola asinaria collo ejus, et demergatur in profundum maris.

35. Lingua maris Ægypti, philosophia hujus mundi. In Esaia: Et siccavit Dominus linguam maris Ægypti.

36. Littus maris, fines mundi. In Evangelio: Et secus littus sedentes, elegerunt bonos pisces in vasis suis, malos autem foras miserunt.

37. Fluctus, tentationes. In psalmo: Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt. Et alibi: Sonum autem fluctus ejus quis sustinebit?

38. Unda, idem quod et supra. In Exodo: Gelaverunt undæ in medio mari.

39. Insulæ, ecclesiæ, vel animæ, quæ diversis tentationum tunduntur fluctibus. In psalmo: Lætentur insulæ multæ.

40. Insula, plebs judaica. In Ezechiel: Fili hominis, loquere ad habitatores insulæ.

41. Navis, Ecclesia, vel anima, ligno crucis mare hujus mundi transiens. In Salomone: Viam colubri super terram, et viam navis in medio mari.

42. Naves, ecclesiæ fidelium. In psalmo: Illic naves pertransibunt.

43. Et in malam partem, in Esaia: Ululate, naves maris.

44. Naves, ecclesiæ hæreticorum. In psalmo: In spiritu vehementi [p. 188] conteres naves Tharsis.

26. Ps. XLV, 3; Luc. XVII, 6. — 27. Zachar. XIV, 8. — 29. Apoc. IV, 6; III Reg. VII. — 30. Is. XXI, 1. — 31. Ps. XLV, 3. — 32. Inexpectatum hic habemus testimonium, fortasse omnium quæ exstant antiquissimum, Pseudo-Esdræ lib. IV, cap. XIII, 51; quem Ambrosius Latinorum primus adduxit. Cætera in Ezech. XXVII, 2, 3. — 33. Job XLI, 22. — 34. Matth. XVIII, 6. — 35. Is. XI, 15. — 36. Matth. XIII, 48. — 37. Ps. XLI, 8; LXIV, 8, quæ cum alio ps. miscentur, fort. CXXIX, 3. — 38. Exod. XV, 8, juxta LXX: ἐπάγη τὰ κύματα ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης. Longe aliter Vulg. — 39. Ps. XCVI, 1, — 40. Ezech. XXVII, 2, 3. — 41. Prov. XXX, 19.

42. Ps. CIII, 26. — 43. Is. XXIII, 1. — 44. Ps. XLVII, 8.

45. Arenæ maris, innumeræ Gentium multitudines, sive reprobi omnes. In Genesi: Multiplicabo semen tuum, sicut stellas cœli, et sicut arenam quæ est ad oram maris.

46. Piscatores, apostoli, vel cæteri prædicatores. In Evangelio: Venite post me, faciam vos piscatores hominum fieri.

47. Et in malam partem, per Esaiam: Lugebunt piscatores.

48. Sagena, Ecclesia, fides, vel prædicatio. In Evangelio: Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare.

49. Retia, deceptio Diaboli. In psalmo: Cadent in retia ejus peccatores. Et in Abbacuc: Totum in hamo suo sublevavit, traxit illud in sagena sua, et congregavit in rete suum; super hoc lætabitur et exultabit.

50. Pisces, sancti. In Evangelio: Et traxerunt plenum rete piscibus magnis.

51. Pisces, reprobi. In Evangelio: Malos autem foras miserunt. Et in psalmo: Et pisces maris, qui perambulant semitas maris. Et in Amos: Sed et pisces maris congregabuntur.

52. Semitas maris, actiones sæculi hujus, ubi et supra.

53. Piscis, Dominus Jesus Christus, tribulationis igne assatus. In Evangelio: Posuerunt coram eo partem piscis assi et favum mellis.

54. [p. 189] Pisces duo, conjuncti quinque panibus, duo Testamenta Legis, vel duo caritatis præcepta, sive duæ personæ, regia et sacerdotalis. In Evangelio: Et acceptis quinque panibus et duobus piscibus.

55. Hamus, Divinitas Filii Dei, quæ carne induta latuit, [sicut] hamus [in] esca; de quo hamo Dominus ad Job loquens ait: Numquid abstrahere poteris Leviathan hamo tuo? Quia idem hostis humani generis, dum ore piscis, escam corporis Domini per passionem momordit, enecatus est per potentiam Divinitatis ejus.

56. Item in malam partem de Diabolo, per Abbacuc: Totum in hamo suo sublevavit.

57. Flumina, prædicatio sanctorum. In psalmo: Flumina plaudent manibus in idipsum. Et in Esaia: Ponam flumina in insulas.

58. Flumina, gratia Spiritus sancti, et redundatio sapientiæ. In Evangelio: Qui credidit in me, flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.

59. Flumina, infidelium populi. In psalmo: Super flumina Babylonis, illic sedimus et flevimus.

45. Gen. XXII, 17, — 46. Matth. IV, 19. Hic rursus dicere luberet: « Duc in altum, » sicut olim scripsi ad cl. amicum J. B. de Rossi, ut de sacra Ichthylogia disputaret, cujus classicam habes ἀκρόασιν *De christianis monumentis* ΙΧΘΥΝ *exhibentibus* in *Spicil.* III, 545-599. — 47. Is. XIX, 8. — 48. Matth. XIII, 47. *ecclesiae fid.* A. — 49. Ps. CXL, 10; Habac. I, 15. — 50. Jo. XXI, 11. — 51. Matth. XIII, 48; ps. VIII, 9; Osee IV, 3. Male *Amos*. — 52. Ps. VIII, 9. — 53. Luc. XXIV, 42. — 54. Matth. XIV, 19. — *duos pisces* C. Ac si ego hæc e cerebello meo extudissem, in me assurrexit vir quidam doctus, ineptias a me excogitatas ratus, quum verba tantum eorum retulerim, quos eadem post Melitonem plus minus enunciantes, agmine propemodum immenso, produxi in *Spicil.* III, p. 499-542. Videsis *Die Darstellung Jesu Christi unter dem Bilde des Fisches von Ferd. Becker*, Breslau., 1866. — 55. Job XL, 20. Re quidem vera, C. et A in hoc consentiunt: *latuit hamus esca.* — 56. Hab. I, 15. — 57. Ps. XCVII, 8 cum LXX ἐπιτοαυτό, *in idipsum.* — Is. XLII, 15.

58. Jo. VII, 38. — *redundatio* rarum, fort. pro græce trito πλεονασμός.

59. Ps. CXXXVI, 1.

60. Flumina, actiones sæculi hujus. In psalmo: Et flumina pertransibunt pede.

61. Flumina, impetus persecutionis. [p. 190] In Canticis canticorum: Aquæ multæ non potuerunt extinguere caritatem, [nec] flumina obruerunt illam.

62. [Flumen], philosophia hujus mundi, vel dogma hæreticorum. In psalmo: Tu exsiccasti flumina Ethan, qui interpretatur fortis, id est Diabolus, de quo in Evangelio: Cum fortis armatus.

63. Flumen, inundatio Spiritus Sancti. In psalmo: Fluminis impetus lætificat civitatem Dei. Et alibi: Flumen Dei repletum est aqua.

64. Flumen, baptismum. In Apocalypsi: Flumen aquæ vivæ, tamquam crystallum.

65. Flumen, humanum genus, quod ab origine mundi de primo homine Adam, quasi ex uno fonte per carnis liquorem in hoc mundo defluxit unde in libro Job pro Diabolo dicitur: Absorbet fluvium, et non mirabitur. Et in Ezechiele: Dicis: Meus est fluvius, et ego feci memetipsum.

66. Rivi, prædicatio sanctorum. In Esaia: Et erunt super omnem montem excelsum et super omnem collem elevatum rivi currentium aquarum.

67. Fons, Salvator. In Hieremia: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ.

68. Fons, baptismum. In Joel: Fons de domo [p. 191] Domini egredietur, et irrigabit omnem terram. Et in Zacharia: In die illa erit fons patens domui David, in ablutione peccatorum et menstruatæ.

69. Et in aliam partem, in propheta: Desiccabitur fluvius a fonte suo.

70. Fontes, sancti prædicatores. In Esaia: Haurietis aquas in gaudio de fontibus Salvatoris.

71. Et in aliam partem, per Joel: Sed et bestiæ agri suspexerunt ad te, quia exsiccati sunt fontes aquarum.

72. Fontes, hæretici. In epistola Petri: Hi sunt fontes sine aqua.

73. Fons, origo generis humani. In Salomone: Antequam rumpatur funis argenteus, et recurrat vitta aurea, et conteratur hydria super fontem, id est caro hominis per mortem.

74. Stagna, philosophia hujus mundi. In Esaia: Ponam flumina in insulas, et stagna arefaciam.

75. Lacunas, hæretici. In propheta: Qui faciebant lacunas ad capiendos pisces.

76. Torrens, mortis origo, quæ a primo homine per transgressionem præcepti in hoc mundo

60. Ps. LXV. 6. — 61. Cant. VIII, 7. — 62. Ps. LXXIII, 15. Interpres in scholio Aquila est; ex quo teste Hieronymus habet: *fluvios fortes*. — 63. *Inundatio*, ἔκχυσις, ἐκροή, ut alibi, quæ tam insolita latine sunt; quam apta græce de Spiritus effusione. — Ps. XLV, 5; LXIV, 10. — 64. Apoc. XXII, 1. — 65. Job XL, 18; Ezech. XXIX, 3. Obscurissima est scriptura prima in C, quam recens quidam, ut toties, proterve corrupit. Primum, opinor, legebatur *ex uno fonte per carnes* aut *carnis*, deinde liquido *icorem*, ex quo recens derivavit *liquorem*. Tædet amisisse me varietates A, qui certe non legebat *liquorem*. Suspicor veterem interpretem hæsisse in loco ambiguo, nec fortasse aliud egisse quam rescribere vocem græcam ἰχῶρα, unde *ichorem*, ac si *per carnis sanguinem*, primi hominis peccatum fluxisset ad posteros. Cæterum gravis est sententia, ac dignissima quæ theologos non fugiat. Cf. 76 infra. — 66. Is. XXX, 25. — 67. Jerem. II, 13. — 68. Joel III, 18; Zach. XIII, 1. — 69. Is. XIX, 5. — 70. Is. XII, 3. — 71. Joel I, 20. — 72. II Petr. II, 17. — 73. Eccle. XII, 6. — 74. Is. XLII, 15. — 75. Is. XIX, 10. — 76. Ps. CXIX, 7.

defluxit; de quo torrente Salvator in via bibit, quia in præsenti vita mortem gustavit. In psalmo : De torrente in via bibit.

77. [p. 192] Torrens, doctrina sanctorum. In psalmo: Tu disrupisti fontes et torrentes. Et alibi: Et torrentem voluptatis tuæ potabis eos.

78. Torrens, tentationis impetus. In psalmo: Et torrentes iniquitatis conturbaverunt me.

79. Cisterna, recta intelligentia. In Salomoue : Bibe aquam de tua cisterna, et fluenta...

80. Cisterna, hæretici, vel prava intelligentia. In Hieremia: Foderunt sibi cisternas dissipatas.

81. Lacum, dolor, vel lapsus in morte. In psalmo: Lacum aperuit, et fodit eum. [Et alibi: Laqueos paraverunt pedibus meis.]

82. Lacus, infernus. In psalmo: Posuerunt me in lacum inferiorem, in tenebrosis et in umbra mortis.

83. Puteus, Salvator, vel evangelicus sermo. In Genesi: Habitavit Isaac ad puteum juramenti. Item ibi: Puteus viventis et videntis, ecce inter Cades et Barac.

84. Puteus, fluenta spiritalis intelligentiæ. In Salomone: Bibe aquam de cisterna tua, et fluenta putei tui.

85. Puteus, infernus, vel Diabolus. In psalmo: Neque aperiet super me puteus os suum.

86. Putei, libri Legis et prophetarum. In Genesi: Iterum fodit Isaac puteos, quos foderunt pueri patris [p. 193] sui Abrahæ.

87. Amphora, Diabolus. In Zacharia.

88. Situla, caro Christi. In libro Numeri: Fluit aqua de situla ejus.

89. Hydria, caro hominum. In libro Judicum: Et dedit in manibus eorum hydrias vacuas. Et in Salomone: Et conteratur hydria.

90. Hydria, carnalis cupiditas, ut quidam volunt. In Evangelio: Reliquit ergo mulier hydriam suam, et abiit in civitatem.

91. Rota, circuitus vitæ præsentis. In Salomone: Et confringatur rota super cisternam.

92. Rota, præsens mundus. In psalmo: Vox tonitrui tui in rota.

93. Et in malam partem: Pones eos ut rotam,

94. Figulus, Salvator. In Evangelio: Et emerunt ex eis agrum figuli. Et in Hieremia: Descende in domum figuli, et ibi audies verba mea. Et in Salomone: Vasa figuli probat fornax.

95. Spongia cava, infidelitas Judæorum. In Evangelio: Circumponentes spongiam, obtulerunt ori ejus.

96. Fel, amaritudo malitiæ. In psalmo: Dederunt in esca mea fel.

77. Ps. LXXIII, 15. — 78. Ps. XVII, 5. — 79. Prov. v, 15. *Et fluenta* solus C, cf. 84. — 80. Jerem. II, 13. — 81. *Lacum* C, qui solet ex ipsa biblica lacinia sumere primam dictionem. Ps. VII, 76; LVI, 7. Quæ includuntur ultima, extra locum vagantur, nisi alicubi græce legerint πηγάς, pro παγίδας ἡτοίμασαν. — 82. Ps. LXXXVII, 7. — 83. Gen. XXI, 32; XXIV, 62; XVI, 14. — 84. Prov. v, 15. — 85. Ps. LXVIII, 16. — 86. Gen. XXVI, 18. — 87. Zachar. v, 5, 6, ut ferunt alii codd. — 88. Num. XXIV, 7. — 89. Judic. VII, 16; Eccle. XII, 6. — 90. Jo. IV, 28. — 91. Eccle. l. l. — 92. Ps. CXXVI, 19. — 93. Ps. LXXII, 14. — 94. Matth. XXVII, 10; Jerem. XVIII, 2; Eccli. XXVII, 6. — 95. Jo. XIX, 29. — 96. Ps. LXVIII, 22.

97. Pix, inquinamentum et nigredo delictorum. In Salomone: Qui tangit picem, inquinabitur ab ea.

97. Eccli. XIII, 1.

XIV.

DE CIVITATIBUS SIVE PROVINCIIS.

§ I.

1. Hierusalem, *visio pacis*, cœlestis illa patria. [p. 194] In Apostolo: Quæ autem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater omnium nostrorum. Et in Hieremia: Recordamini procul Domini, et Hierusalem ascendat super cor vestrum.

2. Hierusalem, sancta Ecclesia, vel anima. In psalmo: Lauda, Hierusalem, conlauda Deum tuum, Sion. Item ibi: Hierusalem, quæ ædificatur ut civitas. Et in Esaia: Ecce ego creo Hierusalem exultatione, et populum ejus gaudio. In Hieremia: In tempore illo vocabunt Hierusalem solium Dei, et congregabuntur ad eam omnes gentes. Et notandum quod est, in Ecclesiam generaliter conveniunt hæc, et ad animam referri possunt, sicut illud in Hieremia: Lava a malitia cor tuum, Hierusalem. Usquequo morabuntur in te cogitationes pravæ? Item ibi: Erudire, Hierusalem.

3. Filii vel filiæ Hierusalem, fideles in Ecclesia. In Canticis canticorum: Filiæ Hierusalem, si conveneritis dilectum meum.

4. Hierusalem, plebs Judæorum, vel ipsa terrena civitas. In Evangelio: Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas. Et post pauca: Ecce linquetur domus vestra deserta. Et in Esaia: Ruit Hierusalem, et Juda concidit. Item ibi: Ut non sit civitas, et [p. 195] (in) sempiternum non ædificetur. Et in Sophonia: Hæc est civitas gloriosa habitans in confidentia. Et post pauca: Quomodo facta est in deserto cubile bestiæ?

XIV. §. I. *De Civitatibus sive Provinciis.* Is titulus in C extat, sed manu circiter XI sæculi. Locus in A remansit vacuus, neque accessit primæ litteræ rubrum linimentum. Recolat, si lubet, æquus lector sat ampla procœmia hisce præfixa in *Spicil.* III, p. 290, n. 1. — Quantumvis vaga et tenuis videatur hæc mantissa hebraica, eam omittere non licuit, quum in solis A, C, uti propria et genuina appendix, integra asservetur; a cujus antiquitate faciunt compendia inde ab Eucherio semel et iterum deducta, et quædam ἀποσπασμάτια mox ab Anastasio recipienda. Disputandi autem de nominum hebraicorum etymo, tricis et allegoriis, lubentissime aliis otium et voluptatem relinquimus. Ad rem geographicam quod pertinet, peritum si quem ducem volueris, adeas cl. v. Ad. Neubauer *La Géographie du Talmud*, Paris, 1868. Quod vero de etymo est, sylvam adisis lexicorum biblicorum, quorum plurima Philonis, Origenis, Eusebii ve edidit Vallarsius in Hieron. Opp. t. III, p. 532, append. Patrol. t. XXIII, col. 1143-1270.

1. Gal. IV, 26; Jerem. LI, 50. — *nostrorum* om. A. — 2. Ps. CXLVII, 12; CXXI, 3; Is. LXV, 18; Jerem. III, 17; IV, 14; VI, 8. — *gaudio* sic A, *gaudium* C, dum A legit *exultationem*.

3. Cant. V, 8. — 4. Luc. XIII, 34, 35; Is. III, 8; XXV, 2; Sophon. II, 15.

5. Sion, cœlestis patria. In Apostolo: Sed adcessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Hierusalem.

6. Filia Sion, Ecclesia, sive sancta anima. In Sophonia: Lauda, filia Sion, jubila tu, Israel.

7. Sion, *Specula*, visio, sive contemplatio sanctæ Ecclesiæ. In psalmo: Lauda, Hierusalem, Dominum, conlauda Deum tuum, Sion. Et in Esaia: Consurge, consurge, induere fortitudine tua, Sion. Et in Michæa: Surge et tritura, filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, et ungulas tuas ponam æreas.

8. Filii Sion, filii Ecclesiæ. In psalmo: Filii Sion exultent super regem suum. In Joel: Et vos, filiæ Sion, exultate in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem justitiæ.

9. Sion, plebs Judæorum, vel ipsa civitas in monte sita, quæ et Hierusalem dicitur. In Amos: Dominus de Sion rugiet, et [in] Hierusalem dabit vocem suam; quia ex eadem plebe Dominus secundum carnem genitus est. Et in Esaia: De Sion exibit lex, et verbum Domini de Hierusalem. Et in Michæa propheta: [p. 196] Sion quasi ager arabitur, et Hierusalem quasi acervus lapidum erit.

10. Babylon, *Confusio*, sive *Translatio*, plebs ad Christum conversa. In psalmo: Memor ero Raab et Babylon, scientibus me. Et in Michæa: Dole, et satage, filia Sion, quasi parturiens, quia nunc egredieris de civitate, et habitabis in regione, et [venies usque ad] Babylonem; ibi liberaberis, et ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.

11. Babylon, mundus, aut Roma. In Apocalypsi: Et Babylon magna venit in memoriam ante Dominum, dare ei calicem indignationis iræ ejus. Et in Esaia: Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorum, sicut subvertit Deus Sodomam et Gomorram; non habitabitur usque ad finem. In Hieremia: Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram; subito cecidit Babylon, et contrita est.

12. Æthiopia, *Tenebrae*, Ecclesia ex Gentibus ad Deum veniens. In psalmo: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.

13. Item in malam partem, reprobi, infidelitatis nigredine tetri. In Sophonia: Sed et vos, Æthiopes, interfecti gladio meo eritis. Et in Amos: Numquid non filii Æthiopum vos estis mihi, filii Israel?

14. Ægyptus, *Tribulatio*, [p. 197] sive *Tenebrae*, mundus ad Deum conversus. In psalmo:

5. Hebr. XII, 22. — 6. Sophon. III, 14. — *jubilatus Israel* C. *jubila, filia Hierusalem* A. — 7. Ps. CXLVII, 13; Is. LII, 1; Mich. III, 12. — 8. Ps. CXLIX, 2; Joel II, 23. — 9. Amos I, 2; Is. II, 3; Mich. III, 12. — 10. Ps. LXXXVI, 4, recte pro græco τοῖς γινώσκουσί με, sed læsa latinitate, et ita Psalter. S. Germani. — Mich. IV, 10. Rectius f. A *translatio plebis ad Christum conversae*, sed expositio singularis. In C desunt inclusa, ubi tamen est lacuna trium verborum, quam A et O implent ut nos, at quonam ex archetypo? certe Mesmianus in toto hoc ultimo capite deficit, jam absolutus. *de manibus* A. — 11. Apoc. XVI, 19; Is. XIII, 19, 20; Jerem. LI, 7, 8. *Gomuram* C. — 12. Ps LXVII, 32. — 13. Sophon. II, 12. — *Aethiopia* A. At C distinctissime *Ezsiopie*, et cohæret cum præced. XII, §. III, 16. Quod non fugit eruditum Grabium, ea in Oxon. notantem scite et opportune in hunc modum: « *Aesiopia*, ut *Zabulus* pro *Diabolus*. *Th* et *d* veteribus eodem fere modo sonabant ut *Z*; Græci hodiernis Θ effecerunt ut Z, Angli *th* ut *s*. » Hæc ille. — 13. Sophon. II, 12; Amos IV, 7. — 14. Ps. LXVII, 32; Is. XIX, 19, 20.

Venient legati ex Ægypto. Et in Esaia: In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti; clamabunt enim ad Dominum a facie tribulantis, et mittet eis Salvatorem et propugnatorem, qui liberet eos.

15. Item in malam partem, in Ezechiel: Cum dedero terram Ægypti desolatam; deseretur autem terra a plenitudine sua, quando percussero omnes habitatores ejus. In Amos: Ægyptus in desolationem erit, et Idumæa in desertum perditionis.

16. Tyrus, *Angustia*, sive *Tribulatio*, populus Judæorum. In Esaia: Et eris in die illa in oblivione, o Tyre, septuaginta annis. Et post pauca: Sume citharam, circui civitatem, meretrix oblivioni tradita.

17. Tyrus, præsens mundus. In Ezechiel: O Tyre, tu dixisti: Perfecti decoris ego sum. Et post pauca: Ad nihilum deductus es, et non eris usque in perpetuum.

18. Idumæa, *Sanguinea*, sive *Terrena*, plebs Gentium credens in Christo. In libro Numeri: Et erit Idumæa possessio ejus. Et in psalmo: In Idumæam extendam calciamentum meum.

19. [p. 198] Idumæa, plebs Judæorum. In Malachia: Quod si dixerit Idumæa: Destructi sumus, sed revertentes ædificabimus quæ deserta sunt, hæc dicit Dominus: Isti ædificabunt, et ego destruam.

20. Et in aliam partem, per Esaiam: Inebriatus est in cœlo gladius meus, et super Idumæam descendet.

21. Ninive, *Speciosa*, mundus ad Deum conversus. In Jona: Surge, et vade in Ninive, civitatem grandem, et prædica ibi.

22. Item in malam partem, per Naum: Onus Ninive. Et post pauca: Ubi est habitaculum leonum et pascua catulorum leonum? Item ibi: Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua.

23. Basan, *Confusio*. In Esaia: Et super omnes quercus Basan. Et in psalmo: Dixit Dominus: Ex Basan convertar.

24. Basan, populus Gentium. In Hieremia: Revertetur Israel ad habitaculum suum, et pascetur Basan et Carmelum. Et in Esaia: Concussa est Basan et Carmelus, id est uterque populus Judæorum et Gentium.

25. Cedar, *Tenebrae*, mundus. In psalmo: Habitavi cum habitantibus Cedar.

26. Et in bonam partem, per Esaiam: Omne pecus Cedar congregabitur tibi.

27. [p. 199] Arabia, *Humilis*, sive *Campestris*, Ecclesia ex gentibus. In psalmo: Dabitur ei de auro Arabiæ.

28. Et in aliam partem, per Esaiam: Onus Arabiæ.

29. Sabaa, *Incensa*, vel *Beata*, Ecclesia. In Esaia: Omnes de Sabaa venient, aurum et thus deferentes.

15. Ezech. xxxii, 15; Joel iii, 19, male *Amos*. — 16. Is. xxiii, 15, 16. — 17. Ezech. xxvii, 34. — 18. Num. xxiv, 18; Ps. lix, 10. — 19. Malach. i, 4. — 20. Ps. xxxiv, 5. — 21. Jon. i, 2. — 22. Nahum i, 1; ii, 11; iii, 19. — 23. Is. ii, 13; ps. lxvii, 23. — 24. Jerem. l, 19; Is. xxxiii, 9. — 25. Ps. cxix, 5.
26. Is. lx, 7. — 27. Ps. lxxi, 15.
28. Is. xxi, 13.
29. Is. lx, 6.

30. Et in aliam partem, per Joel: Vendam filios vestros et filias vestras; et venundabunt eos Sabæis, genti longinquæ.

31. Sidon, *Venatio*. In Joel: Verum quid mihi et vobis, Tyrus et Sidon? Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.

32. Item in aliam partem, in Evangelio: Si in Tyro et Sidone factæ fuissent virtutes, quæ factæ sunt in vos, olim in cilicio et cinere sedentes, pœniterent.

33. Cades, *Sancta*, id est Ecclesia. In psalmo: Commovebit Dominus desertum Cades.

34. Bersabe, *Longitudo*, Ecclesia. In Regum: A Dan usque Bersabe.

34.[a] Galilæa, *Volutabrum*, sive *Transmigratio*. In Evangelio: Cum surrexero, præcedam vos in Galilæa.

35. Galaad, *Acervus testimonii*, Ecclesia, sive sacra Scriptura; unde in Amos, pro hæreticis dicitur: Secuerunt prægnantes Galaad. Et in Hieremia: In monte Ephraim et Galaad saturabitur anima ejus, id est Ecclesia.

36. [p. 200] Hierico, *Luna*, id est mundus, ob hoc quod semper mutetur. In Evangelio: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hierico.

37. Galgala, locus circumcisionis. In Amos: Nolite quærere Bethel, et in Galgala nolite intrare; quia Galgala captiva ducetur, et Bethel erit inutilis.

38. Bethel, *Domus Dei*, templum Judæorum, ubi et supra.

39. Bethsames, *Domus solis*, id est Ecclesia. In Regum: Bethsamitæ autem metebant triticum in valle, id est doctrinam in humilitate.

40. Bethania, *Domus obedientiae*. In Evangelio.

41. Bethphage, *Domus vallis*, ubi et supra. Syrum est.

42. Genesar, *Hortus principum*. In Evangelio.

43. Amaus, *Populus abjectus*.

44. Bethleem, *Domus panis*, id est Ecclesia Christi. In Michæa: Et tu Bethleem, domus Euphrata, non eris minima in principibus Juda.

45. Euphrata, *Ubertas*, ubi et supra.

46. Capharnaum, *Ager consolationis*. In Evangelio.

47. Sarepta, *Incensa*, sive *Angustia panis*.

48. Gethsamani, *Vallis pinguium*.

49. Golgota, *Calvaria*. In Evangelio.

50. Nazaret, *Os munditiae*, vel *Virgultum*.

51. Trachonitis, *Negotiatio tristitiae*.

52. Gerasimorum, *Salus bona*.

53. Lysania, *Nativitas tentationis*.

54. Sodoma, *Pecus silens*, id est mundi cæcitas. [p. 201] In epistola Petri.

30. Joel III, 3. — 31. Ib. 4. Desiderari videtur quid allegoricum in bonam partem. Similia autem passim desunt in sequentibus, minus fortasse integris. — 32. Matth. XI, 21. — 33. Ps. XXVIII, 8. — 34. I Reg. III, 20. — 34.[a] Marc. XIV, 28. — 35. Amos I, 13; Jerem. L, 19. — 36. Luc. X, 30. — 37. Amos V, 5. — 39. I Reg. VI, 13. — 44. Mich. V, 2. — 48. *Gessamani* C. 51. *Trachonitideis* C. — 52. *Gerasinorum* C. — 53. *Lysaniae* C. — 54. II Petr. II, 6.

55. Memphis, Interitus. In Osee: Ægyptus congregabit eos, et Memphis sepeliet eos.

56. Tanis. In Esaia: Stulti principes Taneos.

57. Phyton, *Os defectionis*. In Exodo: Et ædificaverunt civitates Pharaoni, Phyton, Ramasse, et Saton, id est Heliopolis.

58. Ramasse, *Comestio tineae*, Eliopolis, civitas solis, ubi et supra.

59. Item Ramasse, *Comestio tineae*, id est cupiditas mundi. In Exodo Et egressi filii Israel de Ramasse venerunt in Soccot.

60. Soccot, *Tabernacula*, id est contemtus mundi, et expeditio in via Dei. In Exodo.

61. Oton, *Signa*, id est fidei vel virtutum.

62. Ephaleum, *Ascensio tortuosa*, id est difficultas in opere, sive angustia in via Dei.

63. Magdalum, *Turris*, operum profectus, sicut est illud in Evangelio: Quis ex vobis volens turrim ædificare?

64. Belsephon, *Ascensio speculae*. Ascensus enim, adactus speculæ, pertinet ad fidem. In Exodo.

65. Mirra, *Amaritudo*, id est Legis littera. In Exodo: Venerunt filii Israel in Mirra, et non poterant bibere aquam de Mirra, quia amara erat.

66. Elim, *Arietes*, fortes. In Exodo: Et venerunt in Elim, id est filii Israel, ubi erant duodecim [p. 202] fontes, id est apostolorum doctrina.

67. Syn, *Tentatio*. In Exodo: Et venerunt in desertum Sin.

68. Raphydin, *Vanitas judicii*, qui enim bene exiit de tentatione, securus venit ad judicium, ubi et supra.

69. Sinai, *Mensura*, sive *Mandatum*, sive *Tentatio*, vel *Tumulus mortuorum*.

70. Madian. In psalmo: Fac ei sicut Madian et Sisaræ, et sicut Jabin in torrente Cison.

71. Vallis Gerari, *Maceria*, vel *Sepes*, præsens mundus. In Genesi: Venit enim Isaac in vallem Geraris.

72. Samaria, quod est *Custodia*, hæreticorum conciliabula. In Osee: Pereat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Dominum suum; gladio pereat: parvuli [eli]dantur.

73. Samaria, plebs Judæorum idolatriæ cultui dedita. In Michæa: Ponam Samariam quasi acervum lapidum in agrum, cum plantatur vinea, et detraham in valle lapides ejus.

74. Sichima, *Humerus*, id est operatio. In psalmo: Lætabor, et dividam Sichimam.

75. Dotain, *Defectio;* ibi enim deficiente dilectione, filii Jacob de morte Joseph fratris sui tractaverunt.

76. Asia, *Elevata*, sive *Gradiens*, id est Ecclesia ad superna virtutum gradibus proficiens. In Apocalypsi: Joannes [p. 203] septem ecclesiis, quæ sunt in Asia.

55. Osee IX, 6. — 56. Is. XIX, 11, 13. — 57. Exod. I, 11. — 58. *Commotio tineae* C bis. — 59, Exod. II, 37. — 63. Luc. XIV, 28. — 64. *ad actus specula* C. — 65. Exod. XV, 23. — 66. Ib. XV, 27. — 68. Ib. XXVII, 1. — 69. Sinai in fragmento IV Vallarsiano, Patrol. 1183, interpretatur *Visio sempiterna* vel *Odium*, in fragmento V *Sina*, *Sitis*, col. 1193. Lexicum autem quod Origenis dicitur, habet, col. 1247: *Sina, Elevatio sempiterna vel Sitis*, *Praeceptum*. Quis nos ad has tricas aut incitas adiget? — 70. Ps. LXXXII, 10. — 71. Gen. XXVI, 6. *vallis Gerarum* C. — *Sepis* C. — 72. Osee XIV, 1. — 73. Mich. I, 6. — 74. Ps. LIX, 8. — 76. Apoc. I, 4; Cant. IV, 15.

77. Ephesum, *Voluntas*, sive *Consilium meum*, id est sancta Ecclesia, voluntate et consilio Dei electa.

78. Smyrna, *Canticum eorum*, hoc est fidelium confessio, ubi et supra.

79. Pergamum, *Dividens cornua eorum*, id est ecclesia hæreticorum, ob tumorem, vel aeriæ potestatis tentamenta.

80. Thyatira, *Illuminata*, Ecclesia sole justitiæ lustrata.

81. Sardis, *Principium pulchritudinis*, Ecclesia, ad Dominum Jesum Christum, qui est principium pulchritudinis, [conversa].

82. Philadelphia, *Salvans*, id est Ecclesia proprios salvans populos.

83. Laodicea, *Tribus amabilis*, id est Ecclesia, quæ est amabilis Domino.

78. *Hysmirnae* C.
79. *tumores velariae potestati sunt* sic C.
80. *Tiathire* C. — 81. *Ecclesiae Dominus Jesus Christus.* C. — 83. *Laùdocia* C. Etenim laudato Origeni, si Superis placet, id ascribitur: *Laudicia, tribus amica facta.* Immo Hieronymo ibidem: *tribus amata Domini, sed melius nativitas expectata*, col. 1233. Lepida sane sunt et inexpectata omnia, ac si Judæi simul et Græci ludo in palaestra certarent.

§ II.

1. Libanus, *Candidatio*, Christus. In Salomone: Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.

2. Libanus, baptismum, ubi et supra: Veni de Libano, sponsa, id est a candore baptismatis.

3. Libanus, mundus. In psalmo: Confregit cedros Libani. Et per Ezechielem: Ecce Assur, in monte Libano, id est Diabolus, vel quodlibet regnum potens in gloria mundi.

4. Carmelus, Salvator. In Canticis canticorum: Caput tuum ut Carmelus.

5. Carmelus, regnum Judæorum, templum, sive sacerdotium. In Amos: Dominus de Sion rugiet... et in Hierusalem dabit vocem [p. 204] suam. Et luxerunt speciosa pastorum, et exsiccatus est vertex Carmeli. Item ibi: Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos.

6. Et in bonam partem, per Hieremiam: Et pascetur Basan et Carmelus.

7. Thabor, *Veniens lumen*, id est luminatio fidei. In psalmo: Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt.

8. Hermon, *Anathema*, humilitas pœnitentium, semetipsos anathematizantes. In psalmo: Memor ero tui, Domine, de terra Jordanis, et Hermoniim a monte modico.

9. Or, *Ignis*, sive *Lumen meum*. Ibi defunctus est Aaron.

10. Abarim, mons in quo mortuus est Moyses.

§. II. Paucis deest qualiscumque titulus *De Montibus*.
1. Cant. IV, 15. — 2. Ib. 8. — 3. Ps. XXVIII, 5; Ezech. XXXI, 3. — 4. Cant. VII, 7. — 5. Amos I, 2; IX, 3. — 6. Jerem. I, 19. — 7. Ps. LXXXVIII, 13. — *Illuminatio* A.
8. Ps. XLI, 7. — *Semetipsos mathematizantes* C aperte. — *se ipsos anathematizantes* A.

11. Mons Ephraim, id est *Frugifer*, Ecclesia. In Hieremia: Erit dies in quo clamabunt custodes in monte Ephraim: Surgite, et ascendamus ad dominum Deum nostrum.

12. Hermon, *Anathema*, populus Judæorum, ut quidam volunt. In psalmo: Sicut ros Hermon, qui descendit super montem Sion, id est in Ecclesiam.

13. Sanir, *Deus lucernae*, id est illuminatio fidei. In Canticis canticorum: Coronaberis a capite Amana, de vertice Hermon et Sanir.

14. Montes Seir, *Hispidi* vel *Hirti*, hæretici. In Ezechiel: Ecce ego ad te, mons Seir, et extendam manum [meam] super te [p. 215], et dabo te desolatum.

11. Jerem. xxxi, 6. — 12. Ps. cxxxii, 3. 13. Cant. iv, 8. — 14. Ezech. xxxv, 3.

§ III.

DE FLUMINIBUS ET PISCINIS.

1. Geon, *Terrae gratia*, fluvius Æthiopiæ, de Paradiso emergens, sapientiam hujus mundi significans; sicut et illud in Hieremia: Quid tibi cum via Ægypti, ut bibas aquam turbidam?

2. Physon, fluvius Indiæ, idem quoque de Paradiso fluens. In Genesi: Ipse est, qui circuit omnem terram Evilat.

3. Tigris, *Flexuosus*. In Genesi: Ipse vadit contra Assyrios.

4. Euphrates, *Frugifer*, sive *Ubertas*, ubi et supra.

5. Jordanis, *Descensus*, fluvius Judææ baptismi figuram habens, ab hoc quod Salvator in eodem flumine baptizatus est.

6. Siloa, *Missus*, id est Christus. In Esaia: Pro eo quod abjecit populus iste aquas Siloa, quæ vadunt cum silentio, id est doctrinam Salvatoris.

7. Bethsaida, *Domus venationis*, piscina in Hierusalem, in quam [victimæ] ingrediebantur; ideo et probatica, id est peculiaris [appellatur, quod hostias in ea quondam sacerdotes lavabant].

§. III. Adest titulus in C, minio distinctus, cui tantum vacuus locus est in A. Neutri deest insignis littera prior et major, sed nigra.

1. Jerem. ii, 18. Notandum iterum, iterumque hic græca requiri, ne formula capite minuatur, scilicet: τί σοὶ καὶ τῇ ὁδῷ Αἰγύπτου τοῦ πιεῖν ὕδωρ Γηῶν, ab ultima voce latine omissa tota allegoria pendet. — 2. Gen. ii, 11, 14. *Ebibat* pro *evilat* A, C, ambo germanico ore. — 5. Is. viii, 6. — 7. Inclusa Clarevall. supplent.

§ IV.

DE POPULIS ET GENTIBUS.

1. Hebræi, *Transitores*, sive *Translati*, sancti. In psalmo: Et transierunt de gente in gentem, et de regno ad populum alterum.

2. Judæi, *Confessores*, id est fideles Christum confitentes.

3. Et in aliam partem, in Apocalypsi: Qui dicunt se Judæos esse, et non sunt, sed [p. 207] sunt synagoga Satanæ

4. Israelitæ, *Videntes Deum*, sancti, fide et munditia cordis Deum contemplantes. In Evangelio: Ecce verus Israel, in quo dolus non est.

5. Ismaelitæ, *Obedientes sibi*, id est peccatores, qui quod concupiscunt, faciunt. In psalmo: Tabernacula Idumæorum et Ismaelitarum.

6. Agareni, *Proselyti*, hoc est peccatores a conventu Ecclesiæ alieni. In psalmo: Moab et Agareni.

7. Idumæi, *Sanguinei*, sive *Terreni*, id est dæmones, sive peccatores. In psalmo: Memorare, Domine, filiorum Edom, et in diebus Hierusalem, qui dixerunt: Exinanite, exinanite usque ad fundamentum in ea.

8. Edom, *Rubens*, sive *Sanguineus*, populus Judæorum ob necem Christi et prophetarum. In Abdia: Hæc dicit Dominus ad Edom: Ecce parvulum te dedi in gentibus; contemtibilis tu es valde, superbia cordis tui extulit te.

9. Seir, *Hispidus* vel *Hirtus*, populus Judæorum. In Cantico: Dominus de Saba veniet, et de Seir ortus est nobis. Et in Esaia: Ad me clamat de Seir custos, id est Christus.

10. Moab, *Ex patre*, id est ex Diabolo.

11. Amon, *Filius generis mei*, sive *Populus turbidus*, Judæi scilicet, ut quidam volunt, vel hæretici. In Deuteronomio: Amonites [p. 207] et Moabites etiam post decimam generationem non intrabunt in Ecclesiam Domini usque in æternum. Et in Sophonia: Vivo ego dicit Dominus, quia Moab ut Sodoma erit, et filii Amon quasi Gomorra.

12. Item in bonam partem, per Esaiam: Filii Moab obedientes erunt.

13. Idumæus, populus Gentium. In Deuteronomio: Non abominaberis Idumæum, quia frater tuus est; nec Ægyptium, quia advena fuisti in terra ejus; qui nati fuerint ex eis, tertiam generationem intrabunt Ecclesiam Domini; id est per fidem Trinitatis et lavacrum regenerationis.

14. Amalecitæ, *Populus lambens*, id est peccatores terræ ambientes. In psalmo: Gebal et Amon et Amalec.

§. IV. Silet A de hoc titulo quem C retinet. 1. Ps. CIV, 13. — 3. Apoc. II, 9. — 4. Jo. I, 47. *israelita* A. — 5, 6. Ps. LXXXII, 7. — 7. Ps. CXXXVI, 7. — 8. Abd. I, 2, 3. — 9. Deuter. XXXIII, 2; Is. XXI, 11. — *In cantico*, per antonomasin sic dicitur magnum Moysis canticum, uti etiam infra n. 17 canticum minus Exodi. Ac semper nota usque in finem versionum varietates.

11. Deuter. XXIII, 3; Sophon. II, 9. *Amanitae* C. — *vovi ego* C.

12. Is. XI, 14. — 13. Deuter. XXXIII, 7, 8. — 14. Ps. LXXXII, 8.

15. Philistim, *Cadentes populi*, id est inimici Ecclesiæ de sua se extollentes scientia. In propheta: Verum quid mihi et vobis, Tyrus et Sidon, et omnis terminus Palestinorum? Cito velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.

16. Item in bonam partem, in psalmo: Mihi allophyli subditi sunt.

17. Chananæi, *Instabiles*, sive *Mobiles*, peccatores, fundamentum fidei non habentes. In Cantico: Tabuerunt omnes inhabitantes Chanaan.

18. [p. 206] Ægypti, *Adfligentes*, id est impii, vel dæmones, Ecclesiæ fideles opprimentes. In Exodo: Affligebantque eos Ægyptii operibus duris.

19. Samaritæ, *Custodes*, hoc est hæretici, qui sub prætextu Legis mendacium colunt, atque divinorum præceptorum custodes se esse mentiuntur. In Osee.

20. Samaritanus, *Custos*, id est Christus, In Esaia: Quid de nocte, custos?

21. Assur, *Deprimens*, id est Diabolus humanum genus deprimens. In psalmo: Etenim Assur simul venit cum illis.

22. Assur, Diabolus, vel potestates sæculi. In Esaia: Væ, Assur, virga furoris mei. Item ibi: Noli timere, popule meus, habitator Sion, ab Assur. In virga enim percutiet te, et baculum suum levabit super te in via Ægypti.

23. Assur, Antichristus. In Michæa: Tunc erit pax terræ nostræ, cum surrexerint in ea septem pastores et octo primates hominum, id est prædicatores Legis et Evangelii, et indagabunt Assur, hoc est Antichristum, in fossa Nebro, in damnatione Diaboli.

24. Assyrii, *Deprimentes*, id est impii vel dæmones. In Hieremia: Quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?

25. Et in bonam partem: [p. 209] Erit Israel tertius Ægyptio et Assyrio, benedictio in medio terræ. In Esaia.

26. Chaldæi, impii homines, vel dæmones. In Esaia: Egredimini de Babylone, et fugite a Chaldæis.

27. Reges Tharsis, *Exploratores laetitiae*. In psalmo: Reges Tharsis et insulæ munera offerent.

28. Madianitæ, Amorræi.

29, 30. Gog, *Tectum;* Magog, *De tecto;* id est reprobi, quos Diabolus in culmen superbiæ erigit, et sibi consentientes facit. In Apocalypsi: Et seducet gentes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog et Magog.

31. Mosoc, *Capientis*, hoc est Diabolus, animas semper ad mortem capiens. In Ezechiele: Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terra Magog; principium capitis, Mosoc et Tubal.

32. Tubal, *Deferens*, vel *Delatus*, hoc est reprobi, vel Diabolus, qui malum semper inferunt, aut defecerunt ad mortem.

15. Joel III, 4. — 16. Ps. LIX, 10. — 17. Exod. XV, 15. — 18. Exod. I, 14. — 20. Is. XXI, 11. — *custus* C bis. In fine, *custos*, *custos* A. — 21. Ps. LXXXII, 9. — 22. Is. X, 5, 24. — 23. Mich. V, 5, 6, compendio quod minus a græco quam a Vulg. recedit. — *fossa nebro* sic A, C. — 24. Thren II, 18. — 25. Is. XIX, 24. — 26. Is. XLVIII, 20. — 27. Ps. LXXI, 10. — 29. 30. Apoc. XX, 7. — *textum* A. *De festo* A, C. — 31. Ezech. XXXVIII, 2. *Capiens* A, *diabolos* C. —

33. Persæ, *Tentans*, Diabolus, tentationes semper inferens; ubi et supra: Persæ et Æthiopes et Libyes cum eis.

34. Æthiopes, *Tenebrae* vel *Caligo*, id est impii quibus Diabolus, velut tenebris circumseptus, incedit.

35. Libyes, *Venientes*, Diabolus. Etenim semper tenebras, atque tentationes comitantes ad alios venire facit, ubi et supra.

36. Gomorra, *Consummatio;* in eo enim finis, vastitas et exitium, vel universa quæ ad mortem pertinent venire dicuntur. In Ezechiel: Gomorra et universa agmina ejus; Togorma, latera Aquilonis.

37. Togorma, *Incolatus*, significat omnem peregrinationem, hostis exilium.

38. Amalec, *Lambens*, id est Diabolus. In Exodo: In manu abscondita expugnat Dominus Amalec, a generatione in generationem.

39. Og, *Conclusio*, id est Diabolus, populum Dei a regno cœlorum excludere nitens. In psalmo.

40. Seon, rex Amorrhæorum, *Tentatio oculorum*, id est Diabolus tentationes semper inferens. In psalmo.

41. Balahac, *Praecipitans*, sive *Devorans*. Hic præcipitavit Israel in idolatriæ cultum, et devoravit eos morsu voluptatis luxuriæ.

42. Balaham, *Sine populo*, vel *Absque substantia*, hoc est Diabolus, vel hæretici, qui non colligunt populos ad salvandum, sed ad perdendum. In libro Numeri.

43. Jabin, *Intellectus*, id est peccatores in sua confidentes sapientia. In psalmo: Sicut Jabin in torrente Cison.

44. Oreb, *Foramen*, corda reproborum, ubi coluber, id est Diabolus, [p. 211] ingreditur. In psalmo: Pone principes eorum sicut Oreb et Zeb et Zebee et Salmana.

45. Zeb, *Lupus*, id est Diabolus, ubi et supra.

46. Zebee, *Hostia*, id est peccatores, quos Diabolus, velut lupus, devorat.

47. Salmana, *Perfecti* in malitia, ubi et supra.

48, 49. Doec, *Motus;* Idumæus, *Terrenus*, sive *Sanguineus*. Intellectus David cum venit Doec Idumæus, adnunciavit Sauli.

50. Babylonii, *Confusi*.

51. Filia Babylonis, anima peccatrix confusioni tradita. In psalmo: Filia Babylonis misera.

33. Ib. 5. — 35. *Diabolo, etenim semper tenebrae.* A. — 36. Ib. 6. *Gumire* C, *Gomora* A. — 38. Exod XVII, 14. Sed adeo longe recedit locus, ut novus ignotusque videatur. — 42. *Populo ad salvandum* A, C. — 43. Ps. LXXXII, 10. — 44. Ib. 12. — 48. Ps. LI, 2. — 50. Ps. CXLVI, 8.

§ V.

DE NOMINIBUS HEBRAICIS.

1. ADONAI in latinum significat *Dominus*.

2. SABAHOT, *Exercituum*, sive *Virtutum*.

3. EL, *Deus*.

4. ELI, *Deus*.

5. ELOE, *Deus*.

6. ELOIN, *Excelsus*.

7. EIGEGE, qui est tetragrammaton Ineffabilis.

8. SADDAI, *Omnipotens*.

9. JHESUS, *Salvator*, sive *Salutaris*.

10. NAZARENUS, *Sanctus*, sive *Mundus*.

11. MESSIAS, *Unctus*, id est *Christus*.

12. Uriel, *Lux Dei*.

13. Michael, *Quis ut Deus?* sive *Potestas Dei*.

14. Gabriel, *Fortitudo Dei*.

15. Raphael, *Medicina Dei*.

16. Aziel, *Visus Dei*.

17. Cherubim, *Scientiae multitudo*.

18. Seraphim, *Ardentes*, sive *Incendentes*.

19. Adam, *Homo*, sive *Terrigena*, Christi figuram gerens, de cujus latere Ecclesiæ sacramenta prolata sunt.

20. Eva, *Vita*, sive [p. 212] *Calamitas*, Ecclesiam significans, quæ mater est omnium viventium.

21. Abel, *Luctuosus*, vel *Miserabilis*, qui in typo Salvatoris a fratre occisus est.

22. Cain, *Possessio*, vel *Lamentatio*, qui in figura Judæorum parricidium in fratrem perpetravit, sicut illi in Christo.

23. Seth, *Resurrectio*, Salvatoris figuram gerens, quia in ipso resurrexit semen sanctum.

24. Enoch, *Dedicatio*, omnium sanctorum habet imaginem, ob hoc quod septimus ab Adam translatus est.

25. Mathusala, *Mortuus est*, vel *Misit*.

§. V. Titulum, utcumque otiosum, haud frustra neglexit A, sed minio commendavit C. Ob dignitatem argumenti, hæc paulo fusius in *Spicil.* III, 300, persecutus, nonnullas notulas de veritate hebraica ad singula non prætermisi, quas videsis, et quæ infra p. 137. quibuscum cf. Origen. *Comment. in psalm.* Opp. t. II, p. 539 (*Patrol. gr.* t. XII, col. 1104). Hieron. Opp. t. III, p. 1270, *De Decem Dei nominibus*, etc. — 6. Lego τὸ τετραγράμματον τοῦ Ἀποῤῥήτου. — 22. *perpetratus* C, an ex voce media διαπραξάμενος, ἐργασάμενος? — 23. *Sed resurrectionis Salvatoris* sic C.

26. Noe, *Requies*, Salvatoris gerit figuram, qui dixit: Venite ad me, omnes qui laboratis, et ego vos requiescere faciam.

27. Sem, *Nominatus*, patriarcharum, prophetarum et apostolorum gestavit personam, qui ex ejus stirpe procreati sunt.

28. Japhet, *Latitudo*, Gentium populum significans, eo quod ex ipso Ecclesia Christi toto orbe sit dilatata.

29. Chanaan, *Motus*, sive *Instabilis*, qui in similitudinem hominum peccatorum maledictione sempiterna ab avo mulctatus est.

30. Chus, *Æthiops*, Diabolus, pro quo in psalmo: Pro verbis Chus, filii Gemini.

31. Nemrot, *Tyrannus*, Diabolus. In Genesi: Nemrot [p. 213] venator coram Domino. Et in Michæa: Indagabunt Assur, Antichristum, in fossa Nemrot, hoc est in damnatione Diaboli.

32. Arfaxad, *Sanans depopulationem.*

33. Eber, *Transitor*, sive *Translatus*, ob hoc quod ex ejus stirpe Hebræi procreati sunt.

34. Melchisedech, *Rex justus*, Christus Dominus. In psalmo: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.

35. Abraham, *Pater excelsus*, propter priorem scilicet populum Judæorum.

36. Abraham, *Pater multarum gentium*, sicut est illud in Apostolo: Qui contra spem in spe credidit, ut fieret pater multarum gentium.

37. Sarra, *Princeps mea*, Ecclesiæ figuram gerens.

38. Isaac, *Risus*, qui in typo Salvatoris a patre in sacrificio oblatus est.

39. Rebecca, *Patientia*, quæ in typo Ecclesiæ duos populos Judæorum et Gentium in utero portavit et genuit.

40. Agar, *Advena*, vel *Conversa*, Synagogæ gerens personam, quæ cum filio, hoc est populo Judæorum, de domo Domini sui expulsa est.

41. Ismael, *Auditio Dei*, populum Judæorum significans, eo quod in finem mundi crediturus, a Domino exaudiatur.

42. Cetura, *Thymiama*, id est incensum, vel odor bonus [p. 213A], sapientiam, ut quidam volunt, significans, quæ in senibus plus viget.

43. Job, *Magnus*, sive *Dolens;* hic enim in suis verbis et passionibus Christi et omnium sanctorum expressit imaginem; amici vero ejus speciem prætulerunt omnium hæreticorum.

44. Lot, *Declinans*, Legis, ut quidam volunt, præferens imaginem.

45. Jacob, *Subplantator*, populi Judæorum Christum, ex eorum stirpe genitum, in passione supplantantes, sicut est illud in Osee propheta: In utero supplantavit fratrem suum.

46. Jacob, populus Gentium, ob hoc quod in benedictione patris fratri prælatus sit. In Malachia: Nonne frater erat Esau Jacob, dicit Dominus? Et dilexi Jacob, Esau autem odio habui.

47. Jacob, sancti ex populo Judæorum adsumpti. In Esaia: Et nunc audi, Jacob servus meus. Et alibi: Et facta est portio Domini populus ejus; Jacob, funiculus hæreditatis suæ Israel.

26. Matth. XI, 28. — 29. Ut supra *gestabit* A, C, sic nunc C *ab abo.* — 30. Ps. VII, 1. Iterum C, cum inepta varietate, *Et iobs* pro *Aethiops.* 31. Gen. X, 9; Mich. V, 6. — 34. Ps. CIX, 4. — 35. 1. *Abram.* — 36. Rom. IV, 18. — 45. Osee XII, 3. — 46. Malach. I, 2, 3. — 47. Is. XLIV, 1; Deuter. XXXII, 9.

48. Israel, *Videns Deum*, sed melius *Princeps cum Deo*, omnium sanctorum præferens imaginem, qui per fidem atque munditiam cordis semper vident Deum. In Deuteronomio: Beatus tu, Israel; quis tibi similis, popule salvate? [p. 213B] in Domino scutum auxilii tui, et gladius gloriæ tuæ. Negabunt te inimici tui, et tu illorum colla calcabis.

49. Israel, populus Judæorum. In Esaia: Israel me non cognovit, populus meus non intellexit. Et in Osee: Noli lætare, Israel.

50. Jacob et Israel, uterque populus, Judæorum scilicet et Gentium, in Christo credentes. In Cantico, in Deuteronomio: Facta est portio Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis suæ Israel.

51. Lia, *Laboriosa*, in typo Synagogæ, prior sorore in filiis fecunda.

52. Rachel, *Ovis Dei*, vel *Videns Deum*, typum Ecclesiæ, quæ in fine mundi concepit, præferens.

53. Ruben, *Videns filios*, sive videns patriarchas in medio, populus Judæorum, de quo in Genesi: Ruben, primogenitus meus, tu fortitudo mea et principium doloris mei.

54. Item, in bonam partem propter eos qui ex ipso populo credituri sunt. In Deuteronomio: Vivet Ruben, et non moriatur, et sit parvus in numero.

55. Simeon, *Audienti tristitias*, Scribarum gerens personam; sicut et Levi, Pharisæorum, Dominum Jesum Christum crucifigentes [p. 214], de quibus in Genesi: Simeon et Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia; in consilium eorum [non] veniat anima mea.

56. Item in aliam partem propter eos qui ex ipsis credituri erunt: Dividam eos in Jacob, et dispergam illos in Israel.

57. Levi, *Adpositus*, sive *Additus*, vel *Adsumptus*, sancti perfecti. In Deuteronomio: Perfectio tua et doctrina tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione; qui dixit patri suo et matri suæ: Nescio vos, hi custodierunt eloquium tuum, et præceptum servaverunt. In Ezechiel: Isti sunt filii Sadoc, id est justi, qui accedunt de filiis Levi ad Dominum, et ministrant ei.

58. Juda *Confitens*, sive *Glorificans*, hic enim Christi gessit imaginem, qui ex eadem tribu secundum carnem est genitus. In Genesi: Juda, te laudabunt fratres tui.

59. Juda, Christi Ecclesia. In psalmo: Principes Juda, duces eorum, id est apostoli. Et alibi: Exultaverunt filiæ Judæ propter judicia tua, Domine. Et in Joel: Et Judæa in æternum habitabitur.

60. Filii Juda, filii Ecclesiæ. In psalmo: Exultaverunt filiæ Judæ.

61. Juda, plebs Judæorum. In Esaia: Ruit Hierusalem, et Juda concidit.

62. Zabulon, *Habitaculum pulchritudinis*, populus [p. 215] Ecclesiæ, inter mundi tentationes positus. In Genesi: Zabulon in littore maris habitabit. Et in Deuteronomio: Lætare, Zabulon, in exitu tuo.

48. Deut. XXXIII, 29. — 49. Is. I, 3; Osee IX, 1. — 50. *populus... credentes* A, C, ita et in 55: *Pharisaeorum... Christum crucifigentes in* C. Nondum cessavit græce dicendi consuetudo. — 53. Genes. XLIX, 8. — 54. Deuter XXXIII, 6. — 55. *audiens tristitias* C. *crucifigentium* A. — Genes. XLIX, 7. — 58. Genes. XLIX, 8. — 59. Ps. LXVII, 28; XCVI, 8; Joel III, 20. — 60. Ps. LVI, 8. — 61. Is. III, 8. — 62. Gen. XLIX, 13; Deuter. XXXIII, 18.

63. Isachar, *Est merces*, populus fidelis, sive doctores Ecclesiæ præceptorum divinorum onera portantes. In Genesi: Isachar, asinus fortis, subposuit humerum suum ad portandum. Et in Deuteronomio: Lætare, Zabulon, in exitu tuo, et Isachar, in tabernaculis tuis; populos ad montem vocabunt, id est ad Christum.

64. Dan, *Judicium*, aut *Judicans*, populus Judæorum, de quorum stirpe, ut quidam volunt, Antichristus venturus est. In Genesi: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita.

65. Item in bonam partem, in Deuteronomio: Dan, catulus leonis, fluet largiter de Basan.

66. Gat, *Accinctus*, populus fidelis, Christi virtute præcinctus. In Genesi: Gat, accinctus præliabitur ante eum. Et in Deuteronomio: Benedictus ille in latitudine Gat, quasi leo requiescet.

67. Asser, *Latitudo*, sive *Beatus*, populus Ecclesiæ. In Genesi: Pinguis panis ejus, et præbebit delicias regibus. Et in Deuteronomio: Benedictus Asser in filiis; tinguat [p. 216] in oleo pedem suum, ferrum et æs calciamentum ejus.

68. Nephtalim, *Conversantis*, sive *Junctus*, populus fidelis. In Genesi: Nephtalim, cervus emissus. Et in Deuteronomio: Nephtalim abundantia perfruitur, et plenus erit benedictione Domini.

69. Joseph, *Augmentatio*, sive *Ampliatio*, hic enim Christi gerit personam. In Genesi: Joseph, filius accrescens, decorus aspectu. Et in Deuteronomio: Benedictione Domini terra ejus, de pomis cœli et rore [atque abysso].

70, 71. Israel et Joseph, uterque populus, Judæorum scilicet et Gentium. In psalmo: Liberasti in brachio tuo populum, filios Jacob et Joseph.

72. Benjamin, *Filius dexterae*, Judæorum præferens figuram. In Genesi: Benjamin, lupus rapax; mane, comedit prædam, id est accepta Legis spolia, et vespere dividat spolia, hoc est inter utrumque Testamentum Legis et Evangelii.

73. Ephraim, *Frugifer*, sive *Ubertas;* hic enim in eo quod fratri in benedictione prælatus est, Gentium populi gerit imaginem. In Genesi: Faciet tibi Deus sicut Ephraim et sicut Manasse. Constituitque Ephraim ante Manassen. Et in Hieremia: Ephraim primogenitus meus. Et in Osee: Ephraim, quid mihi ultra idola? Ego exaudiam [p. 217] et dirigam eum.

74. Ephraim, hæretici. In Osee: Particeps idolorum Ephraim, dimittet eum, separatum est convivium eorum; fornicatione fornicati sunt. Item ibi: Ephraim educit ad interfectorem filios suos.

75. Ephraim, divites sæculi hujus intra Ecclesiam constituti, et necdum rationis subtilitate præditi. In Esaia: Væ coronæ superbiæ, ebriis Ephraim, errantes vino. Et in Osee: Ephraim factus est subcinericius, qui non reversatur; comederunt alieni robur ejus, et ipse nescivit.

63. Gen. XLIX, 14, 15; Deuter. l. l. — 64. Gen. ib. 17. — 65. Deuter. XXXIII, 22. — 66. Gen. ib. 22; Deuter. ib. 20. *populos* C, fere ubique A sat sæpe vel in primo casu. — 67. Gen. ib. 21; Deuter. ib. 14, 15. — 68. Gen. ib. 21; Deuter. ib. 23. 69. Gen. ib. 22; Deuter. ib. 13. — 70. Ps. LXXVI, 16. — 72. Gen. XLIX, 27. — 73. Gen. XLVIII, 20; Jerem. XXXI, 9; Osee XIV, 9. — 74. Osee IV, 17, 18; IX, 13. — 75. Is. XXVIII, 1. — *errantes* alia supponit, quæ exciderunt. — Osee VII, 8.

76. Manasses, *Oblitus*, sive *Obliviscens*, populus Judæorum. In psalmo: Meus est Galaad, et meus est Manasses.

77. Esau, *Rubeus*, sive *Acervus lapidum*, populus Judæorum. In Malachia: Nonne frater erat Esau Jacob, dicit Dominus? Et dilexi Jacob, Esau autem odio habui.

78. Phares, *Divisio*, hic enim populi Judæorum gerit imaginem.

79. Zara, *Oriens*, populus Gentium, ob signum coccineum quod obstetrix manui ejus ligavit.

80. Moyses, *Adsumptio*, sive *Limes*, hic enim in eo quod mediator inter Deum et hominem extitit, Christi prætulit figuram; in eo vero quod in terram repromissionis non intravit, Judæorum [p. 218] sub Lege viventium prætendit imaginem.

81. Alibi vero Legis obtinet mysterium, sicut est illud in Evangelio: Habent Moysem et prophetas, audiant eos.

82. Aaron, *Mons fortitudinis*, Christi qui est verus sacerdos, gerens personam. In psalmo: Sicut unguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron.

83. In eo vero quod adversus Moysen cum Maria insurrexit, et terram repromissionis non intravit, sacerdotium Judæorum in se demonstravit.

84. Sephora, *Passer*, Ecclesiæ typum, quæ ex Gentibus Christo conjuncta est, sicut et illa Moysi, prætendit imaginem.

85. Gersen, *Advena*.

86. Eliezer, *Dei adjutorium*.

87. Eleazar, *Dei adjutorium*.

87[a]. Hur, *Ignis*, sive *Lumen*, Spiritus sancti, ut quidam volunt, obtinet sacramentum, de quo in Exodo: Aaron autem et Hur, id est Christus et Spiritus Sanctus, sustentabant manus Moysi, Legis austeritatem ad misericordiam flectens.

88. Sephora, *Passer*, veteris Testamenti gerit figuram.

89. Sua, *Rubens*, sive *Verecunda;* hæc vero, ut quidam volunt, novi Testamenti, quæ Christi sanguine rubuit, obtinet sacramentum.

90. Pharao, *Denudans eum*, sive [p. 219] *Dissipator ejus*, Diabolus, humanum genus dissipans, atque a virtutibus denudans. De ipso per Ezechielem dicitur: Fili hominis, adsume lamentum super Pharaonem regem Ægypti, et dices ad eum: Leoni Gentium adsimilatus es, et draconi qui est in mari. Item ibi: Omne lignum Paradisi non est adsimilatum illi et pulchritudini ejus, quoniam speciosum feci eum. Item ibi: O inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis, ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam.

91. Josue, *Salvator*, tam nomine quam opere Salvatoris gerens personam.

92. Othoniel, *Tempus ejus Deus*, vel *Responsio Dei*.

93. Aod, *Gloriosus*.

94. Semegar, *Nomen adveniens*.

76. Ps. LIX, 9. — 77. Malach. I, 2, 3. — 79. Gen. XXXVIII, 28. *Ob signum quem*, audi κόκκινον. *Quod* A. *manu* C. — 81. Luc. XVI, 29. — 82. Ps. CXXXII, 2. — 87. Exod. XVII, 12. — 89. *Testamenti quae* A, C, διαθήκης, ἡ... ultima tandem vice nota in utroque codice obstinata græci sermonis vestigia. Etiam C habet *ruit*, neque A emendavit. — 90. Ezech. XXXII, 2; XXXI, 8, 9, 18.

95. Barac, *Fulgurans.*

96. Debbora, *Apis*, vel *Loquax.*

97. Gedeon, *Tentatio iniquitatis eorum.*

98. Abimelec, *Pater meus rex.*

99. Tola, *Vermiculus.*

100. Jayr, *Inluminans.*

101. Jephte, *Aperiens*, vel *Apertus.*

102. Esebon, *Cogitatio.*

103. Aialon, *Vivens Deo.*

104. Abdo, *Servus ejus.*

105. Samson, *Sol eorum*, vel *Solis fortitudo*, Christi figura.

106. Dalila, *Paupercula*, vel *Situla*, Synagoga, sive caro.

107. [p. 220] Eli, *Deus meus*, reprobatio de sacerdotio Judæorum.

108. Gersai, *Insulae*, *Holocaustum*, vel *Sacrificium.*

109. David, *Desiderabilis*, seu *Fortis manu*, Christus.

110. Jonathan, *Columbae donum*, vel *Domini donum.*

111. Absalon, *Pater pacis* per antiphrasin, populus Judæorum.

112. Salomon, *Pacificus*, Christus; idem et Ecclesiaste, id est *Concionator;* idem et Idida, id est *Dilectus Testamenti.*

113. Roboam, *Latitudo populi.*

114. Abia, *Pater Domini.*

115. Asa, *Tollens*, sive *Sustollens.*

116. Josaphat, *Domini judicium.*

117. Joram, *Qui est excelsus.*

118. Acazias, *Apprehendens Dominum.*

119. Atalia, *Tempus Domini.*

120. Joas, *Operans*, sive *Temporalis.*

121. Amazias, *Populum tollens.*

122. Ozias, *Fortitudo Domini.*

123. Azarias, *Auxilium Domini.*

124. Joata, *Est perfectus.*

125. Acaz, *Adprehendens.*

126. Ezechias, *Fortitudo Domini.*

127. Manasses, *Obliviosus.*

128. Aman, *Fidelis*, vel *Nutritius.*

129. Josias, *Ubi est incensum Domini*, vel *Domini salus.*

130. Joachaz, *Robustus.*

131. Joachim, *Cujus est praeparatio.*

132. Eliachim, *Domini resurrectio.*

133. Jechonias, *Praeparatio Dei.*

134. Sedecias, *Justus Domini.*

135. Jeroboam, *Dijudicans populos*, vel *Dijudicans super nos.*

136. Nave, *Latratus.*

137. Nausa, [p. 221] *Pinguedo saeculi*, vel *Urbis.*

138. Zamri, *Psalmus*, vel *Canticum meum.*

139. Omri, *Crispans meus.*

140. Acab, *Frater patris.*

141. Zezabel, *Fluens sanguinem*, vel *Ubi est sterquilinium?*

142. Ochosias, *Adprehendens Dominum.*

143. Joram, *Qui est excelsus*, sed melius *Sublimabitur.*

144. Bresit, id est *Genesis.* Genesis autem dicitur quomodo aliquid fit quod antea non erat.

145. Ellesmoth, id est *Exodus*, seu exitus vel egressus populi.

146. Baiecra, *Leviticum.*

147. Baiedabar, *Numerum.*

148. Elladabarim, *Deuteronomium*, id est *Secunda Lex*, in quo est evangelicæ Legis præfiguratio.

109. Inde incipit series quæ græce et fere simili ordine occurrit in fragmento IV, quod Vallarsius e cod. Vatic. 1450 descripsit, Hieron. t. III, col. 1174. — 118. Idem videtur ac 125 *Achaz.* — Cæterum hæc minus ad græca fragmenti accedunt, quam ad latinam interpretationem Hieronymo ascriptam, cujus auctor præ oculis habuit exemplar græcum nostro simillimum. — 144. Hæc ultima græce habuit Anastasius, qui mox primam ad lucem producitur.

149. Josue Ben Nun, id est *Jesus filius Nun.*
150. Sophtim, *Judicum.*
151. Malachim, *Regum.*
152. Debrejamin, id est *Paralipomenon.*
153. Tere asra, hoc est *XII prophetarum* liber.

Loca e Scripturis sacris in Clavim adducta quae hactenus incomperta sunt.

P. 32, n. 65. In Levitico: Pluam super terram pulverem et sal.

P. 48, n. 22. Fruere vitam cum uxore quam diligis, etc.

P. 58, n. 20. Væ illis qui quasi ex regia dignitate terræ [hoc est carni] imperant, et vitiis non resistunt.

P. 60, n. 3. In Regum: Potens est, et dat virtutem regibus nostris.

P. 63, n. 55. In Salomone: Possessio animæ, viri propriæ divitiæ.

P. 61, n. 27. In Deuteronomio: Stetit testis inimicus, falsum testimonium proferens adversus proximum suum.

P. 67, n. 67. Numquid qui in ruinosis habitant, hæreditate terram possidebunt?

P. 82, n. 40. In Deuteronomio: Non loqueris ei pacifica omni tempore.

P. 89, n. 56. In Canticis canticorum: Columba speciosa, auro gemmisque præcincta.

P. 120, n. 38. In Exodo: In manu abscondita expugnat Dominus Amalec, a generatione in generationem. [1]

[1] Præterea cf. p. 10, n. 4; 13, n. 14; 15, n. 54; 16, n. 62; 32, n. 75; 37, n. 29; 51, n. 23; 56, n. 46; 58, n. 35; 64, n. 13; 81, n. 17; 84, n. 80; 107, n. 37, etc.

CLAVIS APPENDICES

Tam ampla etsi fuerit *Clavis* Melitoniana, ut duos fere tomos Spicilegii Solesmensis impleret, tunc tamen accesserat haud exigua, nec pœnitenda, opinor, mantissa illa quæ exhibuit, ne alia sexcenta recolam, Græcorum et Latinorum septem *sacras nomenclaturas* (tom. III, p. 446-451). Haud displiceat nunc, *Clavi* redintegratæ addi alterum simile septenarium: quo palam fit, et sacras id genus formulas fuisse magno et perpetuo usu celebratas, et vel apud Græcos manifesta Melitonis vestigia diu permansisse.

I. Agmen ducat Adrianus quidam, sive scholasticus, sive monachus, obscurus quidem vir, sed antiquus. Etenim jam sæc. IX circumfertur in doctorum hominum itinere, jam Photio teritur, inseriturque primo fere exordio *Bibliothecae*, in codice II. Immo, tribus ante sæculis,

jam latinis notus, Italiam attingit, Cassiodoro innotescit, meretur que locum insignem, Augustinum inter et Eucherium illum, ore et pectore toto Melitonianum. (*Institut.* cap. X). Quidni doctus fuerit is monachus Adrianus, quem S. Nilus laudat « a diligenti sacrarum litterarum lectione? » (Epist. 20, lib. II Allat.). Sane bonæ frugi magister est, duxque proficuus juniorum ad sacros libros accedentium, teste iterum Photio: Ἀνεγνώσθη Ἀδριανοῦ Εἰσαγωγὴ τῆς γραφῆς, χρήσιμος τοῖς εἰσαγομένοις ἡ βίβλος.

Cujus libellum, sat rarum, nec nisi græcum, olim ego jussi inserendum, cum nova interpretatione latina, in seriem quam dixere *Patrologiam Graecam* (t. XCVIII, col. 1271-1311). Quæ quidem mihi quum videretur libri potius epitome, quam integrum opus, spes me vetus diu titillavit, fore nimirum ut aliquid auctius reperiatur, in quo Melito græcus velut e tumulo surgat, quum jam in singulis Epitomæ Adrianeæ versiculis uberrime floreat. Spem aluere plurima loca, in catenis sepulta, quæ ab *Isagoge* si deriventur, certe librum fuisse locupletiorem significant. Quem ergo lapidem, quemve membranam non moverim, ad detegendum integriorem Adrianum? Sed hactenus frustra: quotquot reperi *Isagogae* codices, uti quinque Vaticanos, ab eodem exemplari, quale ab Hoeschelio et Pearsonio editum est, omnes, manibusque recentissimis describentibus, oriuntur.

Interim XVII fragmenta quæ spissa ex caligine veterum catenarum in lucem profero tandem, novam fortasse facem alii dabunt, qui meliorem ad exitum ducet indaginem. Sed dices: Præter *Isagogen*, Adrianus edidit commentarium in psalmos, ac fieri potuit ut psalmos ornaverit scholiis isagogæ consentaneis, sed fusiore calamo extensis, qualia sunt quæ in manus meas inciderunt. Omnibus tamen sedulo cribratis, autumo unum fuisse Adriani opus *Isagogen*, in quo Melitonis formulas ad synthetica quædam capita revocavit, more grammaticorum, psalmis passim adductis, quorum hic quædam scholia habemus, symbolicæ Melitonis philosophiæ aptissima, et digna, nec fallor, quæ in medio ponantur.

II. Adrianum sequitur Anastasius ille, qualiscumque demum sit inter tot homonymos, æque doctos, cujus quædam sylloge, incredibili veterum scriptorum thesauro referta, Angelo Maio fausta sorte obtigit, deditque illi totum fere tomum, qui septimus est in *Scriptorum veterum nova collectione*. Sed vir doctus, opimis spoliis onustus sæpe et obrutus, ut alicubi ingemiscit præ nimia opulentia, plurima mihi intacta, haud illiberali fastidio, reliquit; sive deterritus intricatissima codicis Vaticani stribligine, qua quidem ego nullam ullibi vidi insolentiorem; sive, ut ipse dicere maluit, ratus ea quæ omisit, sequiora esse et viliora. Parerga utique sunt quædam grandiusculi operis, mutila, ac pene dissoluta: meam ad rem etsi nonnihil faciant, ea tamen satis superque duxi græce tantum referre, quin superflua latinitate vestirentur.

Sed omnino jubeo intuitu acerrimo introspiciatur pagina ejusdem codicis ad calcem, arte dicta vulgo photographica, ad amussim expressa. Utinam et ejusdem codicis ipsammet chartam bombycinam ex aliqua lacinia fas fuerit sinceram nostris committere typis, lectoribusque redhibere, manu et oculo scrutandam. Duplex enim problema, inter alia, prostat in illo codice 2200; cujus numerum, solita apud Maium industria dissimulatum, ego tandem detegisse lætor.

Ac primum stribliginosa, si quæ fuerit, scriptura manum copticam, judice Maio, prodit; aut opificem Alexandrinum, qui, quum unciales inclinatos apices in titulis elegantissime pingere

scivisset, cursivas quas dicunt litteras in corpore libri tanto cum impetu effudit, ut quasi ebrio pugno luctari et ludere illum dixeris. Mirum est quantum merovingica ad diplomata accedat, immo quam apte referat tempora ævo Carolino multo antiquiora. Adde quod rari sunt accentus, rarissima interpuncta; utraque vero cum quadam temeritate, aut inconstantia prodeunt, quæ annosam redolet antiquitatem.

Nec satis: aliud enim est quod me etiam nunc suspensum retinet ac longe mirabundum: codex ille, quem facile ad octavum sæculum retuleris, totus est in optima carta bombycina, ut omnium quæ hactenus noverim, vetustissimum sit chartacei libri exemplar. Incredibile sane æstimabitur, ante excidium Alexandrinæ bibliothecæ, inventum fuisse bombycinum subsidium, quo membranis papyrisque suppleretur; vix autem probatu facilius erit, tam cito post a. 650, et jam a sæculo VIII compactam fuisse chartam ex bombyce, adeo integram, concinnam et elegantem. Videant periti, ut, si ego fortasse crassa hallucinatione decipiar, me, ultro sententiæ obnoxium, nigro aut albo lapillo notent.

Idem Anastasius, aut aliquis ex priscis scriptoribus in eadem sylloge collectis, quorum nemo septimo sæculo recentior est, addidit post sacra Christi nomina, mysticas Deiparæ Virginis appellationes; gratam quidem et amœnam flosculorum messem, in quam Melodi, ut in tomo superiore *Analectorum* vidimus, luxuriati sunt, certatimque pro viribus serta texuerunt densissima: stetit enim, favente alma Virgine, floruitque semper, vel apud ultimos ævi Byzantini sciolos, pars illa parthenopea symbolicæ theologiæ, dum vel in Oriente, cætera sylvæ Melitonianæ robora fere omnino exaruerunt.

III. Succedunt, haud sine tumultu, plurima quæ mirum in modum cum ultimis capitibus *Clavis* conveniunt. Hebraica potius quam græca sunt, quæ si enucleatius expendere volueris, per me licet adeas varia onomastica quæ recensui superius, p. 111 et 121.

IV. Inde mox incidimus in etyma, definitiones et distinctiones, quæ Theodorum Abucaram aut subtilem theosophum Maximum sapiunt.

Certe habes in sequentibus Maximum, singularem illum rei allegoricæ magistrum, cui omnino non defuit *Clavis* nostra, ceu ex hoc *De numeris* loco palam evincitur; sed quum fortasse vix lacinias habuerit veterum formularum, anhelaret vero symbolica captare, habenas prompto ingenio laxavit, ac more Gregorii Magni, sed sine duce, per moralia argumenta aut figmenta philosophica lubentius lascivit, ut in alia tomi parte declarabitur.

V. Ex aliquo codice Belgarum aut Batavorum, cujus me nunc clara fugit notitia, mea manu, nimium cita fortasse, excepi seriem alteram *nominum graecorum et latinorum;* quæ, ex ipsa fallacia scriptoris latini, græca suis litteris utcumque redhibentis, ita medii ævi græcanicam pruriginem, tritamque tunc temporis pronunciationem referunt, ut diligenti veterum rerum indagatori minime displiceant. Ludi enim cujusdam litterarii rudimenta sunt, qualia olim nostris, in Orientem proficiscentibus, viatica præstabantur.

VI. Ultimo fere in loco, codex Montispessulanus, num. 306 inscriptus, præbuit similem sacrorum nominum seriem: cujus quidem ab initio patuit mihi statim, quacum tenaci memoria atque perpetua religione majores nostri has formulas retinere solerent. Hic namque quidam scriptor, Joannes nomine, sæculi XIII, si recte memini, incipit ab illa solemni et an-

tiqua Silvii cujusdam formula, quæ inter Damasiana IV sæculi carmina circumfertur; quam etiam in Spicilegii t. III, p. XII non prætermisi. Notationibus peperci, cum hæc jam abunde in toto Clavis corpore declarentur.

VII. Ad calcem posuimus tandem omnium formularum indicem alphabeticum, qui superioribus, sicubi notæ desiderantur, facilem et obvium supplet commentarium.

I.

ADRIANUS.

I.

Τοῦ ψαλμοῦ θ' στίχος η'. Καὶ ὁ Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει, ἡτοίμασεν ἐν κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ.

Τὸ τοίνυν κράτος καὶ τὴν δίκην τοῦ Θεοῦ κάθισιν αὐτοῦ καὶ θρόνον ὀνομάζει, ἀπὸ τοῦ παρ' ἡμῖν τοὺς κρίνειν καὶ κολάζειν ἔχοντας ἐξουσίαν, ἐπὶ θρόνου ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν, ὡς τό· Ἐκάθισας ἐπὶ θρόνον, ὁ κρίνων δικαιοσύνην.

I.

Ps. IX, v. 8. *Et Dominus in saeculum manet, praeparavit in judicio thronum suum.*

Interea potentiam et justitiam Dei vocat sessionem ejus et *thronum*, sicuti more nostro, qui potestate judicandi et puniendi potiuntur, sedent in throno, ut examen peragant, sicut illud: « Sedisti super thronum, qui judicas justitiam. »

II.

Τοῦ αὐτοῦ ψαλμ. στ. λε'. Βλέπεις ὅτι σὺ πόνον, καὶ θυμὸν κατανοεῖς.

Κατὰ ἀντιστροφήν· Ὅτι βλέπεις σὺ πόνον, καὶ θυμὸν κατανοεῖς. Ἐνίοτε δὲ καὶ διὰ μακροτέρου τὴν ἀντιστροφὴν ποιεῖται, ὡς τό· Ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπον αὐτῶν. Ἔδει γάρ, ἀντὶ μὲν

II.

Ps. IX, v. 35. *Vides tu quoniam laborem et dolorem consideras.*

Per inversionem: « Quoniam tu vides laborem, et dolorem consideras. » Aliquando autem longiori modo inversionem inducit, sicut: « In reliquiis tuis præparabis vultum eorum. » Oportebat enim pro *tuis* adesse *eo-*

ADRIANUS. *Isagogae* quinque codd. Vaticani infra recensentur in XVII, qui ejusdem fere ætatis sunt recentis; *Catenarum* cæteri vetustiores, puta XII aut XIII sæculi.

I. Ex Ottobon. 398, f. 50. Sequimur seriem psalmorum, catenarum instar, sed alium fuisse scriptoris ordinem, ubique evincitur. — Τὸ τοίνυν. Statim vides ruptum continuæ filum orationis. — καθίστασιν Isag. in Vat. 649. Præstat conferre edd. in Isag. cap. II, §. 23 (*Patrol.* col. 1281). — Ἐκάθισας. Ps. IX, 10.

II. Vatic. 754, f. 54 et iterum f. 72. Hæc vero velim acriter excutias juxta vulgata in *Isagogae* cap. IV (*Patrol.* gr. XCVIII, col. 1300). — Etenim magis mihi arrident quæ hic excerpta sunt, quum hinc et inde eluceat, Adriani libel-

τοῦ σου κεῖσθαι τὸ αὐτῶν, ἀντὶ δὲ τοῦ αὐτῶν κεῖσθαι τό σου, ἵνα ᾖ· Ἐν τοῖς περιλοίποις αὐτῶν ἑτοιμάσεις τὸ πρόσωπόν σου. Τοῦτο δὲ ἀπὸ τῆς ἐμμέτρου συνθέσεως πεπονθέναι δοκεῖ, καθὼς καὶ παρὰ τοῖς ἔξω ποιηταῖς συνεχέστερόν ἐστι τὰ τοιαῦτα εὑρεῖν, καὶ μάλιστα ἐν τοῖς λυρικοῖς.

rum, et pro *eorum* ponere *tuis*, ut sit: « In reliquiis eorum præparabis vultum tuum. » Id vero ferre videtur compositio metrica, quemadmodum solemnius et similia reperire est in exteris vatibus, tum maxime apud Lyricos.

III.

Τοῦ ψαλμ. ιϛʹ στίχ. αʹ. Εἰσάκουσον, Κύριε, τῆς δικαιοσύνης μου.

Τὸ τὴν δικαιοσύνην, εἴτε ἐφ'ἑαυτοῦ λέγειν, μὴ τὴν ἐκ τοῦ βίου ἀρετὴν ἑαυτῷ μαρτυροῦντα, εἴτε δὴ καὶ ἐφ'ἑτέρων ὁμοίως, ὡς τό· Εἰσάκουσον, Κύριε, δικαιοσύνην μου, καὶ ὅσα τοιαῦτα· τοῦτο γὰρ ἁπανταχοῦ διὰ τῆς τοιᾶσδε σημαίνει λέξεως, τὸν ἀδικούμενον ἐν τῷ πράγματι, περὶ οὗ ποιεῖται τὸν λόγον, δικαίας τῆς παρὰ Θεοῦ βοηθείας μέλλειν ἀπολαύειν, διὰ τῆς κατ'ἐχθρῶν τιμωρίας, καὶ τοῦτό ἐστιν ὃ δικαιοσύνην καλεῖ, εἴτε αὐτοῦ ὡς ἀπολαύοντος δικαίως τῆς βοηθείας, εἴτε τοῦ Θεοῦ ὡς δικαίου παρέχοντος.

III.

Ps. XVI, v. 1. *Exaudi, Domine, justitiam meam.*

Justitiam, sive de se ipso dicit, quin tamen virtutem suam ex ipsius vita testetur; sive respectu ad alios similiter, sicut hoc: « Exaudi, Domine, justitiam meam, » et quæque porro talia. Hoc enimvero per hujusmodi dictionem quoquoversum significat, eum qui male patitur in negotio de quo sermo fit, debere justo Dei auxilio frui, in merita ab hostibus ultione, et hoc est quod *justitiam* appellat, sive quod ipse auxilio Dei jure fruatur, sive Deo utpote justo id conferente.

IV.

Τοῦ ψαλμ. ιηʹ στίχ. δʹ. Οὐκ εἰσὶ λαλιαί, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν.

Τοιαύταις, φησίν, καὶ ἐνάρθροις προφητικαῖς λέξεσι κέχρηνται οἱ οὐρανοί, ὁποίαις

IV.

Ps. XVIII, v. 4. *Non sunt loquelae, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.*

Similibus, inquit, et articulatis dictionibus propheticis utuntur cœli, qualibus et nos ho-

lum fuisse duplo ampliorem, quam nunc perstringitur. Quum vero idem locus bis in eadem regeratur catena psalmorum, sine ulla varietate, de commentario jam non est cogitandum. Breviora licet sint edita, etiam fuisse primum opus prolixius quam nostra, suadet hoc ab initio: Τριχῶς τὸ αὐτὸ πολλάκις κατὰ ἀντιστροφήν τινα, quæ tamen triplex antistrophe nullibi declaratur.

III. Vatic. 754, f. 60; Reg. 40, f. 28. Cf. iterum edd. cap. III, §. VII, col. 1285. — λέγειν, deinde μαρτυροῦντα codd. quæ vix emendaverim in λέγει et μαρτυροῦντος, quum fort. præstet constructio absoluta; edd. habent λέγει et μαρτυροῦντα cum quinque codd. Vatican. Isagogæ. Sed paulo supra in Isag. VII absolute construitur: Τὸ μὴ ἐπὶ τόπου μόνον τὸ ἐκεῖ λέγειν. — ὁμοίως, τοῦτο καὶ ἁπανταχοῦ. Reg. versu om. qui male alibi interponitur. — σημαίνεται id. — τὸ ἀδικούμενον duo codd. — περιποιεῖσθαι τὸν λόγον Vat. Opinor. ποιεῖται referri ad sacrum scriptorem, ut in num. I ἀντιστροφὴν ποιεῖται. Hæc edd. om. — δικαίως τῆς Vatic. — ἀπολαβεῖν Reg. — κατὰ τῶν ἐχθρῶν id.

IV. Reg. 40, f. 37. — ἐνάθροις cod. vix respiciendum ad ἐναιθρίοις *apricis*, *subdio vocibus*. — κέχρηται cod. nec fort. male.

καὶ ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι, ὥστε τοῖς πᾶσι τὰς αὐτὰς διὰ τῆς ἐκφωνήσεως γνωρίμους γίνεσθαι, βαρβάροις τε ὁμοῦ καὶ ἕλλησι.

mines, ita ut hujusmodi acclamatione omnes commonefaciant, tam barbaros quam Græcos.

V.

Τοῦ ψαλμ. κη' στίχ. γ'. Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων.

Ἤρεσε καὶ μόνη φωνὴ τοὺς Ἀσσυρίους τροπώσασθαι.

Ps. XXVIII, v. 3. *Vox Domini super aquas.*

Satis vox una fuit ad fugandos Assyrios.

VI.

Τοῦ ψαλμ. μα' στίχ. η'. Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται.

Ὅθεν καὶ τὸ τῆς πολυπληθείας ἄπειρον ἄβυσσον ἐκφωνεῖ, ὡς τό· Ἔδωκεν ἡ ἄβυσσος φωνὴν αὐτῆς, ὕψος φαντασίας αὐτῆς. Καὶ τό· Ἄβυσσος ἄβυσσον ἐπικαλεῖται, εἰς φωνὴν τῶν καταρακτῶν σου, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν· τῶν ἀλλήλων συμμαχίαν ἐπὶ τῇ καθ' ἡμῶν ἐπικαλοῦνται συνδρομῇ, διὰ τό· Τὴν σὴν συγχώρησιν τῆς ἐκείνων ὁρμῆς εἶναι διέκβασιν. Καταράκτας γὰρ εἰκότως τὴν τοῦ Θεοῦ συγχώρησιν ὡς πρὸς τὰς ἀβύσσους ἐκάλεσεν, καθάπερ ἐπὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τὸ τηνικαῦτα συνέβη γενέσθαι. Καὶ τὸ παρὰ τοῦ Ἀμώς· Καὶ ἰδοὺ ἐκάλεσε τὴν δίκην ἐν πυρὶ Κύριος, καὶ κατέφαγε τὴν ἄβυσσον τὴν πολλὴν, περὶ τῶν δέκα φυλῶν· ἄβυσσον γὰρ αὐτὰς, ὡς ἐν συγκρίσει τῶν δύο, προσηγόρευσεν.

Ps. XLI, v. 8. *Abyssus abyssum invocat.*

Ex hoc quoque multitudinem immensam vocat abyssum, sicut: « Dedit abyssus vocem suam, » ceu altiorem sui ostentationem. Hoc vero: « Abyssus abyssum invocat in vocem cataractarum tuarum, » idem est ac dicere: hinc inde mutuum sibi implorant auxilium, facto adversus nos hostium concursu, juxta illud: « Tuam veniam esse illis exordium ad procedendum. » Vero simile est cataractas dici promptam Dei indulgentiam, quasi velut pro abyssis, sicut in diluvio fieri illico contigit. Et hoc Amos habet: « Et ecce vocavit ultionem in igne Dominus, et voravit abyssum magnam, » respectu ad decem tribus; quas enim abyssum cognominavit præ duabus cæteris.

VII.

Τοῦ ψαλμ. μγ' στ. κδ'. Ἵνα τί ὑπνοῖς, Κύριε;

Τὴν κατὰ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν ἀμύνης ὑπέρθεσιν, τήν τε πρὸς τοὺς οἰκείους αὐτοὺς ἐπικουρίας βραδύτητα νυσταγμὸν καὶ ὕπνον

Ps. XLIII, v. 24. *Ut quid dormis, Domine?*

Suspensionem defensionis adversus hostes eorum et tarditatem in ferendo suis fidelibus auxilio vocat dormitationem et somnum et ca-

V. Vatic. 754, f. 86. Vel in tenui lacinia pergit oratio continua disserentis, et sic porro in seqq.

VI. Vatic. 754, f. 118; Ottob. f. 114. Post ἄπειρον, plura om. ottob. pergitque ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν τὴν ἀλλήλων. — Ἔδωκεν. Habac. III, 10. — καταρακτῶν more biblico pro καταῤῥακτῶν — τὴν σὴν... διέκβασιν. Is locus me fugit, nec biblicus videtur, hæc et alia ab initio om. Ottob. — Ἀμώς, VII, 4. — Cf. Barber. III, 59, f. 128.

VII. Ottob. f. 118. — τοῦ παρείμι fere cod. facilis correctio ex simili loco I. — Ἐκάθευδε et quæ

καὶ καρηβαριαν ἀποκαλεῖ, ἐκ τοῦ παρ'ἡμῖν τοὺς [πρὸς] ὕπνον τραπέντας, οὐ μὴν δέ τινα τῶν οἰκείων ἤτοι τῶν γνησίων ποιεῖσθαι φροντίδα. Ὕπνον τὴν μακροθυμίαν καλεῖ· καθάπερ γὰρ ὁ καθεύδων οὐκ αἰσθάνεται τῶν γενομένων, οὕτως ὁ μακροθυμίᾳ χρώμενος. Ἐκάθευδέ ποτε ἐν τῷ πλοίῳ τῶν μαθητῶν ὁ Χριστός· ἀλλὰ σφοδροτέρου προσπεσόντος ἀνέμου, ἐξύπνισαν αὐτὸν οἱ μαθηταί, διδάσκοντες ἡμᾶς, σφοδροτέρων λογισμῶν ἐν τῇ ψυχῇ γινομένων, ὀργῆς, ἢ ἀδικίας, ἢ πορνείας, ἐξυπνίζειν ἀγάπην, δικαιοσύνην, ταπεινοφροσύνην, ἐγκράτειαν· δοθῆναι δὲ αὐτοῖς, [εἰ] εὔχονται, τὴν ἐπιφάνειαν τοῦ Χριστοῦ, τὴν ἐπ'ἐσχάτων τῶν καιρῶν, ἵνα μὴ τῆς παρ'αὐτοῦ ἀμοιρήσωσι ζωῆς.

pitis gravedinem; ut apud nos, quibus, quum vertimur in somnum, nulla cura omnino est familiarium sive propinquorum. Somnum dicit cunctationem; perinde enim ac dormiens non sentit ea quæ fiunt, ita et cunctator. Dormiebat aliquando in navicula discipulorum Christus: quem vero, ingruente violentiori vento, excitarunt discipuli, edocentes inde nos, sicubi menti subierint immaniores tentationes iræ, vel injustitiæ, vel fornicationis, suscitare caritatem, justitiam, humilitatem, temperantiam; easque illis concedi, qui petunt manifestationem Christi, qualis in extremis temporibus erit, ne vita quæ ab ipso est, priventur.

VIII.

Τοῦ ψαλμ. μθ' στίχ. κγ'. Θυσία αἰνέσεως δοξάσει με, καὶ ἐκεῖ ὁδὸς ᾗ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον Θεοῦ.

Ἀντὶ τοῦ· τοῖς ταῦτα πράττουσι, καὶ θυσίαν αἰνέσεως ἀναπέμπειν ἐσπουδακόσι ὁδὸν ἐπιδείκνυμι σωτηρίας.

VIII.

Ps. XLIX, v. 23. *Hostia laudis celebrabit me, et illic iter quod ostendam illi salutare Dei.*

Ac si diceret: « His qui sic agunt et studuerunt mittere sacrificium laudis, viam salutis ostendo. »

IX.

Τοῦ ψαλμ. ν'. στίχ. ζ'. Ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν τοῖς λόγοις σου, καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

Τὰ ἀναίτια πολλάκις ὡς αἴτια λέγει· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἡμάρτανον, ὅπως ἂν ὁ Θεὸς δικαιωθῇ· ἐδικαιοῦτο δὲ ὁ Θεὸς εἰκότως ἀφ'ὧν ἐκεῖνοι εὐεργετούμενοι ἠγνωμόνουν.

IX.

Ps. L, v. 7. *Ut justificeris in sermonibus tuis, et vincas, quum judicaris.*

Ea quæ causa non sunt, sæpe pro causis asserit: haud enim peccabant, ut Deus justificetur; justificari autem Deus censetur, eo ipso quod isti beneficiis aucti animo maneant ingrato.

X.

Τοῦ αὐτοῦ ψαλμ. στ. η'. Ἰδοὺ γὰρ ἀλή-

X.

Ps. L, v. 8. *Ecce enim veritatem dilexisti,*

sequuntur, a cæteris in cod. discreta leviter, fortasse alterius erunt.

VIII. Ottob. f. 133. — ἐσπουδακότι cod.

IX. Ottob. f. 134. Semel et iterum recidimus in vulgata cap. III, §. 24 (col. 1289 C), nec tamen ibi adducitur nostrum exemplum, plurima licet ex psalmis convocentur. — ἡμάρτανεν, ἵνα ὁ θ. Ottob. sequor Barber. III, 59, f. 132.

X. Ottob. f. 135. Omissa quædam et impedita plura sunt.

θειαν ἠγάπησας, τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς σοφίας σου ἐδήλωσάς μοι.

Καὶ τό· Ἰδοὺ γὰρ ἀλήθειαν ἠγάπησας, ἵνα εἴπῃ· Διὰ μεγίστης ἡμῶν [διδασκαλίας] ἀληθεύων τῇ σπουδῇ τὰ περὶ ὧν ὑπέσχου, τὰ περὶ τῆς Βαβυλῶνος ἐπανόδου δηλονότι, (λέγων ὑπ᾽αὐτῆς μὲν ἄδηλα· κρύφια δὲ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ὄντα, διὰ τῶν προφητῶν ἐγνωρίσθη,) φάσκει, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

incerta et occulta sapientiae tuae manifestasti mihi.

Et hoc dictum est: « Ecce enim veritatem dilexisti, » ut dicat: Propter majorem nostram eruditionem vera esse confirmas diligenter ea quæ pollicitus es, utique de reditu ex Babylone locutus: pro quo obscura manifestat: abscondita autem quæ sunt in sapientia Dei, per prophetas declarata sunt. Hæc ait, et alia similia.

XI.

Τοῦ ψαλμ. ξζ' στίχ. κγ'· Εἶπε Κύριος, ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω... ὅπως ἂν βαφῇ ὁ ποῦς σου ἐν αἵματι, ἡ γλῶσσα τῶν κυνῶν σου ἐξ ἐχθρῶν παρ᾽αὐτοῦ.

Jam vero, ut suum cuique tribuatur, me, ut candide fatear, inscio cum plurimis, Petrus Halloixius titulum Abercii primus, non solum græco eloquio, sed qualicumque metro ornavit, quem Surius Lipomanusque inter Acta tantum latine dederant. Eadem quum græce referret Boissonadius, nostra fere tempestate, tam festino gradu titulum transilivit, ut nec metra ostenderet, neque etiam Surium, ipso teste, « consulere potuerit. » Signo autem Spicilegii dato, semel et iterum viri docti ultra et citra Alpes plausus epigrammati fecere, repetitos Parisiis, inde apud Belgas et Germanos prompto rumore transmissos. [2])

Nunc eumdem ad titulum revertor, tum quo decentiorem Abercio locum tandem facere liceat, ejusque epitaphio justiorem addere commentarium, collatis, ut soleo, variorum studiis; tum maxime ut grave Baronii lamentum excieam.

Audi namque Cæsarem ingemiscentem: [3]) « Doluimus vehementer e manibus nostris ela- » psam (nescimus quomodo) epistolam illam quam ab Abercio ad Marcum [imperatorem] » scriptam, piæ memoriæ Ill. ac Rev. Guillelmus Sirletus, Cardinalis bibliothecarius, pro » magno munere nobis concesserat: quod si rursum in manus nostras deveniet, et si qui » forte describendam accepit, reddiderit, ponemus in appendice vel editione secunda. »

Immo, quum gravissimas ad Martyrologium Romanum notas idem dictavit, epistolam describit, ac si eam oculis et manu teneret, ac si editam luci jam videret, « utpote quæ, ait, redolet « apostolicum spiritum. *Exhibemus eam integram* in Annalibus ecclesiasticis, acceptam ab Ill.

1) *Spicileg. Solesm.* t. III, p. 532, Paris. a. 1855. — 2) Lipomanus, t. VI. Surius, ad XXII octobr. p. 334-340, col. 1560. — Halloix. *Illustr. Eccl. Orient. Scriptor. Vitae*, t. II, p. 137, Duaci, 1636. — Boissonad. *Anecdota gr.* t. V, p. 462, Paris. 1833. — *Civiltà Cattolica*, 1856, p. 686, n. CXLIV, n. CXLV, p. 83. — Garucci, *Mélanges d'Archéologie*, p. 1, Paris. 1856. — *Acta Sanctor.* oct. t. IX, p. 491, 516, Bruxelles. 1856, Paris. 1869. — Ferdin. Becker, *Die Darstellung J. Chr. unter d. Bilde d. Fisches*, p. 35, Breslau, 1866. — 3) *Annal. eccles.* t. II, a. 163,

» et Rev. D. Guillelmo Sirleto Cardinale amplissimo, qui eam græce scriptam in antiquo ma-» nuscripto codice, ut *ingentis pretii margaritam*, custodit. » Hæc ille. [1])

Qui quum addat simul, multa quæ in vitam Abercii irrepserunt, minus eidem Sirleto probari, facilis suspicio oritur, memoratam cum tanto desiderio epistolam repertam fuisse inter Acta græca, quæ innumeri codices continent, Vaticani et alii. Qua quidem suspicione motus, nullam a multis annis adii bibliothecam, in nullum incidi codicem Metaphrasteum, quin amissum thesaurum quæsierim. Sed ego quoque « dolui vehementer. » Frustra enim tam Vaticanos quam cæteros bibliothecarum forulos excussi; frustra, quotquot alicubi Abercii Acta attingere licuit, perlustravi, perfodi, profligavi. Restat cum Halloixio in hæc vota erumpere: « O si lateat, et aliquando tandem, licet sero, cum spiritu illo apostolico quem, Ba-» ronio teste, redolet, Abercii epistola, velut postliminio, revertatur! » [2])

Alterum Abercii opus est, fortasse haud minus desiderandum. De quo id Acta habent: Συνθεὶς δὲ καὶ βίβλον διδασκαλίας πάνυ ὠφελίμως ἔχουσαν, καταλείπει τοῖς ὑπ' αὐτὸν πρεσβυτέροις ἅμα καὶ διακόνοις, ἵνα καὶ μετὰ θάνατον φθέγγηται δι' αὐτῆς, καὶ τρόπον τινὰ μηδέποτε ὠφελῶν παύηται. « Composuit autem et *librum de disciplina*, valde utilem, quem suis reliquit presbyteris et diaconis, ut per eum vel post mortem loquatur, et quodammodo nuspiam cesset illis prodesse. » [3]) Quem librum Halloixius talem habet, quales illi sunt qui nunc inscribuntur: *Instructio sacerdotum, Cura pastoralis*, quorum utilitatem Gregorius Magnus suo exemplo in *Regula* commendavit. Sed quanto magis intueor, in hoc amisso libello, prima lineamenta διδασκαλιῶν, διδαχῶν, quæ veteri memoria *apostolicae* dicuntur, et confertim cumulantur in spisso opere *Constitutionum apostolicarum*, quibus ipsi nos, in altero opere, [4]) multas addidimus vetustissimas *didascalias*, quæ fortasse Abercii ab ætate, a patria, ne dicam ab opere, haud multum recedunt.

Tantum nobis superest epitaphium, quod viri docti fere omnes authenticum habent, nisi quod unus obiter doctus Bollandista levem inducit suspicionem, num Abercius ipse id scripserit, aut jusserit ab alio post se scribi. [5]) Quam conjecturam notare, satis est.

E re vero nostra maximopere notandum est, in omnibus, nullo excepto, Actorum exemplaribus epitaphium constantissime exstare, cum iisdem ruptis metrorum schematibus, cumque iisdem omnino flosculis et ornamentis, ac fere cum iisdem mendis et lacunis. Quo firmo argumento evincitur, epigramma, prout jacet ibi, antiquissimum esse, ac repetundum ab vetusto archetypo, quod Metaphrastæ et ejus sequacibus summa cum auctoritate præluxit.

Id quod, ut mox fusius agam, splendido testimonio confirmant Melodi, sæculo IX canentes, Actaque pone secuti, Josephus hymnographus, Clemens, Joannes, alii facile antiquiores.

Moras lectori nectere me quantumvis tædeat, ad epitaphium nec licet accedere, nec decet, priusquam Acta, quibus id insertum est, saltem per summa quædam capita, recenseantur. Ac primum juvat elenchum dare viginti et amplius codicum mss. vetustissimorum, quos

[1]) *Martyrol. Rom.* notæ ad 22 octobr. — [2]) Hal. l. l. t. II, p. 40. — [3]) *Actor.* n. 39. — Boll. t. IX, p. 513. — [4]) *Juris Eccles. Graec.* t. I. Videlicet *Canon. apost.* p. 1-45. - Constitutiones *de mystico mysterio*, p. 45-75. — *SS. Apostolorum sententiae per Clementem*, p. 75-88. — *Synodus antiochena*, p. 88-95 — *Excerpta capitula apostolica*, p. 96-101. — *Canones poenitentiales*, p. 101, neque ea omittas quæ præfatus sum p. XXVIII sqq. ubi notatur p. XXXVII Ballerinorum sententia, ad Syro-Macedones potissimum esse pleraque constitutionum capita referenda. Tandem cf. Ad. Hilgenfeld, *N. Test. extra can.* fasc. IV, Lips. 1866, p. 79, 93. — [5]) *Comment.* n. 17.

ipse ego attigi et perlustravi. Omnes, quod non ita tritum est, ante octo fere aut novem sæcula scripti sunt, et eorum asservantur membranæ in majoribus Europæ bibliothecis, videlicet:

1.	Cod. Paris.	1480, sæc. XI, epigramma f. 192.	1.	Vatic.	798, sæc. XI, acta f. 292, epigram. f. 222.
2.	—	1484, sæc. XI, acta f. 168, epigr. f. 184.	2	—	799, sæc. XI, acta f. 172, epigram. f. 190.
3.	—	1494, sæc. XI, epigr. f. 114.	3.	—	801, sæc. XI, acta f. 136, epigram. f. 149.
4.	—	1495, sæc. XI, epigr. f. 193.	4.	—	802, sæc. XI, acta f. 130, epigram. f. 146.
5.	—	1501 A, sæc. XI, epigr f. 153.	5.	Ottob.	399, sæc. XI, acta f. 185, epigram. f. 205.
6.	—	1503, sæc. XII, acta f. 141, epigr. f. 153.	6.	Regin.	56, sæc. X, act. f. 148, epigr. f. 167.
7.	—	1540, sæc. XIII, acta f. 129, epigram. f. 150.	1.	Mosquens.	131, sæc. X, act. f. 230, epigr. f. 240.
8.	—	1543, sæc. XII, acta f. 172, epigram. f. 189.	2.	—	175, sæc. XI, act. f. 173.
9.	—	2720, ex quo Boissonadius dedit epistolam Marci ad Euxenianum.	3.	—	176, sæc. XI, act. f. 63.
10.	Coislin.	110, sæc. XI, acta f. 105.	4.	—	180, sæc. XI, act. f. 509.
11.	—	145, sæc. XI, epigr. f. 105.			

Inter tot coæquales et tantæ vetustatis codices tam amica est conspiratio, ut in ordine rerum nullum fere sit discrimen, ac vix duo a cæteris in verborum eloquio recedant. Sex enim Vaticani, quatuor Mosquenses et novem Parisienses eodem modo incipiunt: Μάρκου Ἀντωνίου καὶ Λευκίου Βήρου, τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίων διεπόντων ἀρχὴν, eademque doxologia absolvuntur: τὸν ἐπὶ θρόνου δόξης τῆς Βασιλείας Θεὸν ἐμεγάλυνον· ᾧ πρέπει πᾶσα δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, νῦν καὶ ἀεὶ, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

Unus hactenus est codex Coislinianus 110, qui cum peculiari titulo: Μετάφρασις εἰς τὸν βίον καὶ τὰ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Ἀβερκίου, manente eadem rerum et temporum serie, tum perpetua verborum varietate utatur, aliterque incipiat, cum quodam exordio: Οὐκ ἀγώνων ἐνστάσεις κ. τ. ἑ., tum alia clausula absolvatur, in quadam scilicet parænesi: τούτου τὴν ἀρετὴν ζηλώσωμεν κ. τ. ἑ. Hanc vero recensionem Boissonadius primus et solus edidit, suisque inseruit *Anecdotis*. [1])

Unus est rursus Parisiensis 1540, cui suum hoc sit exordium: Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις τὴν προεδρίαν καὶ ἐπισκοπὴν τῶν Χριστιανῶν τῆς Ἱεραπολιτῶν πόλεως τοῦ ἁγίου Ἀβερκίου ἐγκεχειρισμένου,... suaque clausula in alterius Abercii nomine, ad infulas sancto antistiti suffecti: καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν εἰς τὸν θρόνον τῆς ἐπισκοπῆς τοῦ ἁγίου καὶ ἰσαποστόλου Ἀβερκίου, δοξάζοντες καὶ αἰνοῦντες τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν κ. τ. ἑ. De quibus aptissime notavit cl. Bollandista Benjaminus Bossueus: « In Actis ex codice 1540, facta sunt eadem, dictio diversa; prolixior quam in μεταφράσει, contractior quam in Symeone, saltem ubi recurrit oratio directa. » [2]) Eidem consentire lubet existimanti, horum duorum codicum

1) *Anecd.* t. v, p. 462-488. Præiverat in t. IV, p. 467, *Epistola Antonini Marci Aurelii ad Euxenianum*, sed ex alio codice paris. 2720. Ironice vir doctus et acutus fort. notaverit se « latinam, quæ extat apud Lipomanum ac Surium interpretationem consulere *non potuisse*, » quod tamen Bollandista l. l. tantum indiligentiæ cl. viri tribuit. — 2) *Comment.* n. 2.

priorem esse prorsus singularem, cujus nullum aliud exemplar cognoscitur; posteriorem vero, ut ipsa scriptura fert, opus esse recentius, ab aliquo ex ipso Metaphraste adornatum.

Sepositis vero his duobus testibus, minime licet alienis, cæterorum, qui longe præstant et apte cohærent, ea ne erit auctoritas, ut in serii operis fundamentum statuantur, non obstante Tillemontii et aliorum haud levi censura? Otium mihi fecit optimus ac disertissimus Bossueus, qui in suo commentario, suisque ad Acta, quæ primus protulit, scholiis, tam Tillemontii quam cæterorum exceptionibus satis pleneque fecit. Unum est, quod male apud eum audit, dum cætera fere sarta tecta manent, epistolium a Marco Aurelio scriptum ad quemdam Euxenianum. Tantæ rei non est, etiamsi pagella pessumdetur. Nec diffitear missam illam facere, si ad strictos apices urgeam temporum rationes. Sed quis cladem Ephesinam cæteramque hujus periodi chronotaxim irremoto limite circumscribet? Quin immo dicere ausim, dum rem summam mecum considero, nullum mihi hominem esse, inter quoscumque ævi Byzantini Metaphrastas, qui, nisi vetusta Acta et authentica græce habuerit, eo usque valuerit fingere seriem rerum gestarum, excogitare frequentiam hominum insignium, e cerebro suo sculpere copiam veterum titulorum, quæ et cum cæteris græcis optimæ notæ monumentis conspirent, et insuper potuerit (id præfracte negabo) cum raris consentire scriptoribus latinis, toto Orienti incognitis. Urgeo illud argumenti genus, tam pro Aberciana metaphrasi, quam pro S. Artemii Damascenica historia, in Bollandiano eodem octobre ventilata, et pro sexcentis medii ævi historiis, quas Tillemontius cum ejus schola, multis scientiæ antiquariæ subsidiis destituta, petulanter succussit, subvertitque. Agedum enimvero, Abercii biographus refert, Lucillam, Marci Aurelii et Faustinæ filiam, sponsatam fuisse Lucio Vero, dum is in Oriente cum Vologeso Parthico bellum gereret; statutumque fuisse, ut Ephesum, nuptiarum causa, convenirent. [1]) Quod quidem fœdus Julius Capitolinus, in Marco [2]) et Vero, [3]) singillatim recenset. Additur, dilatas fuisse nuptias, ob inopinos Germanorum in fines imperii incursus. [4]) Quos iterum clare significat Julius: Dum Parthicum, inquit, bellum geritur, natum est Marcomanicum. [5]) De Abercio inquirit præses aulæ, Cornelianus nomine, qui alius non videtur quam Attidius ille Cornelianus, cui Phrynichus suas dicavit *Eclogas atticorum verborum*, [6]) quem Gruterianum saxum servat insculptum, de quo non tacet idem Capitolinus: « Fuit etiam, inquit, Parthicum bellum, quod Vosegesus paratum sub Pio, Marci » et Veri tempore, indixit, fugato *Attidio Corneliano*, qui Syriam tunc administrabat. » [7]) Annonam Abercius dicitur obtinuisse, quotannis dandam ex ærario publico pauperibus. Mirum est, etiam et ipse stupet Baronius, idipsum legi apud Julium Capitolinum: « Ob hanc scilicet, » ait ille, nuptiarum conjunctionem, pueros et puellas *novorum hominum* frumentariæ per- » ceptioni ascribi, imperatores præceperunt. » Hos vero *novos homines* esse nostros Christianos, Isaacus ille Casaubonus contra Salmasium, cujuscumque rei [8]) veteris christianæ impatientem, doctis disputavit argumentis.

Ne omnia persequar, haud etiam voluerim omnino respuere ipsas Aurelii litteras ad Eu-

[1]) *Act.* n. 20. — [2]) *Hist. august. Vita Marci*, p. 171, 172. — [3]) *Vita Veri*, p. 232. — [4]) *Act.* n. 21. — [5]) Ex recognitione Erasmi, p. 166, Colon. 1527, apud Bolland. p. 509. — [6]) Lobeck ad Phrynichum, Lips. 1820, p. 11, in præfat. Jo. Nunnesii: « Eum fuisse suspicor Attidium Cornelianum quem Capitolinus in M. Antonino præfectum fuisse refert, noster autem Phrynichus Græciæ quoque præpositum addit, cum ab epistolis imperatorum M. Antonini et Lucii Veri, ut suspicor, primum, deinde quæstor sacri Palatii lectus fuisset. » — [7]) *Hist. august.* p. 168, 169. — [8]) cf. Halloix. l. l. p. 123.

xenianum, in Actis relatas, quidquid sit de temporis nota nonnihil ambigua; in quibus Smyrnæ concussæ casus et ejusdem instauratio per Marcum memorantur cum delectu illo verborum, cum ea dicendi sobrietate, quæ omnem fugit morem et indolem Byzantinorum. Detur, volo, partem posteriorem epistolæ dubiam esse; priorem ægre concedam, nihil nisi fraudem esse supposititiam. [1])

Quis vero sit primus horum Actorum conditor, an Symeon Logothetes, an qualiscumque alius vetustior, haud inopportuna, sed lubrica disceptatio est. Vereor, ne facilius Symeoni tribuantur, quæcumque sola ex Allatii voce illi vindicantur; neu etiam Leo ille, quantumvis doctus, ullum aliud sibi argumentum habuerit, quam quod Acta, quæ Metaphrastica vocat, in eodem codice collecta invenerit, ubi quædam sunt hoc nomine inscripta, quod nomen rarissimum est.

Summopere autem interest, scite ostendere, exstitisse, absque ulla controversia, vetusta Acta, quæ diu ante Symeonem Logothetam circumferebantur. Id mihi evincitur ab ineluctabili librorum liturgicorum auctoritate; quam doleo vehementer non satis expendi in Bollandianis commentationibus. Nec semel dixi, nec dicere desinam, apud Melodos græcos latere omnium antiquissima et sæpe perspicua veterum τῶν ἁγίων Actorum vestigia: quæ nunquam fere sæculo IX recentiora sunt, et quæ interdum usque ad sæculum VI et V, cum Romano et prisca Melodorum schola, certis temporum notis, retro feruntur.

Ad Abercium quod attinet, vulgata quidem Menæa continent haud inelegantem S. Josephi Hymnographi *canonem*, ad secundam sæculi noni partem stricte revocandum. Anecdota autem Menæa alium continent canonem, quem infra recito, inscriptum aperto Clementis nomine, qui floruit inter Theodori Studitæ socios, in prima sæculi IX periodo. Turget præterea totum poema æstu fervido adversus Iconomachos, ac facile ducit agmen operum tam numero quam pondere insignium, quæ, initio sæculi ejusdem, fecunda Clementis vena effudit. [2]) Exstat insuper in eadem ἀκολουθίᾳ vetus idiomelum Joanni monacho, juxta editos libros et codices priscos, [3]) vindicandum: sive autem iste Joannes sit ille Damascenus, sive alter

[1]) Audi partem illam priorem, nonnullis ornatam varietatibus: Ἀντωνῖνος αὐτοκράτωρ σεβαστὸς Εὐξενιανῷ Ποπλίωνι χαίρειν. — Ἐγὼ εἰς πεῖραν τῆς σῆς ἀγχινοίας ἔργοις αὐτοῖς καταστάς, καὶ μάλιστα οἷς ἔναγχος προστάξει τοῦ ἡμετέρου κράτους διεπράξω (διέπραξας, Paris. 2720) κατὰ τὴν Σμύρναν, ἐπικουφίσας Σμυρναίοις τὴν ἐκ τοῦ κλόνου τῆς γῆς ἐπιγενομένην αὐτοῖς συμφοράν, ἥσθην τε, ὥσπερ εἰκός, καὶ σὲ τῆς τῶν πραγμάτων ἐπιμελείας ἐπῄνεσα. Ἔμαθον γὰρ ἅπαντα μετὰ ἀκριβείας, ὡσπερανεὶ παρών· ἥτε γὰρ παρὰ σοῦ πεμφθεῖσα ἀναφορά, ὅτε ἀποδιδοὺς ταύτην Κεκίλιος (Κακκίλιος Vat. 798, Paris. Coislin. etc.), ὁ ἐπίτροπος ἡμῶν, ἅπαντα μοι σαφῶς διηγήσαντο (sic post corr. vat. 802, al. διηγήσατο). Quæ si minus sapiant tibi, nonne majori fastidio respues commenta, quibus alius Metaphrasta eadem retractavit apud Boissonadium, t. IV, p. 478? Id saltem velim, ex collatis hisce hinc inde scripturis, manu et oculo tangatur; quomodo vesania Byzantina sæviat in veteres paginas, quæ tamen Abercii Actis quoad alia pepercisset: Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Μάρκος Αὐρήλιος Ἀντωνῖνος σεβαστὸς Εὐξενιανῷ Πολλίωνι. — Ἔργῳ πειραθέντες τῆς σῆς ἀγχινοίας περὶ ὧν κατ' ἐπιτροπὴν ἡμετέραν ἔναγχος διεπράξω, ἐπικουφίσας τὴν συμφορὰν τῇ Σμυρναίων πόλει, ἣ ἐκ τοῦ κλόνου αὐτοῖς ἐπισυνέβη τῆς γῆς, τὴν ἐν πᾶσί σου ἐθαύμασα ἐπιμέλειαν, μάλιστα Καικιλίου τοῦ ἡμετέρου σαφῶς ἡμῖν ἕκαστα εὐαγγειλάντος· καὶ ἔχεις ὀφειλομένην σοι παρ' ἡμῶν εὐχαριστίαν ὑπὲρ τῶν τοιούτων. Ex quibus infer, eo magis mirandum, non plura a Byzantinis vulnera epigrammati Aberciano illata fuisse. — [2]) Habes infra p. 180 et infra fortasse Clementis Triodion et alia ejusdem. — [3]) Tam frequentia nomina in editis Menæis præfixa sunt idiomelis, quam rara sunt in codicibus. Duos saltem hic notare juvat, Monacensem unum, et alterum Mosquensem asservatum in tabulario Cæsareo negotiorum externorum, in quibus inveni illius Joannis epigraphen.

S. Germano æqualis, sæculum VIII attigimus. Alia sunt stichera vix metrica, nullo distincta nomine, quæ ad ævum multo remotius referre ne dubita. Quædam vero sunt ex rarissimo libello τῶν φωταγωγικῶν, æque prisco, cujus unicum mihi exstat integrum exemplar.

Si quis porro Acta Abercii vulgata punctim recensuerit, spondeo, fore ut nullum insigne facinus, nullum rerum gestarum articulum inveniat, quae aliquis Melodus non prius digito et plectro ostenderit. Tu mecum experimentator, non qui omnia probemus, uti confidentius contendit Halloixius, vel reluctante Baronio, sed quo jam antiquiora Metaphraste habeamus testimonia, et longo præeuntia temporum intervallo.

Actor. n. 1. Abercius primam in scenam noctu ingreditur, dum simulacra et delubra deorum subruit, comminuitque. Sic Clemens infra, in ode I, trop. 2; sic Josephus quoque, in ode I, trop. 3:

Ἔχων ἐν σοί,
πάτερ, τὸν Λόγον φθεγγόμενον,
τῆς ἀλογίας ἔλυσας
τοὺς ματαιόφρονας,
τῶν δαιμόνων τεμένη
καὶ ξόανα τῆς πλάνης
καταστρεψάμενος.

Actor. n. 5. Mox cum Satana sanctus vir congreditur, et dæmonia exagitat, plaudente Clemente, od. I, trop. 3, una cum Josepho, od. I, trop. 1, et cum illo stichero inter photagogica vetera:

Θαύμασι,
πάτερ, ἐβεβαίωσας πάντας
...φωταγωγὸς ἀπλανής,
Ἀβέρκιε, δεικνύμενος
καὶ δαιμόνων καθαιρέτης.

Actor. n. 6. Turbas minitantes fortis vir compescit, frangit, baptismo tingit. Ita Clemens pedetentim biographum secutus, od. I, trop. 4; ita Josephus, od. III, trop. 1; ita ad vesperas sticher. 2 et cathisma illud:

Καὶ πάντας ἐν χάριτι τελειῶν..,
καὶ τοὺς δαίμονας φλέγων,
καὶ πλήθη πλανώμενα ἐπιστρέφων,
Ἀβέρκιε....

Actor. n. 9. Cæcis, maxime mulieribus, visum thaumaturgus restituit: referente Clemente, ode III, trop. 1, et post illum Josepho, od. VII, trop. 1:

Ὡς θεῖος ποιμήν,
ὡς θαυμάτων αὐτουργός,
τυφλοῖς τὸ βλέπειν
ἐντεύξει, πάτερ, ἐχορήγησας.

Actor. n. 15. Fervidas aquas, novus medicus, balneumque salutarem in patria excitat, inquiunt omnes Melodi, ad vesperas stich. 3; Clemens, od. II, trop. 1, 2; Josephus, od. IV, trop. 2, od. VII, trop. 2:

Θερμῶν δὲ ὑδάτων
χάριν, δι' ἐντεύξεως,
βλῦσαι πεποίηκας,
νόσους θεραπεύουσαν πάσας
τῶν προσερχομένων ἐν πίστει.

Actor. *n*. 15. Disputat vir sapiens cum Græcis, liberumque vindicat hominis arbitrium, verbis usus notatu dignissimis, quæ Clemens od. IV, trop. 3, religiose ex ipsismet Actis excipit, fere ut hic et nos decerpimus:

Ἐπειδὴ δὲ ἀμφότερα παρ' ἡμῖν, καὶ εἴτε ἀγαθοὶ ἐσμὲν,
εἰ βουλοίμεθα, εἴτε φαῦλοι, καὶ τῆς εὐδοκιμήσεως τὴν πρό-
φασιν ἀναιρεῖς, καὶ τῶν στεφάνων ἐκβάλλεις τὰς ἀφορμάς.

Actor. *n*. 17-21. Romam antistes accersitur, Augustamque Lucillam a cacodæmone incolumem liberat. Ita, post Clementem in od. V, trop. 3, od. VII, trop. 1, canit Josephus, od. VI, trop. 3:

Ἐξ ἑώας εἰς δύσιν ἐπέδραμες,
τῆς δαιμονικῆς καὶ δεινῆς ἐνοχλήσεως
τὴν βασιλίδα, ὅσιε,
ἀπολύων, δυνάμει τοῦ Πνεύματος.

Actor. *n*. 30. E Roma reversurus victor, jubet altaris saxum a Dæmone in tropæum Hierapolin tranferri. Id memorat Clemens cum lyrico æstu, od. VII, trop. 2; neque obliviscitur Josephus, od. VII, trop. 2:

Κηρύττει τὸ σὸν
τερατούργημα, σοφὲ,
εἰς τὸν αἰῶνα
θερμῶν ὑδάτων ἡ ἀνάβλυσις,
βωμὸς τῷ τάφῳ σου κείμενος,
ὃν ἐκ τῆς Ῥωμαίων μεγίστης
μετενέγκατο πόλεως
τὸ πονηρὸν ἐξελαθὲν πνεῦμα, Ἀβέρκιε.

Actor. *n*. 35. Redux in Orientem, perlustrat civitates, Marcionis dissipat asseclas, et ecclesias dissidentes conciliat, ut aptissime, sed duce Clemente in ode VIII, trop. 1, notavit Josephus in ode VI trop. 1:

Τὰς ἐκκλησίας
καταρτίζεις τοῦ Χριστοῦ,
ἐν ταύταις διατρέχων
καὶ πίστει συμβιβάζων·
ἐξ ὧν διώκεις, θεοφόρε,
Μαρκίωνος τὴν βλάβην.

Actor. *n*. 38, 39. Hierapolim regreditur ovans, librumque διδασκαλίας edit: de qua re singulari iterum testem habemus Clementem in od. VIII, trop. 3, et IX, trop. 2; qui neque etiam neglexit ultimum Abercii facinus (*Actor*. *n*. 42) in eligendo suo successore, vide infra Clementis od. IX, trop. 3 et ultimum; adeo pressis ex ordine vestigiis Melodi biographos veteres secuti sunt.

Multa cumulatim recenset idiomelum doxasticum Joannis monachi, quo fortasse nihil in tota Abercii sacra *serie*, sive ἀκολουθίᾳ, antiquius est; unde propter brevitatem, suis cum metris prodeat:

Ἀρχιερεῦ ὅσιε,
παμμακάριστε πάτερ,
θαυματουργὲ, θεράπον Χριστοῦ,
Ἀβέρκιε, προφητικῷ ἐκλάμψας βίῳ,
καὶ ἀποστολικῶν ἀξιωθεὶς χαρισμάτων,
τῷ Σωτῆρι λειτουργῶν,

σὺν ἀγγέλοις ἀπαύστως
πρέσβευε ῥυσθῆναι
ἀπὸ πάσης ἀπειλῆς
τὰς ψυχὰς ἡμῶν. [1])

Aut ego fallor, aut ex hactenus dictis palam est, Acta Aberciana in campo historico niti et perstare; proin, sanctum heroem, inter viros ævi sui claros, haud ignobilem fuisse; Papiam nempe inter et Apollinarem, multam sibi et patriæ laudem comparavisse; haud etiam mediocriter promovisse rem christianam, dum pacem fidemque fovit Orientalium: neque porro inconsultum fuisse, si erigendum sibi cippum curaverit, in quo seræ posteritati et publicæ auctoritati committeret tam sui quam suorum fidelium memoriam; nova demum et arcana usus loquendi ratione, ne incautos læderet, dum potiora novæ doctrinæ mysteria commendaret. Jam proferendum epigramma ex Actis, et juxta codicem omnium quos vidi vetustissimum, Reginensem Vaticanum, cujus apographum in museo Bollandiano servatum, ipsorum expoliendæ, opinor, editioni potissimum inservit. Ita describo, ut etiam interpunctis et commatibus religiose retentis, tantum majore littera singulos a capite versiculos augeam.

1) Paulo aliter fortasse quis hæc ultima, ut et superiora, dividere maluerit. Consulto a morosa cribratione et notatione abstineo me.

I.

'Εκλεκτῆς πόλεως πολίτης· τόδ' ἐποίησα [1]) Ζῶν· ἵν' ἔχω [2]) καιρῷ σώματος ἐνθάδε θέσιν· Τοὔνομα· [3]) 'Αβέρκιος ὁ ὢν μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ· Ὅς βόσκει προβάτων ἀγέλας οὔρεσι [4]) πεδίοις τε· 'Οφθαλμοὺς [5]) ὃς ἔχει μεγάλους· πάντα καθορόωντας· Οὗτος γάρ με ἐδίδαξε γράμματα πιστά· Εἰς Ῥώμην ὃς ἔπεμψεν ἐμὲ [6]) βασιλείαν ἀθρῆσαι· Καὶ βασίλισσαν ἰδεῖν [7]) χρυσόστολον χρυσοπέδιλον· Λαὸν [8]) δ' εἶδον ἐκεῖ λαμπρὰν σφραγῖδα ἔχοντα· Καὶ Συρίης [9]) πέδον χώρας· εἶδον καὶ ἄστεα πάντα· Νίσιβιν [10]) Εὐφράτην διαβάς·

Varietates quamvis abundare videantur, paucæ tamen sunt pro numero codicum et vetustate tituli. Immo paucissimæ, si tantum eas expendis, quæ alicujus momenti sunt, et excludis singulares Coislinianum et Parisinum 1540, sive Z, I. Novem Parisienses, ut olim mihi, sic nunc ex ordine siglorum erunt A, B, Γ, Δ, E, Ϛ, Z, H, Θ, I, K. Vaticani seriem suam ut supra servant 1, 2, 3, 4, 5, 6. Sextus autem Reginensis totus supra describitur.

1) τοῦτ' ἐποίησα I, τότε δ' ἐπ. vat. 1.

2) καιροῦ vat. 5. — καιρὸν vat. 6. — τοῦ σώματος em. Boissonad.

3) οὔνομ' 'Αβέρκιος I, K. — ποιμένος ἁγίου Halloix. ἀγροῦ vat. 4.

4) ὄρεσι vat. 2, ex imprudenti correctione, quam sequuntur Boissonad. et editor *Patrol.*

5) ὀφθαλμούς τε ἔχει Boissonad. τε et ὃς om. vat. I. — πάντη K. — καθορεύοντας I. — καθορῶντας vat. 3, *Patrol.*

6) ἔπεμψέ με A. — Edd. omnes præter *Patrol.* βασίλειαν cum paucis codd. pro βασιλείαν, *sedem imperii*, ut recte Boll. sed contra vocem ab ipsis receptam.

7) καὶ βασίλισσαν ἰδεῖν om. I. — χρυσοπέδηλον Hall. Mosq. et alii, solito itacismi errore.

8) λαὸν ad ἔχοντα vers. om. cum I Boisson. — εἶδον δὲ Hall.

9) Συρῆς πέδων εἶδον, εἶδον καὶ H. πέδων E, vat. 3, 6. — χώρας Boissonad. sequitur I.

10) Νίσιβιν Εὐφράτην διαβὰς cum Vat. 5, 6, A, B, Ϛ, Hall. — δὲ cæteri interponunt post Νίσιβιν,

πάντας δ'ἔσχον συνομηγύρους· Παῦλον ἔσωθεν· [1]) Πίστις δὲ παντὶ προῆγε· Καὶ παρέθηκε τροφὴν ἰχθὺν [2]) ἀπὸ πηγῆς Παμμεγέθη καθαρόν· ὃν ἐδράξατο παρθένος ἁγνή· Καὶ τοῦτον ἐπέδωκε [3]) φίλοις ἐσθίειν διὰ παντός· Οἶνον χρηστὸν [4]) ἔχουσα· κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου. Ταῦτα παρεστὼς εἶπον [5]) Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι· Ἑβδομήκοστον [6]) ἔτος καὶ δεύτερον ἄγων ἀληθῶς· Ταῦθ' ὁ νοῶν, [7]) εὔξαιτο ὑπὲρ Ἀβερκίου πᾶς ὁ συνῳδός· Οὐ μέντοι τύμβον [8]) ἕτερόν τις ἐπ' ἐμοῦ ἐπάνω θήσει· Εἰ δ' οὖν, Ῥομαίων ταμείῳ θήσει [9]) δισχίλια χρυσᾶ· Καὶ χρηστῇ [10]) πατρίδι Ἱεραπόλει χίλια χρυσᾶ.

Electæ urbis ego civis, hoc vivus feci, ut pro tempore corporis sedem habeam; Abercius nomine, Pastoris innocentis discipulus, qui pascit ovium greges in montibus et agris; qui magnos habet oculos cuncta conspicientes. Ipse enim me litteras fideles docuit. Romam misit me, imperii sedem contemplaturum, invisurumque Augustam, aureis decoram vestibus et calceolis. Ast populum illic vidi splendidos gestantem annulos. Lustravi porro Syriæ locorum campos, omniaque oppida, Nisibin quoque, emenso Euphrate. Habui autem circum me confertos omnes, Paulum intrinsecus. Fides mihi ubique dux, epularumque ministra; præbuit piscem, ex fonte ortum, permagnum, illibatum; quem Virgo casta prehendit, deditque amicis, perpetuo convivio edendum, dono addens vinum pane temperatum. — Hæc adstans ego Abercius dixi ibidem scribenda, annum agens oppido septuagesimum secundum. Hæc si quis intelligit, ac mecum idem sentit, oret pro Abercio. Non tamen alterum meo sepulcrum desuper imponat. Sin autem, Romano solvat ærario bis mille aureos, mille autem dulci patriæ Hierapolitanæ.

II.

Ἐκλεκτῆς πόλεως τόδε [μνῆμ'] ἐποίησα πολίτης,
Ζῶν, ἵν' ἔχω καιρῷ τοῦ σώματος ἐνθάδε θῆκην·
Τοὔνομ' Ἀβέρκιος ὤν, ὁ μαθητὴς ποιμένος ἁγνοῦ·
Ὃς βόσκει προβάτων ἀγέλας οὔρεσι πεδίοις τε,

Boisson. τε post εὐφράτ. — πάντα δ' ἴσχον H, πάντες Θ, συνηγόρους *Patrol.* turpi lapsu. — παντὶ δ' ἴσχον συνομηγύρους πίστις παντὶ Boisson.

1) Παῦλον ἔσωθεν omnes sic, præter I et Boisson. ubi legitur, importunis vocibus dextere deletis: παντὶ προῆγε καὶ παρέθηκε — πάντη δὲ προῆγε H.

2) ἰχθὺς ἀπὸ γῆς B. ἀπὸ τῆς γῆς vat. 6.

3) ἀπέδωκε vat. 5.

4) Χριστὸν vat. 3 fort. ex industria. — ab οἶνον ad ἄρτου omnia Boissonad. transilivit, infelici nixus codice.

5) εἶπεν A, Sur. *Patrol.* εἰπὼν Γ. — ὡς δὲ H.

6) Ἑβδομικοστὸν ἔτος solus vat. 5, quæ lectio ἰωτακισμοῦ metro faveret; impeditur magis apud Boisson. Ἑβδομηκοστὸν δ' ἔτος. — ἦγον A, I.

7) ταῦτα plures codd. τοῦθ' ὁ νοῶν Γ, *Patrol.* — εὔξετο vat. 1. 6, εὔξαι A, B, Γ, Δ, E, H, I, Boisson, quod fere infra recipio. — πᾶς ὁ συνῳδὸς om. I et Boisson.

8) τύμβον τις ἐμοῦ ἕτερον codd. 7. — τύμβῳ 1, τύμβων vat. 6. — ἀπ' ἐμοῦ Δ, Γ, Z, vat. 2, mosq. I, Boll. *Patrol.* — τις om. Hall. τις ἐμῷ ἕτερον I·

9) θήσει χίλια χρύσινα A, H.

10) τὰ μὲν δὲ χρ. ἱεραπόλει δισχίλια χρυσᾶ Γ, 1. Quem ultimum vers. om. totum Boissonadius.

Sequuntur latini versiculi, quorum fere octo primus Halloixius mihi præstitit. Cujus exemplo, aliumque elegantem poetam passibus haud æquis secutus (*Civiltà Catt.* l. l.), tentavi metricam versionem.

Ὀφθαλμοὺς ὃς ἔχει μεγάλους κατὰ πάνθ' ὁρόωντας·
Οὗτος γάρ μ' ἐδίδαξε [τὰ ζωῆς] γράμματα πιστά·
Εἰς Ῥώμην ὃς ἔπεμψέ με τὴν βασιλείαν ἀθρῆσαι,
Καὶ βασίλισσαν ἰδεῖν χρυσόστολον, χρυσοπέδιλον·
Λαὸν δ' εἶδον ἐκεῖ λαμπρὰν σφραγῖδα ἔχοντα·
Καὶ Συρίης χώρας εἰσεῖδον κ' ἄστεα πάντα,
Νίσιβιν, Εὐφράτην διαβάς, ὡς Παῦλος ἔσωθεν,
Πάντας ἔσχον ὁμηγερέας. Πίστις δὲ προῆγε
Καὶ παρέθηκε τροφὴν, ἸΧΘΥΝ, [ζωῆς] ἀπὸ πηγῆς,
Παμμεγέθη, καθαρόν· ὃν ἐδράξατο Παρθένος ἁγνή,
Καὶ τοῦτον μετέδωκε φίλοις ἔσθειν διὰ παντός,
Οἶνον χρηστὸν ἔχουσα, κέρασμα διδοῦσα μετ' ἄρτου.
Ταῦτα παρεστὼς εἶπον Ἀβέρκιος ὧδε γραφῆναι,
Ἑβδομήκοστον ἔτος καὶ δεύτερον ἦγον ἀληθῶς.
Ταῦθ' ὁ νοῶν, εὔξαιο ὑπέρ μοῦ πᾶς ὁ συνῳδός.
Μήτις ἐμῷ μέντοι τύμβῳ ἕτερον ἐπιθήσῃ·
Εἰ δ' οὖν, Ῥωμαίων ταμείῳ δισχίλια χρυσᾶ,
Καὶ χρηστῇ πατρίδι Ἱεραπόλει χίλια θήσει.

Urbis ego electæ civis, mihi condidi cippum
Vivus, quo jaceant tranquillo membra sopore:
Nomine Abercius, et casti pastoris alumnus,
Pascentisque greges in montibus atque per agros;
Olli sunt oculi grandes, qui cuncta tuentur.
Is me doctrinæ docuit sacra verba fidelem;
Me Romam misit, visurum culmina regni,
Augustamque, stola soleisque micantibus auro
Fulgentem, et populum cui dextras annulus ambit.
Heic vidi Syriæ campos atque oppida multa,
Nisibin, Euphratem transgressus, sacraque synaxi
Collectos habui cunctos, Pauloque fovente,
Præco loquebar. Iterque fides tutum undique stravit,
Apposuitque cibum, PISCEM, de fonte perenni,
Prægrandem, purum; quem Virgo pudica prehendit,
Proposuitque suis vescendum semper amicis,
Ipsa suum vinum eximium cum pane propinans.
Stans adhuc hæc volui tumulo legi Abercius ipse,
Qui decies septem atque duos vixi insuper annos.
Si sapiat, prece me commendet, qui pia mecum
Sentiat. Ast tumulum tumulo mihi nemo retrudat,
Aut det Romuleis auri duo millia gazis,
Hierapolique bonæ patriæ insuper altera mille.

In hoc epigrammate restituendo prima habenda lex est, ut quam proxime ad Acta superiora, quamvis interpolata, accedamus: unde missa fieri oportuit quæ olim vir doctus elaborate sculpsit, qui præter plura ex arbitrio inducta, quinque versus resecuit, neglexitque prorsus Acta et codices mss. Totum quidem opus iterum incudi reddidit, sed in raro libello, quem frustra in hoc tumultu romano perquisivi. [1]) Altera lex est, ne nimium ratio metrica patiatur, quantumvis multa poetis et quadratariis, maxime in hisce titulis tumulorum, permittantur. Cæterum æquus bonusque lector caute illa expendat, quæ epigrammati subdit candidus Abercii biographus: Τὰ μὲν δὲ τοῦ ἐπιγράμματος ὧδέ πως ἐπὶ λέξεως εἶχεν, ὅτι μὴ ὁ χρόνος ὑφεῖλε κατ' ὀλίγον τῆς ἀκριβείας, καὶ ἡμαρτημένως ἔχειν τὴν γραφὴν παρεσκεύασεν. « Inscriptio quidem illic sic fere se quoad dictionem habebat, *nisi quod tempus paululum integritati detraxit, et scriptum vitiosum reddidit.* »

v. 1. Τόδε ζῶν Halloixius. τόδε σῆμ'. Becker. — Maluit Dubnerus τόδε γράμμα, quod nonnulli durius reppulisse videntur. Sed parvi refert. In variis nominibus quæ Julius Pollux pro τάφος adducit, primum est μνῆμα. Ait enim: Ἐρεῖς δ' οὖν τάφος, μνῆμα, μνημεῖον, μνημόσυνον, ἠρίον, θῆκαν. Dato autem consilio, se *civem* vates profitetur, et inclytæ civem urbis, tum ut sibi leges vindicet quæ funera tuebantur, neque alia fere tutela Christianis tunc temporis erat; tum ut Pauli, quem æmulatur, exemplum eo aptius revocet, quod olim Apostolus vixerat in Hierapoli, ejusque fortasse cum Epaphra et Philippo ecclesiam condidit. Eam enimvero in epistolis memorat: « Salutat vos Epaphras..., testimonium enim illi perhibeo quod habet multum laborem... pro iis qui sunt Laodiciæ *et Hierapoli.* [2]) » Abercius autem, aut civis Romanus natus est, ut Paulus, aut civitatem nactus est in præclaro suo itinere Romano. Immo non deest vir doctus, cui *Electa civitas* videatur ipsa urbs Roma; neque idem omittit, quod quibusdam placuit, binas illas *sorores Electas*, quas salutat Joannes in epist. II, esse ecclesias, quarum certe Romana fuit omnium maxime *Electa*, utpote ab Ignatio inscripta ἠγαπημένη καὶ πεφωτισμένη, ἀξιόθεος, ἀξιοπρεπὴς κ. τ. ἑ.

v. 2. ὡς ἂν ἔχω Hall. nec male, ubi ζῶν in v. 1 transferatur. Placuit primum mihi pentametrum ζῶν ἵν' ἔχω καιρῷ σώματος ἔνθα θέσιν. Neque insolens est aut inelegans, hos titulos tam in fine quam in coronide pentametro instrui, egregiumque mihi exemplum titulus Pectorii præstiterat. Sed si ab initio uteris disticho, tu eodem modo pergis, aut vena te fateris deficere. Malui in primis revocare ἐνθάδε, quod omnium codicum est ac fere omnium tumulorum. Immo servant θέσιν quidam rei metricæ periti, dummodo prior syllaba producatur.

v. 3. Εἰμὶ contra codd. promptius cuncti mecum receperant, præter Halloixium, quocum nunc libenter, quanquam duriuscule ὁ ὢν lego; quod novam non invehit orationem, ac modestius adducit alumnum coram magno Pastore, amplis verbis salutato, juxta solemnem majorum nostrorum consuetudinem, post Joannem: Ἐγώ εἰμι ὁ Ποιμὴν ὁ καλός.

v. 4. Statim ex codd. restituo οὔρεσι, quod minus apte emendaverunt omnes, inde ab Halloixio, fortasse ob sequens πεδίοις τε; sed aliter alia porro ionica suadebant.

v. 5. Amico alteri viro nonnihil ambitiosa videtur epica emendatio κατὰ πανθ' ὁρόωντας, nec displiceret eidem codicum lectio simplex et sincera πάντα καθορῶντας, ubi vult vocis πάντα ultimam syllabam produci ob cæsuram. Sed palam est vatem inflavisse fistulas, pastorem ut celebret, quem fortasse Romæ vidit, et audivit epico more ab Herma cantatum.

[1]) Garucci, *Mélanges d'épigraphie ancienne.* Paris, 1856. Quæ recentius videtur fere nuda retulisse Ferd. Becker l. l. p. 36 cum iisdem lacunis. — [2]) Coloss. IV, 12, 13.

Abercius in primo sæculo natus, puer cernere potuit beatos illos qui suis oculis viderant quod multi prophetæ et justi videre optarunt [1]; immo quod in hoc ipso temporis articulo mulier fortis Perpetua testatur se vidisse: « Et ascendi, et vidi spatium horti immensum, et in medio horti sedentem hominem canum, *in habitu pastoris*, *grandem*, oves mulgentem, etc. [2] » Cæterum Halloixius habet πάντ' εἰσορόωντας.

v. 6. Τὰ ζωῆς, respectu ad Joan. VI, 64, 69. Hæsit nimium Halloixius, dum hiulcum reliquit versum: Οὗτος γάρ μ' ἐδίδαξε...... γράμματα πιστά, nec nisi otiose lacunam postmodum implet ἐδίδαξε λόγους καὶ γράμματα. — με ἐδίδαξε Θεοῦ τὰ γράμματα Becker. Sane Abercio testis duplex erat fidelis verborum Christi, Paulus, ecclesiæ suæ præco, et Petrus, cujus Romæ oracula propemodum sonantia in tumulis collegit, viam sternens turbis populorum, consulum, ducum, et imperatorum, de quibus Chrysostomus: Ἐν τῇ βασιλικωτάτῃ πόλει Ῥώμῃ πάντα ἀφιέντες, ἐπὶ τοὺς τάφους τοῦ ἁλιέως καὶ τοῦ σκηνοποιοῦ τρέχουσι... καὶ βασιλεῖς καὶ ὕπατοι καὶ στρατηγοί.

Inde in v. 7, 8, duo vidisse se in Urbe vates lætatur, imperii sedem nimirum et imperantem reginam, βασιλείαν, βασίλισσαν. Ea sane Roma erat, vel in Antoniano ævo, qualis fere sub Augusto fulgebat; scilicet illud unicum mundi miraculum, quod se aspexisse tandem, magno Augustino in votis erat. Inde vox illa, stupore plena: βασιλείαν ἀθρῆσαι. Verum enim vero sancto pontifici quidni potius Roma illa, *maxime regia* fuerit, sedes universæ Ecclesiæ, paupertate sua dives, carceris et tumulorum squalore decora? quæ tunc temporis ab Aniceto ad Victorem, in procelloso æstu paschali, tum maxime *potentioris principalitatis* majestatem exerebat, qua totum tremefecit Orientem. Hoc mihi facile significat admirationis verbum: βασιλείαν ἀθρῆσαι.

v. 8. Alterum allegoriæ velum eleganti poetæ obvium fit et opportunum, in pompa et mundo muliebri, quum urgente legatione sua, inviseret Faustinam et Lucillam. Verum quid illi diffamata regina esse potuit, aut ejus filia fœdo dæmone vexata, nisi tetra imago Cæsareæ impietatis? Sed quanto illi augustior Ecclesia Romana, potens simul et clemens, stolam misericordiæ aureo jungens cothurno, χρυσόστολος, χρυσοπέδιλος, Regina sane in fimbriis aureis, ad dexteram Dei sedens, ἐν ἱματισμῷ διαχρύσῳ περιβεβλημμένη, πεποικιλμένη. [3]) Aurum est caritas, ait tunc temporis Melito Sardensis. Nec ludus erat symbolicus, cum Romanæ caritatis aurum per totum orbem, maxime in Oriente, spargebatur, ut fama fertur a Dionysio Corinthiorum usque ad Dionysium Alexandrinum; neque Roma Christiana destitit unquam mereri plausus Ignatianos: ἀξιομακάριστος, ἀξιέπαινος, ἀξιεπίτευκτος, ἀξίαγνος, καὶ προκαθημένη τῆς ἀγάπης, κτλ.

v. 9. Pergit poeta caute ad suos Christianos respicere, ac dextere oculos convertit in annulos, vix Orienti notos, quibus præ cæteris gens Romana superbiit, teste Plinio: « Nullos » omnino annulos major pars gentium, hominumque, etiam qui sub imperio nostro degunt, » hodieque habent... Et infra: Præter digitum medium cæteri omnes (annulis) onerantur, atque » etiam privatim articuli minoribus aliis. Sunt qui tres uni minimo congerant. [4]) » Sed quantumvis hæc obvia essent notatuque digna, facile concedo, in hisce inanibus phaleris minime hæsisse Abercium ἰσαπόστολον; ac probanda mihi plurimorum sententia est, existimantium hic significari cœtum Christianorum, gentemque signaculo Dei et sigillo fidei a fronte et corde

1) Matth. XIII, 17.
2) *Passio SS. Perpet. et Felicit.* c. I, n. 3.
3) Ps. XLIV, 10.
4) *Hist. nat.* lib. XXXIII, 6.

insignitam. [1]) Abercius enim, Papiæ discipulus, Joannem quoque audivisse videtur scribentem : Καὶ εἶδον ἄλλον ἄγγελον... ἔχοντα σφραγῖδα Θεοῦ ζῶντος.

v. 10. Mox Noster Paulum adducturus, prius verba ejus reponit: ἔπειτα ἦλθον εἰς τὰ κλίματα τῆς Συρίας. [2]) Verum obscurum manet multiplex Abercii iter. In Actis solum urgetur certamen cum dæmonibus; nec nisi inepte negaretur, tum a primordio rei christianæ ubique terrarum exarsisse satanicum bellum; tum aciem præcipuam Romæ stetisse, ubi famigeratam Petri cum Simone conflictationem Abercius, cum vesano spiritu luctans, propemodum renovavit. Sed menti tria subeunt: primum, cum epistolam Abercius ad Marcum Aurelium scripserit, Baronio lectam, haud ultimus erit inter protagonistas illos, Justinum, Melitonem, Quadratum, Aristidem, qui vindicias nominis christiani coram illo Marco dixere, et libellos suos valvis fere prætorii audacter affixerunt. Præterea, quum e Roma redux suis clericis dictaverit διδασκαλίαν, pronum est opinari, eum non neglexisse Romanas Christianorum leges et consuetudines colligere, quas singulari cum consensu, Orientales acceptas referunt sive Clementi Romano, sive Hippolyto Portuensi. [3]) Id denique me magis movet, propiusque ad epigramma accedit, in quo dicitur Abercius turbas in concionem vocavisse, inque communem sensum adduxisse. Quid ergo? Fervente paschali controversia, cum Polycarpo, cum Irenæo, haud pauci Orientales (quidni Noster?) in Urbem concurrebant. Cuique notum, multas tunc habitas fuisse hac de re synodos, Cæsariensem, Ponticam, Achaïcam, Ephesinam, Osroenam, Seleuciensem, quin immo *Hierapolitanam*, teste Eusebio; [4]) eoque ipso tempore, quum Abercius totum Orientem convocaret, πάντας ἔσχον ὁμηγερέας. Hæc inter se si nonnullo nexu cohæreant, iterum, sed jam frustra, id rescribere lubet, quod a viginti fere annis mihi in votis erat, fore ut is paries foderetur, quum ad XXII diem octobris sanctorum Acta cribrarentur. « Enixe, aiebam, optaverim a doctissimis Bollandistis, illustrari ex hoc titulo in primis quæcumque ad Romanum iter Abercii pertinent, quo forte non minima lux in Quatuordecimanorum turbas, in brevem Asiæ discessionem, promptioremque Orientis et Occidentis sub Romani Pontificis sententia concordiam : quæ certe apostolicam illam magni Abercii peregrinationem vero faciunt simillimam. » — Χώρας εἶδον καὶ Hall.

v. 11. Incidimus in locum vexatissimum, nec mirum hic victum cecidisse bis Halloixium, cum mutilos ac misere truncatos versus illos liquerit:

Νίσιβιν, Εὐφράτην διαβὰς . . . . . .
Πάντας δ' ἔσχον ὁμηγερέας καὶ Παῦλον ἔσωθεν.
. . . . πίστις δὲ προῆγε
Πάντη καὶ παρέθηκε κτλ.

Intricatur maxime nodus in hoc adverbio ἔσωθεν. Quem primus quidem Dubnerus sat dextere visus est solvisse, litterula una jugulata: ἕωθεν, et post eum recepi ὡς Παῦλος ἕωθεν, in hunc sensum: *alter veluti Paulus, per Orientem* Ecclesias devinxi; sed remansit aliquid subsultorium in placido cursu epigrammatis. Alter mihi succurrit vir solertissimus, Henricus Stevenson, tricasque expedit uno ictu, sive accentu leni ἔωθεν, ionice pro εἴωθεν, a quo vix ego refugio, quum diphtongum ει poeta noster facile corripiat. Sedeat lector judex et arbiter.

1) cf. Rom. xiv, 11; Apoc. vii, 2. — 2) Galat. 1, 21. — 3) S. Hippol. *Canones arab.* ed. B. de Haneberg. Monach. 1870. — 4) *Hist. eccles.* V. 23, 24. p. 190. Cf. Mansi, *Concil.* sæc. II.

Ego quidem, neglecta quam olim vix proposui, suspicione glossematis e margine irrepentis ex Cor. XI, 20, quumque soleam potius membranis mordicus inhærere, ne ergo omnes habeam reluctantes codices, retineo ἔσωθεν, et sic intelligo ex quadam antithesi, hinc Paulo intus fovente ac verba suggerente, illinc circumfusa omnium unanima audientium corona, καὶ Παῦλον ἔσωθεν (ἔσχον), πάντας δὲ ὁμηγερέας; ac si dissonos Orientales conciliaverit ὁ ἰσαπόστολος, eodem modo, iisdem verbis sibimet usus, quibus olim Paulus Corinthios, Galatasque discordes redargueret: sed impedita semper salebrosaque via pedem offendit.

v. 12. Ὁμηγερέας Homerus præbuit mihi, duce quem ignoravi Halloixio, quocum præmitto πάντας, deleto paulo post παντὶ, quod male otiatur, expuncta etiam media littera in προσῆγε: quod verbum olim importuno sibilo auxeram, pro constanti codicum scriptura προῆγε; ac ne idem bis regeratur προσῆγε, παρέθηκε. Duo enim distincte significantur, quæ solebant in synaxi fieri, concio de fide, ut in v. 12, et sacrum convivium, de quo v. 13 et sqq.

v. 13. Ad ΙΧΘΥΝ iterum accedere nolo, quin Halloixio hanc laudem rependam, eum inter recentiores, vix non fuisse primum, qui anno 1636, arcanum *piscem* detexerit, neque unum fere omiserit ex locis classicis, toties post eum regestis, Tertulliani, Optati Milevitani, Augustini, Eusebii, Constantini, Paulini, Prosperi, Clementis Alexandrini atque Sibyllarum. [1]) Nemo hominum, opinor, a me expectaverit, iterum retractari *Piscem symbolicum*, quem dudum per centum fere paginas, [2]) minuto densas charactere, persecutus sum, succedente longo agmine plusquam ducentorum piscium, quos nunc facile ad quadringentos producere liceret: quin immo ad cumulum accedente classica disquisitione *de Christianis monumentis* ΙΧΘΥΝ *exhibentibus*, nomine et annulo clarissimi equitis J. B. de Rossi ornata et consignata.

Sed ne ab Hierapolitano titulo recedam, ex illo inferre lubet jam a sæculo secundo per totum orbem circumlatum fuisse arcanum, cum testes habeamus coæquales Abercium Hierapolitanum, Melitonem Sardensem, Clementem Alexandrinum, Tertullianum Africanum, Pectorium Augustodunensem.

Ζωῆς ἀπὸ πηγῆς. Fons quidem divinus, ab universa antiquitate christiana scaturiens, pleno amne fluit in picta et musiva Romæ opera, nunc ex rupe elicitus, nunc de monte effusus sub pedibus Agni; unumque significare solet, nimirum Christi gratiam unicam esse quæ vitam et salutem mundo impertiat. Quæ splendide exposuit in Callistianis picturis summus magister. [3]) Respectu ad hunc unum fontem, primum mihi placuerat scribere ἰχθὺν δὲ μιῆς ἀπὸ πηγῆς, neque omiseram revocare illud sibylliacum, haud omnino ab hisce rebus alienum: [4]) Ἐκ δὲ μιῆς πηγῆς κόρος ἔσσεται ἀνδρῶν. Quamvis hic haud ingrata sit antithesis inter prima et ultima verba, quum valde vexata sit pars prior versiculi, satius est alia supplere ex fonte integriore, et quæ minus obscura sint. Malim ergo ζωῆς ἀπὸ πηγῆς, quod superiora respicit τὰ ζωῆς γράμματα, et plura consentanea, Ps. XXXV, 10: Παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς. Is. XII, 3: Καὶ ἀντλήσητε ὕδωρ μετ' εὐφροσύνης ἐκ τῶν πηγῶν σωτηρίου. Jerem. XVII, 13: Ἐγκατέλιπον πηγὴν ζωῆς τὸν Κύριον. Neque omittenda altera Joannis τοῦ ἐπιστηθίου suavis Agni vox, Apoc. VII: Ὅτι τὸ ἀρνίον ὁδηγεῖ αὐτοὺς ἐπὶ ζωῆς πηγὰς ὑδάτων.

v. 14. ΙΧΘΥΝ παμμεγέθη, καθαρόν! Diceres mirabundum vatem, haud sine plausu et jubilo, accedere, ut habet Prosperus sive Anonymus Africanus, ad PISCEM MAGNUM, *qui satiavit*

1) *Eccles. Orient. scriptor.* t. II, p. 143. — 2) *Spicil. Solesm.* t. III, p. 499-584, 627-629.

3) De Rossi, *Roma sotterran.* t. II, c. 13, p. 33 sqq. — 4) cf. *Spicil. Solesm.* t. III, p .533 in not.

in littore discipulos, et toti se obtulit mundo, ΙΧΘΥΝ, *cujus ex interioribus remediis quotidie illuminamur et pascimur.* [1]) Quæ quidem ἐφόμνια sursum et sponte mentem erigunt ad solemnius et festivius discipulorum convivium, ad paschalem ΙΧΘΥΝ παμμεγέθη, καθαρὸν, ac si voluisset Abercius in tumulo sculpi memoriam celebritatis, quæ post pacem ecclesiis restitutam, novum recepit decus et incrementum.

Ὃν ἐδράξατο Παρθένος ἁγνή. Nec tædet nunc me olim ad hæc scripsisse: « Tantum extremo acu suspensoque digito tetigi splendidum illud de Eucharistico pisce, quo vix aliud est præclarius testimonium, immo fere unicum, unde arcana ἰχθύος ἔκδοσις cum B. V. Maria conciliatur. » Et meminisse juvat adducere me non pauca sibylliaca ad hanc rem tam raro obviam, idque addere, quod non semel placuit Sibyllæ panem, piscem, canistrum et Virginem comminisci. Eidem cyclo, ne dicam ævo, libenter ascripserim singularem locum Pseudo-Africani, in quo iterum cum fonte Piscis more insolito miscetur. Totum opus tam sibylliaca arcana quam stabula byzantina redolet: [2]) quæ fortasse per otium luere posthac aggrediar; hic tantum, mea vestigia relegens, pauca excerpsi ubi quid metricum sonare videtur:

Καὶ λέγουσιν οἱ ἄνδρες· ὅτι μὲν πηγὴ δικαίως εἴρηται, ἀποδεχόμεθα· Μηρία δὲ αὐτῆς τὸ ὄνομα, ἥτις ἐν μήτρᾳ, ὡς ἐν πελάγει, μυριαγωγὸν [3]) ὁλκάδα φέρει. Εἰ δὲ καὶ πηγὴ, οὕτω νοείσθω. Πηγὴ γὰρ ὕδατος πηγὴν Πνεύματος ἀνέλαβε, ἕνα μόνον ἸΧΘΥΝ ἔχουσα, τῷ τῆς Θεότητος ἀγκίστρῳ λαμβανόμενον, τὸν πάντα κόσμον, ὡς ἐν θαλάσσῃ διαγινόμενον, ἰδίᾳ σαρκὶ τρέφοντα.

Sed dum rara sunt scripta hac de re testimonia, picta passim frequentari vix non dixerim. Præter enim Virginem θεοδόχον toties in gremio puerum gestantem, ὃν ἐδράξατο Παρθένος ἁγνή, recolere liceat orantem feminam juxta piscem mysticum non semel repetitam. In ipso *Spicilegio* habes egregiam picturam Callistianam, ubi coram tripode, pane sacro et pisce, sub manibus benedicentis sacerdotis supposito, adorat et admiratur nobilis femina, manus attollens. Si quis vellet nostrum epigramma γραφικῶς redhibere, quid aliud, quid aptius excogitaret? Esto quidem Ecclesia, vel esto anima, Mulier illa orans, ut pronuntiavit magister [4]) quem suspicio. Nec diffiteor, dummodo pari allegoriæ jure, in ea quoque cernatur viva Virgo, alma mater, mulier sacerdos, juxta crucem, uti juxta tripodem, stans, non mera jam imago umbratilis et mystica. Sic majores nostri historiam cum allegoria, rem cum cogitatu, vitam cum typo miscere solent. Faveant igitur magistri, ut illis, sicut mihi jam dudum, Aberciana Virgo, quæ piscem ex fonte prehendit, tam Ecclesia sit, quam beata Virgo, *cujus nomen*, ut vetus ille Pseudo-Africanus habet, *Maria est, quae et fons, Spiritus fontem suscipiens, unicum et singularem* ΙΧΘΥΝ *habens, hamo Divinitatis captum, et qui mundum universum, velut in pelago versantem, propria carne enutrit.*

v. 15. Ubi παρέδωκε Halloix., ἐπέδωκε vel ἀπέδωκε cæteri, eligo μετέδωκε, quum sacra μετάληψις aperte describatur. En ergo, ministra Virgine, sternitur mensa *fratrum*, exhilarantur agapæ *amicorum*, grata commercia *novorum hominum*, quemadmodum in Callistianis picturis, juxta ΙΧΘΥΝ in tripode, sub canistro positum, instruitur recumbentium discipulo-

1) *De promiss. et praedict. Dei*, lib. I, 39. — 2) Verum tantopere placuit libellus, ut in sola bibliotheca vaticana haud minus quam decem codices reperiantur; quinque vero in parisina vidi et septem alios tetigi in variis bibliothecis, quarum varietates jam fere collectas, ut olim promisi, quam proxime forsan in lucem edendi periculum faciam. Cf. *Spicil.* III, p. 518. — 3) Ludum habes byzantinum in hisce μηρία (al. μυρία) μήτρα, μυριαγωγός. — 4) De Rossi, *Spicil.* III, p. 567.

rum stibadion; ac si dum Romæ moraretur Abercius, quid simile viderit, volueritque describere. Utinam græce habeatur carmen illud fratrum, quod vetus et barbarus interpres, nisi fallor, servavit in Missali gothico [1]) in hunc modum parce emendatum:

Stantes, *fratres* carissimi, super ripam *vitrei fontis*,
novos homines [2]) adducite de terra,
[de] littore mercatores [ad] sua commercia.
Singuli navigantes pulsent mare novum,
non virga, sed cruce;
non tactu, sed sensu;
non baculo, sed sacramento.
Locus quidem parvus, sed gratia plenus:
bene gubernatus est Spiritus sanctus.
Oremus ergo Dominum et Deum nostrum,
ut sanctificet hunc fontem.

v. 16. Ne a Roma discedam, quod cecinit Abercius, idem interpretatur Hippolytus ad Genesim XLIX, 20: Καὶ τὴν γῆν ὅτι πιών, ὅπερ ἐστὶν ἡ σάρξ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, τουτέστιν ἡ λιπαρά· αὐτὴ γὰρ ἡ ῥέουσα μέλι καὶ γάλα. Et alibi: Τὸ γὰρ πῖον, λιπαρόν ἐστι· λιπαρὸς δὲ τίνος ἄρτος, ἢ ἡμῶν; ὁ γὰρ Κύριός ἐστιν ἡμῶν ὁ ἄρτος, καθὼς λέγει καὶ αὐτός· Ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος ζωῆς. « Terra pinguis, hæc est caro Domini nostri, videlicet deliciosa, ipsa quippe est melle ac lacte fluens... Quod enim pingue, lautum est. Cujusnam vero panis lautus est, nisi noster? Nobis enim Dominus panis est, ut ipse ait: Ego sum Panis vitæ. » Vix alia non rescribo Hippolyti *Pastorem pulchrum et juvenem* describentis, sed quæ infra velim tu legas. [3]) Quid plura? Hæc omnia arcana fratrum convivia eo liberius in funereo carmine Abercius ostentare ausus est, quod veteres in mortuorum lectisterniis solebant panis, vini, piscium fercula porrigere. [4])

v. 17. Iterum in scenam vates, suoque se Abercii nomine prodit: quod nomen, fortasse semiticum, plura tibi etyma in promptu præbet, scilicet *Pater amplus*, vel *summus*, quæ quidem ab insigni antistite non abluderent. Cæterum ille ea cum fiducia, vel coram profanis astat, ut facile quis eum haberet, non privatum hominem, non hospitem peregrinum, sed omnium antistitem, vel dira sæviente adversus fideles vexatione, in tranquillo demum senio, tam civitati quam suæ ecclesiæ venerabundum.

v. 18. Grandævus ergo duos et septuaginta annos obibat, quod tamen Polycarpo, etiam seniori, in hoc ævo inque regione eadem, satis non fuit quin ambustus coronaretur. — Sesquipedale verbum ἑβδομήκοστον turbat metrum, nisi media littera emolliatur, ut in uno codice ἑβδομίκοστον; vel audeat aliquis, sed multa cum licentia, ἑβδομάκοστον, ut τριάκοστον. Verum non uno Musæ peccato Noster, sicuti metrica tumulorum epigrammata ferunt, peccare non timet.

v. 19. Litterula dextere sublata, F. Pedegert, vir doctus, mihi restituit imperativum εὔξαιο pro optativo recepto εὔξαιτο; favet commode plurimorum codicum lectio εὔξαι.

v. 20. Idem peritus Adurensis Canonicus, suppressa iterum ultima syllaba in θήσει, satis apte θῇ ponit, totumque versiculum fere ex solis codd. restituit in hunc modum: Οὐ μέντοι

1) Missale goth. XXXV, p. 247. *Patrol.* LXXII, col. 274. — 2) Cf. supra: « puellos puellasque *novorum hominum,* » apud Capitolinum. p. 165. — 3) Cf. *Patrol. gr.* t. X, p. 592, 621, et alia Hippolyti huic tomo inserta. — 4) Cf. *Spicil. Sol.* III, 513.

τύμβον τις ἐμοῦ ἕτερον ἐπάνω θῇ. Vide an malueris illud duriusculum, quam quod olim, cumulatis mendis metricis, legebatur: τύμβον μή τις ἐμοῦ ἕτερον ἐπάνω θήσει, vel cum Halloixio: οὐ μέν τις τύμβον ἕτερον ἐπ' ἐμοῦ ἐπιθήσει, ex quo me tandem partim, ut supra, extricare juvit. — μέντοι verbum frigidum est, sed omnium codicum mss.

v. 21, 22. Quantum vero veteres a superposito cadavere, sicut et a τυμβωρύχῳ horrerent, sexcentis clamatur delubris sepulchretorum; nec pauca exempla suppetunt apud Gruterum, Halloixium, Jacutium, Fabrettum, sociosque Bollandianos: quibus operæ pretium est unum saltem titulum minus notum addere, quum christianum opus sit, et cum pisce junctum. [1]) Siculum epigramma est, quod primi ac fere simul ediderunt Radulphus Rochette et Carolus Thiersch, viri clari, quorum collatæ lectiones infra subjiciuntur:

ΕΝΘΑΔΕ ΚΙΤΕ ΜΑΡΙΝΝΑ
ΣΕΜΝΟΣ ΑΜΕΝΤΟΣ ΒΙΩΣΑΣ
ΙΣΤΟΝ ΚΟΣΜΟΝ ΤΟΥΤΟΝ ΑΠΕΛ
ΧΩΝ ΠΡΟΣ ΚΥΡΙΟΝ ΕΤΩΝ
ΛΖ ΔΙΚΗΝ ΠΡΑΤΤΟΥΣΑ ΤΗ
ΠΡΟ Θ ΚΑΛ ΙΑΝΟΥΑΡΙ
ΩΝ ΤΟΝ ΔΕ ΘΕΟΝ ΣΕΦΙΛΕ
ΜΗ ΜΟΥ ΣΚΥΛΗΣ ΤΟΝ ΠΟΟ
ΡΟΝ ΜΗ ΜΟΙ ΔΙΖΗΣ ΦΩΣ
ΑΝΔΕ ΘΕΛΗΣΗΣ ΦΟΩΣ ΜΟΙ
ΔΙΞΕ ΤΟΥΤΟ ΦΩΣ
Ο ΘΣ ΧΟΛΙΟΝ ΔΩΣΗ
Α ☧ Ω ΙΧΘΥΣ

Ἐνθάδε κεῖται Μάριννα [2]) — σεμνῶς ἀμέμπτως βιώσασα — εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἀπελ — θοῦσα πρὸς τὸν Κύριον ἐτῶν — λζ' δίκην πράττουσα τῇ — πρὸ θ' Καλ. ἰανουαρί — ων τὸν δὲ Θεὸν εἰ φιλεῖς — μή μου σκύλῃς τὸν πω — ρὸν μή μοι δείξῃς φῶς — ἐὰν δὲ θελήσῃς φῶς μοι — δεῖξαι τοῦτο φῶς — ὁ Θεὸς χόλιον δώσῃ — Α ☧ Ω ΙΧΘΥC

[1]) cf. *Mémoires de l'acad. des Inscr.* t. XIII, p. 227. — *Jahres Berichte der Königl. Bayr. Akad. des Wissensch.*. s. 21 ff. München, 1829. cf. Ferd. Becker, *Die Darstellung J. Chr. u. d. Bilde*, p. 32, 121. — F. Piper. *Evang. Kal.* 1855, s. 36. Sequimur editorem principem.

[2]) Thiersch, μαρκίλνη. — σεμνὴ ἡ ἀμέμπτως. — ἀπελλάχθη. — ἐτῶν ις. Μ. Χ. ΗΜ. κατατεθεῖσα. — θεὸν ἐφίλει. Sic etiam Rochette, sensu intricato. Εἰ φιλεῖς periculo meo lego, fere sicut Abercius: ταῦθ' ὁ νοῶν... πᾶς ὁ συνῳδός, unde nova oratio incipiat et fiat initium subsequentibus ἀναθέμασι. — Pergunt varietates Thiersch. τὸν σορόν. — ἂν δὲ θελήσῃς φῶς μοι δεῖξαί σοι τὸ φῶς, consentiente Rochette, quos vix intelligo. Placuit ἐὰν δὲ... δεῖξαι τοῦτο...— Et ἀναθέματα satis obscura in tanta et toties repetita *luce*, sic fere interpretarer: *Deum si tu diligis, cave ne mihi fureris sepul-*

v. 22. Tam metro fortasse quam mulctis impeditus poeta, haud semel peccavit. Quæ quidem menda, ut et superiora, haud ingrata erunt iis qui sollicite sphalmata investigant vetustissima in diphthongis, in accentibus, in tonis; ut quæ jam in marmoribus a sæculo III frequentia, sunt rariora in ævo superiore. Nec nobis etiam displicet sedulo notare vel in restituto epigrammate quæ jam innuimus: v. 1 ἐπδιῆσά. — v. 4 οὔρἐσῖ. — v. 8 Χρῦσόστὸλὸν Χρῦσὸπἐδῖλὸν. — v. 12 πᾶντᾶς ἐσχὸν. — v. 18 ἐδδὸμῆκὸστον. — v. 19 εῦξᾶιὸ ὕπἐρ μοῦ, ubi fortasse inserendum δ' vel digamma ante ὑπὲρ, more Batavorum grammaticorum. — v. 21 pro ταμείῳ requiritur anapæstus τᾶμἰῷ. — v. 22. Graviore et ultimo vulnere peccatur in Ἱεραπόλει, quod vel cum digammate legere oporteret πᾶτρἰδῖ ἰρᾶπὸλεῖ. Hæc vero quam longe distant ab eleganti Nazianzeno, qui cum incredibili ac pene festiva varietate in re funerea, haud minus quam tria et sexaginta poemata effudit de uno τῆς τυμβωρυχίας argumento: ex quibus duplex esto pro coronide. [1])

Σήματα, καὶ σποδιὴ καὶ ὀστέα, οἵτε πάρεδροι
Δαίμονες, οἱ φθιμένου ναίετε τόνδε λόφον,
Τόνδ' ἀλιτρὸν τίννυσθε, ὅς ὑμέας ἐξαλάπαξεν.
Τῶν δὲ περικτιόνων δάκρυον ὕμμιν ὅσον!

Τύμβοι, καὶ σκοπιαὶ, καὶ οὔρεα, καὶ παροδῖται,
Κλαύσατε τύμβον ἐμὸν, κλαύσατε τυμβολέτην.
Ἠχὼ δ' ἐκ σκοπέλων πυμάτης ὀπὸς ἀντιαχείτω,
Τῶν δὲ περικτιόνων· κλαύσατε τυμβολέτην.

Saxa, cinis tumuli, exuviæ, geniique patroni,
Qui sacram hanc sedem manibus incolitis,
Qui vos subvertit, pœna hunc mulctate nefandum.
Quanta, o vicini, copia fletibus est!

O tumuli, speculæ, montes, o quisque viator,
Bustum flete meum, crimina flete manus.
E scopulis Echo vocem gemebunda ululate:
Diræ, o vicini, crimina flete manus.

crum, neu mihi ostendas facem: quod si volueris facem mihi ostentare, ipsum Lumen, Deus iram intentabit. Α ☧ ω ΙΧΘΥΣ.

[1]) *Opp.* t. II, p. 1194-1195, epigramm. sect. II, LXXVI, LXXVII; *Patrol.* t. XXXVIII, col. 119, 120. Novi editoris versiculos stylo liberiori sollicitavimus. Sed unde idem, tam lutosus pedestri sermone latino, sat felices suos versus hauserit, non mihi liquet. Vaticana nostra ex undis eripuit plagulas Maurinorum hisce versibus edendis paratas.

III.

DE S. ABERCIO MELODORUM CARMINA.

I.

Ἦχ. δ', ὁ κανὼν φέρων ἀκροστιχίδα· Ἀβερκίου νῦν θαυμάτων ᾄδω κλέος. Κλήμεντος.

Toni quarti canon sub acrostichide: Abercii nunc prodigia cano gloriosa. *Poema* Clementis.

Ὠδὴ α', πρὸς τό· Τῷ ὁδηγήσαντι.

Ἁγιασθεὶς διὰ βίου
ἱερουργὸς πέφηνας
τῆς ἀπροσίτου Τριάδος,
καὶ εὐσεβείας διδάσκαλος
τῆς τοῦ Κυρίου σαρκώσεως,
ὅσιε,
καὶ ἰσαπόστολε ποιμὴν,
πάτερ Ἀβέρκιε.

Βεβυθισμένην τῇ πλάνῃ, * τὴν ἱερὰν πόλιν σου * πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν Χριστοῦ * μωσαϊκῶς καθωδήγησας, * καὶ θείᾳ ῥάβδῳ συνέτριψας * ἔπαρσιν * εἰδωλικῆς ἀσεβείας, * μάκαρ Ἀβέρκιε.

Ἐν παῤῥησίᾳ θαυμάτων, * τὴν τοῦ λαοῦ ἤμβλυνας, * πάτερ, ἀκάθεκτον ὁρμήν· * θείῳ γὰρ Πνεύματι, ὅσιε, * τῆς πονηρίας τὰ πνεύματα * ἤλασας * ἐκ τῶν ἀνθρώπων ἐμφανῶς, * [μάκαρ Ἀβέρκιε].

Ῥωμαλεότητι γνώμης * στερεωθεὶς, ὅσιε, * ἐπὶ τῇ πίστει τοῦ Χριστοῦ, * οὐ δραπετεύεις τὸ κήρυγμα· * ἀλλ' ἐνεργεῖς τὰ θαυμάσια, * ἅπαντας * ἐν τούτοις πείθων, ἱερεῦ, * τὸ θεῖον σέβειν πιστῶς.

Θ. Κρυφιομύστως προγράφων * ὁ Μωϋσῆς,

Ode I. Hirmus: *Dirigenti.*

1. Sanctus in vita effectus,
monstratus es sacerdos
inaccessæ Trinitatis,
ac religionis magister illius
quam condidit Deus homo,
o pie pastor,
et par apostolis,
o pater Abercie.

2. Immersam in errore tuam *sacram urbem* ad agnitionem Christi, alter Moses, tu direxisti, et virga deifica contrivisti superbiam ethnicæ impietatis, o beate Abercie.

3. Fiducia fretus prodigiorum, plebis cohibes impetum freni nescium: divino namque Spiritu, o sancte, nequitiæ spiritus abegisti ab hominibus, idque propalam, o beate Abercie.

4. Robore mentis confirmatus, o pie, in fide Christi, a præconio non refugis, sed operaris mirabilia, hisque omnes, o sacerdos, suades cum fide colere Deum.

5. *Theotocion.* Arcano instinctu præsagus

III. I. Ex cod. vatic. 1508 ad diem XXII octobr. Inscribitur Ὀκτωβρίου κβ', τοῦ ἁγίου πατρὸς ἡμῶν Ἀβερκίου ἰσαποστόλου, ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως, ὁ κανὼν φέρων ἀκροστιχίδα· Ἀβερκίου κ. τ. ἑ. ποίημα Κλήμεντος.

Od. I, trop. 3, versiculus ultimus in cod. excidit. — trop. 4, in ult. versu θεῖον, vel πιστῶς fit monosyllaba dictio, ex regula XVI rhythmica, exposita in Anal. t. I, p. XCII.

ἄχραντε, * τὴν σὴν εἰκόνα ἐμφανῶς, * τὴν κιβωτὸν κατεσκεύασεν, * ἡμῖν θεσμοὺς ἐκτιθέμενος, * ἵνα σοῦ * τικτούσης παῖδα τὸν Θεὸν * τὸ εἶδος γράφωμεν.

Ὠδὴ β'. Κῆρυξ...Ι...Ο...Υ...Ν

Ὠδὴ γ', πρὸς τό· Ὁ στερεῶν βροντὴν...

Ὑπεραστράψαν φῶς ἐκ τοῦ Κυρίου
ταῖς προσευχαῖς σου, ὅσιε,
τὴν ἀβλεψίαν τῶν γυναικῶν
κατεφώτισεν ἐνθέως,
καὶ τῷ Χριστῷ ἐνύμφευσε,
φωσφόρος Ἀβέρκιε.

Νομοθετῶν τοῖς λόγοις, τὸν λαόν σου * φωτίζεις, ἐν τοῖς θαύμασι, * καὶ ἐν τῇ πίστει πάντας Χριστοῦ * βεβαίων, θεόφρον πάτερ, * διὰ παντὸς πρὸς Κύριον * πρεσβεύεις τοῦ σωθῆναι ἡμᾶς.

Ὕδωρ ζωῆς ποτίσας τοὺς ἀνθρώπους, * τὸν λόγον τὸν τῆς πίστεως, * τῆς ἀπιστίας ἐκ τοῦ βυθοῦ * ἐπανήγαγες σωφρόνως * διὰ λουτροῦ βαπτίσματος * τὰ πλήθη, Ἀβέρκιε.

θ. Ἡ προφητεία πάλαι προεδήλου * τὸν τόκον σου, θεόνυμφε, * ἡ δὲ ἀλήθεια βεβαιοῖ, * ὡς Χριστὸς ἐν κόσμῳ ἦλθεν, * οὗπερ τὸ εἶδος σέβομεν * πιστῶς, ὡς τὸ ἐκτύπωμα.

Ὠδὴ δ', πρὸς τό· Ἀκοὴν ἀκήκοα.

Νομοθέτης γέγονας
θεόπτης τῷ λαῷ,

Moyses, Immaculata, tuam imaginem conspicuam in Arca construxit, nobis lege imposita ut, cum genuisti puerum Deum, tuam imaginem pingamus.

Ode II. Præco...

Ode III. Hirmus: *Corroborans tonitru.*

1. Lux quæ a Domino superna coruscavit
precibus tuis, o sancte,
cæcitatem mulierum
illuminavit divinitus,
easque Christo sponsas fecit,
o lucifer Abercie.

2. Leges dum eloquio tuo fers, plebem illuminas prodigiis, cunctosque in fide Christi stabiliens, deifer parens, semper apud Dominum exoras nostram salutem.

3. Hominibus dum bibendam præbes vitæ aquam, verbum scilicet fidei, ex abysso infidelitatis prudenter educis multitudines baptismo lotas, o Abercie.

4. *Theot.* Prophetia olim partum ostendit tuum, o Dei sponsa; jam veritas id confirmat, Christum venisse in orbem, cujus imaginem cum fide veneramur, uti ejus extypon.

Ode IV. Hirmus: *Auditum audivi.*

1. Plebi factus es legislator
contemplatorque Dei,

Od. II. Deest codici vatic. sed superest in cod. A. E. Cryptoferratensi ejusdem mensis octobris, quem manibus satis tenui ut primam vocem retinerem κῆρυξ. Pergebat acrostichis Ἀβερκίου νῦν... in qua locum non habent Theotocia, nisi quod Melodi nomen contineant Κλήμεντος. Nec nomen solum ibi suum inseruit Melodus, sed et suam ætatem, cum in hisce tropariis omnibus ad sacras imagines, tunc temporis periclitantes, egregie respiciat, raro quidem et insolenti exemplo, quin ex ultimo tropario se quasi addictum templo beatæ Virginis subsignat.

Od. III, tr. 1. Heptasyllabus rite est ultimus vers. sed in sequentibus trop. solitas ephymniorum varietates patitur. — Trop. 2. Abundant duo syllabæ in versu ultimo, fort. ob librarii incuriam, in tritum aliud ἐφύμνιον recidentis.

Od. IV, trop. 2 in v. 6, κλινήρεις vox rara vi-

ὥσπερ Μωσῆς ὁ μέγας,
ἰσαπόστολε ποιμὴν,
τὴν γνῶσιν τὴν θείαν
τῆς θαυματουργίας σου
τούτοις θησαυρίζων, Ἀβέρκιε.

ut magnus ille Moyses,
o pastor, apostolorum similis,
divinamque scientiam
tuæ thaumaturgicæ virtutis
populis in thesaurum das, Abercie.

Θαυμαστὸς ἀνέφανας * ποιμὴν καὶ ἰατρὸς, * λόγῳ γὰρ ἀληθείας * ἰατρεύων τὰς ψυχὰς, * ῥωννύεις, ὅσιε, * τοὺς κλινήρεις ἅπαντας * ἔργοις τῶν θαυμάτων, Ἀβερκιε.

Ἀληθείας δόγμασιν * ἐνέτρεψας, σοφὲ, * τοὺς τῶν Ἑλλήνων μύστας, * ἀποδείξας λογικῶς * τῶν φαύλων πράξεων * καὶ τῶν θείων ἄμφω * εἶναι τὸ ἑκούσιον κύριον.

θ. Μυηθεὶς τοῦ τόκου σου * τὸν τύπον, Ἀμβακοὺμ * προεικονίζει ὄρος * σὲ κατάσκιον, ἁγνή· * ἡμεῖς δὲ ἅπαντες * τοῦ Θεοῦ μητέρα σε * λόγοις καὶ τοῖς ἔργοις δεικνύομεν.

2. Stupendus cerneris pastor et medicus; sermone enim veritatis dum animas sanas, o sancte, instauras omnes lecto affixos, prodigiosis operibus, Abercie.

3. Dogmatibus veritatis, o sapiens, redarguisti Græcorum sophos, ratiocinio ostendens tam pravorum actuum quam divinorum penes nos liberum arbitrium esse.

4. *Theot.* Noscere edoctus partus tui symbolum, Habacuc te pingit sub imagine montis obscuri, o pudica; nos vero omnes te Dei matrem verbis et opificiis profitemur.

Ὠδὴ ε', πρὸς τό· Ἀνάτειλόν μοι.

Ode V. Hirmus: *Exoriare mihi.*

Ὑψώθη σου τὸ κήρυγμα
τοῖς θαύμασι, μακάριε·
ὕδωρ ποτίσας ζωῆς τοὺς πιστοὺς,
τοῦ Πνεύματος τὴν θερμὴν,
τῶν θερμῶν τὴν ἔκβλυσιν
προσευξάμενος, εὗρες
εὐρωστίαν τοῖς λαοῖς.

1. Crevit tua prædicatio
prodigiis, o beate;
bibere aquam vitæ dans fidelibus,
aquam Spiritus calidam,
fontem ferventis lymphæ
tua oratione invenisti,
in populorum robur.

Μαρτύριον ἀθάνατον * τῆς θείας πολιτείας σου, * ἡ τῶν θερμῶν ὑδάτων ἔκβλυσις * ἐδείχθη ἐν τῷ κόσμῳ, * οἷς πιστῶς καθαίρεται * καὶ ψυχῶν καὶ σωμάτων * μαλακία καὶ νόσος.

Ἀῤῥήτῳ ἐνεργείᾳ σου * κατέπληττες τὰ πνεύματα * τῆς πονηρίας, ἱερώτατε· * διὸ πρὸς θείας τρίβους * οἱ ὡραῖοι πόδες σου * ἀνεῤῥώσθησαν μᾶλλον * τῇ τοῦ δαίμονος πληγῇ.

θ. Ἐκήρυττεν ὡς τόμον σε * καινὸν ὁ κῆ-

2. Testimonium perenne tuæ vitæ deificæ fit in mundo hæc fervidarum aquarum scaturigo, quibus et animarum et corporum mundantur mollities et morbus.

3. Virtute verba superante verberas spiritus improbos, o sacerrime; ideo pulchri pedes tui divinis in semitis eo magis firmati sunt, quod dæmonia percutis.

4. *Theot.* Te, Immaculata, præco ut librum

detur. — Alexandriam sapit ἀνέφανας in tr. 2. — tr.3,v.6,una syllaba caret,quæ vix supplenda venit.
Od. V, trop. 1, v. 3, post ποτίσας cod. inserit γὰρ, sed otiose et male, ut in cæteris trop. declaratur. — Trop. 4, γραφίδι ἐνανθρώπου cod. — in v. 6 initio fit crasis.

ρυξ, ἄχραντε, * ἐν ᾧ Θεὸς Λόγος ἐγράφετο * γραφίδι ἐνανθρώπῳ, * θεοτόκε πάναγνε, * οὗ καὶ ἡμεῖς ἱστοροῦμεν * τῆς σαρκὸς τὸ ἀληθές.

novum nuntiavit, in quo divinum Verbum descriptum est penicillo humano, o Deipara sanctissima, cujus quidem Verbi nos carnem verissimam depingimus.

Ὠδὴ ς', πρὸς τό· Ἐν πελάγει.

Τὴν θρασεῖαν τῆς πλάνης,
παμμάκαρ, λύμην
ἰώμενος πιστῶς,
τὴν τολμηφόρον χεῖραν ἔδειξας ξηράν·
ἀλλὰ ῥῶσιν ταχεῖαν
ὁ πάσχων, ἐῤῥύσατο
τῆς χειρὸς τῇ προψαύσει σου, σοφέ.

Ode VI. Hirmus: *In mari.*

1. Audacem erroris,
pestem, beatissime,
fide ut sanares,
viri violenti manum fecisti aridam:
sed vim medelæ promptam
patiens, liberatus est
tactu tuæ manus, o sapiens.

Ὡς ἐξαίσια πάντα * τῷ βίῳ, πάτερ, * τὰ θαύματα τὰ σά! * τῶν γὰρ κραμάτων ἡ διάφορος γεῦσις, * ἑνωθεῖσα κατάμφω, * ἀσυγχύτως δείκνυται, * τοῦ δεσμοῦ κενουμένη χρειωδῶς.

2. Quam incredibilia sunt in *Vita*, Pater, omnia tua prodigia! Mixtionum enim varius sapor, insimul quum unitæ fuerint, distinctus fit, rupto singularum nexu pro utilitate.

Νέος ὤφθης ὡς Πέτρου * καὶ Παύλου φοιτητής, * τῶν θείων καὶ σοφῶν, * θαυματουργός τε ἰατρὸς καὶ ἀῤῥωγὸς, * ἰατρεύων τὰς νόσους, * διώκων τοὺς δαίμονας, * καὶ ἡμᾶς διασώζων σαῖς εὐχαῖς.

3. Novus cerneris divinorum et sapientium Petri et Pauli discipulus, thaumaturgus simul et medicus vinci nescius, dum morbos sanas, averruncas dæmonia, nosque tuis salvos facis precibus.

Θ. Νεκρωθεῖσα ἡ φύσις * τῇ πτώσει πάλαι, * ἀναθάλλει ἐν σοί, * θεοκυῆτορ Μαριάμ, ὅτι Χριστὸν * ἀνεβλάστησας τόκον, * ζωὴν τὴν ἀθάνατον, * οὗ πιστῶς ἐκτυποῦμεν τὴν μορφήν.

4. *Theot.* Mortua olim natura per lapsum in te revirescit, Dei genitrix Maria, quia Christum germinasti tuum natum, vitam immortalem, cujus formam juxta fidem effigie referimus.

Ὠδὴ ζ', πρὸς τό· Τῇ εἰκόνι.

Αὐτοκράτωρ τῶν παθῶν
δι' ἐγκρατείας ὑπάρχων,
δαιμόνων ὤφθης
φυγαδευτὴς θαυμαστός·
διὸ ἐδείχθης

Ode VII. Hirmus: *Imagini.*

1. Dominator ægritudinum
per temperantiam effectus,
visus es dæmoniorum
fugator mirificus,
indeque factus es

Od. VI, trop. 2. In v. 4 cod. habet distincte κραββάτων, sed omnino tene κραμάτων. Legebat enim Melodus in Abercii Actis, satis insolens illud facinus, quo sanctus vir Romam profectus, quum varios liquores in uno eodemque utriculo miscuisset, singulos actutum ex arbitrio suo hauriebat, *Actor.* n. 26. Unde vix a me tempero quin illud τῷ βίῳ vertam diserte *tua Acta*, quæ certe Clemens tenuit et introspexit. — Nota ἀῤῥογος pro ἄῤῥωξ in tr. 3.

Od. VII, trop. 1, v. 4 ubique hexasyllabus est. — tr. 2, v. 2 προστάτης cod.

καὶ βασιλέων
εὐεργέτης θεϊκῶς,
τὴν βασίλισσαν ποτὲ
τοῦ θλίβοντος πνεύματος
ἐλευθερώσας σαφῶς,
πάτερ Ἀβέρκιε σοφέ.

vel imperatorum
benefactor divinitus,
quum olim Augustam
a vexante spiritu
palam exemisti,
sapiens pater Abercie.

Δόξῃ θείᾳ πεποιθὼς, * τῷ διαβόλῳ προστάττεις * κατ' ἐξουσίαν, * πάτερ Ἀβέρκιε, * πρὸς τὴν πατρίδα * ἀχθοφορῆσαι * ἐκ τῆς Ῥώμης τὸν βωμὸν, * καὶ τὸ πρόσταγμα πιστῶς * εἰς ἔργον οὖν γέγονεν· * Ἰδοὺ γὰρ, κράζει τρανῶς, * αὐτὸς ὁ λίθος τοῦ βωμοῦ.

2. Divinæ potentiæ confisus, Diabolo cum imperio, pater Abercie, jubes ut onus ferat altaris ex Roma translati, quod jussum reapse in opus exiit: « Ecce tibi enim, inquit, clamans aperte, ipsum altaris saxum! »

Ὢ θαυμάτων φοβερῶν! * ὢ παῤῥησίας ἐνθέου, * ἧς ἠξιώθης, * πάτερ Ἀβέρκιε! * δαίμονας πλήττεις * καὶ ἐκδιώκεις, * ἰατρεύεις ἀσθενεῖς, * καὶ φωτίζεις τοὺς λαοὺς * τοῖς θείοις σου θαύμασι· * διὸ προσεύχου καὶ νῦν * ὑπὲρ ἡμῶν τῶν πιστῶν.

3. Proh formidanda miracula! Proh divina fiducia, qua dignus, pater Abercie, factus es! tu qui dæmonia verberas et persequeris, qui languidos sanas, qui illuminas populos sacris tuis prodigiis; ora idcirco etiam nunc pro nobis fidelibus.

Θ. Τῆς λοχείας σου, σεμνὴ, * τὸν τύπον πάλαι ὁ νόμος * ποικιλοτρόπως * προεζωγράφησεν, * τὰς δὲ ἐκβάσεις * τῆς ἀληθείας * οὐκ ἐπόψετο αὐτός· * ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ἐν Χριστῷ * τὰ πράγματα βλέποντες, * νῦν προσκυνοῦμεν πιστῶς * καὶ τῶν συμβόλων τὴν γραφήν.

4. *Theot.* Typum tuæ parturitionis, o veneranda, Lex olim multiplici modo præfiguravit, quæ tamen nunquam vidit in eventibus veritatem. Nos vero, qui in Christo sumus, contemplati res effectas, nunc fide duce, etiam adoramus horum symbolorum picturam.

Ὠδὴ η', πρὸς τό· Ἐν πυρὶ φλογός.

Ode VIII. Hirmus: *In igne flammae.*

Κληρωσάμενος ἐν πνεύματι
τὸ τοῦ Παύλου, σοφὲ, καύχημα,
τὰς ἐκκλησίας
καταρτίζεις τοῦ Χριστοῦ,
ἐν ταύταις διατρέχων,
καὶ πίστει συμβιβάζων·
ἐξ ὧν διώκεις, θεοφόρε,
Μαρκίωνος τὴν βλάβην.

1. Jure hæreditatis in spiritu
assumens Pauli gloriam, o sapiens,
Christi ecclesias,
in ordinem redigis,
Per singulas circumiens,
confirmansque fide;
ab illis repellis, o deifer,
Marcionis spurcitiam.

Λόγῳ θείῳ ἐμπνεόμενος, * τῶν ἀνέμων ἱστᾷς πνεύματα, * τοὺς ἀσυνέτους * παιδευόμενος λαοὺς, * καὶ δὴ τῆς ἀπιστείας * τῇ δίψῃ συσχεθέντας, * λίμῳ τῶν θείων, πάτερ, λόγων * πεινῶντας ἕως ἄρτι.

2. Divino verbo afflatus, ventorum sistis flamina, insensatos edoces populos, quin immo qui erant correpti siti incredulitatis, hactenusque fame divinorum eloquiorum esurientes.

Od. VIII. In rhythmo arduo egregie Melodus exultat, tum maxime in ultimo trop. ubi formula dogmatica fit ex metri impedimento alacrior. — tr. 2, v. 2 ἱστᾷς pro ἵστης, cod. inepte εἰς τά.

Ἐπαξίως σοι προσπίπτοντας * τοῖς ἐπαίνοις, σοφὲ, πρόσδεξαι, * ὥσπερ τὸ πάλαι, * τοῦ ποιμνίου σου λαοὺς, * φαιδρῶς προσυπαντῶντας, * καὶ στήριξον τῇ πίστει * ἡμᾶς, καὶ ῥῦσαι ταῖς εὐχαῖς σου * παθῶν τε καὶ πταισμάτων.

3. Dum tibi merito præconia proni pendimus, o sapiens, excipe nos, ut olim gregis tuæ turmas, tibi obviam occursantes, fideque confirma nos, et eripe tuis precibus a peccatis et lapsibus.

θ. Οὐ συγκέχυται Θεότητι * τοῦ Κυρίου ἡ σάρξ, ἄπαγε! * εἰ καὶ ἡνώθη * καθ' ὑπόστασιν φρικτῶς· * αἱ φύσεις γὰρ δηλοῦσιν * τὸ ἄτρεπτον τοῖς ἔργοις, * καὶ γὰρ Θεὸς ὢν, οὐχ ὡράθη, * ὡς ἄνθρωπος δὲ πάσχει.

4. *Theot.* Non commiscetur Divinitati caro Domini, absit! etiamsi juxta personam uniatur, formidando pacto: nam utraque natura se factis exerit non mutatam, siquidem ut Deus non conspicitur, verum ut homo patitur.

Ὠδὴ θ'. πρὸς τό· Σὲ τὴν ὑπὲρ πᾶσαν.

Ode IX. Hirmus: *Te super omnem.*

Ὅρος πολιτείας γέγονας
πρακτικῆς,
θεωρίᾳ ὑψώσας τὸν νοῦν,
ἀναβλύζων νοητῶς
πηγὰς θαυμάτων τοῖς χρῄζουσι,
καὶ ἐν γῇ αἰσθητῶς
ὕδωρ, πάτερ, διδοὺς,
δίψης ἴαμα.

1. Regula factus es vitæ
practicæ,
dum meditatione mentem attollis,
dum spirituali ex fonte spargis
miracula indigentibus,
dumque in terra scaturigine obvia,
o pater, aquam impertiris,
sitis medelam.

Σοφίαν τὴν ὄντως, ὅσιε, * μυηθεὶς, * βίβλος ὤφθης τοῦ Πνεύματος· * διὸ βίβλον ἱερὰν * διδασκαλίας κατέλιπες, * πρακτικὴν διδαχὴν * πᾶσι τοῖς ἐπὶ γῆς * καταγγέλλουσαν.

2. Veræ tu sapientiæ initiatus, o pie, Spiritus volumen ostensus es: ideoque disciplinarum reliquisti sacrum tomum, qui omnibus in terra renuntiat vivendi scientiam.

Συμφώνως τὴν σὴν γεραίρουσιν * ἱερὰν * ἐκδημίαν πρὸς Κύριον, * νῦν ἀντάμειψαι ἡμῖν * ταῖς προσευχαῖς σου, Ἀβέρκιε, * σωτηρίαν ψυχῆς * λύτρωσίν τε παθῶν * καὶ αἱρέσεων.

3. Nobis qui unanima voce tuam celebramus ad Dominum profectionem, nunc rependas tuis precibus, Abercie, animæ salutem atque a vitiis immunitatem et hæresibus.

θ. Σεμνύνεται νῦν ὁ οἶκός σου * κροσσωτοῖς * ὡς χρυσίοις κοσμούμενος, * τὴν ἐμφέρειαν τῆς σῆς, * θεοκυῆτορ, μορφότητος, * ἣν βοῶν εὐσεβῶς, * ταύτην σοι τὴν ᾠδὴν * μυστικῶς ἐκπληρῶ.

4. *Theot.* Jam nunc domus tua, Dei genitrix, ut fimbriis decorata aureis, nobilitatur extypo tuæ formæ, cui piam vocem mittimus, dum hanc tibi mysticam oden adimpleo.

Od. IX, trop. 4, v. 5, nota μορφότητος pro μορφώσεως, ut solent Studitæ, communis loquelæ impatientes. — v. 6, ἣν βοῶντες cod. rupta sententia cum metro. — v. 7, τὴν om. cod. — v. 8, syllaba in fine, ut sæpe, abundat post rectam seriem tonorum.

II.

Κονδάκιον, ἦχ. πλδ'. Πρὸς τό· Αὐτὸς μόνος. *Canticum*, toni VII. Hirmus: *Ipse solus*.

Τὴν τοῦ κόσμου παντὸς ματαιότητα * ἀποσπῶν, ὡς τοῦ κόσμου ἀλλότριος, * καὶ τὰ πάθη Χριστοῦ μιμησάμενος, κτλ.

Tu qui totius mundi vanitatem abdicans, uti mundo alienus, Christi cruciatus imitatus es, etc.

III.

Κάθισμα, ἦχ. πλδ', πρὸς τό· Τὴν σοφίαν.

Sessio, toni VII. Hirmus: *Sapientiam*.

Διδαγμάτων σου φέγγει * φωταγωγῶν * πλανωμένους ἀνθρώπους * ἀπατηλαῖς * δαιμόνων σκοτώσεσι, * τοῦ φωτὸς τέκνα ἔδειξας· * ἐνεργῶν δὲ θεῖα, * θεόφρον, τεράστια, * ἀποστόλων ὤφθης, * σοφὲ, ἰσοστάσιος· * ὅθεν τὴν ἁγίαν * καὶ φωσφόρον σου μνήμην * τελοῦντες, δοξάζομεν * τὸν φαιδρῶς σε δοξάσαντα, * καὶ βοῶμεν· Ἀβέρκιε, * πρέσβευε Χριστῷ τῷ Θεῷ * τῶν πταισμάτων ἄφεσιν [δωρήσασθαι * τοῖς ἑορτάζουσι πόθῳ * τὴν ἁγίαν μνήμην σου].

Fulgore tuarum doctrinarum errabundos homines collustrans, inter fallaces dæmonum tenebras, eos fecisti filios lucis: dum vero divina peragis prodigia, o tu Deum sapiens, apostolorum visus es æqualis; unde sanctam claramque tuam memoriam recolentes, gloriam illi damus qui te gloria auxit, et clamamus: Abercie, a Deo Christo impetra, ut peccatorum venia concedatur festive colentibus cum amore tuam sanctam memoriam.

IV.

Ἐξαποστειλάρια, πρὸς τό· Γυναῖκες, ἀκουτίσθητε.

Exaposteilaria. Hirmus: *Mulieres, audite*.

Ἀβέρκιον τιμήσωμεν * τὸν ἱεράρχην ἅπαντες· * τῶν γὰρ δαιμόνων τεμένη * σὺν τοῖς εἰδώλοις συντρίψας, * τοὺς πάντας ἐξεπαίδευσας * τρία ὡς σέβειν ἄκτιστον· * διὸ καὶ τρὶς καὶ δέκατος * παρὰ πιστῶν ὠνομάσθη * ἀπόστολος τοῦ Κυρίου.

1. Abercium honoremus omnes pontificem, quippe dæmonum templa cum idolis confregit, omnes edocens colere Tria uti unum Increatum; unde tertius ac decimus apostolus a fidelibus appellatus est.

II. Ex vatic. 2270. Idem habet cod. Mosquens. qui fortasse meliora præbet ac magis historica. Vix Abercio quadrant ea quæ Vatic. habet, nec nisi trita sunt et communia, quæ indicasse satis est

III. Ex vatic. 1508. Ultima uncis inclusa codex, ut sæpe, omisit.

IV. 1. Ex vatic. 2270, cui consentit Cryptoferr. A. e. Tenue poemation, sed ex iis haud ita frequentibus quæ monorhythma sunt. Constat enim novem versiculis æque octosyllabis. — v. 6 aliquid passus est. — pro τρία ὡς f. τριάδα.

Πρὸς τό· Τοῖς μαθηταῖς. Hirmus: *Discipulis*.

Ὡς ἱεράρχην τίμιον * εὐφημοῦμέν σε, πάτερ, * φαιδρῶς πανηγυρίζοντες * τὴν φωσφόρον σου μνήμην, * Ἀβέρκιε θεοκῆρυξ· * σὺ γὰρ πάντα τὸν κόσμον * διαδραμὼν, ἐκήρυξας * τὸν Χριστὸν κτίστην ὄντα * καὶ Κύριον τῶν ἁπάντων, * καὶ λυτρωτὴν καὶ Θεόν· * ἐντεῦθεν ἰσαπόστολος * ὠνομάσθης, θεόφρον.

2. Venerandum uti pontificem, honoramus te, pater, dum in splendida panegyri tuam recolimus luculentam memoriam, o præco Dei Abercie. Tuo namque cursu orbem emensus, prædicasti Christum, creatorem et omnium redemptorem et Deum: inde par apostolis dictus es, o Dei sapiens.

V.

Στιχηρά, ἦχ. πλδ', πρὸς τό· Ὢ τοῦ παραδόξου.
Stichera ad vesperas, toni IV. Hirmus: *O prodigium*.

Ὅσιε πάτερ Ἀβέρκιε, * ἱερωσύνης στολὴν * ἱερῶς ἐνδυσάμενος, * τῷ Θεῷ, ὡς ἄγγελος, * ἐπὶ γῆς ἐλειτούργησας· * παρ' οὗ θαυμάτων * χάριν δεξάμενος, * εἰργάσω, μάκαρ, * ἔργα παράδοξα, * παύων νοσήματα, * πνεύματα ἀκάθαρτα * ἀποσοβῶν, * λύων ἀῤῥωστήματα, * τῇ θείᾳ χάριτι.

1. Venerande pater Abercie, sacerdotii veste sacra cinctus, Deo uti angelus in terra ministrasti: a quo recipiens prodigiorum charisma, beate, peragis stupenda opera, dum intercipis morbos, spiritus abigis immundos, solvis ægritudines, divina gratia.

Ὅσιε πάτερ Ἀβέρκιε, * σοῦ ταῖς θερμαῖς πρὸς Θεὸν * καὶ σεπταῖς παρακλήσεσιν, * εἰς νοσούντων ἴασιν * καὶ παθῶν ἀπολύτρωσιν * θερμῶν ὑδάτων * πηγὰς ἀνέβλυσας, * ἀῤῥωστημάτων * παυούσας καύσωνα· * δαίμονας ὤλεσας, * καὶ βωμοὺς κατέαξας * εἰδωλικοὺς, * ἄγων πρὸς ἐπίγνωσιν * Χριστοῦ τὸ ποίμνιον.

2. Venerande pater Abercie, tuis ad Deum calidis sacrisque suffragiis pro ægrotorum sanatione et passionum immunitate, effudisti aquarum ferventium copiam, aestuosas sedasti ægritudines, dæmonia pessumdedisti, altaria subvertisti idolorum, gregem ducens ad Christi agnitionem.

Ὅσιε πάτερ Ἀβέρκιε, * τὸν ἰταμῶς κατὰ σοῦ * ἐπελθόντα τοῦ κτεῖναί σε, * προπετοῦς τὴν στέῤῥησιν * δεξιᾶς ὑπομείναντα * ἰάσω λόγῳ * σταυροῦ τε χάριτι· * καὶ πρὸς τὴν πόλιν· * Ῥώμην γενόμενος, * θᾶττον ἀπήλασας * πνεῦμα πονηρότατον, * τὸ πρὸς αὐτὴν * σὲ σκυλῆσαι, ἔνδοξε, * ἀπειλησάμενον.

3. Venerande pater, Abercie, insurgentem in te proterve virum ad te occidendum, rigidaque illico dextera attonitum, sanasti verbo, crucisque gratia; Romam porro profectus, devictum expulisti pessimum dæmonem, qui spoliare te in Urbe, o gloriose, tibi minabatur.

2. Ex vatic. 1839. Amœna quoque melodia est, ea alternis conflata versiculis, heptasyllabis partim et octosyllabis; sed in cod. v. 9 et 10 verso ordine recto ponuntur extra sedem. — Tria alia ejusdem generis continua, quod valde rarum est, anecdota remanent in cod. Mosquensi, quæ exordiuntur: 1 δραμεῖν... 2 τῷ ὅπλῳ... 3 βάβαί!...

V. Ex vatic. 1508 et 2270. Censentit Vallicellian. E 55. Nota in 3 στέῤῥησιν pro στηῤῥότητα.

SANCTUS IRENÆUS

LUGDUNENSIS EPISCOPUS.

Antenicænis ex patribus vix ullus est, cui lucem, favente Deo, et incrementum addere magis optaverim, quam magno Irenæo. Etenim ab exordio *Spicilegii Solesmensis*, statim excussi, nec frustra, collatis variorum studiis, non latinos modo et græcos codices, sed alios Syrorum et Armenorum. Spicas hinc inde collectas, inter Irenæi libros, absque mora receperunt Lipsienses (*Adolph. Stieren*, 1853), Cantabrigienses (*W. Wigan Harvey*, 1857), Parisienses (*J. P. Migne*, 1857), neque etiam hisce diebus hæc modica collectanea omisere Scoti, in eleganti *Patrum Antenicaenorum Bibliotheca.* [1]) Polyglotto igitur sermone auctus, magister jam Lugdunensis utcumque crevit.

I.

Crevisset vel latine multo uberius, si quicumque in edendum Irenæum incubuere, omnes Latii codices studiosius inquisivissent. Sed penuria veterum ejus librorum deterriti, tres tantum codices sibi de manu in manum transtulerunt: Vossianum, quem primus tandem Stierenius penitus inspexit; Claromontanum, quo per se uno Maurini usi sunt; Arundelianum quem Harveius ultima, sed parca nimis manu attigit. Quorum unus vetus est, Claromontanus, ad decimum sæculum, judice Mabillonio, accedens, sed calce mutilus. Sæculo XII proximus est Arundelianus, qui solus Flori Lugdunensis prologo [2]) a fronte ornatur. Tum serior Vossianus, exeunte sæculo XV scriptus, qui solus nunc retinet ultima libri quinti capita. [3])

1) Libros haud ita sparsos a fronte saltem nosse juvabit: *Sancti Irenaei episcopi Lugdunensis libros quinque Adversus Haereses, textu graeco in locis nonnullis locupletato, versione latina cum codd. Claromontano ac Arundeliano denuo collata, praemissa de placitis Gnosticorum prolusione, fragmenta nec non Graece, Syriace, Armeniace, commentatione perpetua et indicibus variis* edidit W. Wigan Harvey S. T. B. Cantabrigiæ 1857, typis academicis. — *Ante-Nicene Christian Library, vol.* VIII, IX. *The Writings of Irenaeus*, translated by Rev. Alex. Roberts D. D. and Rev. W. H. Rambaut A. B. and James Donaldson, LL. D. Edimburgh: 1869-1871.

2) *Spicileg. Solesm.* t. I, p. IX; Harwey, t. I, p. CLXXVII, CLXXVIII; *Patrol. graec.* t. VII, col. 431. Stieren., in prooemio edit. Lips. Lætor a tribus editoribus confidenter confirmari quod non nisi suspensa manu Diacono Lugdunensi restitueram, cujus nomen tacet Arundelianus. Suspicionem moverat mihi obscura et brevis notula Sirmondi ad Aviti fragmenta: « In alio, inquit, codice ejusdem bibliothecæ (Carthusiæ majoris), operibus Irenæi præfixa est *Flori praefatio cum epistola Agobardi.* » Sed ubi Carthusianus liber exulat? ubi latet Agobardi epistola? An ad Florum? An de Irenæo?

3) *De codice Vossiano* prodiit Adolphi Stie-

Consentiunt omnes editores, eamdem esse trium codicum quam dicunt familiam, eamdemque communis ortus indolem; ab eodem ergo eos ego facile crediderim derivatos exemplari vetusto, fortasse Lugdunensi. [1])

Verum enimvero alia classis est, hactenus ignota, quod ego miror, quum in hac luce Romana splendeat. Ecce enim, pro sua in rebus raris solitá opulentia, haud pauciores nostra Vaticana quam quatuor codices religiose servat, Vossiano antiquiores, cæteris integritate pares, nitidos, plenos, heu! nimium intactos. Equidem suboluere Maurini, unum saltem in Urbe codicem extitisse, cujus nonnullas varietates decerpserat Latinius. « Sed jam, inquit mœ» rens ac male desperatus Massuetus, sed jam in illa bibliotheca desiderari, tum ex iis qui » eam diligenter perlustrarunt, tum ex amicorum litteris accepi. » Næ! noster Renatus egregie deceptus est; pigri, diligentes exploratores; amicorum litteræ, mendaces. Eo actutum tempore, quo ille ingemuit, accurata εὑρητάρια et catalogi pingues, qui adhuc græce et latine prostant, duos saltem et aperte Irenæi codices significabant inter veteres Vaticanos, quibus haud multo post accessere duo Ottoboniani. [2])

Agedum, operæ esto pretium hos quatuor codices Romanos sigillatim describere, quorum etsi nolim nimium exaggerare laudes, eos tamen ab iniquæ oblivionis injuria vindicandi meum munus est, et occasio urget.

Duo, Vat. 188, Ottob. 752, membranei sunt; duo, pannosæ chartæ, Vat. 187, Ottob. 1154; tantum intra limites sæculi XV quatuor continentur, nisi fortasse unus paulo altius ascendat. A chartaceis humilioribus incipio, quos cæteris putem anteriores, quin tamen retro finem sæculi decimi quarti multum transgrediantur.

Is primus Vaticanus est, sub num. 187 inscriptus, cæteris minor, tam ex angustiore et viliore charta, quam tenui ornatu et subtiliore charactere. Scriptura autem firma, nitida, sibi constans, haud modicis, sed legitimis perstricta compendiis; opus modico sumptu absolutum, ut decet eruditorum libros, studii causa, non pompæ instar aut elegantiæ gratia concinnatos. Qui nulla fere scholia secum fert, sed eadem manu passim et solerter emendatur; quodque maximopere notandum est, nonnulla auctaria huc illuc rejecta in margines, integra plerumque transeunt in perpetuum tenorem cæterorum, ut tres porro alii videantur aut ab hoc descripti et emendati, aut ab eodem archetypo integriore derivati. Exstitisse antiquum exemplar, etiam significant barbara quædam græce scripta, ubi supersunt vestigia apicum uncialium. [3]) Is

renii commentatio, Lips. 1847, quam perstrinxit ejusdem ad Irenæum præfatio, in cap. VII.

[1]) Lugdunum usque ducit Flori prologus in Arundeliano. Haud procul a Lugduno Vossianus migrare cœpit, quum primum pertinuit, in sæculo XV, ad fratrem Laurentium *Burelli a Divione*, Carmelitanum, teste epigraphe a Stierenio publici juris facta. Quid si Carthusianus codex, ut supra, etiam olim fuerit Lugdunensis, postea Claromontanus, nunc Mediomontanus (*Middle Hill*)? sed alius videtur ob epistolam Agobardi.

[2]) Etiam acutus Renatus olfecerat aliquid ex Ottobonianis, sed pauca quæ odorabatur, ecce quam adunco naso respuit, quum moneat lectores, « ne illis plus fidei tribuant, quam mereantur, merentur autem exiguam. » Post duo sæcula, Stierenius iterum memorat chartaceum Ottobonianum, et statim: « Ubi nunc delitescat codex, nescio. » Præfat cap. I, n. 3.

[3]) Norunt periti, hæc monstra esse intus et cute introspicienda, tam ut de ætate quam et de nexu et necessitudine codicum veterum dijudicetur, quum soleant librarii hæc horridula cæco calamo per singulos apices ab archetypo in autographa deglutire. Forte ergo fortuna contigit, ut duo versus, Hesiodi unus, alter Homeri, per omnes Irenæi codices transierint græce, ita jubente prisco interprete, qui et græcus mihi manifesto fuit. Exstant duo versus in libro II. Prior in cap. XXI, n. 2 (Massuet. 146, Harvey,

præterea codex solus retinuit in præfixis secundo libro lemmatibus sive capitulis, inexpectatam seriem numerorum græcorum, quos infra ab uno ad ultimum describendos duximus: ut qui omnino redoleant veterem IX sæculi membranam, Flori facile tribuendam ævo, in quo furebat pruritus græca elementa plus minus inepte congerendi, nisi tandem quis concedat, quod puto, latitare sub hisce obsoletis uncialibus vetustissimum Irenæi interpretem. Sed huic codici, ut cæteris omnibus præter Vossianum, desunt quinque capitula ultima libri postremi, quæ fortasse, ob erroris Χιλιαστῶν formidinem, male quis feriatus ab archetypo abstulerit. Quaterniones numero XIII notantur litteris A–N, ac diligenter singulorum folia quatuor priora notis suis romanis instruuntur. Signata sunt folia CXXVII quinquepartita; inest enim liber I in f. 1–21; lib. II a f. 21 ad 50; lib. III a f. 50 ad 74; lib. IV a f. 74 ad 109; lib. V a f. 109 ad 127. Sunt capitula singulis præfixa libris omnibus, excepto secundo, et consequenter repetita; numero XXXV in libro I, LXX in lib. II, XLVI in lib. III, LXXX a capite lib. IV (sed tantum LXXVIII in decursu). Liber V nullo lemmate distinguitur, sed quatruplici dividitur discrimine, majori littera insignito, ut fit etiam in tribus aliis codicibus. Totidem fere capitula ubique occurrunt, quot olim in codice Arundeliano legeram, et quæ non potuisse me, temporis angustia pressum, cum Flori prologo, describere pigebat. Satis vero mihi fecit diligens editor Cantabrigiensis.

Codex alter, charta exaratus, Ottobonianus est, n. 1154 signatus, amplis decorus marginibus, quæ raras tantum et accuratas correctiones continent. Majores litteræ implexis et

xxxii, 5, t. i, p. 325), sic in edito Iren. legitur:

Αἰμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος ἐς αὐτοὺς Κάτθετο.

Quæ memoriter ab Irenæo in Gnosticos vertuntur, parce detorta ab Hesiodo (Ἔργ. καὶ ἡμ. 77), ubi, postquam descripsit poeta quid quisque cæterorum deorum, dearumque in Pandoram contulerit, Mercurii donum referens, subdit (cf. Massuet.):

Ἐν δ' ἄρα οἱ στήθεσσι διάκτορος Ἀργειφόντης
Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε . . . . .

Ψεύδεα excidisse apud Irenæum, suggerit vetus interpres: *Fraudulentiae sive seductionis* verba et subinvolantes mores indidit eorum sensibus. »

Paulo post, cap. xxii, n. 6 (Massuet. 148; Harvey, 332) verba Homeri sunt (Il. Δ. 1):

Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι ἠγορόωντο,
Χρυσέῳ ἐν δαπέδῳ.

« Quod latine, inquit vetus translator, ita interpretabimur: *Dii autem apud Jovem considentes tractabant in aureo loco.*

Quid vero nostri librarii, circa hæc æstuantes? Ecce tibi Hesiodus, si Superis placet!

AIMOy· AIOy C Teao ToyC. KaI ENIkao
IIoNIIΘOCeIC. Ay ToyC. KATEoETo.

Tum (Dii probibete minas!) audisis Homerum:

OI ΔEΘEOI IZApZHNI· KAΘHAAι NOI
HΓOρoωNTO XρyCEω ιNAAITιAω.

Eadem porro in tribus codicibus nostris (uno tantum excepto de quo mox), nisi quod solus Vaticanus primus, sive 187, habeat minus inepte EIC... AYTOYC... OI ΔE ΘEOI... ZHNI... HΓOPOωNTO...

Nunc vero eadem videtur invenisse in Vossiano Stierenius, ac persuasum mihi est ea haud minus horrere in Arundeliano et Claromontano. Nec vacat notare insuper, uncialem scripturam primigenii textus græci quasi pellucidam emergere in litteris fere latinis quas librarii nostri, nihil de significatu intelligentes, ægre sculpserunt juxta formam elementorum græcorum, quæ oculis eorum subjecta erant. Habes igitur, fere ut prænotavit Stirenius.

Γ = T Π = h P = p Υ = y
Δ = A Λ = A Σ = C Π = IT

Inferre superest, quod vult quoque Stierenius, codicem illum, quem latini librarii primitus secuti sunt, perantiquum fuisse. Constat enim vetustissimos tantum codices græcos litteris majoribus rotundis fuisse exaratos.

ambitiosis superbiunt involucris, quibus notarii hujus ævi solent subscribendo sua vestire et producere nomina. Tota scriptura ea est quæ *cancellaria* dicitur. Incipit lib. I statim post capitula, ut in superiore codice; lib. II, f. 41, lib. III, f. 90, lib. IV, f. 135, lib. V. f. 198. Capitula singulis libris præfiguntur ac simul inseruntur deinceps, excepto iterum libro II, ubi post num. LVI, cæteri nullatenus significantur. Tam librarius quam διορθωτὴς diligentes viri sunt, sed iis paulo recentiores, qui superiorem codicem curaverunt, quorum utrumque opus cæteris sequentibus inserviisse, sive ad describendum, sive ad emendandum, haud multum aberraverit, si quis conjiciat.

Membraneus prior alter est Ottobonianus, sub num. 752, in ultimo folio diserte ascriptus *anno Domini* MCCCCXII, sed manu altera, ut codex altius sit repetundus, eoque dignior, qui rei palæographicæ peritos alliciat. Splendida membrana est, forma grandiuscula, scriptura robusta et rotunda, quæ curs romana merito dicitur et classica, jam rediviva, raro quidem exemplo et notatu dignissimo. Tituli succo rubro imbuuntur; majores litteræ, ab initio praesertim librorum, eximia arte emicant. Tum etiam in operis fronte fulget conspicuum cujusdam præsulis stemma, a quo serius codex transiit ad Joannem Augustum ducem ab Altaemps. Sunt folia 290 nondum signata numeris. Inest lib. I a fol. 1 ad 30, lib. II, f. 31, lib. III, f. 72, lib. IV, f. 109, lib. V, f. 160. Capitula quidem in libro V desunt, sed cæteris præfiguntur et deinceps rescribuntur, ubique rubro calamo insignita. Luxuriantur marginum scholia uberius quam in cæteris codicibus, pleraque prima manu, plura porro a tribus aut quatuor viris studiosis, nec desunt inter lineas glossemata, maxime ubi græca subrepunt. Subit etiam interdum aliquis διορθωτὴς græca prurigine percitus, [1]) qui non solum margines glossematibus oneravit, sed ipsum textum audacter attigit, haud semel emendavit dextere, sed sæpius depravavit. Quæ quidem scholiola, quantumvis exilia plerumque, delectu facto, haud temnenda subsidia novo editori præstabunt. Quid, quod plura, quæ magis insulsa videntur, omnino redolent glossemata Carolina, quæ in promptu quis oriunda duxerit ex aliquo exemplari Floriano. Argumento sint quæ infra ex hoc ipso codice recitantur.

Quartus tandem codex Vaticanus est, sub num. 188, ac cæteris apparatu suo insignior. Accensetur antiquiori librorum Vaticanorum classi, quos sumptu et munificentia docti illius Papæ Nicolai V, acqnisivit apostolica bibliotheca, inter prima ipsius nascentis aut resurgentis incunabula, quando ab veteri sede Lateranensi ad Sanctum Petrum migravit. Codex ille quinque nobilioribus locis, ab initio singulorum librorum, fulget pontificio nomine; ac fol. primo, in florido et aureo ramusculo, quo margines a vertice ad crepidinem arborescunt, tres alveoli purpurei aureas litteras gerunt in hunc modum : NI... PP... V. Quartus orbiculus binis clavibus cancellatis et triplicis regni corona nobilitatur; quæ omnia inferior pusio pennatus, expansis manibus et alis, alacriter sustinet. Præterea in prima operis littera, sanctus Irenæus, vultu juvenis et gravis, aureola et infulis auctus, magistri librum manu gerens depingitur. Rursus f. 32, 77, 116, 166, quoties libri incipiunt, aut in littera initiali, aut

[1]) Haud omisit gnarus vir feliciter implere locum, quem vacuum remansisse opinor, ubi duo versus Hesiodi et Homeri erant inserendi. Eosdem enim, accurate in fontibus detectos, manu sua eleganter expolivit, neque etiam peccavit in accentibus, nisi quod neglexit, more veterum codicum, apices litteris subjectos, neque non supplevit ea quæ recte putavit excidisse in Hesiodi στίχῳ :

Ψεύδεά θ' αἱμυλίους τε λόγους καὶ ἐπίκλοπον ἦθος
Τεῦξε, Διὸς βούλησιν...

Quæ sic ipse in margine scite interpretatus est: « Mendacia, fraudulentaque verba et furaces mo- » res condidit, Jovis consilio. » Sic fol. 54.

inter flosculos, quater emicat eadem epigraphe: NI. PP. V. Igitur intra extremos annorum 1437 et 1455 terminos consistimus; quo fit ut recentior Vaticanorum Vossiano antiquior sit. Ut in altero Vaticano, nulla fere scholia liquidos margines obnubilant: omnium capitum prima littera aut rutilo auro micat in area florida, aut renidet flosculis in campo aureo sparsis: in quo etiam id rara et peculiari arte additur, quod flavæ gemmulæ ocellis similes, sed ipso nitidiores auro, rutilant. Adde bibliopegi elegantiam, qui librum sub Urbano VIII ligavit, haud omissis apibus, sive a dorso libri, sive in Barberino stemmate a parte antica, dum a postica leone erecto distinguitur scutum cujusdam præsulis, fortasse unius ex bibliothecæ præfectis. [1]) Etiam auro ditatur marginum extrema ora, sed in eo peccatum, ut sæpius fit, quod forceps levigando membranas, dire exsecuit tam indiculos quaternionum, quam pium monogramma S. Bernardini, singulis foliis forte a librario Minorita appictum. Haud dissimulandum tamen, hunc codicem bis pontificium minime cæteris esse præstantiorem, quum propter indiligentiam opificis multis scateat vitiis; idque sæpe dolendum in splendidioribus membranis, quibus oculis, non menti, et potius principi quam lectori consulitur.

Quatuor inter hos codices qualis sit consensio vel discrepantia, quibusve dotibus aut vitiis recedant a cæteris, qui hactenus Irenæo edendo soli inservierunt, præter ea quæ diximus, palam erit ex copiosis scholiis et varietatibus, ab uno saltem et primo capite sumptis, et infra subjiciendis. Nova igitur, post receptum jam Flori prologum, subsidia Irenæo latino præstabimus. [2])

Sed de Floro quoniam sermo redit, eidem lubet acceptum referre confertum illud agmen argumentorum quibus singula capita exordiuntur in nostris codd. ut in Arundeliano. Quæ quidem capitula barbara satis et aspera sunt, quin tamen veterem Irenæi interpretem clare et liquido referant aut sapiant. Is vir græcus erat, coram Irenæo aut juxta scribens, certe ante Tertullianum; et quantumvis latine rudis, tenuit tamen græce ea quæ vertebat. Neque commisisset, sive excipiens ab ore magistri, sive præ oculis habens græcum ejusdem librum, effundere tot incompta capitum lemmata, quæ seriem pervertunt, quæ lædunt sententiam, quæ periodum haud semel abrumpunt. Quid, quod sicco pede totum transilivit librum quintum, uno fere tractu scriptum in omnibus mss. codicibus? Sed quanto potiori jure argumenta id genus prolixa, lubrica, pinguia, præpostera, quadrant cum homine Carolino, sæculi IX, cum Floro: arguto cæteroquin pro tempore, qui fortasse etiam barbariem affectavit, haud refugiens a qualicumque veteris interpretis ardua imitatione.

Pergere lubet ulterius. In Ottoboniano membraneo jam monstravi digito quædam volatica scholia, quæ assidue, sed ægre verbis græcanicis cohaerent; fruticare videntur ab initio libri primi, crescunt eundo, verum non sensim minuuntur, sed abrupto quasi filo subito evanescunt. Quæ si ulterius pergerent, facilius esset eorum auctorem et originem declarare. Ea vero quæ adhuc supersunt, infra collegi, ut diligens lector æstimet, annon idem Florus, post prologum suum, scholia marginibus libri sui alleverit, quæ pauculis tantum in foliis, nec nisi

[1]) Haud multum dissimile stemma præfigitur codici Vat. 728, qui videtur fuisse Antonii Cardinalis Amulii, haud ultimi inter clarissimos S. E. R. bibliothecarios.

[2]) Piguit me inter hos codices anxie quæsivisse, quis Massueti Ottobonianus, quales ve dici debeant codices inscripti ab editoribus *Mercer.* 1, 2; adeo prioris lectiones sunt negligenter collectæ, posteriores vero ita confusæ, ut velit Stierenius, non unum, sed duos codices dici *Mercer.* 2, sive 1 et 2, quod cæteri editores habent pro altero cod. *Merceriano.*

in glossulis ad nos usque pervenerunt. Tunc enim temporis mos invaluit, tam profanos quam ecclesiasticos libros similibus circumstruere commentatiunculis. [1])

Quid tandem? Nonne ex romanis gymnasiis, inter tot laureatos, exorietur aliquis novus Irenæi latini vindex et sospitator? qui nec sudori, nec pulveri parcat, ut quatuor illos codices romanos versare non desistat, donec veste decorus nova, vetus doctor, scientia romana dignus, præstantior diam in lucem prodeat.

II.

Longe autem majus incrementum Irenæo ab Orientalibus accessit nuperrime. Vix enim aperuere viam Armeni, quos modico et prompto exceperam hospitio, quum undecim codices Syrorum vetustissimi [2]) novas Irenæi gazas ad duo supra triginta fragmenta, interdum ampla satis, protulerunt. Quæ sane Cantabrigiensis editionis insignia sunt ornamenta, nec minima laus solertissimo Harveyo danda est, qui favente cl. Curetonio, primus nobiscum has opes communicavit. Ac ne ultimus ego, post alios, ἀσύμβολος recedam, lætor etiam nunc mihi superesse fragmentum novum, numero trigesimum tertium, ex eadem aurifodina Armeniæ acceptum: eximium videlicet illud epistolion ad *Florinum*, quod tametsi jam græce circumferatur, tantæ est venustatis, ut etiam in classico Armenorum idiomate sine fastidio legatur. Teste enim locupletissimo J. B. Auchero, cl. v. versio pertinet ad veteres sæc. V interpretes, quo tempore ad Armenos transiit Eusebii *Historia ecclesiastica*, quæ prope diem proditura, novam ex Armenia lucem in nostrum Irenæum diffundet.

Primum ex hisce emolumentum est, ut compertum nobis jam sit, integros Irenæi quinque libros exstitisse in Syrorum bibliothecis. Etenim ad primum librum fragmenta pertinent tria priora (Harvey, t. II, p. 431-434); ad secundum fragmenta IV et V (p. 434, 435); ad tertium fragmenta novem, a VI ad XIV (p. 436-442); ad quartum fragmenta quatuor XV-XVIII (p. 443-446); demum ad quintum fragmenta sex, a XIX ad XXIV (p. 447-453), inter quæ insignis locus est XIX de sacra Eucharistia, neque ultimus ille XXI, ex *Spicilegio* exceptus, ubi S. Papias αὐτολεξεὶ adducitur.

Accedunt alia plus minus nova, quibus etiam nobis deteguntur incognita Irenæi opera, videlicet fragm. XXVI ex parte secunda *Commentarii in Canticum canticorum* (p. 455); fragm. XXVII *De Paschate* (p. 456); fragm. XXVIII ex nova epistola de Florino ad *Victorem papam* (p. 457), qua nihil memorabilius, ut mox declarabitur; fragm. XXIX, XXX, XXXI, de Christi Divinitate perpetuo revelata et iterum ex *Spicilegio*, quod alias sub Hierothei nomine prodierat, ac si veteres cum Papia etiam Hierotheum legerint (p. 458, 460, 462); fragm. XXXII, ex homilia super Joannem, rursus e *Spicilegio* (p. 464), quam juvabit conferre cum proxima nostra in Lazarum homilia, Hippolyto Irenæi discipulo ab Armenis ascripta.

Quum vero Armeni sua fere omnia ex Syris expilari soleant, pronum est, Irenæi scripta potissimum apud Syros circumlata fuisse, et ab omni ævo integram majoris operis translationem, qua latinus liber egregie confirmatur, ad priscos Orientales pervenisse. Nil mirum ergo, si nullibi plura inveniantur Irenæi græca vestigia quam apud scriptores Palæstinæ incolas aut finitimos; si fulgeat grande nomen in catenis sive biblicis, sive dogmaticis ejus-

[1]) Interim cf. not. p. 217. — [2]) Sunt hisce numeris inscripti in Britannico Museo: 12154, 12155, 12156, 12157, 14538, 14612, 14629, 17191, 17194, 17200, 17214.

dem regionis, collectaneorum feracissimæ, procurantibus utpote Procopio Gazæo, Joanne Damasceno, Andrea Cæsariensi, Leontio Syro, Olympiodoro Apamiensi, etc. Quid denique mirum, si luculentiora præstent documenta Epiphanius e Samaria oriundus, Ephræm Syrus, Eusebius Cæsariensis, Anastasius Sinaita, Theodoretus Cyrensis, Maximus Bethleemiticus?

Unde id mihi persuasum facile est, locupletem Irenæi thesaurum reconditum fuisse, vel in bibliotheca Hierosolymitana S. Alexandri, de qua fusius infra, vel in celeberrimo illo S. Pamphili gazophylacio Cæsariensi, turri veluti ex qua pependit omnis armatura fortium, et unde ad nos usque descendit quidquid Irenæi græce, syriace, armenice perennavit.

III.

Ad græca cum jam transierim, non solum majus Irenæi ἀντιῤῥητικὸν usque ad clades saracenicas mansit apud Syros, sed ingens copia variorum opusculorum manibus terebatur Eusebii, Maximi, Anastasii, Leontii, Damasceni, pseudo-Justini, pseudo-Origenis, sive pseudo-Hippolyti, ut etiam nunc ferunt tabulæ, heu! nimis exiguæ, e magno naufragio superstites: etiam operum periere nomina. Nisi enim ex ignotis libris desumantur fragmenta quæ supersunt, cogitandum esset de amplis commentariis in omnes fere libros sacros: videlicet in Genesim, fragm. XIV, BB. 342; Harvey, 483. — In Hexaemeron, certo teste Anastasio, fragm. XIV et infra num. IX, p. 207. — In Numeros, fr. XV, XIX, XX, XXI, XXII, XXIII, XXXI, XLIV, BB. 343; Harvey, II, 486 seqq. — In Deuteronomium, fragm. XVI. — In Judices, fragm. XXV, XXXIX, XL, XLII. — In Reges, fragm. XXVI, XXXIII, XXXIV. — In Matthæum, fragm. XXVIII. — In Lucam, fragm. XXIX. Et hæc præter, adde ἐξήγησιν in Cantica canticorum, cujus secundum librum supra vidimus a Syris lectum et excitatum; insuper adde commentarium alium in Joannis Apocalypsin, quem clare memorat Hieronymus. Unde dixeris ab Hexaemero ad ultimam Revelationem, sic, vel inter Celtas nostros, omnes Scripturas fuisse expositas, ut Irenæus Lugduni, quemadmodum Justinus et Hippolytus Romæ, ac certe Origenes Alexandriæ, sed noster primus omnium, totam seriem librorum sacrorum, inter Ecclesiæ procellas, explanare non formidaverit.

Jam vero quæ spes, quæve insania, adhuc quæritandi græcas martyris Lugdunensis paginas nondum repertas, post Grabium, Cramerum, Harveium, qui optimas catenas Britannicas exhauserunt; post Stierenium, Muenterum, Pfaffium, qui ab ultimis Danis et Batavis usque ad Austriacos, Germaniam perlustrarunt; post Maium illum Angelum, lyncæis oculis introspicientem, vel in evanidis scripturis, omnes Italiæ plagulas; immo post meos Maurinos, qui dum Irenæi opera redintegrarent, Galliarum et Europæ, Urbis et orbis forulos penetrarunt.

Verum, ne a Maurinis quidem vel vicinæ Parisienses membranæ ita investigatæ sunt, quin mihi salivam moverit, triginta ante hos annos, locus unus insignis, quem græce nemo post Fabrum aut Feuardentium, nempe a tribus sæculis et amplius, ante hunc diem nemo quem sciam, græce legit, quamvis idem omnium oculos perstringeret, in regio codice propatulo et obvio; videlicet inter illos qui a longo ævo ibidem *prisci* dicuntur, et trito versantur usu. Massuetus ipse, quantumvis perspicax et diligens, hunc locum editurus, tantum usus est recenti et rudi interprete Feuardentio, [1]) qui solus et totus transiit ad editores Parisienses,

[1]) Massuetus in præf. diss. II, n. 60: « Fragmentum ex *Sermone ad Demetrium* edidit Feu-

Venetos, Germanicos, Anglicanos. Quæ tamen gemma eo pretiosior nostratibus esto, quod germana sit et affinis alteri, quam nobis servavit S. Maximus martyr; ex quibus una conjunctis, bona ex parte restituitur nobilis et ignota Lugdunensis doctoris epistola *ad Demetrium Viennensem diaconum*, quæ etiam, uti libellus quidam catecheticus, *De Fide* inscribitur.

An plura? Adest præterea inter eosdem Parisinos codices, unus ex illis qui aliunde migrarunt, alibique multo tempore versati, tandem in communem veterum Parisiensium alveum, ut *novi*, recepti sunt. Quo quidem adventitio hospite feliciter impletur unicus qui supersit locus libelli rarissimi: Περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀγέννητον τὴν ὕλην. Hæc satis perspicue innotuerunt Photio, nec fugerunt veteres illos, Serapionem Tmuensem, Titum Bostrensem, Zachariam Mitylenensem, quos in hoc aut proximo tomo producam, fuse ac similiter prosecutos idem hoc argumentum: *Creatam materiam*, sive falsa duo principia, *non posse ab aeterno esse*. Lætor enim vero Irenæum esse primum, qui subtilissimi Manetis, vel ante natam belluam, telum Achilleum ita fregerit, ut eodem ictu perfoderet novorum Manichæorum renascentia nunc sophismata. Quæ quidem pauca sunt, etiamsi quædam alia corraserim: sed vix plura Irenæi græci reperire potuerunt recentiores, qui post Halloixium, Grabium, Massuetum, in hanc provinciam pedem intulerunt.

Primus repente surrexit Matthæus Pfaffius, ut quinque nova, novæque doctrinæ loca sub tanto nomine proferret. Sed fidei suæ vades vindicesque frustra dedit quasdam Taurinenses catenas, quæ in natura rerum nullibi hactenus comparuere. Vix batavicis prælis, anno 1715, Pfaffiana commissa fuerant, quum semel et iterum, a. 1716, Scipio ille Maffeius eorumdem impugnavit sinceritatem. Quibus telis bis quoque Tubingensis doctor, a. 1716, 1728, suum clypeum opposuit. Bellum referbuit, a. 1734, in Veneta Irenæi editione, ubi exstant binæ epistolæ F. M. Leonii; quas a. 1749 confirmavit doctus curator catalogi Taurinensis, Pasinus, gravissima adversus Pfaffium dubia decernens, quibus res videtur nonnullis conclamata: [1]) « Maxima adhibita diligentia, intentisque oculis, eos omnes codd. perlegimus, in quibus Patrum catenæ haberentur, siquidem ex iis videtur Pfaffius asserere se ea sumsisse; et ne unum quidem verbum invenimus, aut aliquid quod proxime accederet. Pfaffium quidem fraudis et mendaciii arguere nolumus, aut quod invida manu folia avulserit, aut quod codices abstulerit. » Rejectaque triplici suspicione, pergit Pasinus: « Sed cur saltem Pfaffius codices nominatim non indicavit, unde ea desumpsit, cum singuli suis distincti essent notis? Et cur scripturam, librum ac textum reticuit, cui subjecta esset, quam affert S. Irenæo, commentatio? Certe id perficere debuisset, ut a se inventis sanctissimi Patris fragmentis fidem et auctoritatem conciliaret. » Ipse ego nuper, non Taurini tantum, sed multis in bibliothecis

ardentius, sed latine dumtaxat, quod quidem a N. Fabro accepisse se dicit. Si græca adessent, emendatius forte prodire posset. »

[1]) *Codd. mss. Bibl. reg. Taurin.* t. I, præf. p. VII, VIII. Vide tamen ultimas Pfaffii vindicias in *Nov. act. erud.* Lips. a. 1752, quas confidenter revocavit Harveius in Proleg. t. I, p. CLXXI. Idem post alios non omisit advertere ab initio fragm. II Pfaffiani, apertum respectum fieri ad *Constitutiones apostolicas*, οἱ ταῖς τῶν ἀποστόλων διατάξεσι παρακολουθηκότες: sed eo ipso tota moles corruit, fitque palam auctorem esse sæculo III posteriorem. Vix enim id referas ad antiquiora rudimenta canonum apostolicorum, aut ad priscas illas διατάξεις περὶ μυστικῆς λατρείας, quæ quidem ego olim primo fere loco disciplinæ apostolicæ posui, ac libenter Hippolyto concessi, quin tamen ad Irenæum usque ascenderem, quamvis Muentero codices Vaticani, ne illud dissimulare videar, fragmentum præbuere inscriptum Εἰρηναίου ἐκ τῶν διατάξεων, fortasse pro ἐκ τῶν διαλέξεων. Cf. p. 197, n. 7.

citra et ultra montes eamdem investigandi operam et diligentiam, semper vero frustraneam, adhibui, neque alius quem sciam, quidquam hac de re nuspiam repperit.

Sat nobilem Irenæi locum Aloysius Mingarellus detexit in catenis Venetis, quem ejus frater Ferdinandus inseruit, a. 1769, notis ad Didymum Alexandrinum. Ea vero prætermiserunt ambo editores Lipsiensis et Cantabrigiensis, nec, nisi monente me et urgente, ea tandem extra sedem, col. 2017, 2018, *Patrolog.* t. VII, a. 1857, Parisiensis ultimus editor seposuit, et iterum vel viris doctis abscondidit.

Exeunte autem ultimo sæculo, Muenterus, antistes Danus, vir variæ et elegantis doctrinæ, quum libere accessisset ad Vaticanos codices, nova sibi ex illis loca Irenæi repperit. [1]) Numero quidem sunt novem, sed quæ Stierenius ad quinque aut sex reduxit, nec sine dubio recepit. Haud satis: nam quod nunc est fragmentum XLIII, tres breves versiculi sunt, quos doctus vir Danus amplissimo commentario ornavit, sed otioso; quum eadem jam Halloixius præoccupaverat, eadem suo loco posuerat Massuetus in fragmento IX. Alterum Muenteri fragmentum, nunc XLIV, totum quodcumque jam legebatur ab a. 1772 in catena Lipsiensi Nicephoriana. Nec video quid moverit Stierenium, editoremque Parisiensem, ut eadem bis recocta apponerent sub quatuor num. XXV, XLIV, XLVI et XLVIII, col. 1242, 1262.

Interea unum versiculum Cramerus, a. 1841. e catenis Oxonianis eripuit (fragm. XLIX, receptum apud Harveium in fragm. XLV, t. II, p. 510). Tum unum tandem locum invenit Stierenius (fragm. L), in catena Vindobonensi. Mitto enim ultimum ejusdem fragm. LI, cui diu ante illum, non Maius tantummodo, sed veteres editores in ipso grandi opere sedem justam invenerant.

Maium tandem appellavi, nec nisi venerabundus. Etenim qui intactum nihil in christiana antiquitate retro liquerit, haud neglexit Irenæum: minus tamen cum studio ostentandi nova, quam nota vaticanis varietatibus ornandi. Amplus quidem is campus est; nam romanos si quis codices Eusebii, Epiphanii, Theodoreti, Nicephori, Damasceni diligenter versaret, haud pauca ad illustrandum Irenæum reperiet. Minores tantum si locos adierit, Angelo Maio duce, haud leves, neque exiguos secum manipulos reportaverit. Haud ingratum sit, hanc messem ex ordine ventilare, adductis ad singula fontibus, quos anxius, de more, Maius potius obturavit, quam detexit; ac frustra fortasse quivis alius ea inquireret, quæ nobis in promptu minime fuerunt.

1. Εἰς τί δὲ καὶ τὸ ἐν πόλει... Sat placuit brevis locus, ut bis daretur, paucis mutatis, in *Script. vet. nova Coll.*, t. IX, p. 636 et 645, ex Vat. 1190, f. 748, 766, et Vat. 1612, f. 19 et 30, ex eadem nimirum Nicetæ catena in Lucam; sed quæ jam aderant in lib. III *Contra Haereses*, c. X, n. 4. Unde tam Lipsiensi quam Parisiensi editori frustra fuit eadem bis ponere tam in libro III quam in fragmento ultimo. [2])

[1]) *Fragmentor. PP. Graecor.* fasc. I (et unicum) edidit et illustr. Frederic. Muenter. Hafniæ, 1788. Irenæi sunt fragmenta novem, p. 26 60.

[2]) Fucum fortasse claris et oculatis viris fecerunt, ipsumque Nicetam a multis sæculis deceperunt initia leviter mutata ejusdem loci. Incipit enim 1° Εἰς τί δὲ καὶ τὸ ἐν πόλει Δαυὶδ κεῖται (al. πρόσκειται), εἰ μὴ ἵνα (al. διὰ) τὴν ὑπὸ Θεοῦ in vat. 1190, f. 748 v° et 1611 f. 19;, apud Maium p. 636 et Stierenium fr. LI. Incipit 2° προστίθησι δὲ καὶ τὸ ἐν πόλει Δαυὶδ, ἵνα τὴν κτλ. in vat. 1190, f. 766, 1611 f. 30 et apud Maium, p. 645. Cætera eadem utrique initio cum necessaria varietate cohærent. Scholiastes præmiserat: Καὶ ὁ Ἰωσὴφ γίνεται διὰ τὸ εἶναι ἐξ οἴκου Δαυίδ. Tum pergit in fine: ἡ μὲν οὖν τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων βίβλος εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὴν γενεαλογίαν καταγοῦσα ἐκ τοῦ Δαυιδικοῦ ἔχοντα οἶκον τὸ γένος.

2. Καὶ γὰρ αὐτὸ... *Script. vet. Coll.*, t. VII, p. 93, ex Vat. 1553, f. 52, 53. Grandis quidem et insignis locus est, ex lib. IV *C. Haer.*, c. XXXVII, n. 3, quem non neglexerunt editores Lipsiensis et Cantabrigiensis, quibus præeunte Muentero in suis fragm. PP. p. 26, præsto fuere omnes Vaticanæ varietates.

3. Εἰ τοίνυν ὁ πρῶτος Ἀδὰμ... *Script. vet.* t. IX, p. 639. Hæc cæteris ampliora, majorisque pretii ob argumenti dignitatem, quamvis jam lecta partim in lib. III *C. Haer.*, c. XXI et XXII; unde magis tædet, gravem horum varietatem diligenter a Maio rescriptam ex Vatic. 1190, f. 717, 1611, f. 19, omnino fuisse a tribus novissimis editoribus silentio prætermissam. [1])

4. Οὐκ εὐχερές... *Script. vet.*, t. VII, p. 106. Pauca verba sunt fort. ex amisso Irenæi libro *De Ogdoade*, quæ primus Muenterus expiscatus est in Vat. 1553, f. 249, et inseruit in sua Patrum *fragmenta* rarissima, quæ nunquam pervenerunt in ditissimam Maii bibliothecam, neque ullibi nunc fortasse Romæ exstant. Cf. Harvei fragm. XLIII, Stieren. fr. XLV, Patrol. col. 1261.

5. Ἴδε κόκκον... *Script. vet.*, t. IX, p. 692, ex Vat. 1611, f. 193, idem ac fragm. XXXI. Nec mirum hæc recusa placuisse: gemmula enim est theologiæ symbolicæ, quam et ego post alios, vicinam juxta Melitonis Clavem, quin ponam non mihi temperaverim.

6. Ὥσπερ καὶ ἡ κιβωτὸς... *Spicil. Rom.*, t. II, p. II, p. 36, ex Vatic. 790, f. 156, locus præcedenti affinis, quem ex iisdem Leontii collectaneis primus receperat Halloixius. Cf. fragment. VIII. [2])

7. Εὐ μὲν λέγοντες... *Script. vet.* t. VII, p. 106, fragm. XLV, quod primus eruit Muenterus, ex eod. cod.. 1553, f. 223, præfixo titulo: ἐκ τῶν διατάξεων.

8. Ἐν ᾧ ἄν τις... *Spicil. Roman.*, t. VII, 613, ex Vat. 504, f. 147, Vat. 739, f. 40, Vat. 741, f. 23, etc. tantum versiculus ex epistola gravissima ad Victorem Papam, quem post S. Maximum et Antonii *Melissam*, innumeri rescripserunt, qualis extat in fragm. VI. [3])

9, 10. Καὶ ἐβαπτίσατο... Εἰ τὸ Ἐλισσαιου *Bibl. nova*, t. III, p. 447. Quonam ex fonte Maius habuerit, non novi, nisi quod hic latere putem codices Venetos, in ultimis Maii plagulis memoratos. At doctum virum fugit, utrumque locum fuisse extra sedem inter addenda a Massueto præpostere rejectum; deceptus quoque est diligens vir Cantabrigiensis, ratus ea tum primum prodiisse in Veneta ed. a. 1737. Cf. fr. XXXV, XXXVI. Harv. XXXIII, XXXIV.

Telam incœptam texere amplius juvat, ne novo Irenæi editori, qualiscumque demum futurus sit, invideam quotquot asservantur, quantum ego noverim, in pluteis Vaticanis, ita ut,

[1]) Cf. Massuet. p. 218, 219; Harvey, II, 120; Stieren, in *Patrol.* col. 955-957. Duo codd. Vaticani, fere omnino similes, incipiunt in hoc loco: Εἰ ὁ πρῶτος... om. ἀνδρὸς ante σπέρματος... om. interposita ab ἀνακεφαλαιούμενον ad τὴν αὐτήν. Habent τὴν πλάσιν ἐνήργησε; ἵνα... add. in fine cap. XXI: ἀνακεφαλαιωθῇ καὶ ἀναπλασθῇ ὁ καταπεσὼν καὶ συντριβείς, τηρουμένης τῆς ὁμοιότητος. In cap. XXII, vat. 2 legit: σαρκὸς οἰκονομίαν καὶ ἀναβάλλοντα τὴν ὁμοιότητα· τί γὰρ... cæteris omissis. Ambo legunt: οὐκ ἂν τὰς ἀπὸ γῆς εἰλημμένας... iterum ἀπὸ τῆς γῆς, mox οὐδ' ἂν τὰ ἄλλα σύμβολα σαρκὸς τῆς ἀπὸ τῆς γῆς εἰλημμένης ἐνεδείξατο, κτλ.

[2]) Exstat idem in cod. Genov. XXVII, f. 346, de quo infra recepturus multa sum.

[3]) Impiger Cantabrigiensis calcar mihi dedit ut post illum notarem, locum primitus oriri ex Maximi serm. *De Eleemosyna*, ac reperiri 1° in cod. Clarom. nunc Oxoniensi *Parallelor.* Damasceni; 2° in schedis Grabii cod. Barocc. 143; 3° in cod. Vindobon. 238; 4° in cod. Monac. 429, f. 7; 5° in cod. Cantabrig. Univers. LI, 5, 2, f. 28; 6° in cod. Perizonii 49, ex Vindobon. rescriptum, ut ferunt schedæ meæ; 7° in cod. Genov. XXVII, f. 346; 8°, 9° in codd. Barberin. I, 6, f. 174; v. 11 f. 88; 10, 11° in codd. Vat. 739, et 740, f. 26, hic vero sub corrupto nomine Εἰρηνάνδρου, etc.

omissis, uti par est, Eusebii, Epiphanii, aliorum majoribus libris, seriem τῶν σποράδην maximè persequar, inde ubi cum Maio steti, in collectaneis Vaticanis. Ex quibus id saltem inferas velim, magnam vel minimis Irenæi dictis auctoritatem inesse ac semper mansisse, quum in tot vetustis voluminibus unius bibliothecæ religiose cuncta serventur.

11. Igitur exstant: Ἕτερόν ἐστι πνοὴ ζωῆς... Ex libro V *Adversus Haeres*. cap. XII, 2, in Vatic. 423, f. 403, Vat. 747, f. 20, Vat. 748, f. 12, Vat. 787, f. 20, Vat. 1520, p. 35, Vat. 1657, f. 10, Vat. 1684, f. 40, Ottob. 408, f. 71, Regin. 7, f. 36. Quibus novem codd. plerumque vetustis quum plures alios æque priscos addere, in quos incidi, præsto sit, varietatum segetem congerere mox mihi licebit.

12. Διὰ τοῦ γάμου... ex libro IV *Adversus Haereses*, cap. XX, 12, in Vatic, 747, f. 162, 1520, p. 498, 2131, f. 162.

13. Μὴ εἰδότες... ex lib. IV *Adv. Haer*. cap. XXXI, 1, in Vatic. 747, f. 41, Vat. 748, f. 36, Vat. 1684, f. 108, Palat. 203, f. 94. Cf. Patrol. col. 1068.

14. Θέλησις... fragment. V, quod infra habes cum altero novo junctum, collatum ex Vatic. 504, f. 147.

15. Ταῦτα πάλαι... fragment. XV, col. 1240, in Vatic. 747, f. 176, Vat. 748, f. 210, Vat. 1520, p. 537.

16. Ἄνωθεν τὸν νόμον... fragment. XVI, col. 1240, in Vatic. 747, f. 187, Vat. 748, f. 210, Vat. 1520, p. 561.

17. Ἐξ οὗ ὁ Χριστὸς... fragment. XVII, col. 1240, in Vatic. 747, f. 204, Vat. 1520, p. 619.

18. Καὶ τοῦτο οὐκ ἀργῶς... fragment XVIII, col. 1240, in Vatic. 747, f. 241.

19. Ἔδει γάρ... fragment. XIX, col. 1240, in Vatic. 747, f. 179, Vat. 748. f. 202, Vat. 1520, p. 542.

20. Οὐ πορεύσῃ... fragment. XXII, col. 1241, in Vatic. 747, f. 173, Vat. 748, f. 194, Vat. 1520, p. 523.

21. Ἡ μὲν ὄνος... fragment. XXIII, col, 1241. in Vatic, 747, f. 175. [1])

22. Δείκνυσιν ὡς.. fragment. XXIV, col. 1241, in Vatic. 747, f. 175, Vat. 748, f. 197, Vat. 1520, p. 530.

23. Ὁ γὰρ μηκέτι... fragment. XXV, col. 1241, in Vatic. 747, f. 182, Vat. 1520, p. 516.

24. Τὸ μὲν οὖν παιδάριον... fragment. XXVII, col. 1244, in Vatic. 747, f. 251, Vat. 748, f. 285.

25. Τοῦτο σημαίνει... fragment. XLII, col. 1260, et XLVII, col. 1261, in Vatic. 747, f. 249, Vat. 748, f. 284.

26. Προφητεία... fragment. XLIV et XLVIII, col. 1261, in Vatic. 747, f. 249. Vat. 748, f. 286.

27. Οὐκ ἐν τῷ λέγειν, ἀλλ' ἐν τῷ εἶναι ὁ κρείττων δείκνυσθαι ὀφείλει. Nec plura, quæ Maii aciem fugisse videntur in cod. Vat. 1553, f. 219, sed detexit Muenterus et edidit in suo *fragmentor*. PP. fasc. I, p. 54. Ea vero exacte cohærent cum simili pericope latina in lib. II *C. Haer*. c. XXX, n. 2 (Harvey. t. I, p. 362), et argumento sunt, vel minima veterum Patrum in catenas inserta, nedum temnenda sint, omnem mereri fidem et diligentiam.

[1]) Variantur in Vat. Ὁ μὲν ὄνος... τύπον περιεῖχε... τὸ γὰρ φορτίον ἡμετέρων παραπτωμάτων ἐν τῷ ἰδίῳ σώματι ὁ σωτὴρ ἀνεδέξατο.

28. Τὴν ἀναπλήρωσιν... *Contra Haeres.* lib III, XII, 1, in Barberino cod. VI, 21, f. 9. Deesset aliquid indiculo nostro, nisi in censum veniret etiam Barberina bibliotheca Vaticanæ vicina et germana. [1])

29. Οὐκ ἄλλον Θεὸν... *C. Haer.* l. III, XII, 2, in eodem Barberin. f. 32.

30. Φανερὸν τὸ κήρυγμα... in eod. Barberin. f. 38, *C. Haer.* lib. III, XII, 3.

31. Αὗται φωναὶ τῆς ἐκκλησίας... *C. Haer.* lib. III, XII, 5, in eodem Barberin. f. 48.

32. Τοῦτον εἶναι Ἰησοῦν... *C. Haer.* lib. III, XII, 8, in eod. Barberin. f. 86.

33. Παῦλος μετὰ τὸ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ... *C. Haer.* lib. III, XII, 9, in eod. Barberin. f. 94.

34. Διὰ τῶν λόγων... *C. Haer.* l. III, XII, 15, in Vat. 760, f. 215, in Barberin. eod. f. 107.

35. Τρανῶς σημαίνων... *C. Haer.* l. III, XII, 7, in eod. Barb. f. 108.

36. Ὁ περὶ τῆς ὑγιοῦς πίστεως... in Vatic. 2137, f. 30, quod habes infra, num. IV, exilem spretamque uvam, post aliorum pinguem vindemiam, neque aliam ex Vaticanis excubiis recepi mercedem, post non modicum sudorem et algorem.

Unde nemo me despiciat, si pauca græca cæteris præeuntibus addidi, si eosdem trivi sulcos post terga metentium, si neque etiam omisi prolixam paginam de quatuor evangelistis, qualem olim ab Anastasio Sinaita recepit S. Germanus Constantinopolitanus, ubi nihil novum est, præter barbaram Anastasii Bibliothecarii interpretationem, qua saltem redintegratur sincerum sancti patriarchæ opus, misere hactenus deturpatum, ut infra in hoc aut proximo tomo plane demonstrabitur.

Quæ velim cumulentur promissis scholiis, varietatibus et capitulis ad duos libros priores *Contra Haereses:* inter quæ diligens lector advertet nonnullos versus Saturnios quos dixere, more Commodiani exactos, vetustissimum quod sciam exemplum rhythmicæ poetriæ, in christianis litteris. Utinam et acta S. Timothei etiam hic ponere licuisset [2])!

Sed dum novissima Lugdunensis doctoris auctaria perlustravi, quomodo me propemodum fugit moles, quæ inexspectato suggestu, assurrexit in pseudo-Hippolyti circumlatis nuperrime Φιλοσοφουμένοις? Quidquid sit de arcano illo sophista, quem suspicor etiam apud Syros et Alexandrinos vixisse, ut infra dicam, certe ab Irenæi editoribus haud modicam laudem adepturus est. Haud minus quam quindecim loca plus minus ampla in libros *Contra Haereses* jam inserta sunt αὐτολεξεὶ (Harvey, t. I, p. 101, 109, 114, 127-147, 157-166, 190, 191, 192, 196, 204, 209, 211, 212, 214, 227); tum præterea quinquaginta saltem alia egregiam lucem in obscurissimas Irenæi paginas projiciunt: id quod jam abunde et feliciter Harveius usurpavit, in sua nobili Irenæi ἐκδόσει, amœna præ cæteris et erudita, quantumvis, ne de vernaculo sermone in toto apparatu loquar, nimium hic illic anglicanis auribus indulserit. Sed iniquum esset inde discedere, quin mecum omnes Irenæi cultores meritas laudes gratesque solvant cl. v. Emm. Millero, qui hanc fortunam, quam soli digni et periti experiuntur, nactus est, primam in lucem edendi τὰ φιλοσοφούμενα, de quibus infra fortasse plura ad Hippolytum.

[1]) Barberinos adde codd. in pag. superiore memoratos, et alios fort. *Melissae* codices vetustos, in quibus inest locus supra 8. — [2]) Ea quamvis latine tantum exstarent, jussi a. 1857 inseri in graecam, ut aiunt, *Pat.* t. v col. 1301, sub nobili nomine Polycratis Ephesini, uti latina ferunt, ac ne locus insignis deesset; græca autem servaveram *Spicil. Sol.*, de scriptore Actorum et de loco Irenæi pro modulo disputaturus. Hisce diebus me prævertit cl. v. Herm. Usener, qui ex cod. *Paris.* hoc novum tropœum Guill. imp. inter Natalitia dedicavit.

I.

Ex Epistola S. Irenaei ad Florinum. [1])

* Այս ուսմունքս՝ Փղորիանէ, չեն առողջք, և ոչ են միաբան ընդ եկեղեցւոյ . զայս ուսմունքս երիցունք որ եղեն յառաջ քան զմեզ, որք էին աշակերտք առաքելոցն, ո՛չ ետուն քեզ . զի տեսի ես զքեզ յԱսիա ներքին, և մինչ տղայ էի առ Պողիկարպոսի 'ի սրահս փողոցացն՝ և սքանչելապէս գնայիր դու, և զօրանայիր զփորձ տալ և զհանդէս ցուցանել առ նա . զի առաւել յիշեմ ես զայն՝ որ յայնմ ժամանակի էր, քան զայս՝ որ այժմ գործի . զի ուսումն մանկութեան ընդ նմին ընդ շնչոյն աճէ, և խառնի ընդ նմա ։ Եւ վասն այնորիկ կարեմ ասել զտեղին, յորում նստէր և ուսուցանէր Պողիկարպոս . և յիշեմ զելս նորա և զմուտս նորա, և զնմանութիւն վարուց նորա, և զուսումն՝ զոր ուսուցանէր ժողովրդեանն, և ըզգնացսն՝ որ գնայր նա ընդ Յովհաննու աւետարանչին, և ընդ այլս՝ որ տեսին զտէրն մեր, որպէս պատմէր մեզ՝ թէ զիա՛րդ յիշէ նա զբանս նոցա... և լսէի ես, և դնէի զնոսա 'ի մտի, և հանապազ շնորհօքն Աստուծոյ սիրով յիշեմ զնոսա . և կարեմ վկայել առաջի Աստուծոյ, զի եթէ լսէր ինչ երանելին՝ որ արտաքոյ վարդապետութեան առաքելոցն էր, խնոյր զականջս իւր, և ասէր . Ո՛վ բարերար Աստուած, որո՞ց ժամանակաց պահեցեր զմեզ, զի համբերից և յայսմ, և լուայց զայսպիսի բանս . և փախչէր 'ի տեղւոջէ անտի՝ յոր կայրն, կամ նստէր անդր, յորժամ լսէր զայսպիսի բանս խոտանս ։

Hæc dogmata, Florine, [ut parcissime [2]) dicam], non sunt sanæ [doctrinæ]; hæc dogmata Ecclesiæ non sunt consona [et in maximam impietatem eos conjiciunt, qui illis assentiuntur; hæc dogmata ne quidem hæretici extra Ecclesiam positi proferre unquam ausi sunt]; hæc

1) Epistola nobilissima, quantum græce superest, servata nobis fuit ab Eusebio in Hist. eccl. l. v. c. 20, unde transiit ad Nicephorum H. E. lib. IV, c. 20, neque omissa in Hieronymi catalogo c. 35, ubi inscribitur *ad Florinum de Monarchia,* fusius vero apud Eusebium: περὶ τῆς μοναρχίας, ἢ περὶ τοῦ μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ποιητὴν κακῶν. *De Monarchia, sive quod Deus non sit conditor malorum.* Immanem enim hunc errorem, eodem teste, tueri Florinus videbatur. Quare commotus Irenæus alium quoque librum *de Ogdoade* adversus eumdem edidit, ac fortasse tertium *de Schismate,* contra Florinum et Blastum, ambos e clero Romano presbyteros; unde etiam graves ad S. Victorem papam litteras direxit, quarum insigne fragmentum partim infra subjicitur. Cf. BB. Diss. II n. 58, 59 et opp. p. 339; Harvey t. II, p. 471. Armenica autem versio primum prodiit a. 1813 in Martyrologii t. VI, p. 411, curante cl. p. Jo. B. Aucher, qui eam excepisse refert ex vetustis codicibus, et vitæ S. Irenæi inseruit. Inclusa omisit Armenus interpres, inclinata vero aut addidit aut leviter mutavit. Diu serpsit Florini error, quem S. Basilius insequitur in serm. de eod. argumento.

2) πεφεισμένως. Harv. *parcissime* (sive *lenissime*). Edit. Paris. *parcissime* ac *levissime.* An ita cæteri, an aliquo errore typorum?

dogmata illi qui ante nos exstitere presbyteri, quique apostolorum discipuli fuere, minime tibi tradiderunt. Vidi enim te, quum adhuc puer essem, in *interiore* Asia [1]) apud Polycarpum, cum in *platearum aula* [2]) splendide ageres, et illi te probare conareris. Nam ea quæ tunc gesta sunt, melius memoria teneo, quam quæ nuper acciderunt; quippe quæ pueri discimus, simul cum animo ipso coalescunt, eique penitus inhærent: adeo ut et locum dicere possim, in quo sedens [beatus] Polycarpus disserebat, processus [3]) quoque ejus et ingressus, vitæque modum, [et corporis speciem]; sermones denique quos ad multitudinem habebat, et familiarem consuetudinem, quæ illi cum Joanne *Evangelista* ac reliquis qui Dominum *nostrum* viderant, intercessit; ut narrabat, et qualiter dicta eorum commemorabat; [quæque de Domino ex ipsis audiverat, de miraculis illius etiam ac de doctrina; quæ ab iis qui Verbum vitæ ipsi conspexerant, acceperat Polycarpus, qualiter referebat, cuncta Scripturis consona. [4]) Hæc jam tunc temporis per Dei clementiam, quæ mihi obtigit], studiose audiebam, [non in charta, sed] in corde meo ea consignans, et semper per Dei gratiam exacte ea mente revolvo. Atque in conspectu Dei contestari possum, beatum illum [et apostolicum presbyterum], si tale quid audivisset *cui non erat consentanea apostolorum doctrina* [exclamaturum sane, ac] obturatis auribus suis *dicere solitum:* « Deus bone, [5]) quæ me in tempora reservasti, ut hæc sustinerem, *et similia verba audirem,* » atque ex loco ipso effugiturum esse, in quo sedens vel stans, ejusmodi *pravos* sermones audivisset. [Sed et ex epistolis ejus id liquide probari potest, quas sive ad vicinas ecclesias misit, eas confirmans, sive ad quosdam fratres, admonens illos atque exhortans. [6])]

1) græce ἐν τῇ κάτω Ἀσίᾳ, *in inferiore Asia.*

2) gr. ἐν τῇ βασιλικῇ αὐλῇ. Sat difficile est introspicere quid legerit interpres, dum sic vertebat, pro τῇ βασιλικῇ usus vocabulo *Poghos*, i. e. πλατεῖα, ἀγορά: neque magis in græco liquet quæ fuerit *aula imperatoria* in inferiore vel interiore Asia. Sed confer BB. Dissert. II, art. I, n. 2, 3, col. 175, 176, ubi statuitur tunc Irenæum duodennem circiter fuisse, circa annum 162, conversatumque cum Polycarpo, cum Papia, quem suspicantur fuisse eximium illum seniorem, doctorem simul ac vatem, quem audiisse se Irenæus sæpe et libenter asseverat.

3) προόδους ergo interpres legit, pro vitiosa lectione παρόδους, sicque deinceps editores emendarunt omnes.

4) Utinam ad nos pervenisset *Liber responsionum S. Polycarpi*, quem adhuc sæculo VI Victor Capuanus tenuit et excerpsit, et alii porro viderunt, uti jam notavi *Spicil. Sol.* t. I, pag. XLIX, 266.

5) Ὦ καλὲ Θεέ. Græco Armenus cohæret, neque erat cur, præter Cantabrigiensem, editi tantum habeant: *Deus, quae me* etc.

6) Argumento ipso jubemur, ne hic omittatur, eodem de Florino, altera egregia Irenæi ad Victorem papam epistola, qua perversi presbyteri scripta ad supremum Pontificis forum defert, ut decretoria sententia damnentur. Hæc nuper e Syrorum membranis eruta tam paucis innotuere, quam multum considerari merentur. Est fragm. syriace XXVIII apud Harveium, quem fere sequor interpretem, p. 457.

« Nunc autem quia forte vos lateant libri eorum, qui etiam ad nos usque pervenerunt, » notum facio vobis, ut pro vestra dignitate » ejiciatis e medio scripta illa, opprobrium quidem afferentia in vos, quia scriptor jactaverit » se unum esse e vobis. Offendiculo enim sunt » multis, simpliciter et nulla facta quaestione » recipientibus tanquam a presbytero blasphemiam, qua Deum afficiunt. Considerate enim » horum scriptorem, ut per ea non tantum asseclis noceat, mente [*mentem* H.] paratis in blasphemias adversus Deum, sed et nostros [nostris H] lædat, quia per libros ejus falsa » dogmata de Deo in mentes eorum injicit. »

II.

Τοῦ ἁγίου Εἰρηναίου ἐπισκόπου Λουγδούνων καὶ μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου [1]) τοῦ ἀποστόλου καὶ εὐαγγελιστοῦ, ἐκ τοῦ [2]) πρὸς Δημήτριον διάκονον [3]) Βιαίνης περὶ πίστεως [4]) λόγου.

S. Irenaei, Lugdunensium episcopi et discipuli S. Joannis apostoli et evangelistae, ex opere De Fide, ad Demetrium Viennae diaconum.

α΄. Περὶ πίστεως λόγος, οὗ ἡ ἀρχή· Ζητῶν τὸν Θεὸν, ἄκουε τοῦ Δαυὶδ λέγοντος...[5])

β΄. Ἄπειρος ὢν ὁ Θεὸς καὶ δημιουργὸς καὶ παντοκράτωρ, ἀπείρῳ καὶ δημιουργικῇ καὶ παντοκρατορικῇ θελήσει, καὶ ἐνεργείᾳ κοινῇ, δημιουργεῖ [6]) πρὸς γένεσιν ἐξ οὐκ ὄντων τὸ πᾶν πλήρωμα τῶν γεννητῶν, ὅσον ἀόρατον καὶ ὅσον ὁρώμενον, καὶ συνέχει, καὶ διεξάγει πρὸς τὸ οἰκεῖον ἕκαστα τέλος, ἐφ' ᾧπερ ἀνέστη τε καὶ γέγονε, μηδένι τρόπῳ πρὸς ἕτερόν τε καὶ παρ' ὅπερ ἐστὶ φύσει μεταποιούμενον. Ἴδιον γὰρ [7]) ἐνεργείας Θεοῦ τὸ μὴ μόνον ἐπ' ἄπειρον αἰσθήσεως ἐπέ-

1. *Opus de fide incipit:* Quærens Deum, audi David dicentem...

2. Immensus sit quum Deus, et creator, et omnipotens, cum voluntate immensa et creatrice et omnipotente, ac nova operatione, producit ad ortum ex nihilo totam rerum factarum plenitudinem, quotquot aspectari possunt et quotquot cerni nequeunt, ac singula continet, eaque ad proprium quæque suum finem perducit, propter quem excitata et facta sunt, nullo modo ad alium finem quemlibet, præter illum qui ex natura competit, transmutanda. Nam id proprium est operationis Dei, ut in infinitum

II. Græce exstant in Paris. 854 f. 134, latine tantum, ut dixi, Feuardentio interprete, apud BB. p. 342; *Patrol.* t. VII, 1271, Harvey t. II p. 478. Ait interpres ea fuisse sibi « a D. Natali Fabro, insignis pietatis et eruditionis viro, liberaliter concessa; » BB. p. 214, quin tamen ullum fontem codicemve certum significet. Maurinis quidem nec silentium placuit (Dissert II art. 3 n. 50 p. CV), neque tamen contigit græca reperire, quamvis sine dubio præsto illis essent in codice Parisiensi, miscellaneo, multisque rebus conferto, qui oculos hactenus omnium fugit. Fabri codicem esse ideo suspicor, quod duo pericopæ ex eodem Maximo receptae, ex ordine hic leguntur, ut in editis nostris, quibuscum cf. fragm. V *Patrol.* col. 1272.

1) Ἰωάννου. Sic Maximus, sic vetus interpres Armenus in *Spicil.* I, p. 5; sic Syrus ibid. p. 3 et 433, et in fragm. XV (Harvey): *Ex Irenaeo, qui proximus fuit Apostolis*, ac disertius in fragm. XXVII: *Ex Irenaeo, episcopo Lugdunensi, coaequali Polycarpi Apostolorum discipuli*, etc. Nec video cur, perinde ac Grabius, tantopere Maurini mirentur, Irenæum dici Joannis et Apostolorum asseclam. Apostolicus vir Irenæus erat; et quæ, rogo, potiori jure apostolorum nomine superbivit, quam vetus schola sive ecclesia Asiana, quam Joannes condidit, quam Paulus instituit, quam rexit Polycarpus, Irenæi magister, quam Irenæus tam eleganter descripsit in aurea ad Florinum epistola?

2) ἐκ τῆς male cod. ἐκ τῶν...λόγων Maximus in Vatic. 504 f. 471, ac si plures extitissent Irenæi tractatus ad Demetrium.

3) διάκονον. Demetrius, nescio quo sive Fabri, sive Feuardentii lapsu, ab illis semel et iterum dicitur *diacopus*.

4) περὶ πίστεως altera temeritate Feuardentius vertit *de igne*, quasi legisset περὶ πυρὸς ineptissime. Catechesis, sed de sublimi Theologia, fuisse oratio videtur.

5) Septem hujus initii verba locum singularem inter Irenæi ἀποσπασμάτια merentur, quibus fortasse prælucentibus, amissum opus sit alicubi reperiundum.

6) δημιουργικῶς cod. pro quo adverbio requiritur dictio activa, ne pendeat tota periodus usque ad μεταποιούμενον.

7) Ἴδιον γάρ. Aperte nova series fit, aptusque ad ulteriora transitus.

κεινα [εἶναι] νοῦ τε καὶ λόγου, χρόνου καὶ τόπου, καὶ παντὸς αἰῶνος, ἀλλὰ καὶ πάσης οὐσίας καὶ κλήσεως.[1]

γ΄. Θέλησις[2] καὶ ἐνέργεια Θεοῦ ἐστιν ἡ παντὸς χρόνου καὶ τόπου καὶ αἰῶνος καὶ πάσης φύσεως ποιητική τε καὶ προνοητικὴ αἰτία.

δ΄. Θέλησίς ἐστι τῆς νοερᾶς ψυχῆς ὁ ἐφ' ἡμῶν λόγος, ὡς αὐτεξούσιος αὐτῆς ὑπάρχουσα δύναμις.

ε΄. Θέλησίς ἐστι νοῦς ὀρεκτικὸς, καὶ διανοητικὴ ὄρεξις, πρὸς τὸ θεληθὲν ἐπινεύουσα.

precedat, non solum ultra sensus, cogitatumque et loquelam, ultra tempus et locum et quodcumque ævum, verum etiam omnem essentiam et nomenclaturam transgrediatur.

3. Dei voluntas et operatio causa est omnis temporis, loci et sæculi, et cujuscumque naturæ, efficax in actu et cuncta longe ante prospiciens

4. Voluntas est intelligentis animæ ratio in nobis sita, ut sit potestas libero prædita arbitrio.

5. Voluntas est mens appetendi vim habens, et appetitus rationi obsequens, in id quod quisque voluit, protendens.

1) κλήσεως. *Verum etiam excedere substantiam ac plenitudinem seu perfectionem* Feuardent. cujus vide utrum hæc sint libera paraphrasis, an vero alium codicem innuant, in quo post οὐσίας scriptum erat καὶ πληρώσεως ἢ καὶ τελειότητος. Cæterum totius cum priscis hæreticis controversiæ cardo fuit, in ardua quæstione *de libera et universa rerum creatione* per plenam Verbi conditoris omnipotentiam.

2) θέλησις. In cod. Paris. tres γνῶμαι γ΄, δ΄, ε΄ sequuntur sub eodem hoc lemmate: τοῦ αὐτοῦ λόγου. Quæ sejungere aut omittere nolui, ne quid desideretur ex paucis Irenæi ad Demetrium, quæ ad nos pervenerunt.

III.

Εἰρηναίου συγγραφέως, περὶ τοῦ μὴ εἶναι ἀγέννητον τὴν ὕλην.

Irenaei scriptoris. de eo quod non ingenita sit materia.

Ἐπειδή τινες, οὐκ οἶδ' ὁπόθεν κινηθέντες, ἐξ ἡμισείας[1] τὸ δημιουργικὸν τοῦ Θεοῦ παραιροῦνται, μόνου τοῦ ποιοῦ περὶ τὴν ὕλην[2] αἴτιον αὐτὸν λέγοντες, ἀγέννητον αὐτὴν τὴν ὕλην εἰπόντες, φέρε πυθώμεθα αὐτῶν τί ποτε καὶ λέγουσιν·[3] εἰ ἀγέννητος ἡ ὕλη, πάντως που καὶ ἄφθαρτος. Τὸ δὲ ἄφθαρτον, ἀμετάβλητον· ἀμετάβλητος ἄρα ἡ ὕλη·[4] τὸ δὲ ἀμετάβλητον οὐ τρέπεται κατὰ ποιότητα, οὐ κοσμοποιεῖται. Ἐξ οὗ[5] παρέλκον αὐτοῖς φαίνεται τὸν Θεὸν ἐπιβάλλειν

Quandoquidem aliqui, nescio undenam moti, ex dimidia parte Deo vim opificem mundi tollunt, dum solius qualitatis quæ format materiam eum esse causam asserunt, aiuntque materiam esse ingenitam, agedum, quæramus ab ills quid forte dicant: si ingenita est materia, omnino sane est quoque incorruptibilis. Quod vero corruptionis expers est, immutabile est. Immutabilis ergo est materia. Immutabile autem non variatur respectu ad qualitatem, neque in mundum efficitur. Idcirco frustra illi

III. Prodiit is locus primum ex cod. Bodleian. 3011, ac transiit in BB. fragm. XXXIV, Harvey fragm. XXXII, sed cum perpetua lacuna in media re et in ipso cardine argumenti, quam tandem implevit feliciter novus codex, nuper in bibliothecam Paris. advectus, inscriptusque *Supplem.* CCCXLI f. 90. Titulus Bodleianus est: ἐξ ἑτέρου βιβλίου Εἰρηναίου συγγραφέως, περὶ τοῦ κτλ. BB. p. 348, Harvey II, p. 498; *Patrol.* col. 1248.

1) δι' ἡμισείας BB. Harv. – 2) περὶ ὕλην iid. – 3) λέγουσιν, incipit lacuna usque ad ἀμετάβλητον. – 4) edd. post ὕλη interponunt εἰ ἀμετάβλητος ἡ ὕλη, quæ in nervosa disceptatione otiantur. – 5) δι' οὗ edd.

ποιότητας τῇ ὕλῃ, ὅλως τῆς ὕλης οὐκ ἐπιδεχομένης τροπὴν, ἀγεννήτου καθ' αὐτὴν τυγχανούσης. Ἔτι εἰ ἀγέννητος ἡ ὕλη, πάντως κατὰ τινὰ ποιότητα πεποίωται, [1]) καὶ αὐτὴν ἄτρεπτον, οὐδ' ἂν εἴη [2]) πλειόνων ποιοτήτων δεκτικὴ, οὐδ' ἂν κοσμοποιοῖτο· μὴ κοσμοποιουμένη δὲ, ἐκτὸς ποιεῖ τὸν Θεὸν ὅλων [3]) τοῦ δημιουργεῖν.

opinantur, Deum in materiam inducere qualitates, si quidem materia nullam prorsus mutationem recipiat, quum per se sit ingenita. Adde quod, si materia est ingenita, oporteat eam sic esse in quadam qualitate, quæ ipsa non varietur; neque jam esset plurium qualitatum capax, neque mundus ex ea conditus fuerit. Mundo autem ex illa non condito, Deus universorum alienus fit a quacumque creatione.

1) πεποίηται καὶ ταύτην iid. — 2) οὐδ ἂν εἴη iid. — 3) δι' ὅλων iid. Photius, qui de Manichæis haud sine plagio disseruit, huc fortasse respicit, quum memorat Irenæi librum *de Universo sive de substantia mundi*. Tum similiter argumentatur Titus Bostr. *adv. Manich.* l. I, c. XXXV et alibi alii.

IV.

Ὁ περὶ ὑγιοῦς πίστεως λόγος [1]) οὐκ οἶδεν ἀλλοίωσιν, οὔτε προσθήκην· αὐτοτελὴς γὰρ καὶ ἄχραντος ὤν, οὐκ ἂν ἔχεται τούτων ἐφαπτομένου τινός· εἰ δέ τινι τούτων χρανθείη, φροῦδον τὴν πίστιν κατέστησε.

Verbum, quod sanam ad fidem pertinet, nec mutationem novit, neque incrementum: absolutum enim per se quum sit atque integrum, nihil quocumque modo varium suscipit. Sin vero qualicumque hoc modo contaminatur, inanem id fidem efficit.

IV. Adeo anceps alea est, aliquid novum Irenæi nomine honestari, post septemdecim sæcula, ut timeam ne nimium me alliciat cod. Vatic. 2137 folium 30, ubi verbula pauca me tenent. Hic multa sunt quibus solent noeterici Græci suam in fide constantiam venditare, testibusque sæpe recantatis Irenæum astipulantur. Scriptura recens, opera levis, congeries inepte dissoluta. Adde quod ea Maius tenuit et neglexit, quum ex eodem codice satis elegantes picturas in tomum v *Bibliothecae novae Patrum*, haud sine splendido sumptu et hospitio, receperit. Ut ut est, plura Irenæi verba certissima ab hisce nostris non multum recedunt, qualia hæc veteris interpretis, paulo post alia a Damasceno græce servata: « Γνῶσις ἀληθὴς, ἡ τῶν ἀποστόλων » διδαχὴ.... Ecclesiam tradiderunt, quæ pervenit usque ad nos custodita (sic Arundel. *custoditio* vel *custoditione* alibi) sine fictione scripturarum, tractatione plenissima, neque additamentum, n qu e ablationem recipiens, etc. » lib. IV c. 33 n. 8, BB. p. 272. Harv. II, p. 262. Quid si Græculus in hæc latina inciderit, et sua ex iis græca cuderit?

1) Paulo supra Irenæus ad Florinum ait: ταῦτα τὰ δόγματα οὐκ ἔστιν ὑγιοῦς γνώμης, et alibi Blastus schismate dicitur violasse τὸν ὑγιῆ τῆς ἐκκλησίας θεσμόν. cf. BB. diss. II, n. 59.

V.

Ἴδε τοίνυν [1]) κόκκον σινάπεως διὰ παραβολῆς δεικνύμενον, [2]) καὶ λόγον ἐνουράνιον, [3])

Interim vide granum sinapeos in parabola ostensum, doctrinam nempe cœlestem, in hoc

V. Tam Melodis hic et in tomo superiore vicinis, quam proximæ *Clavi* consonat hæc venusta Irenæi ἔκφρασις, quam duce Maio post multos, ultro hic reteximus, omnibus suis distinctam varietatibus. Eam primus Corderius latine dedit, tum græce Grabius, Cramerus, Maius l. l. et cæteri edd. in fragm. XXXI, Harv. XXIX. Vaticani 1611 fol. 193 supra notavi.

1) τοίνυν om. edd. - 2) κόκκος... δεικνύμενος BB. Harv. - 3) ἐπουράνιον Cram.

σπέρματος δίκην ἐν κόσμῳ, ὡς ἐν ἀγρῷ, σπειρόμενον, ἔχοντος ἐν ἑαυτῷ τὸ πυρικαὲς [1]) καὶ τὸ αὐστηρὸν [2]) τῆς δυνάμεως. Κριτὴς γὰρ τοῦ παντὸς κόσμου ἐκηρύσσετο· οὗτος ἐν τῇ καρδίᾳ [3]) τῆς γῆς, ἐν χώματι κρυβεὶς, καὶ τριημέρως [4]) μέγιστον δένδρον γενηθεὶς, [5]) ἐξέτεινε τοὺς ἑαυτοῦ κλάδους εἰς τὰ πέρατα τῆς γῆς. Ἐκ τούτου προκύψαντες [6]) οἱ δώδεκα ἀπόστολοι, κλάδοι ὡραῖοι καὶ εὐθαλεῖς γενόμενοι, [7]) σκέπη τοῖς ἔθνεσιν ἐγενήθησαν, ὡς πετεινοῖς οὐρανοῦ, ὑφ' ὧν κλάδων σκεπασθέντες οἱ πάντες· ὡς ὄρνεα ὑπὸ καλιὰν συνελθόντα, μετέλαβον τῆς ἐξ αὐτῶν προερχομένης ἐδωδίμου καὶ ἐπουρανίου τροφῆς.

mundo, velut in agro, seminis instar satam, quod vim in se igneam et austeram habet. Judex enim totius mundi annuntiatus est: idem qui in corde terræ, in tumulo occultatus, post triduum in maximam excrevit arborem, ramosque suos ad extremos orbis fines tetendit. Ex illo ut surculi procedentes duodecim apostoli, rami floridi atque uberes facti, gentibus, quasi volucribus cœli, tegmen præbuere: quibus ramis omnes obumbrati, tanquam aves in nidum congregati, participes facti sunt cibi succosi et cœlestis, qui ab ipsis ramis manabat.

1) πυῤῥακὶς Vat. barbare, et Græcis ignotum, sed neque satis notum πυῤῥακὶς (sic) Cramero et Harveio receptum. — 2) καὶ αὐστηρὸν om. artic. edd. — 3) ἐν καρδίᾳ Vatic. — 4) τριημέρῳ Vatic. — 5) γεννηθεὶς cum Cram. Harv. γενηθεὶς cæteri cum Vatic. — 6) Προκύψαντες edd. omnes cum cod. aliquis conj. προκόψαντες. — 7) γεννηθέντες BB. Cram. Harv. — σκέπη τ. ἔθν. ἐγεννήθησαν cod.

VI.

Εἰρηναίου Λύγδονος εἰς τὴν γένεσιν (*C. Haer.* lib. V, c. 12).

Ἕτερον μέν [1]) ἐστι πνοὴ ζωῆς, ἡ καὶ ψυχικὸν ἀπεργαζομένη τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἕτερον Πνεῦμα ζωοποιοῦν, τὸ καὶ [2]) πνευματικὸν αὐτὸν ἀποτελοῦν. Καὶ διὰ τοῦτο [3]) Ἡσαΐας φησίν· Οὕτω λέγει Κύριος, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν [4]) καὶ στερεώσας αὐτὸν, ὁ πήξας τὴν γῆν, καὶ τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ διδοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, [5]) καὶ Πνεῦμα τοῖς πατοῦσιν αὐτήν· [6]) τὴν μὲν πνοὴν κοινῶς

Aliud est spiraculum vitæ, quod animalem facit hominem, et aliud Spiritus vivificans, qui et spiritualem ipsum reddit. Ac propterea inquit Isaias: « Sic dicit Dominus, qui fecit cœlum et firmavit illud, qui compegit terram et quæ in illa sunt, et qui dedit spiraculum populo qui super terram est, et Spiritum calcantibus illam. » Spiraculum quidem ait omni populo super terram communiter datum; Spi-

VI. Hic rursus nihil novum, sed copia ingens codicum, ac pene incredibilis, in tanta penuria veterum Irenæi scripturarum. Ignoscar igitur contulisse præstantem paginam, non solum cum novem Vaticanis supra recensitis, sed cum Paris. sec. XII, optimæ notæ, sed et cum slavico mosquensi XXXI. f. 246, 247, ubi quidam insolitus titulus: *Irenaei de Nativitate*, spem dederat doctis palæoslavis inediti sermonis, quum tantum sit pericope ex libro V. *Adv. Haeres.* cap. XX. n. 12, quæ passim in catenas *ad Genesim* inseritur, ad cap. II. v. 7.

Titulus exceptus est ex Paris. 1555 A. f. 184. λύγδυνος Ottob. λουγδόνων alter. Vat. γέννησιν iidem cum multis. Inde omitto omnino libros editos, quos videsis BB. p. 306, Harv. II, p. 350, *Patrol.* col. 1152; Catena lips. t. I. col. 62. Halloix. Illustr. E. O. script. t. II, p. 505, qui primus græca dedit a Sirmondo accepta, et cujus libere sequor interpretationem.

1) μὲν solus Vat. 423. — εἰ καὶ id. cum Ottob. — 2) post τὸ om. καὶ iid. et Paris. — 3) τοῦθ' Ἡσαίας Vat. 1657, 1520. φησὶν ὁ Ἡσαίας Paris. Vat. 423. — ὁ Κύριος Vat. 1520. cf. Is. XLII, 5. — 4) ποιήσας οὐρανὸν Vat. 1520. — 5) λαῷ ἐπ' αὐτῆς Ottob. Paris. — 6) πατοῦσιν plures, minus apte

παντὶ τῷ ἐπὶ γῆς λαῷ φήσας δεδόσθαι·[1]) τὸ δὲ πνεῦμα ἰδίως τοῖς καταπατοῦσι τὰς γεώδεις ἐπιθυμίας. Διὸ καὶ πάλιν [2]) ὁ αὐτὸς Ἡσαΐας, διαστέλλων τὰ προειρημένα, φησί· Πνεῦμα γὰρ παρ' ἐμοῦ ἐξελεύσεται, καὶ πνοὴν πᾶσιν [3]) ἐγὼ ἐποίησα, λέγει Κύριος· [4]) τὸ μὲν Πνεῦμα ἰδίως ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τάξας, τοῦ ἐκχέοντος αὐτὸ [5]) διὰ τῆς υἱοθεσίας ἐπὶ [6]) τὴν ἀνθρωπότητα· τὴν δὲ πνοὴν κοινῶς ἐπὶ τῆς κτίσεως, καὶ ποίημα ἀναγορεύσας αὐτήν. [7]) Ἕτερον δέ ἐστι τὸ ποιηθὲν τοῦ ποιήσαντος· ἡ οὖν πνοή, [8]) πρόσκαιρος· τὸ δὲ πνεῦμα αἰώνιον· καὶ [9]) ἡ μὲν πνοὴ ἀκμάσασα πρὸς βραχὺ, καὶ καιρῷ τινι παραμείνασα, μετὰ τοῦτο πορεύεται, ἄπνουν ἐγκαταλιποῦσα [10]) ἐκεῖνο περὶ ὃ ἦν τὸ πρότερον· τὸ δὲ, περιλαβὸν ἔνδοθεν [11]) καὶ ἔξωθεν τὸν ἄνθρωπον, ἅτε δὴ [12]) ἀεὶ παραμένον, οὐδέποτε καταλείπει αὐτόν. [13])

ritum autem, iis peculiariter qui calcant terrenas cupiditates. Idcirco et rursus idem Isaias, ea quæ ante prædixit, distinguens, ait: « Spiritus a me exibit, et flatum omnem ego feci, dicit Dominus; » Spiritum quidem proprie attribuens Deo, effundenti illum per adoptionem in genus humanum; flatum vero communiter creaturæ, et vocans eum opus factum. Aliud autem, quod factum est, et alius qui fecit; flatus igitur temporalis, Spiritus autem æternus. Et flatus quidem cum paulisper viguit, et aliquo mansit tempore, postea abit, exanimum linquens illud in quo fuit ante; Spiritus autem intus forisque hominem complexus, tanquam semper stabilis, nunquam eum derelinquit.

ποιοῦσιν Ottob. Par. — παντὶ κοινῶς alio ordine plures contra eosd. — 1) δίδοσθαι Vat. 1520. — ἰδικῶς Vat. 423, Ottob. ἰδικῷ Paris. — 2) Ὅθεν πάλιν iidem tres, qui om. Ἡσαΐας cf. Is. LVII, 16. — 3) Πνεῦμα πᾶσιν Vat. 1657, πνοὴν πᾶσαν Paris. et alii plures. *Flatum omnem ego feci* vetus interpres Slavus quem imitatur Halloixius, sed vertit *Flatum omnem faciam*. quamvis habeat ἐποίησα. — 4) λέγει Κύριος om. BB. cum LXX. — 5) post αὐτὸ solus interpres latin. inseruit. *in novissimis temporibus*. — 6) ἐπὶ om. Vat. 423. — 7) αὐτὸν Paris. — 8) ἡ καὶ πνοὴ Vat. 423, Ottob. ἢ καὶ ἡ πνοὴ Paris. ἢ οὐρανοῦ Vat. 1520, qui solet ineptire. — 9) καὶ om. Vat. 1520, Ottob. — καὶ ante καιρῷ om. Paris. — 10) ἐγκαταλείπει Vat. 1657. — τὸ ante πρότ. om. Paris. Ottob. — τὸ δὲ supplet πνεῦμα, *Spiritus* vet. interpres, cum Slavo. — 11) ἔνδοθέν τε καὶ Vat. 1520. — 12) ἅτε δὴ cum Vatic. 423, Ottob. et Paris. δὴ cæteri om. — παραμένον cum Vat. 423, 1520, Ottob. Paris. aliis, edd. παραμόνιμον. — 13) ἐκλείψει αὐτὸν Ottob. Paris. αὐτὸ Vat. 423.

VII.

II Cor. IV, 4. Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου.

Ἰωάννου. Τουτέστι τῶν ἀπίστων τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσεν ὁ Θεὸς τὰ νοήματα. Ὁ γὰρ μέλλων ἀπιστίαν οὐκ ἔχει. Τὸ αὐτὸ

JOANNES. Videlicet infidelium hujus sæculi consilia Deus excæcavit. Ævo enim futuro infidelitas non habetur. Idem quoque Ire-

VII. Perpauca quidem sunt Irenæi, omissa in novissimis editionibus gallicis et germanicis, præter Cantabrigensem, quæ nobis servaverunt catenæ ad II. epist. Corinth. apud Cramerum t. v. p. 373: ubi primo aspectu hæc nobis magnus testis traduxit, Chrysostomus. Sed potius ultima oriuntur ex eo qui florilegium texuit: nam in fuso Joannis commentario, idem versiculus exponitur in homilia VIII, n. 2, ibique facile priora verba reperies, sed sine ullo prorsus ad Irenæum respectu. Quæ dedi, utpote brevia, licet non neglecta omnino a nuperis edd.

καὶ Εἰρηναῖος· — Θεὸς αἰῶνος ὀνομασθεὶς θεὸς τοῖς ἀπίστοις, τουτέστιν ὁ Σατανᾶς.

næus ait: Deus sæculi, qui deus a non credentibus nominatur, hoc est Satanas. »

VIII.

Num. XXII, 12. Οὐ πορεύσῃ μετ' αὐτῶν, οὐδὲ καταράσῃ τὸν λαόν.

Non ibis cum eis, neque maledices populo.

Οὐ περὶ τοῦ λαοῦ αἰνίττεται, πάντες γὰρ κατεστρώθησαν, [1]) ἀλλὰ διὰ τὸ προδηλούμενον τοῦ Χριστοῦ μυστηρίου. Ἐπειδὴ γὰρ ἔμελλεν ἐκ τῶν πατέρων κατὰ σάρκα [2]) γεννᾶσθαι, προδιδάσκει τὸ Πνεῦμα τὸν ἄνδρα, μήποτε κατὰ ἄγνοιαν πορευθεὶς καταράσηται τὸν λαόν· οὐχ ὡς τῆς ἀρᾶς [3]) ἰσχυούσης παρὰ τὴν τοῦ Θεοῦ βούλησιν, [4]) ἀλλ' εἰς ἔνδειξιν τοῦ Θεοῦ προνοίας, ἧς εἶχε διὰ τοὺς προπάτορας εἰς αὐτούς.

Non de populo insinuatur: nam omnes prostrati sunt: sed propter præsignatum Christi mysterium. Quia enim Christus ex patribus secundum carnem nasciturus erat, Spiritus præmonet virum, ne quando per ignorantiam vadens, diris devoveat populum: non quod prævaleat maledictio contra voluntatem Dei, sed in demonstrationem Providentiæ Dei, quæ propter generis auctores eos curavit.

VIII. Jam hujus loci pars prior et major edita erat ex tribus catenis Parisiensibus. Partem vero posteriorem Muenterus addidit, quæ corrupta et vexatissima hactenus remansit, sed tandem ope trium codd. Vaticanorum 747 f. 173, 748 f. 194, 1520 p. 523 tuto restituitur.

[1]) κατεστρώθησαν Vat. 1. — [2]) ex τῶν πατέρων ἔμελλεν κατὰ σάρκα Vat. 2. — [3]) οὐχ ὡς ὀρᾶσ ἰσχυούσης Vat. 3. Incidit Muenterus in hunc solum codicem recentissimum et ineptissimum, utpote pessimum catenæ Parisiensis apographum. Vitium auxit idem Danus, cum citata manu scripsit ὡς ὀρᾶς ἰσχνούσης, ægre emendavit οὐκ εἰς ἀρὰν ἰχνούσης, vertitque: *non in imprecationem investigantem futurum*, *praeter*.... Pejus invenit Stierenius: τὸν λαόν, οὐχ ὡς ὀρᾶς ἰχνεῦσαι τὸ μέλλον, *maledices populum non investigantem res futuras*, *praeter*..... Propius ad scopum ivit Harveius: οὐχ ὡς ἀρὰν ἰσχύουσαν παρά... *non perinde ac valeat maledictio contra voluntatem Dei*. Ex duobus codd. 1, 2 omnia plana sunt. — [4]) ἐξουσίαν Vat. 2. Multa de Balaamo sunt apud Irenæum, qui hæc vaticinia explanavit, sicut Hippolytus fuse exposuit infra Jacobi oracula.

IX.

Ex Anastasio Sinaita (Hexaem. lib. VII, p. II).

Ἀκούεις ὅτι ἀφ' οὗ εἰσῆλθεν, ὥσπερ τις θεία φύσις, τὸ θεῖον ἐμφύσημα εἰς τὸ γηγενὲς σῶμα τοῦ Ἀδάμ, εὐθέως ἡ γραφὴ οὐχ ἁπλῷ ὀνόματι προσηγόρευσεν, ἀλλ' ὡσανεὶ

Audis quod ex quo ingressa est, (tanquam divina quædam natura) divina insufflatio in corpus Adami terra natum, statim Scriptura non simplici nomine appellavit, sed (quasi re-

IX. Præter insignem locum ex Irenæo adversus Ophitas ab Anastasio Sinaita receptum in fragmento XIV, tria sunt ejusdem testimonia memoratu dignissima, quorum duo græce jam exstant apud Grabium, unde transierunt in Patrol. t. LXXXIX col. 942 et 961 (ex libro VII in Hexaemeron). Tertium manet, col. 956, quod nondum græce prodiit, præter pauca quæ Massuetus

συνθέτῳ Χριστῷ ὄντι, Θεὸν καὶ Κύριον αὐτὸν συνθέτως ὠνόμασε· καθὰ καὶ εἰς τὰ ἀκριβῆ καὶ ἀνόθευτα καὶ ἀρχαῖα τῶν ἀντιγράφων ἐρευνήσαντες μετὰ πολλῆς τῆς ἀκριβείας, εὑρήκαμεν· εἰς τὰ ὑπὸ [1]) Κλήμεντος, καὶ Εἰρηναίου, καὶ Φίλωνος τοῦ φιλοσόφου, καὶ τοῦ τὰ ἑξαπλᾶ συστησαμένου στιχθέντα. Διὸ τὴν μὲν ἑξαήμερον κτίσιν ἁπλοῦς Θεὸς ὢν δημιουργεῖ· τὴν δὲ μετὰ ταῦτα καινὴν κτίσιν σύνθετος γεγονὼς Κύριος καὶ Θεός, τουτέστι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος, Χριστὸς Ἰησοῦς. Ἄκουσον νουνεχῶς μυστήρια Θεοῦ ζῶντος, καὶ θαύμασον· ἡνίκα γὰρ ἐξῆλθεν Ἀδὰμ ἐκ τοῦ Παραδείσου, εὐθέως ἡ θεία γραφὴ οὐ συνθέτῳ ὀνόματι προσηγόρευσε τὸν δεσπότην, ἀλλ' ἁπλῷ· δεικνυμένη [2]) γὰρ ἡμῖν ἡ θεόπνευστος ἱστορία τὸν τῆς Εὔας τόκον, φησὶν εὐθέως μετὰ τὴν ἐκ Παραδείσου ἔξοδον· Ἔγνω δὲ Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κάϊν· Καὶ εἶπεν· Ἐκτησάμην διὰ τοῦ Θεοῦ. [3]) Εἰ δὲ καὶ μετὰ τὴν ἐκ τοῦ Παραδείσου ἐξώθησιν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ ὀνομάζεται Κύριος Θεὸς ὁ δεσπότης, μὴ θαυμάσῃς· ἔσται γὰρ καιρὸς ὅτε καὶ τῶν ἐκτὸς τῆς ἐκκλησίας κυριεύσει διὰ τοῦ εὐαγγελίου· Καὶ γενήσεται, ὡς αὐτὸς εἶπε, μία ποίμνη, εἷς ποιμήν. [4])

spectu ad Christum compositum vere) Deum illum et Dominum composite nominavit. Quomodo et in sinceris ac non adulteratis et antiquis exemplaribus diligentissime scrutati invenimus: iis, inquam, quorum versus notati sunt a Clemente et Irenæo et Philone philosopho et ab eo qui Hexapla composuit. Quamobrem sex quidem dierum creaturam Deus, quum simplex est, condit: novam autem quæ postea fuit, creaturam (ut qui factus est compositus) facit Dominus et Deus, hoc est, Deus et homo, Christus Jesus. Audi attento animo mysteria Dei viventis, et admirare. — Quando enim exiit Adam ex Paradiso, protinus Scriptura divina non composito nomine appellavit Dominum, sed simplici. Nobis enim narrans divinitus inspirata historia partum Evæ, dicit statim post exitum e Paradiso: « Cognovit autem Adam uxorem suam, et cum concepisset, peperit Cain, et dixit: *Possedi hominem per Deum.* » Quod si etiam post expulsionem ex Paradiso Dominus nominatur in divina Scriptura Deus dominator, ne mireris: erit enim tempus quando iis etiam qui sunt extra Ecclesiam, dominabitur per evangelium, *et erit*, ut ipse dixit, *unum ovile, unus pastor*.

inter testimonia de Irenæo posuit. Jure ergo integra proferuntur hic ex eodem codice (f. 92) Parisiensi, qui fragm. XIV præstitit, collatum insuper cum Palat. 378, fol. 194-196, fere XI sæculi. — 1) ὑπὸ om. Par. — 2) διηγουμένη Pal. — 3) Gen. IV, 1. — 4) Joan. XI, 16.

X.

Excerptum a S. Germano CP. Anastasio bibliothecario interprete.

[Ἐξ ὧν φανερὸν, ὅτι ὁ τῶν ἁπάντων τεχνίτης Λόγος], ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ καὶ συνέχων τὰ πάντα, φανερωθεὶς [τοῖς ἀνθρώποις] ἔδωκεν ἡμῖν τετράμορφον τὸ εὐ-

[Quatuor vero sunt evangelia, quoniam quatuor sunt universales spiritus, secundum quadriformia animalia, in quibus sedet omnium Deus,] et ex quibus apparet, quia qui sedet

X. Haud mediocri, opinor, voluptati fuit diligenti Grabio, quum Irenæum σποράδην colligens. primus detexit ingentem orationem ex libro III, c. XI *Contra Haereses* decerptam, et sine ullo indiculo auctoris latitantem inter Anastasii Sinaitæ *Quaestiones* sub num. CXLIV, iterum sepultam in farragine Pseudo-Germani, quæ circumfertur inscripta *Theoria rerum ecclesiasticarum.* Ex

αγγέλιον, ἑνὶ δὲ Πνεύματι συνεχόμενον. [Καθὼς ὁ Δαυὶδ, αἰτούμενος αὐτοῦ τὴν παρουσίαν, φησίν· Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, ἐμφάνηθι. Καὶ γὰρ τὰ Χερουβὶμ τετραπρόσωπα καὶ τὰ πρόσωπα αὐτῶν εἰκόνες τῆς πραγματείας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

Τὸ μὲν γὰρ πρῶτον ζῶον, [φησὶν], ὅμοιον λέοντι, τὸ ἔμπρακτον αὐτοῦ καὶ ἡγεμονικὸν καὶ βασιλικὸν χαρακτηρίζον.

Τὸ δὲ δεύτερον ὅμοιον μόσχῳ, τὴν ἱερουργικὴν καὶ ἱερατικὴν τάξιν ἐμφαῖνον.

Τὸ δὲ τρίτον ἔχον πρόσωπον ἀνθρώπου, τὴν κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ παρουσίαν φανερώτατα διαγράφον.

Τὸ δὲ τέταρτον ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ, τὴν τοῦ Πνεύματος [ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν] ἐφιπταμένου δόσιν [1]) σαφηνίζον.

Καὶ τὰ εὐαγγέλια οὖν τούτοις σύμφωνα, ἐν οἷς ἐγκαθέζεται Χριστός· τὸ μὲν γὰρ κατὰ Ἰωάννην τὴν ἀπὸ τοῦ Πατρὸς ἡγεμονικὴν αὐτοῦ..... καὶ ἔνδοξον γενεὰν διηγεῖται, λέγον· Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος [καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ὁ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος]. Καί· Πάντα δι αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν....

Τὸ δὲ κατὰ Λουκᾶν, ἅτε ἱερατικοῦ χαρακτῆρος ὑπάρχον, ἀπὸ τοῦ Ζαχαρίου τοῦ ἱερέως θυμιῶντος τῷ Θεῷ ἤρξατο. [Ἤδη γὰρ ὁ σιτευτὸς ἡτοιμάζετο μόσχος, ὑπὲρ τῆς ἀνευρέσεως τοῦ νεωτέρου παιδὸς μέλλων θύεσθαι.]

Ματθαῖος δὲ τὴν κατὰ ἄνθρωπον αὐτοῦ γέννησιν κηρύττει, λέγων· Βίβλος γεννήσεως [Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. Καί· Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕ-

super Cherubim Deus, et continet omnia, manifestatus, quadriforme nobis dedit evangelium, in uno tamen Spiritu copulatum. Etenim quatuor facierum sunt, et facies eorum unam imaginantur operationem Filii Dei.

Siquidem primum, simile leonis, efficaciam ejus et principale ac regale characterizans;

Secundum vero, simile vituli, sacram operationem et hieraticum ordinem manifestans;

Tertium autem, habens faciem hominis, præsentiam ejus secundum hominem evidenter describit;

Porro quartum, simile aquilæ volantis, sancti Spiritus [*pedibus?*] volantem prædicationem edisserens.

Et evangelia conformia sunt his in quibus residet Christus. Denique evangelium secundum Johannem principalem ejus a Patre et actualem ac gloriosam nativitatem enarrat dicens: « In principio erat Verbum.....»

Secundum Lucam vero, utpote sacerdotalis characteris existens, a Zacharia summo sacerdote, qui ponebat incensum, incipit.

Matthæus autem generationem ejus secundum hominem refert, dicens: Liber generationis... Hominis ergo formam habet evangelium istud.

duplici igitur lydio lapide inventum emergebat. Deerat tamen genuina Germani scriptura, quam Græculi fœda spurcitia maculaverant. Germanam hanc sinceritatem nobis tandem præbet Anastasius, doctus meus antecessor Bibliothecarius, qui Constantinopoli agens, paulo post S. Germanum, ejus purum opus Latio dedit, priusquam corrumperetur, ut in futuro tomo patebit. Huc in antecessum adduxi paginam in qua sub fideli barbarie ea exhibentur quæ sanctus patriarcha ab Irenæo post Anastasium recepit. Varietates ut augeam, prompto indulsissem et facili calamo, multos sive Anastasii sive Germani codices Vaticanos excutiendo; sed hæc alibi suum locum habebunt amplum et opportunum. Quæ uncis includuntur, Germanus omisit. Anastasius vero exhibetur ex duplici codice Cameracensi et Parisiensi, utroque sæculi IX, de quibus alias. — [1]) Sphalmate lepido bonus Anastasius legebat ποσὶν pro δόσιν.

τως ἦν]. Ἀνθρωπόμορφον οὖν τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο. . . . .

Μάρκος δὲ ἀπὸ τοῦ προφητικοῦ Πνεύματος, τοῦ ἐξ ὕψους ἐπιόντος τοῖς ἀνθρώποις, τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο, λέγων· Ἀρχὴ τοῦ εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὡς γέγραπται ἐν [Ἡσαΐᾳ] τῷ προφήτῃ, τὴν πτερωτικὴν εἰκόνα τοῦ εὐαγγελίου δεικνύων, [διὰ τοῦτο δὲ καὶ σύντομον καὶ παρατρέχουσαν τὴν καταγγελίαν πεποίηται.]

Porro Marcus a prophetico Spiritu, de excelso properante hominibus, initium fecit, dicens: « Initium evangelii Jesu Christi, sicut scriptum est in prophetis: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, » pennatam evangelii per hæc ostendens imaginem.

XI.

Scholia ad Irenaei cap. 1 *quae Flori videntur.*

Harv. t. I, p. 1. *Quatenus.* conjunctio, pro *ut* ponitur. *quatenus*, adverbium temporis pro *quousque* vel *quamdiu.* 1)

p. 8. *Bythus*, id est inenarrabilis, immensitas dicitur a Valentinianis esse.
Aeon autem virtus æterna, vel invicem distincta et singularis ab æone alia.
Proarchen, principatorem.
Propatora, prægenitorem, cujus nemo sit pater.

p. 9. *Ennoian*, id est *rationem*, *cogitationem.*
Sige i. e. silentium.
Nus, mens, intellectus.

p. 10. *Alethia*, i. e. veritas.
Logon, Verbum.
Pleromatis, complementi, pleni universi.
Zoen, vitam.
Masculo-femini aeones i. e. conjugati, ut mas sit et femina simul.

p. 11. *Bythi* sunt duo, primus et hic ipse.
Noesis, intellectio, intelligentia.
Ageratos, insenescens, infatigabilis, insenescibilis.
Henosis, unitio, unio.
Autophyes, naturalis, per sese natus.
Hedone, voluptas.
Acinetos, immobilis.
Syncrasis, commixtio, temperamentum.
Pistis, fides.
Patricos, paternus.
Metricos, maternus.
Agape, amor.
Enos, laus.
Synesis, intelligentia.
Macariotes, beatitudo.
Telestes, perfector, absolutor.
Sophia, sapientia.

p. 13. *Monogeni*, unigenito.
Incapabilis, incomprehensibilis.

p. 15. *Horon*, terminum, limitem.

p. 18. *Stauron*, crucem.
Lutroten, redemptorem.
Carpisten, assertorem. *Carpisti*, vindicis.
Horotheum, terminum divinum.
Metagogen, traductionem. *Metagogei*, traductoris.
Sother, Salvatorem.
Achamoth est inferior Sophia, id est *enthymesis*, quæ est recordatio.

Tria principia mundi ab Achamoth, ex passione, materiale, id est, hylaïcum; ex conversione, animale, id est, psychicum; ex partu, spirituale.

XI. Ut dixi superius, hæc scholiola dedit Ottobon. 752, ab initio.

1) Insulsum glossema, quum recurrat in quatuor codicibus, videtur oriri ex primogenio archetypo. Sed exorbitat scholiasta, idque solum omisit quod ad rem erat, *quatenus* ibidem esse pro *quandoquidem, quoniam.* Nemo me exspectat disceptaturum de hisce et sequentibus nugis bonorum ævi Carolini grammaticorum, quos inter, facile princeps erit Florus, si tandem hic eum tenemus et audimus.* Placuit codices potissimum admovere Harveianæ editioni, cujus elegantes et minores paginæ collationi nostræ favebant.

XII.

Varietates lectionum ex quatuor codicibus Vaticanis ad initium libri I, Contra Haereses.

Harvey, p. 2, v. 2 subdole exercitii 1, 2, 3, 4.
v. 9, 10 per bonum in mortem simpliciores, 1, 3.
v. 11 eos inique et impiam sententiam ipsorum, 1, 2, 3, 4.
v. 12 factam non ostenditur ne denudatus, 1, 2, 3, factum non ostendunt 4. *Quatuor omittunt omnia in editis interposita.*

p. 3, v. 3 in ipsa veritate 1, 4.
v. 4 semetipsam 1, 2.
v. 9 mixtum fuerit 1 2, 3.
p. 4, v. 5 vero *om.* 4.
v. 9 mysteria eorum quæ 1, 2, 3, 4.
p. 5, v. 12 absconsa jam 1, 2, 3, 4.
v. 14 manifestetur 1, 2, 3.

XII. Qui deinceps dicuntur codd. 1, 2, 3, 4 sunt Vatic. 187, Ottobon. 1154, Vatic. 188, Ottob. 752, eodem propemodum ordine, quo iidem supra describuntur, ac fere eadem in serie ascribenda est singulorum a singulis origo, affinitas et propago. Sequentes vero varietates pertinent ad unum et primum caput operis *Contra Haereses;* quodquidem, sicut in nostris quatuor codicibus, uno et vasto circumscribitur ambitu paginarum octoginta novem apud Harveium, dum apud Massuetum sunt distincta novem capitula. Ut enim Irenæus videtur uno quasi tractu dictavisse, sine ullo capitum discrimine, quinque suos libros, sic potissimum existimandum est, hoc prolixius procœmium fuisse sine intercapedine effusum. Vix autem in tota christianæ litteraturæ provincia, tractus est adeo spinis et vepribus, densisque tenebris obsitus; unde innumeris omnium codicum varietatibus scatet. Sed quo magis tenebricosum est, eo luculentius præbet argumentum, ut codices inter se conferantur et discernantur, dummodo nihil, quantumvis ineptum et exile, negligatur.

Alia enim est ratio indaginis in codicum assignanda indole et affinitate, alia in emendando et stabiliendo scriptoris puro et legitimo sermone. Qui enim perpoliendam veterum orationem suscipit, mea quidem et, nisi fallor, meorum Maurinorum sententia est, negligendam esse pruriginem varietatum, quæ nihil ad rem conferunt, quales sunt multæ librariorum cacographiæ, portenta scripturæ, ab ævo et loco oriunda, ineptiæ aut calami aut oculi lapsu pullulantes; quæ omnia gravi auctori quum sine injuria ascribi nequeant, ea negligere satius est; alioquin adeo fœda et turpis tenetur verborum series, ut altera e regione edenda foret quæ priorem explicet, et lectoribus commentario inserviat. Quod est bis chartam otioso pondere onerare. Ac piget id videre me in nonnullis Germanorum et Italorum libris.

Ultro tamen concedo nihil esse omittendum quoties profertur diploma quod aiunt juridicum, aut historicum, sive quoties ex unico, prisco et raro codice inexspectatum eruitur monumentum, sicut in palimpsesta Tullii *Republica* felicissimo Maio obtigit.

Minuta quoque methodus est ad conferendos inter se et conciliandos codices vetustos, ut eorum mutuus dijudicetur respectus. Tum enim præstat primum, paginam seligere lectu et intellectu arduam, quæ communem librariorum aciem fugiat; tunc enim illi suo minus genio indulgent, et cæco calamo redhibent oculis subjecta fidelibus. Deinde ipsa scripturarum monstra et ineptissimas nugas curioso intuitu sollicitari oportet, quoties perennant, et de codice in codicem transeunt: quorum etiam prima lineamenta et continua porro incrementa usque ad exitum persequi operæ pretium est. Etsi præterea pronum est, excidisse verbula quæ expletiva aut copulativa dicuntur, tamen vel notandi sunt minimi apices, si perstant, si vel importune subeunt, si continua aut etiam inopina obstinatione recurrunt. Sed in primis lacunas velim consideres, maxime quum sensum perturbant, et tamen, haud obstante mutila et impervia sententia, ex membranis in chartas aut vice versa permeant. Latet enim vitium ab origine repetundum, quo promptius quid et in quo archetypo fuerit peccatum, manu et oculo tangitur.

Hæc fusius disputavi, ne quis me suo fastidio premat, ut qui ineptierim in hac mole varietatum, ad unum caput Irenæi congerenda: quatuor enimvero Vaticani codices, rari et inco-

v. 14 cognoscatur 4.
p. 6, v. 2 avocamur 1, 2, 3, advocamur 4.
v. 10 his qui tecum sunt, quæ 1, 2, 3, 4.
v. 11 ea laboravimus 1, 2, 3, 4.
p. 7, v. 3 *explicit praefatio. Narratio omnis argumenti Valentini discipulorum incipit*, 1, 2, 3, 4.
p. 8, v. 2 et hunc autem 1, 2, 3, 4.
v. 6 fecisse *post correct.* 2.
p. 9, v. 1 ennoian 1, 2, 3, 4.
v. 4 volunt... in vulvam 1, 2, 3, 4.
v. 6, 7 generasse nun hunc autem 1, 2, 3, 4 *omissis interpositis.*
p. 10, v. 7 apud eos *om.* 4.
v. 8 illorum *om.* 1, 2, 3, 4.
masculo-feminum 1, 2, 3, 4.
p. 11, v. 1, 3: Bythus 1, 2, 3, 4.—et noesis 4... et nuxis 3. — henonis 1, 2, 3, — autophye 3. — agin. et os et syncrasis 2, agin et oseos 2... aginet ose et 3. — momonogenes 4 *cum corrigendi binis ab initio punctis.* momonogenes 2, 3 *sine punctis.*
v. 7 macariote teleotes 4.
v. 8 xxx errores 3, 4.
p. 12, v. 1 hoc enim salvatorem nominare volunt per xxx annos 4.
v. 3 sed et parabola 1, 2, 3, 4.
v. 8 tricesimum numerum 4.
v. 9 triginta sunt 3, 4.
p. 13, v. 1 adaptare *om.* 2, 3, 4.
v. 3 cognitum 1,2,3,4.—soli 1,4. solo 2,3
v. 4 Nu 1, 2, 3, 4 *constanter.*
v. 8 quoque *om.* 4. et eones 2, eneos 3.
v. 10 invisibilis ad vivendum 1, 2, 3, 4.
v. 15 Præsiit *sic omnes.*
p. 14, v. 3 exsors quidem *iidem.*
v. 5 demutatio 4.
p. 15, v. 1 perfectori 4.
v. 2 volunt 1, 2.
v. 7, 8 ad ultionem ejus 1, 2. 3, 4.
v. 11 a qua absortum 4, absentum 3.
p. 17, v. 7 nun hinc *om.* 2, 3, 6.
p. 18, v. 5 et pro masculo *om.* 1, 3, 4.
p. 19, v. 2 separatum enim intentionem 4 *ex corr. prava.*
v. 3 ipsam vero 4 *male corr.*
p. 20, v. 2 esse quemdam 1, 2, 3, 4.
p. 21, v. 2 enim *om.* 4. — eos *om.* 3, 4.
v. 4 si illos idoneos 1, 2, 3, sic illos 4.
v. 7 quidem *om.* 4, *habet* in marg. 2.
p. 22, v. 1 comprehensibilia ejus 1, 2, 3, 4.
v. 2 qui *om. iid.*
v. 3 omnis gratias, 1, 4, omnes 3 (in compendio *oms*).
v. 5 et omnes Christos *om.* 1, 3, 4.
p. 23, v. 4 et *om. iid.* — florentissimumque 1, *post corr.* 4.
v. 6 emisisse pleroma et honorem 1, 4.
v. 7 gloriam Hori 4, Horti 1, Orthi 2, 3.
v. 9 et omnia 1, 2, 3, 4.
v. 10 ei et honorem *iid.*
p. 24, v. 4 Horotheti 1, 2, Horothei 3, 4.
v. 5 ex eona compago 1, ex eonum compago 4, ey ioniæ *sic* 3, ey eona *sic* 4. 1)
p. 25, v. 7 denique *om.* 1, 2.
p. 26 v. 4 iorane ethan 1, iotan et ethan 3, iotam et etam 2.
v. 5 significare manifestari 1, 3, 4.
v. 9 eonum 1, 2, 3, 4.
p. 27, v. 6 factum est *iid.*
v. 9 ubi tetigisset 4.
v. 9, 10 vestimentum hoc est 1, 3, — illius filii veritatis primæ 4.
p. 28, v. 5 omnem masculinum 1, 2, 3.

gniti inter se dijudicandi sunt: adhibui ergo locum obscurissimum et satis amplum, ut latus explorandi campus pateat. Quod jam superius ostendi in horridulis versibus Hesiodi et Homeri, sic porro similia id genus monstra et immania menda sum acri cum studio aucupatus. Minutissima quæque puncta in transcursu expiscari non piguit. Tandem plurimas et graves lacunas per quatuor codices diligenter persecutus sum. Quæ si veterano lectori fastidiant, non deerunt fortasse juniores, quibus profuerit hoc operosæ et inamænæ sedulitatis experimentum.

1) Locus in primis vexatissimus. Cæteri codd. habent Voss. *lex aeonum*, Clarom., et Arundel. *lex aeona*, Mercer. 2 *ex aeonia.* — Harveius ex Grabio recepit *ex agonia compago.* Stieren suggerit *et aeonum compago.* Massuetus habet *hexaeonia compago*, et pro græco Epiphanii ἐξ ἀγῶνος σύμπηξις proponit ἐξαιώνιος σύμπ. Suspicor etiam apud latinum interpretem remansisse vocem græcam ἐξαιώνιος cujus truncata vestigia codices retinent, neque omnino abludunt a Massueti lectione. Quem porro vide, si obscuram sententiam persequeris.

v. 6 quod cum 1, 2, 3, 4.
v. 7 et separavit 4 *prava corr.*
p. 29, v. 4 quæcumque alia sunt alia 1, 2, 3, quæcumque sunt alia 4.
v. 7 confirmat et 1, 3, 4.
p. 30, v. 13 tum de pleromate 1, 2, 3, 4.
p. 31, v. 3, 4 cum quando... trahi possit *iid.*
v. 6 dolos adaptantes *iid.*
v. 9 sunt alia *iid.*
p. 32, v. 1 umbræ vacuitatis deservisse *iid.*
v. 3 abortum *iid.*
p. 33, v. 1 adorationem *iid.*
v. 2 semetipsam *iid.*
v. 6 ab ipso *iid.*
v. 8 egressa... non potuisset *iid.*
v. 10 dixisse iam ioth *iid.*
p. 34, v. 1 et iaoth 1, 2, 3, mi iaoth 4.
v. 4, 5 timorem autem super hæc ignorantiam *sic omnes*, qui interposita omittunt.
p. 35, v. 3 vivificat 1, 2, 4, justificat 3.
p. 36, v. 1 corporali 1, 2, 3, corporalis 4.
v. 5 consternebatur 1, 2.
v. 10 omnes *om.* 1, 2, 3, 4... dicere *iid.*
v. 16 enthymeos quæ ex 1, 3, qui ex 2.
p. 37, v. 8 in instantia *omnes.*
v. 10, 11 alia ea quæ dulces 1, 2, 3.
p. 38, v. 1 debemus 1, 2, 3, 4.
v. 8 Patris *iid.*
v. 10 r̄oni 3 (*edd.* throni), rationi 4 *et post corr.* rationes.
p. 39, v. 1 cum *om.* 1, 2, 3, 4.
v. 7 non eum *iid.*
p. 40, v. 3 in corporalem 2, 3, 4.
p. 41, v. 1 virtutem 1, 2, 3, 4.
v. 3 quæcumque sunt luminum *iid.*
v. 7 fractam *iid.*
p. 42, v. 1 erat *om. iid.*
v. 7 dicunt deinde patrem 3, 4.
v. 13, 14 sinistrorum id est hylicorum *om.* 1, 2, 3, 4.
v. 16 dicunt *om.* 4.
p. 43, v. 1 quidem imaginem... patris servasse 1, 2, 3, 4.
v. 2 hanc autem 1, 4. unigenitum filium 2.
v. 6 physicorum et hylaicorum *fere omnes constanter usque ad p.* 48.
p. 44, v. 1 demergentium, septem vero 1, 2, 3, 4.
p. 45, v. 3 virtutem archangeli dicunt *iid.* — esse *om.* 1.
p. 46, v. 3 Dominus masculem 4 (*ex* 1 masculr̄ *pro* masculiniter, *ut* 2 masculinit').
p. 47, v. 1 se dixisse 1, 2, 3, 4.
p. 48, v. 2 creatorem demiurgi *iid.*
v. 3 super eum *iid. immo* 2 *sine compendio.*
v. 4 immediate 2 in mediate 1, 3, 4.
v. 8 mundum *omnes*, sed 2 cum puncto corr.
p. 49, v. 4 effusibili *iid.*
v. 5 factum hylicum secundum similitudinem 1, 4, *omissis omnibus quae ante vel post* hylicum *in edd. inseruntur. In* 2, 3 *sic post* factum ph.... *totus hiat locus.*
p. 50, v. 1 adamantinam tunicam, nunc autem 1, 2, 3, 4.
v. 4 suæ spiritualis *iid.*
p. 51, v. 2, 3 factum 4. — ad susceptionem perfectionis 3, 4.
v. 7 et ipsam ecclesiam 1, 3, 4.
v. 11 igitur tres 1, 2, 3, 4.
v. 13 sperationem... animalem *iid.*
p. 52, v. 1 in spiritalem *iid.*
v. 3 sol et lumen 1, 2, 3, solem 4.
v. 5 autem *om. iid.*
v. 8 inclytum 4, *in marg.* inditum.
p. 53, v. 1 hylicon 1, 2, 3... hylaicum 4 *fere constanter.*
v. 5 hoc semetipsos 1, 2, 3, 4.
v. 7 formantur 4.
p. 54, v. 5 semetipsos vero 1,2,4.—autem *om.*3.
v. 8 in corruptelam 4.
p. 55, v. 1 in quibusdam fuerint facti 1, 2, 3, in quibusdam materialibus fuerint madefacti, *et supra lin.* labe 4, *audaci corruptela.*
v. 4 esse dicunt, licet enim 4, *nova depravatione.*
v. 10 etenim idolotica 1, 2, 3, idolatica 4.
p. 56, v. 1 quemadmodum *om. omnes*...— multæ enim sæpe 4.
p. 58, v. 5 Quidem missum 1 *in transitu ad alteram lineam post* quidem. *Quod sequitur* 3 *sic:* quide missum... quid emissum 4, *mox omisso* autem (*edd.* quidem emissum, hic autem).
p. 59. v. 1 symphonem 1, 2, 3, 4.
v. 9 ardescens comprehendens 1, 3, et prehendens 2, ac comprehendens 4.

p. 60, v. 1 et *om. post* sed 1, 2, 3 sed et *om.* 4.
v. 4 per cribrum 4.
p. 62, v. 12 putantes se talis 1, 2, 3.
p. 63, v. 8 Salvatorem 1, 2, 3, 4.
p. 64, v. 4 eum de virtute 4, cum Dei virtute 3.
p. 65, v. 1 et hi tres 1, 2, 3, 4 — si meliora, *omisso* elegerit *et caeteris usque ad* similia 1, 2, 3, si enitatur in meliora 4, *solita audacia, caeteris quoque omissis.*
p. 66, v. 3 et malas 1, 2.
p. 67, v. 10 conforment dedicat hanc 1, 3, conformem dicat hanc 4 *post corr.* dedicat *manu prima.*
p. 68, v. 2 imagine 1, 2, 3, 4.
v. 4 decipiant *iid.* — non suadeant 1, 3.
v. 7, 8 assumentes adaptare 1, 2, 3, 4, *omissis quibuscumque interpositis.*
p. 69, v. 4 semetipsam salvatorem 1, 2, 3, 4.
v. 6 et illa quæ *iid.*
v. 7 adventatio *iid.*
p. 70, v. 6 derelicta esset 2, 3, 4.
v. 10 in eo *om. omnes.*
v. 12 hinliricum 2, 3, hylaicum 4.
p. 71, v. 10 properans *om.* 1, 2, 3, 4.
v. 11 descende quia 2, 3.
p. 73, v. 4, 5, 6 errasset, quem enim enarrantem 1, 2, 3. errasset, ab eo enim quem errantem 4, *post plures correct.* (*edd.* errasset ovem. ovem enim errantem).
v. 12 invenit in eam quoniam *om.* 1, 2, 3, 4.
p. 76, v. 1 nunc vocat 1, 2, 3. nun *post corr.* 4.
v. 2 Dominum vocat... dimisit 1, 3, 4.
v. 3 adhuc autem *iid.*
p. 77, v. 1 ea *om. iid.*
v. 6 etenim in principio *iid.*
p. 78, v. 5 homines *iid.*
p. 79, v. 6, 7 quasi unigeniti 1, 2, 3.
p. 80, v. 2 plena gratia 1, 3.
p. 81, v. 8 oblitus de re 1, 2, 3, 4.
p. 82, v. 14 monogenos *iid. prima manu.*
p. 83, v. 3 dixisset et charin 1, 3, 4, et charen 2.
p. 84, v. 3 caro factus (*om.* est) 1. 2, 3, 4.
v. 7 pro omnibus 3, 4.
p. 85, v. 1 sother 1, 2, 3, 4.
v. 10 infamant *om.* 1 in transitu ad alteram lin. *idem om.* 2, 3, 4. — sonantes scripturas 2.
p. 86, v. 4 Homerus versus 1, 2, 3, 4.
l. 5 abducuntur 4, adducuntur 3.
l. 6 sqq. Quemadmodum Herculem ab Euristheo ad eum qui apud inferos (interfectos, 3, 4) est, canem missum ex Homericis versibus scribens ita: VERSUS HOMERUS: [1]) *sic* 1, 2, 3, 4.

Hæc ubi dicta dedit, emisit limine flentem (*Od.* XII, 76)
Herculem invictum magnarum non inscium rerum, (*Od.* XXI, 26)
Euristheus natus Sthenelo prosapia Persei, (*Il.* XIX, 123)
Ducturum ex Erebo canem atri ditis ad auras. (*Il.* IX, 366)
Vadit at ille velut leo nutritus montibus acer, (*Od.* VII, 130)
Urbem per mediam: noti simul omnes abibant, (*Il.* XXIV, 327)
Et senes et pueri et nondum nuptæ puellæ, (*Od.* XIII, 33)
Plorantes multum, ac si mortem iret ad ipsam. (*Il.* XXIV, 328)
Mercurius permittit et cœsia Pallas euntem: (*Od.* XIII, 625)
Fratrem enim sciebat quatenus dolor exagitaret. (*Il.* II, 409)

v. 3 Natus Threnelo 1, 2, 3, natas threnelo 4.
v. 4 ductarum 3. — atrii ditis 1, 2, 3, 4.
v. 5 vadit ac 3, 4.
v. 8 iret at ipse 1, 3, 4, ac ipse 2.
v. 10 qts dolor 1 (*lege* quatenus *cum* 2 *et edd.*), quis dolor, 3, 4.

1) Ingemuit anglo-saxonicus editor de interprete nostro, invita Minerva versus edente: *The Translator evidently lived in an unpoetical age.* Sed rara in terris Musa Saturnia, nec displicet hos rhythmicos versus a solo accentu modulatos fusius hic repetere. Alia metrica in eod. lib. c. XV n. 5 leguntur, quorum plura latine dixeris *quasi versus* hendecasyllabos; græca vero iambica cujusdam sunt senioris, prœconis, Lugduni in Marcum invecti, quem fuisse S. Pothinum olim suspicabar. *Annal. de Philos.* III sér. t. II, 1839.

p. 87, v. 6 aliud de Menelao 3, 4.
v. 7 aufert 2, 4.

p. 89, v. 3 quis manum 2, quis minimum 4 (*in marg. corr.* mimum). 1)

1) Id saltem in coronide addere est, varietates illas, si paucæ magni sint æstimandæ, fere omnes ita esse novas, ut in editis Irenæi libris paucissimas inveneris. Neque etiam hic insunt lectiones Josuæ Merceri cujus bini codices alios quam nostros fuisse censeo. Etiam ottobonianus a Massueto adductus aut leviter aut perperam fuit plerumque lectus.

XIII.

Ex Vat. II, Capitula libri secundi, quae aut Flori esse, aut veteris interpretis videntur.

Haec insunt in secundo libro redargutionis et eversionis falso cognomine agnitionis.

A. Ostensio quod neque extra Pleroma sit universorum Deus; neque extra Plenitudinem ejus esse aliquid; neque quidem duos esse deos immenso intervallo ab invicem distantes; neque virtutem aliquam mundi fabricatricem in immensum separatam a Patre et ignorantem eum.

B. Neque iterum in his quæ continentur a Patre, alium quemdam fabricasse hunc mundum; neque Patrem per alia adminicula eam, quæ secundum nos est, fecisse conditionem, sed tantum per Verbum suum; esse autem conditorem eum qui est super omnia Deus; et ipsum Patrem esse Domini nostri Jesu Christi.

[Quoniam instabile est Pleroma Valentini discipulorum.]

Γ. Quoniam invisibilis quidem est Pater, sed non incognitus, neque ignorare eum quidem poterant angeli, licet plurimum deorsum dejecti essent ab eo.

Δ. *Quoniam subtilis est Pleroma Valentini discipulorum.*

E. Ostensio non esse eam quæ est secundum nos creaturam, imaginem Pleromatis eorum, neque demiurgum Unigeniti.

S. Quomodo immensus excidit de imaginibus eorum sermo.

Z. *Quoniam non est verisimile, ea quae sunt hic, umbram Pleromatis eorum esse.*

N. Quam falsa umbra et vacua eorum, ostenditur.

Θ. Ostensio quoniam est et substitit mundi fabricator Deus; non constat autem esse qui super hunc adinvenitur Pater.

I. De quæstionibus et parabolis, quomodo oporteat solvere ea quæ quæruntur.

IA. Quoniam substantiam materiæ labi adjungere non constat; voluntate autem et virtute Dei constat, et fidem habet.

IB. Contradictiones his qui sunt a Valentino.

IΓ. Quomodo is sermo qui est de Triacontade illorum, concidit in utroque, et secundum id quod plus est, et secundum id quod minus.

IΔ. Quoniam impossibile est, separatas esse ab invicem eas quæ infra plenitudinem dicuntur conjugationes; adunitis autem his, impossibile est Sophyam sine conjuge assumpsisse labem, aut etiam generasse aliquid.

IE. Quoniam in eodem Pleromate non poterat Verbum et silentium esse.

IS. Quomodo nullius momenti ostenditur primus ordo emissionis ipsorum.

IZ. Quoniam Sensus non potuisset emitti, quia ipse emittebat reliqua.

IH. Quid est emissio, et quoniam hæ, quæ ab his dicuntur emissiones, hominibus congruant magis quam Deo.

IE (l. IΘ) *De speciebus.* — Quomodo et hinc ethnici verisimilius de universorum generatione responderunt et gratius; et quomodo ab ipsis qui sunt a Valentino, initia sumpserunt, ejusque sunt secundum eos regulæ.

K. Quæstio de omni specie emissionis, et de Pleromatis inconsequentia.

XIII. Habes quæ tibi promisi, capitula libri II, instructa græcis numeris, sed manu latina, haud semel maleferiata. Eadem vel alia subjecit aliquos numeros romanos, sed iterum cœco calamo substitit. In codice Ottobon. chartaceo, librarius eadem rescribere simul et intelligere volens, cœpit per litteras A, B, C, D, nec plura tentavit. Quo vado deterriti, omnes quatuor codicum scriptores a repetendis suo loco capitulis in decursu ejusdem libri, dato quasi consilio, penitus abstinuerunt. Quæ uncis includuntur, excepi ab Arundeliano. Inclinata vero codices nostri addiderunt, sed plura alio et novo ordine procedunt. Ea Flori esse, vix nunc juraverim.

KA. Quoniam quæ nobis qui sumus ab Ecclesia, imputant ii qui sunt a Valentino, illis rursum imputant hi qui sunt a Basilide, et illis item alii.

KB. Quoniam si quis transmotus fuerit a Demiurgo, in multos deos et infinitos mundos excidere eum necesse est.

KΓ. Ostensio quoniam Logos in diminutione non est prolatus.

KΔ Quomodo secundum hæreticos voluntas Patris invenitur fecisse ignorantiam et labem.

xxv. KE. Quoniam Sophya nunquam [in] ignorantia et deminoratione est.

KS. Ostensio quomodo neque enthymesis in aeone propriam habuerit substantiam, neque passio sine enthymesi est.

KZ. Quoniam neque dissolvi, neque pati aeon poterat, cum esset spiritalis, et in [his] quæ similia erant, conversans.

KH. Quoniam Patris exquisitio et investigatio magnitudinis ejus, neque passionem, neque labem, sed statum perfectionis faciebat in aeone.

KΘ. Quoniam non capit aeonem intra Pleroma desiderium passionis percepisse.

xxx. Λ. Quomodo de semine ipsorum sermo universus instabilis est.

ΛA. Quoniam non ignoravit Demiurgus seminis in eum depositionem.

ΛB. Et quoniam si in eum depositum fuisset semen, non potuisset ignorare ea quæ [sunt] super eum.

ΛΓ. Quomodo contraria de Matre et Labe ejus consilia decreverunt.

ΛE. Ostensio quod neque conceptio, neque generatio seminis fuit.

ΛS. Quoniam exsolutionem parabolarum impropriam et inconvenientem fictionis suæ faciunt.

xxxvi. ΛZ. Ostensio quoniam uno anno non præconiaverit Dominus post baptismum, sed omnem [habuisse] eum ætatem.

ΛH. Quomodo destruitur qui est de numeris ipsorum et nominibus sermo.

ΛΘ. Quoniam secundum legem neque imagines, neque figuræ existunt Plenitudinis ipsorum, sed nec figuræ esse possunt.

M. Quomodo omnis numerus constare potest ex Scripturis, et typus dici omnis argumenti.

MA. De diebus. et horis, et mensibus, et vocabulis, et de syllabis; Amen, et de nonaginta novem ovibus, ex quibus una periit, et inventa est;

MB. Ostensio quod nec secundum formam Pleromatis eorum facta sint, quæ facta sunt, neque rursus vane et prout evenit.

MΓ. Quoniam non possit constare per numeros veritas.

MΔ. *Quae sunt quae a nobis possunt exsolvi, et quae sunt quae remittuntur Deo fabricatori.*

ME. Ostensio quoniam Demiurgus non sit supergressibilis mente, neque super eum alteram divinitatem esse.

MS. Quid sit quod a Paulo dictum est, scientia inflat, dilectio autem ædificat.

MZ. Quomodo oportet parabolas exsolvi.

MOH. Quoniam omnem agnitionem non possusumus habere in hac vita.

XΘ. *Quomodo de emissionibus eorum sermo compositum ostendit Patrem, et non simplicem, nec uniformem.*

LN. Quoniam non est verisimile, Verbum Dei tertiam habere a Patre emissionem.

NA. *Ostensio quoniam Nus Logos, et Logos Nus, et Nus ipse est Pater omnium.*

NB. Quomodo Dominus quædam concedit Patri, et quæ causa est propter quam diem et horam a nemine altero cognosci ait, nisi a solo Patre.

NΓ. De natura animæ. — Quoniam secundum illorum sermonem, cum animæ serventur, necesse est et corpora participare salutem.

NΔ. Ostensio quod animæ eorum, secundum suas regulas, sive argumentum, non possint participare salutem.

NE. Quoniam in nullo potest interior illorum homo supergredi Demiurgon.

NS. Quoniam non est verisimile, hos quidem spiritales esse, Demiurgum autem animalem.

NZ. Ostensio quod non sit animalis Demiurgus.

NH. De assumptione apostoli usque ad tertium cœlum, et cum dixit, sive in corpore, sive extra corpus.

NΘ. Quomodo ca quæ adversus Valentinum dicuntur, omnem evertunt hæresim.

Ξ. lx. Conversio [Eversio *Arund.*] hæreticorum omnium in his quibus non communicant cum Valentino.

ΞA. Ostensio quod non transeant animæ in alia corpora.

ΞB. Ostensio quod non bibant, secundum Platonem, oblivionis poculum.

ΞΓ. Ostensio quoniam corpus non est oblivio.

ΞΔ. Quoniam in corporis communione non amittit suas virtutes anima.

ξE. Ostensio quod unusquisque nostrum suam habet animam, sicut et suum corpus.

ξS. Quomodo perseverant animæ, corporis habentes figuram.

ξH. Quomodo animæ, quum sint generabiles, in futurum incorruptibiles perseverant.

ξΘ. Eversio Basilidis cœlorum fabricationis.

Θ. LXX. Ostensio quoniam prophetæ non a variis diis fuerint prophetationes, sed ab uno et eodem.

Expositio hebraicorum nominum eorum quæ in prophetis posita sunt.

XIV.

Ex Actis S. Timothei apostoli.

Νέρωνος γὰρ κατὰ τῶν κορυφαίων τῶν ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου τὸ μαρτύριον 1) λυσσήσαντος, τῶν τε σὺν αὐτοῖς ἐνδόξων συμμαθητῶν 2) διαφόρως τὸν βίον πληρωσάντων, ἔτυχεν Ἰωάννην τὸν μέγαν θεολόγον ἐπιστῆναι ταύτῃ τῇ λαμπρᾷ μητροπόλει 3) ἐκβρασθέντα ἐκ ναυαγίου, ὡς ἐξὸν τοῖς βουλομένοις ἐκ τῶν ὑπὸ Εἰρηναίου, τοῦ Λογδόνων ἐπισκόπου, εἰς αὐτὸν γεγραμμένων γνῶναι· ὅτε καὶ 4) οἱ ἐπακολουθήσαντες τοῖς μαθηταῖς τοῦ Κύριου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοὺς παρ' αὐτῶν σποράδην συνταγέντας χάρτας διαφόροις γλώσσαις συντεταγμένους 5) τῶν γενομένων ἐπ' αὐτῶν θαυματουργημάτων ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χρίστοῦ οὐκ ἐγνωκότες συνθεῖναι, παραγενόμενοι ἐπὶ τῆς Ἐφεσίων, κατὰ κοινὴν γνώμην Ἰωάννῃ τῷ πανευφήμῳ θεολόγῳ αὐτοὺς προσήγαγον· ὅστις πάντα κατανοήσας, καὶ ἐξ αὐτῶν ὁρμηθεὶς, 6) τὰ μὲν παρ' αὐτῶν εἰρημένα ἐν τοῖς τρισὶν εὐαγγελίοις ἐνθεῖναι 7) κατὰ τάξιν Ματθαίου καὶ Μάρκου καὶ Λουκᾶ ἀπεγράψατο, τὰς αὐτῶν ὀνομασίας ἐπιθεὶς 8) τοῖς εὐαγγελίοις· εὑρὼν δὲ αὐτοὺς τὰ τῆς οἰκονομίας τῆς ἐνανθρωπήσεως γενεαλογήσαντας, ἅτε τὰ ἐκ τοῦ θείου στήθους ἀναμαξάμενος, τὰ ἐκείνοις οὐκ εἰρημένα αὐτὸς θεολογεῖ 9) ἀναπληρώσας καὶ τὰ ἐλλιπῶς αὐτοῖς εἰρημένα ἐν τοῖς κεφαλαίοις θεῖα θαυματουργήματα· ὅθεν τοιοῦτον τὸ σύνταγμα, ἤτουν εὐαγγέλιον, τῷ ἑαυτοῦ ἐπιτέθεικεν ὀνόματι. 10)

Etenim postquam Nero adversus coryphæos apostolorum, Petrum et Paulum, ad martyrium usque sæviisset, ac simul cum illis gloriosi condiscipuli vitam variis modis absolvissent, contigit magnum illum theologum Joannem adesse in hac splendida metropoli, ab æstu maris e naufragio ejectum, ut licet eis qui volunt, edoceri ex his quæ Irenæus, Lugdunensium episcopus, de hoc apostolo scripsit: quando etiam et hi qui subsecuti fuerant discipulos Domini nostri Jesu Christi, quum ex ordine componere ambigerent chartas apud se passim constitutas, quæ diversis linguis scripta referebant facta a Domino nostro Jesu Christo prodigia, convenientes in Ephesum, easdem unanimi sententia Joanni celeberrimo theologo detulerunt: qui omnia considerans, et ab eisdem excitatus, dicta quidem ab ipsis et juxta ordinem Matthæi et Marci et Lucæ, in tribus evangeliis statuenda ascripsit, eorumdem nomina singulis imponens evangeliis; inveniens autem ab ipsis recenseri rite ea quæ ad œconomiam humanitatis assumptæ pertinebant, ea vero quæ ex divino pectore hauserat, non fuisse relata ab iisdem, ipse uti theologus, in cumulum adjecit mirabilia quæ minus ab eis dicta sunt; unde hujusmodi operi composito, id est evangelio, nomen sui ipsius imposuit.

XIV. Quæ omittenda duxi superius, quum integra dare non vacat, saltem ex particula jure postliminii reduco, Acta S. Timothei, ex Vaticano cod. 866, f. 376, sæculi fere XI, optimo, copioso, membraneo, in quo nulla Acta metaphrastea fastidio sunt. Hæc vero quanti sint ad rem nostram, ultro profitetur cl. editor recens, quum statuit Irenæum huc non adduci ex Eusebio, neque ex opere *Contra haereses*, additque: « Alium igitur Irenæi non locum, sed librum hic scriptor indicat, ubi de rebus ab apostolo ante Domitiani imperium gestis dictum erat: eum opinor quem Eusebius H. E. v, 26 memorat, et Hieronymus *De Viris ill.* 35: » ad Marcianum fratrem *De apostolica praedicatione.* » cf. Herm. Usener, *Natalitia regis Aug. Guillelmi etc. Insunt acta S. Timothei* (ex cod. Paris. 1219) Bonnæ, p. 18.

1) κατὰ om. Vat. τὸ μαρτύριον om. Par. f. mel. κατὰ τὸ τῶν κορυφ. At vetus versio: « Nerone enim principes apostolorum.... *martyrio* male tractante ». — 2) μαθητῶν Par. — 3) ταύτῃ τῇ πόλει id. Ut vetus interpres, plane noster codex, qui toties jactat de Ephesina sede splendida nomina, ut recensionem topicam redoleat. — 4) Καὶ γὰρ καὶ Paris. « Quibus particulis, inquit Usener, scriptor non obscure significat, eis quæ Irenæus de Joanne referat, nova jam se atque aliunde petita addere de evangeliorum origine. » Sed particulas fere expunxit Vaticanus, ac potius continuam seriem esse significat, ὅτι καὶ, *quando etiam*, ut vet. interpres. Neque alia causa videtur, præter gravem Irenæi auctoritatem, cur scriptioni brevissimæ, ac fere alieno in loco, inserta fuerit satis longa de Joanne et evangeliis historia. Ut vero non esse illic ipsa Irenæi verba concedam, sic nolim contendere, in hisce notarum angustiis, usque ad finem referri opus genuinum Irenæi. — 5) corr. Us. ex lat. συγγεγραμμένους. — 6) ὁρμισθεὶς Vat. an bene? — 7) ἐνθεὶς Par. — 8) ἐνθεὶς iter. id. — 9) θεολογεῖ cum Par. θεολογίᾳ ἀνεπλήρωσας sic Vat. — 10) τῷ τοιούτῳ συντάγματι, εἴτ' οὖν εὐαγγελίῳ τὸ ἑαυτοῦ ἐπέθηκεν ὄνομα Par.

SANCTUS HIPPOLYTUS

PORTUS ROMANI EPISCOPUS.

Post magistrum discipulus, post Irenæum Lugdunensem Romanus Hippolytus locum habet. De quo multi multa et varia: an etiam fuerit Alexandrinus, an Galliarum alumnus, an Orientalis, an Bostrorum aut Arabum antistes, ut multi referunt; an præsul Urbis aut suburbicarius, an tandem imperii senator, ut graves asserunt Maurini [1]), haud sine gravi dubio disceptatur. Sed Hieronymo certe est *disertissimus* [2]), Anastasio *sanctissimus et magnus doctor, veritatisque testis fidelissimus*, Photio *perspicuus Scripturarum interpres, amplo veterum more*, Eusebio primus, cujus texitur series fere continua commentariorum in omnes libros sacros, quam vel ipsi Romani coæquales in sculpta Lateranensi cathedra tradiderunt immortalitati. Commentarios Hieronymus repperit, vidit, legitque, collectos indefessa S. Alexandri cura in bibliotheca Hierosolymitana. [3]) Ea fuit tanti magistri celebritas, ut Origenem inter auditores habuerit, cui æmulationem, urgente Ambrosio, dederit ad conscribendum similes et perpetuos in sacras Scripturas commentarios. [4])

I.

Unde magis dolendum, ex hoc altero Adamantino tam pauca superesse, nec multam spem nutriri, ut saltem ex ultimis Orientalium reliquiis, quod Irenæo contigit, eadem favente fortuna, crescat Hippolytus. Quæ enim speranda sunt ex Syriacis Anglorum codd. jam messuit vir egregius Paulus Lagarde, qui sex tantum fragmenta, sed minime temnenda, in *Danielem*, in *Cantica*, in *Resurrectionem* et *Pascha* luci dedit. [5]) Bene est, quod multo uberiora Armenia servaverint. Jam enim præsto mihi sunt plura quam vellem, quum vix a me non impetraverim, quin ea quæ sequuntur, duplo auctiora darem, quæ certe rara et copiosa sunt. Candide rem, uti est, dicam.

Superiora fragmenta Papiæ et Irenæi, armenice servata, adeo lætus gratusque ego receperam, ut pro sua amœnissima humanitate Reverendissimus Mechitaristarum Præses, archiepiscopus Trajanopolitanus, Ignatius Kareghian, monitus penes me esse a multis annis duo exigua S. Hippolyti prooemia homiliarum, jusserit ad meos usus conquiri et mitti quæcumque

1) *Hist. litter. de la France*, t. I p. 361. — 2) Hoc testimonium et sequentia referunt Galland. t. II, p. 469, Fabricius in proœmiis *opp. S. Hippoliti* t. I. p. VIII. *Patrol. gr.* t. X col. 570 sqq. — 3) Euseb. H. E. VI, 20, 22. — 4) Hieron. *de Vir. ill.* 61. — 5) *Anal. syriaca*, p. 79-91.

adhuc sancto ejusdem nomine inscripta essent in Lazareno tabulario. Eventus vota mea longe prætervolavit. Ecce enim P. Paulus Carekin, idem qui dum tirocinium ageret, olim mihi descripserat quæcumque ad me Solesmos usque a. 1850 missa fuerunt, idem nunc, inter rerum et negotiorum pondera, maturæ suæ commissa ætati, manu sua perfecit opus a juvene inceptum, ampla congessit folia, eleganti charactere pinxit, et mihi, nil simile exspectanti, sequentia tradidit:

1.° *Beati Hippolyti, Bostrorum episcopi, ex commentario evangelii S. Joannis, et in resurrectionem Lazari.*

Novem erant folia armenice, novemque gallice scripta, ἑορταστικὰ omnia et paschali plena tripudio. Jam, ut olim Origenes, Romæ aderam: ab ore magistri pendens, stansque in sacra synaxi paschalium, in aliquo Urbis titulo; quidni solemni in illa hora, quum lector, recitata Joannis de Lazaro παλιγγενεσίᾳ, librum claudere, et locum docenti dare soleret? Et mihi præco loquebatur, nunc sacra verba presse stringens, nunc liberiori pandens concione, nunc suavi inflatus æstu et cantica fere modulatus, sublimi ore clamans: Lazare, veni foras! Sed tu mecum esto auditor, tolle, lege; ac simul mihi considera, quid obstet cur hic non teneamus, quod Hieronymus legit apud Solymos, et inscripsit: *De Resurrectione?* quod etiam nunc in marmorea Lateranensi cathedra sculpitur: Περὶ Θεοῦ καὶ σαρκὸς ἀναστάσεως? Concio enim simul ac libellus potius est, quam in Joannem commentarius, de quo tota silet antiquitas.

2° *Beati Hippolyti, Bostrorum episcopi, ex commentario in Cantica canticorum.*

Quem commentarium recenset Eusebius, Hieronymus legit, digito ostendit Theodoretus, tenuit in VII adhuc sæculo Anastasius, ex particula corrasit de Magistris in Vaticanis Syrorum codicibus, eumdem nulli uberius quam Armeni servarunt. 1) Tres tantum aut quatuor versiculos ego olim in schedas inserui; sed iterum decem paginæ grandes sunt, mei juris factæ; iterum paschalia; nec concio tantum, sed chorus ducitur sanctarum mulierum ad redivivum Salvatorem, ad apostolos, angelo duce et paranympho. Nunc te unum, nunc plures nos præcentor alloquitur, dramatico veterum more, quibus jam placuerat novum genus christianæ eloquentiæ, instruere videlicet pium theatrum, personas adducere, colloquia miscere, choros componere, ut qui panem adhuc et circenses inhiarent, epulo sacræ doctrinæ et divinæ oeconomiæ spectaculis reficerentur. Nec satis tamen.

3.° *Hippolyti ex commentario in Danielis visionem de Antichristo.*

Brevior quidem particula ex amplo et genuino Hippolyti volumine *De Danielis visionibus*, sed pagina gravis, omnibus cæteris facile insignior, quum in scenam adducatur quarta Danielis bellua, neque taceatur, in plena luce romana, mysterium ultimi imperii, neque signum Antichristi, neque demum æternus Christi triumphus.

4.° *Beatissimi Hippolyti episcopi et martyris oratio de Consummatione saeculi, ac de Antichristo, et de secundo adventu Domini nostri Jesu Christi.*

Post superiores viginti circiter paginas, in cumulum accessit integrum fere opus illud spissum, quod a tribus sæculis eruditorum disputationibus traditur. Magistri cujusdam veteris opus est, quod Baronius, Natalis Alexander, alii genuinum æstimarunt; at multo plures ὑποβολιμαῖον et stramineum habent, ut Combefisii verbo et sententia utar. Ex duobus etsi codicibus diligenter excussis prolixa elucubratio oriatur, mutila apud Armenos bona ex parte

1) Initia tantum hujusce concionis et præcedentis olim receperam et servaveram in schedis meis.

manet. Exspectandum igitur satius videtur, donec integrior cimmeriis ex tenebris eruatur illa συντελεστουργία, quæ quidem inter hos mundi fatiscentis tumultus haud ita inopportuna esset. Ne tamen omnia lectori invideam, amplum initium retineo, et insigne excipio testimonium de primatu S. Petri, neque omittam selectas Armeni interpretis varietates, quibus plerumque confirmantur optimi codices græci, Bodleianus scilicet et Vaticani; quin immo facile amoventur molestiæ, quibus vulgata hactenus scriptura hujus libri vexatur.

En nova et opima Hippolyti spolia, ab Armenis ad nos usque relata tandem, quibus jam monui addendum esse fragmentum, inter Papiæ reliquias, superiori p. 158 insertum.

Miror apud Syros tam pauca apparuisse hactenus exegetica aut theologica Hippolyti opera: sed canonica si respicias, non tantum spicilegium tibi, sed messis et sylva fruticabit, quæ frequentabitur apud Syros, Coptos, Arabas et Æthiopes. Innumeri enim sunt horum omnium canonici codices, quibus Hippolyti aut Abulidis nomen inseritur. Nobiliorem fortasse locum occupant *Canones S. Hippolyti*, quos arabice e codice Vat. cl. et doctus vir Bonifacius Haneberg, nuper antistes Spirensis, edidit; [1]) graviterque et eleganter disputavit, omnino eos esse vel ab ipso Hippolyto, vel ab auctore ætati Hippolyti proximo, certo ante Constantini ævum, compositos; quibus adde didascaliam æthiopicam et copticam a Tattam et Pell Platt, græcam et syriacam a Lagardio editam. Quorum omnium ipse ego fontem in medio posuisse videor, quum veteres quæ circumferuntur, apostolorum didascalias et constitutiones monumentis Juris ecclesiastici Græcorum præposui.

Ecce autem, dum veteres itineris mei anglicani sarcinulas excutio, semel et iterum convasatas a. 1845 et 1850, tum simul ad me defertur epistola viri rerum orientalium peritissimi, cl. abb. P. Martin: quibus inter se collatis, certior fio, non solum plurima adhuc nova exstare in Britannicis Syrorum codd. sed speranda mihi esse quæcumque anecdota supersunt, ut hujusce tomi ad calcem haud inopportune adjiciantur. Nec moror, quin hic præmittam indiculum rerum quæ haud frustra, si Deus faverit, polliceor.

In *Cantica cantic.* Syr. codd. 12144, 12156.
In *Danielem*, 12144, 12154.
De Theophania, 12165.
De Resurrectione, 14532, 14538, 17191, 17214.

II.

Prono inde amne ad Hippolytum græcum sermo fluit. Græce quotquot invenit, primus collegit Fabricius, post eum Gallandius, quibus sat pauca bonæ frugi addidit Simeon de Magistris, oppressa fere et sepulta in ambitioso conjecturarum acervo. Quem longe superavit Angelus Maius: ipsi enim debetur sincerior in Danielem expositio, tum pars magna commentarii in Proverbia, ac demum haud temnenda in Lucam scholia ex locupletissima Nicetæ Serrarum catena, præ cæteris et delectu patrum et sinceritate testimoniorum commendata.

Arduum igitur erat ex iisdem codd. Vaticanis, toties ventilatis, nova iterum decutere. Viam tamen exploravi, ac primum, ab exordio rerum auspicatus, ad Genesim accessi. Neque abstinui me ab iis resumendis, quæ in Nicephori catena Lipsiensi, aut mutila, aut anepigrapha minus bene prodierant: quæ nunc ex codd. Vaticanis aucta, emendata ac restituta

[1]) *Canones S. Hippolyti...* ed. B. de Haneberg, Monachii 1870, ubi sequentia fuse exposita habes.

Hippolyto, libenter lectoribus committuntur. Amissorum autem desiderium simul auget, simulque solatium præstat Hieronymus, quum moneat apud Ambrosium transiisse potissimum Hippolyti et Basilii sententias, ut facile crediderim ad Hippolytum pertinere in primis theologiam symbolicam, in qua feliciter luxuriatur Mediolanensis.

Sed vereor, ne videar una manu addere, demere altera, quum iisdem Vaticanis codicibus cogar ad plurima tollenda ex XXV scholiis ad Genesim, quæ Fabricius ex uno codice Vindobonensi recepit.

1.° In Genes. I, 6 (*Patrol.* X, col, 585), scholium τῇ μὲν πρώτῃ esse dicitur Severi in cat. Lipsiensi, ac diserte Σευηριανοῦ τῶν Γαβάλων in Palat. 503.

2.° In Genes. XLIX, 5 (*Patrol.* X, col. 588 D), post verba διέτρισαν τὰ νεῦρα, incipit novum et aliud scholium Ὅρα τοῦ λόγου τὴν ἐπιτήρησιν, quod alias in eadem catena Cyrillo ascribitur usque ad verba τὸ αἷμα αὐτοῦ (col. 589) καὶ τὰ ἑξῆς.

3.° In Genes. XLIX, 12-15, verba τοῦτον εὐλογῶν. — προφητεύει Apollinario dantur, et mox Cyrillus sequitur usque ad finem αἰτίᾳ καὶ διαβολῇ (col. 592 B, C), in iisd. codd.

4.° In Genes XLIX, 16-20, post verba ἔστι λῃστεύων (col. 593 C), exordiuntur in catenis prolixa Cyrillo vindicanda usque ad verba δυνάμεως Θεοῦ (col. 596 C).

5.° In Genes. XLIX, 21-26, quæcumque fuse interposita leguntur ab hoc lemmate: *Post nonnulla Apollinarii*, usque ad aliud *Post Cyrilli nonnulla*, soli eidemque Cyrillo nostri codices astipulantur.

6.° Ibid. v. 26, totum scholium ὄρη αἰώνια... iterum Cyrillo et merito in codd. catenarum datur (col. 601 B).

Quæ perpetuo consensu confirmat Nicephori catena Lipsiensis. [1]) Præterea si quis hæc omnia superius recensita meditatur diligenter, facile deprehendet, quantum sit discrimen inter cætera veteri interpreti ascribenda et ista, cum recentiorum indole, methodo, circuitu manifeste digesta. Quid plura? Adisis Cyrillum, evolve ejus *Glaphyra*, et ubi perveneris ad librum VII, *De Benedictionihus Patriarcharum*, Hippolytum in Cyrillo leges, ac miraberis id hactenus nondum fuisse notatum. Etenim ad num. 3 (*Patrol.* gr. LXIX, col. 348 C, 349 A, B) locum primum invenies integerrimum: θανάτῳ κ. τ. ἑ., vix cum una aut altera varietate. [2]) Tum paulo inferius (col. 364 A, 365 A, B) incides in prolixum de Danica prophetia commentarium, neque operam perdes, dum in transcursu emendaveris:

1.° Apud Cyrillum: εἰσκεκομημένης, pro εἰσκεκοσμισμένης;

2.° Apud Fabricium: ἔμελλον δὲ πολλῶν, pro ἔμελλον δὲ μᾶλλον;

3.° Rursus in *Glaphyris:* δεινὰ καὶ ἄψυκτα δήγματα, pro δόγματα, *dira* vere *et inexplicabilia dogmata*, ut bonus habet Aubertus;

4.° Apud eumdem lege: ὥσπερ ὑφεζηκότος ὑπεραρθήσεται, pro barbare intrusis ὑφιζηκότος ὑπτιασθήσεται, nec velim parcas verbo haud minus insolenti apud Fabricium ὑφεξηκότος;

5.° Sed recipe ab Auberto πικροτάτων ἔχεων δίκην, pro lepido Fabricii invento: ὑποκριταὶ ἔχεων δίκην;

6.° Juxta eumdem Aubertum statim scribe ἐπαρωγὸν, et expunge improbam Fabricii scripturam ἐπαγωγόν.

1) Cf. *Cat. Lips.* t. I, col. 19, 24, 88, 508-544. — 2) Tantum notabam apud Cyrillum ἱερώτατον pro ἱερατικὸν, et ἀνέθηκεν pro ἔθυε.

7.° Ut alia prætermittam, Cyrilli omnino est commentarius in Genes. XLIX, 26, quem legesis in *Glaphyris*, col. 380 D, integriorem et saniorem, quum habeatur φρονεῖν, ubi editor Hippolyti φωνεῖν, *nihil rerum caducarum crepent?* Sic Fabricius!

Haud deterritus exiguo illo fructu longi laboris per immensas in Pentateuchum catenas, vestigia Maii relegere perrexi: arduum semper opus, quum indefessus ille rerum sepultarum fossor, in solitudine sua ferox, ut leo, nullibi pedem posuerit, quin superba quadam et invidiosa cauda, ὡς ἔπος εἰπεῖν, vestigia quæcumque pone se aboleat. Incidi tamen in Vaticanum 1802, in quo ex ordine repperi XXVII loca Proverbiorum ab Hippolyto exposita. Diligens Procopianæ illius catenæ scriptor ab uno ad alterum interpretem transire non solet, quin novum nomen adducat. Unde suspicio non deest etiam Hippolyti esse plura quæ Maius neglexit, sive ob majoris interpunctionis signum, sive ob novum versiculum, ut notabam fol. 22, 27, 38, 45, 55, 56, 111, 112, quorum quatuor tantum haud ita confisus recepi, ut aliis curiosum fortasse animum excitem. Plura removi, ne periculum obirem audacioris de Magistris, qui plenis amplexibus innumera collegit, ut in Psalmos, quæ nunquam videtur somniasse Hippolytus.

Pedem omnino retulissem, nisi me Armeni interpretes reduxissent ad Danielem investigandum: et ecce faustis avibus appuli ad codices ingentes et splendidos, Prophetarum commentariis consecratos, quorum vix alios habet opima Vaticana et mole et opere et copia rerum et etiam picturarum majestate præstantiores. Atlanticos alicubi eos vocat Maius, qui pleno haustu totum inde suum Danielem excepit. Sed ipsum omnino fugisse videtur quod mihi ac primum occurrit, novus locus ignoti commentarii in Jeremiam, in quo more veterum Physicorum, perdicis fabula eleganter depingitur.

Tum in solo Vatic. 1154 quinque super quinquaginta loca mihi ex ordine succurrebant, quorum plura Maius sicco pede transilivit, ne acta ageret post Simeonem de Magistris, qui cæterum plura non temnenda ab eximio codice Chisiano decerpsit. Sed monuerat me vir doctus Gottl. Hænel, [1]) de utroque commentario sententiam ferens hisce verbis accurate expendendis: « Quæ cum ita sint, luce clarius est, utrumque fragmentum confectum esse ab Hippolyto, quum Photius referat Nostrum non verba singula, sed sententiarum nexum atque tenorem explicasse, opinor codicem, quem Angelus Maius legit, integrum atque perfectum nostri commentarium *in Danielem* continere. Itaque maximi momenti esset, si ille vir celeberrimus publicasset totum codicem. »

Cui urbanæ ac liberali expostulationi surdas aures præbuit Angelus noster, quum more catenarum, codex Vaticanus non haberet integrum corpus commentarii, sed discerpta ejus membra; meum tamen esse duxi, Simeonem de Magistris, ubi solus adest, sedulo conferre cum Vaticanis subsidiis, ac plura restituere quæ idem mutila dedit; plura etiam addere, quæ utrumque Romanum fugerunt. Sunt enim inter Vaticanos duo alii codices, humili charta, recenti scriptura, sed aut nobili exarati manu summi viri Sirleti, cujus omnes paginas, quoties mihi occurrunt, pene deosculor; aut saltem digesti erant opera optimorum bibliothecæ Vaticanæ scriptorum, qui tunc temporis indefesso cum labore antiquissimas quasque membranas rescribere solebant: vidit quidem illos Maius, sed raptim, obrutus cæterorum atlantica mole; unde fugerint eum sat plura quæ me ex longo itinere fessum recrearunt. Utinam et lectorem!

His varietatibus captus, propius accessi ad eximium Hippolyti commentarium *in Susan-*

[1]) Hænel, *de Hippolyto episcopo*, Gottingæ, 1838, p. 31.

nam, cujus tres erant insignes Vaticani codices; neque unus ab altero descriptus erat, ut Maius opinabatur, sed singulos adeo dissimiles ego inveni, talesque collatis editis varietates notavi, ut consilium abjicere nequiverim totum opus novæ luci restituendi. Tertia enim erat, neque decipior, paschalis oratio Hippolyti, tertia concio ἑορταστικὴ, cujus etiam novam teneo coronidem et doxologiam, mox proferendam. Stimulos addidit Chrysostomus cum Hippolyto junctus, planeque novus, quem statim genuinum, sincerumque salutavi, mecumque omnes agnoscent. « Sic oculos, sic ille manus, sic ora ferebat » aurea. Accedebat quoque Ammonius, qui forte integrum habuit Hippolyti opus, dum catenam ipse, ut opinor, in Danielem instrueret. Sed jejuna adeo erant scholia hoc nomine inscripta, ut pleraque neglexerim. Multus est in allegoria Hippolytus, totus in littera Chrysostomus, et ambo pro omnibus sunt. Adde aliud, quod rei biblicæ studiosis haud ingratum erit, nempe loca græca Scripturæ sacræ omnia, in hisce et sequentibus data, semper excipi ex vetustissimo codice Vaticano, prout novis typis Collegii Urbani exprimitur, nondum tamen publici juris factus.

III.

Nunc de Hippolyto latino quid agam, quum nihil supersit, aut falsa tantum circumferantur? utinam alicubi exsurgat elegantissima de Isaaco allegoria, quam nobis compendio perstrinxit Hieronymus, aut recurrat integrum opus in Beronem, aut saltem græce reperiantur fragmenta, quæ latine tantum servavit meus vetus antecessor, Anastasius bibliothecarius, doctus quidem pro tempore, sed quod etiam ætas tulit, incomptus et obscura barbarie subhorridus.

Quem superius tetigi sublestæ fidei librum *De Consummatione saeculi*, mihi in mentem revocavit aliam sarcinam, a multis annis inter pulvereas schedas meas rejectam, ne sepultam melius dicam, sub hac horridula epigraphe: *Scarpsum ex Chronica Origenis*, quod nihil aliud est quam *Chronicon anni P. Chr. CCXXXVI*, inter Hippolyti opera olim a Fabricio insertum. Hoc enim fuisse Hippolyti fatum cum Origene commune, clamant famigerata Φιλοσοφούμενα, ut sub alterutra tantorum virorum hedera veneant merces utroque indignæ. At quum vetustissimum sit illud chronicum, medio certe sæculo tertio ascribendum, quum rarissimi sint illius codices, edita vero scateant innumeris et immanibus vitiis, quum græca minime dubia, sed ubi vis sparsa, ac digna quæ serventur, nondum collecta fuerint, *Analectorum* a via haud longe aberravero, si novas libelli lectiones ex ignoto quodam codice Parisiensi tandem excutiam et colligam. Sed quantumvis copiosæ sint latinæ varietates, quæ singulos fere versus sollicitant, restituunt aut emendant, doleo adhuc superesse dira vulnera, plurima omnino hiare ἀνίατα, ne de ultima parte loquar et de procemio, quæ codici novo desunt. « Sed, inquit Baronius, quidquid antiquitas affert, sive corrosum, mendosumve sit, accipi tamen grato animo solet. » [1])

Illud in primis prænotandum est, opusculum non solum inservire commentario in Geneseos cap. X, nec solum esse inter antiquissima rei ethnographicæ documenta, sed totum, neque fallor, esse ex græco versum, ac pertinere ad Geographos minores, quorum nunc viri gravi

1) *Annal.* a. 431, XXVII. — 2) *Ante-Nicene Christ. Library*, vol. IX p. II, *The Writings of Hippolytus* translated by S. D. F. Salmond M. A. Edinburgh 1871.

opera et fragmenta sedulo colligunt. Suspicor alium codicem hactenus intactum exstare in veteris monasterii Cavensis tabulario, de quo plura fortasse alibi.

Hæccine sunt omnia quæ Hippolyto manent, vel dubio titulo? At quum vel pluteos Vaticanos, mihi proximos, nonnisi anhelans et raptim adierim, negotiorum pondere et temporum molestiis distractus vexatusque, quumque cæteris libentius quam mihi soleam allaborare, haud moror sigillatim ostendere digito, ut supra ad Irenæum Vaticanos Hippolyti codices, quotquot hactenus mihi innotescunt.

Vat. 432, in Proverbia.
511, f. 184, in Danielem ex Eustratio CP.
675, f. 33, locus ex Eustratio et scholia in Danieiem per margines.
723, f. 239, adversus Platonem. 1)
744, f. 162, prooemium in psalmos.
745, f. 53, in Danielem.
746, 747, 748, in Genesim.
754, in cant. III puerorum.
755. f. 170, in Jeremiam.
800, f. 25, de Antichristo.
973, f. 77, adv. Platonem.
1153, f. 46, in Jeremiam f. 331-339 in Danielem.
1154, f. 1-40, in Danielem; f. 43, in Jerem.
1177, f. 468, de XII Apostolis et LXX discipulis.
1226, f. 35, de iisdem.
1422, f. 13, procem. in psalmos.
1431, f. 360, in Noetum, f. 367, in Judæos.
1520, in Genesim.
1553, f. 28, ex Leontii collectaneis.
1554, in Danielem.
1611, f. 22, 26, 299, in Matthæum et Lucam.
1657, in Genesim.
1683, f. 258, in canticum III pueror.
1700, de Antichristo et in Daniel.
1802, f. 21-130; in Proverbia.
2200, f. 84, ex Anastasii collectaneis.
Palat. 41, f. 201, de Virgine Corinthiam.
203, in Genesim.
Regin. 7. f. 10, 12, 41, 63 in Genesim.
11, f. 130, 136 ex quæst. Anastasii.
46, f. 66, in Cantica canticor.
69, de Antichristo.
77, f. 24 in Proverbia.
Regin. II, 18, f. 93, in Jeremiam, f. 423, in Susannam et Danielem.
II, 22, f. 67, in Danielem.
II, 39, f, 230, de Antichristo.
Ottob. 117, in Proverbia.
305, f. 87, adv. Noetum et Beronem.
333, f. 176, de Apostolis et discipulis.
384, f. 201, adversus Noetum.
398, f. 56, prooemium in psalmos.
408, f. 77, de Apostolis et discipulis.
415, f. 106, de Consummatione sæculi.
418, f. 64, in Cantica cant. f. 301, de Consummatione sæculi.
452, in Jeremiam et Danielem cum Susanna.

1) Inscribitur quidem tam cod. 723 quam alter similis 973: Ἰωσήππου ἐκ τοῦ πρὸς Ἕλληνας κ. τ. ἑ. Quo Josephi nomine hæc primi ediderunt Hoeschelius, Lemoyne, Spanheim, quin lateret viros doctos, christiani scriptoris hoc opus esse. Jam Photio notatum, in *Biblioth.* cod. 48, idem assignatum fuisse Justino, Irenæo et Caio Romano. Pars vero haud exigua in *Parallelis Rupefucaldinis* (Lequien. *Opp. Damasc.* t. I, p. 755) ascribitur Meletio Antiocheno. Sed jam omnes, post Fabricium et Gallandium, proni in hanc iverunt sententiam, quam sic pronuntiavit doctus Damasceni editor, p. 790: « Eos dedita opera non refello, qui tractatum istum Caio, Justino. Irenæo, Origeni et Meletio ascripserunt. Satius sit nobis, in inscriptione lapidea vetustissima, quæ etiam nunc exstat inter opera Hippolyti Portuensis episcopi, recenseri librum Πρὸς Πλάτωνα ἢ περὶ τοῦ παντὸς, ut alterum illius parentem non quæramus. Nimirum accidisse oportet, ut librarius, quum in codice quem præ oculis habebat, primas dumtaxat nominis Hippolyti litteras græcas legeret Ἱππο, deletis vel compendio suppressis aliis, hinc arbitratus sit, fuisse scriptum Ἰωσίππου. » — Collatis inter se duobus Vaticanis, patuit posteriorem purum esse prioris apographum. Sed prior, in pingui bombyce vexatissime scriptus, extricari non potuit, quin inciderim in sylvam varietatum, adeo densam et confertam, ut vel eas omnino negligere debuissem, ne incompta scholia darem, quæ nemo tulerit, vel locum ex integro resumere, quod feci infra num. IX; et eo lubentius, quod præstantissima pagina gravis theologiæ sit, ac pertineat ad ventilatam de Pseudo-Hippolyto τῶν φιλοσοφουμένων controversiam.

Ab hoc procemio non discedam, quin merita laude prosequar honestos *Patrum Ante-Nicaenorum* Scotos curatores, eo præsertim nomine, quod, Hippolytum dum eleganti sermone vernaculo tum primum induerent, missa fecerint Φιλοσοφούμενα, tanto cum strepitu exaggerata. Quæ ut sancto Hippolyto adjudicarem, nullo unquam pacto adduci potui. *Sacratissimus* enim doctor totus imbuitur illa theologica et symbolica grandiloquentia, lepore haud destituta, quæ ab Ignatio, Polycarpo et Melitone traducta ad Irenæum ejusque alumnos, eam palæstram, quam dixerim Ephesinam aut Joanneam, discernit et commendat. Tum omnium Hippolyti operum, quæ certo jure supersunt, ex compagine, indole, pondere, tum ex perpetua Romani doctoris fama et celebritate ac sanctimonia, toto cœlo distat grandis antistes martyr ab illo pulvereo et obscuro sophista, invidia livido, lurido ira, qui male philosophans, plus errorum coacervavit et fabularum quam verba effutiit. Doctus quidem est, neque indisertus: sed ab ipsa librorum mole, quos excussit fere solus, quos neque Irenæus, neque Tertullianus, neque ullus Occidentalium attulit, videre hominem videor magis in Alexandrino museo quam in latina palæstra, plus in Niliacis, Eoisque membranis versatum quam in Romanis tabulis. Adde quod remotas ab ultimo Oriente sectas exagitat, Elchasaitas, Brachmanes, Naassenos, Peratas, Assyrios, Indos, quorum nullum est in toto orbe occiduo vestigium. Scripsit quidem Hippolytus contra XXX hæreses libellum Photio lectum, [1]) principio sumpto a Dositheis usque ad Noetum: sed in illo ἀνεπιγράφῳ, ubi exordium a Dositheo? De Noeto ubi clausula? ubi terdenus catalogus? Ubi loca ex vero Hippolyti libello adducta apud Gelasium, apud Petrum Alexandrinum? Duplex-ne erit aut triplex, ut voluere quidam, ejusdem scriptoris liber, otiose recoctus ab otioso, bis aut ter a se dissentiente? Scripsit autem fortasse larvatus homo περὶ παντὸς, sicut verus Hippolytus. Sed quid inde, quum idem dicatur de tot aliis, Irenæo, Caio, Justino, Origene, Meletio? Scripsisset ergo idem librum *De Verbo*, memoratum in eodem loco περὶ παντὸς; neque omisisset vir ventosus jactare sua omnia opera, si innumera condidisset, quæ jure ascribuntur Hippolyto, Origeni, Tertulliano; quorum magna nomina censeo non esse τοῖς φιλοσοφουμένοις inurenda. — Tota illa disputatio, quam hic summis tantum labris attingere vacat, somnium, ut candide loquar, mihi revocavit, quo viri docti illud in cathedra sculptum intuentes: ...ΔΑΙ ΕΙΣ ΠΑΣΑΣ ΓΡΑΦΑΣ, quæ nemo non legit: ᾠδαὶ εἰς πάσας γραφὰς, legere tamen maluerunt εἰς πάσας αἱρέσεις. « Sed, inquiebat olim Caveus, hac ratione quidlibet in quodlibet nullo negotio exsculpi, et quadrata rotundis permutari facillime queunt. [2]) »

Obiter appellare nequeo Hippolyti ᾠδὰς, et cyclica illa in omnes Scripturas carmina, quin salutare gestiam principem Melodorum et antiquiorem. At ubinam gentium reperire illas nascentis Ecclesiæ cantilenas, succo omnium librorum θεοπνεύστων inolitas? Quales esse solent vetustissimæ preces, qualia apud Græcos et Orientales resonant rerum sacrarum incunabula, qualia demum quæ perpetua dici carmina possunt, liturgica poemata veterum Galliarum et Hispaniarum, græca, ut opinor, primitus, et ab ipsis repetunda Asianæ Ecclesiæ crepundiis, quum adhuc florerent vates, Irenæi magistri et alumni. Quos tandem audi statim.

[1]) *Bibl.* cod. cxxi. — [2]) Cave *Hist. litter.* t. i, 102.

I.

Beati Hippolyti Bostrorum Episcopi, [1] *ex commentario in Evangelium Joannis et in resurrectionem Lazari.*

Երանելւոյն Հիպողիտայ Բոստրացւոյ եպիսկոպոսի 'ի մեկնութենէ Աւետարանին Յոհաննու, և 'ի Յարութիւն Ղազարու.

Զոր օրինակ մայր ցրդեսէր՝ տուեալ զստինսն ցմանուկն, խնդալով մանկանն, և ձգելով զկակուղ կերակուրն. իսկ յորժամ ոլորունք կաթինն պանրացեալ՝ խնուցու զծնծուխ ստեանն, յայնժամ մանուկն լայ. և մայրն վշտանայ, զյօժարութիւն կերակրոյ տարածեալ ունելով, բայց զկերակուրն ոչ 'ի ձեռն տուեալ տեսանելով. նոյնպէս և մեք յերկրէ յառաջագոյն զստինս մտացն ընդ ձեռք երկեալ խնդասցուք, ձեր ձգելով զկաթն բանին: Իսկ յորժամ մոռացմամբ 'ի ներքս ընթացեալ մտաց մերոց՝ զբանն կտրեաց, յայնժամ և դուք բարկանայք իբրև զրկեալք յաւետարանական մտաց ուսմանն. և մեք իսկ վշտանամք զյօժարութիւն ասելոյն տարածեալ ունելով, բայց զմիտս արգելեալ 'ի մոռացմանէ տեսանելով. այլ թերևս այս պատահեաց, զի ծանիցուք եթէ ոչ ընթացողին, և ոչ ըստ այնմ որ զհետ ընթանայ, այլ ըստ Աստուծոյ ողորմելոյն: Իսկ եկայք այսուհետև, զի Աստուած տացէ բան լսողացդ. ոչ եթէ վասն արժանաւորութեան

I. Quemadmodum, puero dum ubera admovet mater filiorum amantissima, puer lætatur, mollemque attrahit cibum; sed quum stillæ lactis coagulati obturant [2]) ubera, plorat puer (materque contristatur), dum porrectas habens delicias pabuli, cpulum vero haud traditum videt: ita et nos dum primum e terra manus ad intellectus ubera porrigimus, lætamur, verbi lac attrahendo; sed quando intellectus noster sese oblivione contrahens, [3]) verbum abscindit, tunc et vos succensemini, quasi doctrinis mentium evangelicis ablactati; dum et nos contristamur, qui prolixa licet dicendi voluntate haud careamus, animum autem nostrum cernimus oblivione impeditum. Id nobis fortasse accidit, unde intelligamus, non currentis, neque subsequentis, sed miserentis esse Dei. [4]) Adeste igitur, verbum det Deus

1) De sede S. episcopi, nunc *Bostrorum,* nunc *Romanorum* apud veteres, omnis jam controversia funditus exhauritur post Constantini Riggerii dissertationem *de Portuensi S. Hippolyti episc. et martyris sede,* Romæ, 1771, insertam in Patrol. t. x. — 2) *obturat* cod. arm. ex græca constructione archetypi. Ad litt. *uberis ductum.* — 3) ad litter. *intus ingressus.* — *Tunc et vos.* Qui a prima persona inceperat, Noster nunc unum, nunc plures auditores compellit, more veterum Ecclesiæ concionatorum ex tempore loquentium. — 4) Rom. IX, 16.

առողացս, այլ վասն լսողացդ պիտոյ, զնա աղաչեսցուք . և առ այժմու ընթերցելոցս ըստ կարի մերում ըմպելի վարդապետութեան աղբեր բղխումն առեալ ըմպիցեմք : Էր ոմն հիւանդացեալ 'ի Բեթանիա՝ Ղազար անուն, 'ի գեղջէ Մարեմայ և Մարթայի քերց նորա . բայց էր Մարիամն այս որ օծ զտէրն իւղով, որոյ եղբայրն Ղազար հիւանդացեալ էր : Առաքեցին առ նա քորքն նորա ասելով . Ահաւասիկ զոր սիրեսն խօթացեալ է : Իսկ Յիսուս ասէ . Ոչ է այն հիւանդութիւն 'ի մահ, այլ վասն փառացն Աստուծոյ . ոչ է այն հիւանդութիւն 'ի մահ, այլ աւետիք, ոչ է հիւանդութիւն, այլ փրկութիւն : Ո՜ հիւանդութիւն, հիւանդացելոց բժիշկ, հաւատացելոց առաջնորդ, մահու ընդդիմամարտիկ, բանսարկուին ոսոխ, փրկութեան առաջնորդ . ո՜ հիւանդութիւն, ոգւոց հիմն, անդայթ հաւատոց վարդապետ, բարեպաշտութեան յօրինիչ . ո՜ հիւանդութիւն, ջերմայութեան անձանց ողջացուցիչ, քրտունս մկրտութեան ցօղես, և սպիտակ պատմուճան նիւթես : Ո՜ հիւանդութիւն, երկնաւոր հացին տուօղ հաւատոց լապտերակալ առաքինի, որոգայթ սատանայի և մարդկան կնիք :

Իբրև լուաւ ասէ Յիսուս, յայնժամ մնաց յորում էրն'ի տեղւոջն՝ զերկուս աւուրս : Իսկ զինչ հարկ էր անսալ տեառն յորժամ լուաւն, և ոչ նոյնժամայն երթալ առ հաւատացեալն . այլ թերևս մնայր մա-

vobis audientibus, non quod aliquid nos loquentes meremur, sed quia id vobis audientibus necessarium est. Supplices illi simus, et juxta lectiones quas nunc exigimus, ebibamus ex fonte doctrinæ, ad mensuram nostram scaturientis.

II. *Erat quidam languens, Bethaniae, Lazarus nomine, de castello ubi morabantur Maria et Martha, sorores ejus. Maria autem erat quae unxit Dominum unguento, et ejus frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores ad Jesum, dicentes: Ecce quem diligis, infirmatur. Dixit autem Jesus: Infirmitas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* [1])

Infirmitas, non est ad mortem, sed pro gloria Dei; non mortis infirmitas, sed faustus nuntius; non infirmitas, sed salus est. O infirmitas, quæ medetur ægrotis, quæ præit credentibus, quæ mortem propulsat, quæ diabolo infesta est, quæ ducit ad salutem! O infirmitas, animarum firmamentum, validæ magistra fidei, schola pietatis! O ægritudo, quæ reficis febricitantes, rorem instillas baptismatis, [2]) candidum contexis vestimentum! O infirmitas, quæ panem dat cœlestem, fidei proba lampas, diabolo offendiculum, hominis sigillum!

III. Ait: *Ut ergo audivit Jesus quod dictum est, mansit in eodem loco duobus diebus* (v. 6).

Quid Domino necesse fuit, postquam id audivit, adhuc exspectare, [3]) non vero huc pergere illico, ubi fidelis? Nisi quod morabatur, donec

[1]) Joan. XI 1-4 et sqq. — [2]) ad litter. *immittit sudorem baptismatis*, respectu ad catechumenos et paschalia festa, ut infra sæpius. —

[3]) Verbum armenum significat: *auscultare, aures porrigere, attendere.*

հուպն Ղազարու, որպէս զի մահուամբն՝ մեծապէս սքանչելագործութեանց զօրութիւն զառ 'ի հաւատ տեսողացն ցուցցէ ։ Իսկ յետ այսորիկ ասէ Յիսուս ցաշակերտսն . Ղազար բարեկամ մեր ննջեաց, այլ երթամ զի զարթուցից զնա ։ Այլ ճշմարիտ մահ մարդկան՝ Աստուծոյ քուն համարեալ է ։ Իսկ զինչ . մինչ աստ ես՝ ո՞չ կարես զարթուցանել զմեռեալն ։ Այլ ոչ այսպէս ընդունին Հրեայքն զշնորհս իմ հեռի գոլով ։ Քանզի յարուցեալ, կարծեցին 'ի դիպուածոյ իմիքէ կենդանացեալ զմեռեալն ։ Բայց ես իսկ երթամ անդ լինիցիմ, որպէս զի իմ անդ լինելով, և նոցա ինքնատես եղեալ առ յինէն սքանչելագործութեան եղելոյ, և զշնորհսն յինէն ընկալեալք՝ 'ի հաստատուն հաւատս հաւանեալ եկեսցեն ։ Ղազար բարեկամ մեր ննջէ, այլ երթամ զի զարթուցից զնա ։ Աշակերտքն իբրև լուան ասեն . Եթէ ննջեաց՝ ապա ապրի ։ Բայց ոչ այնպէս աստուածպաշտութեամբ պատասխանատրեցին, որչափ բժշկապէս . քանզի քուն մոռացողաց վնասէ յորժամ ձգտի . բայց զտենդն լուծանէ, մանաւանդ քրտան իսկ . վասն զի կարծեցին ասել աշակերտքն տեառն թէ վասն ննջելոյ քնոյ ասէ ։ Ապա յետ այնորիկ ասէ յայտնապէս . Ղազար մեռաւ . և ես ուրախ եմ վասն ձեր . և զի հաւատայցէք . այլ եկայք երթիցուք առ նա . որ ոչ կամի զմահ մեղաւորին, խնդայ . ոչ վասն մարդոյն մեռանելոյն խնդամ, և ոչ վասն իմ, և ոչ վասն մեռելոյն իսկ, այլ վասն ձեր . քանզի առնում 'ի պէտս զմահ առ ձեր հաւատոյ հիմն ։ Ո՜ մահ, Քրիստոսի խնդութիւն

Lazarus mortuus esset, ut ipsa morte spectantibus cum fide maximam virtutem miraculi ostenderet.

Post haec autem Jesus dixit discipulis suis: Lazarus amicus noster dormit; sed vado, ut a somno excitem eum (v. 11).

Verus hominum obitus veluti somnus est coram Deo. — At unde hoc? Nonne ex loco ubi stas, tu vales excitare mortuum? — Verum procul si abfuero, Judæi meas non recipient gratias: etenim persuasum habebunt, mortuo ad vitam revocato obvenisse vim resurgendi ex aliquo casu. Illuc ergo ibo, et quum adero, et ipsi suis viderint oculis miraculum a me effectum, recepta tum gratia mea, firmam ibunt in fidem et persuasionem.

IV. *Lazarus amicus noster dormit, sed vado ut a somno excitem eum. Hoc audientes discipuli dixerunt: Si dormit, igitur vivit* (v. 12).

In quo verbo plus medicinæ erat quam pietatis; quippe somnus his qui oblivisci solent, periculo non caret, quando producitur. Febrim tamen, etiam ope sudoris, solvit. Idcirco discipuli æstimarunt, Dominum illis de somno locutum fuisse.

Postea dixit eis manifeste: Lazarus mortuus est: et gaudeo propter vos, ut credatis, [*quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum*]. (v. 14, 15.)

Eamus ergo ad eum qui mortem peccatoris non vult. Et gaudet. — Non gaudeo de morte hominis, nec propter me, nec propter mortuum, *sed propter vos*. Mortem enim, si opus est, assumo in fidei vestræ fundamentum. O

խնդութեանց. ո՜ մահ, զկենդանութիւն շնորհելոյ. ո՜ մահ, մահու-լուծումն, փրկութեան առաջնորդ. ո՜ մահ, գլորելոց կանգնումն, աշխատելոց հանգիստ, հիւանդացելոց առողջութիւն, առողջաց նորոգումն, մեղաց թողութիւն, արդարոց հանգիստ: Ո՜ մահ, բանսարկուին լուծումն, դիւաց քակտումն, նախաստեղծին Ադամայ նորոգումն. ո՜ մահ, ուրախութեան մատակարար, անապականութեան գուշակ, խնդութեան պարառու: Բայց զի՞ ես յաճախեցից. գայ 'ի Բեթանիա, ընդ առաջ ելանեն նմա քորքն Ղազարու, անկանին առաջի տեառն լալով և ասելով. Տէր, եթէ աստ լեալ էիր՝ եղբայր մեր չէր մեռեալ: Իսկ արդ ոչ էր անդ մարմնով, բայց աստուածութեամբն՝ ոչ միայն անդ, այլ և յերկինս. քանզի զիա՞րդ ոչ էր անդ՝ յորժամ մեռաւ Ղազար. այլ և ընդէր իսկ էր, ըստ աներևոյթ բնութեան և տեսանէր: Տէր, ասէ, թէ աստ լեալ էիր, եղբայրն մեր չէր մեռեալ: Ասէ իսկ Յիսուս ցնոսա. Հաւատացէք, և տեսջիք զփառսն Աստուծոյ. ուսուցանելով, եթէ գործոց բարեաց հաւատն է առաջնորդ: Իբրև տեսեալ զնոսա զի լային, և որ շուրջ զնոքօք Հրէայքն, մռնչեաց հոգւովն, և խռովեցոյց զինքն, և ասէ. Ո՞ւր եդիք զնա: Զի՞նչ է որ մռնչեաց հոգւովն: Անսա, ո՛վ սիրելի, և յետ փոքր մի ժամու գտցես զխնդրելոյդ լուծումն. խռովեցոյց զինքն, ոչ որպէս մեք 'ի տրտմութենէ և կամ 'ի վհատութենէ խռովիմք, այլ ինքն զինքն խռովեցոյց, և ասէ. Ո՞ւր եդիք զնա: Արդեւք ո՛չ գիտէր ո՛ւր եդաւ, որ ծանեաւ եթէ երբ մեռաւ. այլ նշանակէր զմարդկային բանս՝ աստուածային սքանչելագործութեամբքն, զի ցուցցէ թէ մարդ էր, որպէս մարգարէն ասէ,

mors, quæ Christo gaudium gaudiorum affert! O mors, quæ vitam donat! O mors, mortis dissolutio, salutis via! O mors, lapsorum erectio, laborantium quies, ægrotantium sanatio, sanorum renovatio, peccatorum venia, justorum requies! O mors, Satanæ desperatio, diaboli ruina, Adami protoplasti regeneratio! O mors, ministra lætitiæ, incorruptelæ præsaga, gaudii plenitudo!

V. Sed quorsum verba producam? Venit Bethaniam. Occurrerunt ei Lazari sorores, coram Domino procumbunt, flentes et dicentes: *Domine, si fuisses hic, frater noster non fuisset mortuus.* (v. 21). Corpore licet illic non fuerit, aderat divinitate; neque illic dumtaxat, sed etiam in cœlis. Quomodo illic non erat, quando mortuus est Lazarus? Et quomodo hic erat, nisi sua natura invisibili, ipse qui videbat? *Domine*, inquit, *si fuisses hic*, *frater noster non fuisset mortuus.* Jesus dixit illis: *Credite! Et gloriam Dei videbitis.* Ut doceret eos, ducem bonorum operum fidem esse.

Ut vidit eas plorantes et simul plorantes Judaeos, qui circumstabant illas, infremuit spiritu, et turbavit seipsum, et dixit: Ubi posuistis eum? (v. 33, 34). Quis est qui spiritu fremuit? Paulisper exspecta, o dilecte, et videbis declarari quod quæritur. Turbat seipsum, non quo more turbamur, præ tristitia aut desponso animo. *Turbavit seipsum, et dixit: Ubi posuistis eum?* An non sciebat ubi poneretur, qui novit quando mortuus sit? Miscebat verba humana cum deificis prodigiis, ut se ostenderet hominem, quemadmodum propheta dicit: « Homo

թէ մարդ է, և ո՛ ծանիցէ զնա. և հրամայեաց զի նշանակիցէ՝ թէ և այլ իմն էր, որ էրն իսկ Աստուած, ասէ՝ ո՞ւր եդիք զնա: Իսկ Մարիամ ասէ. Տէր, եկ և տես. և արտասուեաց Յիսուս: Իսկ զի՞նչ պէտք էին արտասուելոյ՝ զոր յետ դոյզն մի ժամու յարուցանելոց էր: Արտասուեաց Յիսուս, զի զվշտակցութիւն և զմարդասիրութիւն առ ազգակիցս մեզ ուսուսցէ: Արտասուեաց Յիսուս, զլալն՝ ընդ լացողսն գործելով մանաւանդ քան թէ բանիւ ուսուսցէ: Արտասուեաց Յիսուս, ոչ անարտօսր մնաց, ոչ զգացաւ, բայց զարտօսրն ամենայնիւ տարեալ. իբրև զանմարդիս զմեզ խրատելով: Իսկ ազգասիրութիւն, իբրև զանազգութիւն և զանարի ուղղեաց. բաց կարգ եդեալ 'ի վերայ վշտակցութեանն արտասուեաց:

Գայ անդրէն յայրն, և տեսանէ զվէմն զի կայր 'ի վերայ գերեզմանին, և հրամայեաց այնոցիկ որ առընթեր Հրեայքն կային, 'ի բաց թաւալեցուցանել զվէմն: Որ ասէրն, թէ ունիցիք հաւատս քան զհատն մանանխոյ և ասիցէք լերինս այսմիկ. փոխեաց և անկիր 'ի ծով, եղիցի ձեզ. զիա՞րդ ինքն տկարանայր 'ի բաց թաւալեցուցանել զվէմն: Այլ ոչ տկարանալոյ ինչ զայս առնէր, այլ զի մի՛ թուեսցի նոցա առաչօք լինել իրքն: Հրամայեաց նոցին իսկ Հրէիցն՝ իւրեանց ձեռօքն 'ի բաց թաւալեցուցանել զվէմն, զի ինքեանք վկայ լինիցին յինէն եղելոյ նշանիս: Ապա յետ 'ի բաց թաւալեցուցանելոյ զվէմն, 'ի վեր հայեցաւ յերկինս և ասէ. Հայր, գոհանամ զքէն, զի լուար ինձ. և ես գիտեմ, զի յամենայն ժամ լսես ինձ, բայց վասն ժողովրդեանս առնեմ, զի հաւատասցեն թէ դու առաքեցեր զիս: Եւ զայս ասացեալ աղաղակեաց 'ի ձայն մեծ և ասէ.

est, et quis cognoverit eum? [1]) Et quæsivit, ut patefaceret, quum Deus summus erat, se aliud esse aliquid, et ait: *Ubi posuistis eum?*

VI. *Et Maria dicit: Domine, veni et vide! Et lacrymatus est Jesus.* Cur illi fletus, qui hunc mox excitaturus est? Lacrymatur Jesus, ut vos doceat aliis condolere et diligere proximos. Lacrymatur Jesus, ut doceat non verbis, sed factis flendum esse cum flentibus. Lacrymatur Jesus, qui non erat fletus expers, aut moveri nescius; lacrymari sustinuit, nosque velut inhumanos edocuit. Lacrymatur, ut dilectorum amor in ordine sit.

Venit ad speluncam, videt lapidem sepulcro superpositum. Imperat Judæis astantibus, ut tollant lapidem. Qui dixit: « Si fidem habueritis sicut granum sinapis, etiamsi dixeritis huic monti: Transi hinc illuc, et projice te in mare, et fiet vobis; » quomodo non valet tollere sibi lapidem? Non imbecillitate id agit, sed ne opinarentur phantasma esse quod actum est. Præcipit Judæis, ut propriis suis manibus tollant lapidem, ut ipsi testes fierent miraculi ab ipso patrati.

VII. *Postquam tulerunt lapidem, Jesus, elevatis sursum oculis, dixit: Pater, gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autem scio, quia semper me audis: sed hoc ago, propter populum hunc, ut credant quia tu me misisti. Haec cum dixisset, voce magna clamavit: Lazare, veni foras! Et statim prodiit mortuus, ligatus pedes et manus* (v. 41-44).

1) An. Is. LIII, 8? Pene me locus fugit.

Ղազարէ, արի՛ եկ արտաքս . և նոյն ժամայն եկն արտաքս մեռեալն՝ կապեալ ձեռօք և ոտիւք ։ Ո՜ ձայնին ահաւոր զօրութիւն, որ զդժոխս պատառեաց, և զդրունս պղնձիս փշրեաց, զբանսարկուն կապեաց, զմահ կործանեաց, զմեռեալս յարոյց ։ Ո՜ ձայնին զօրութիւն, որ զորոշեալ օդսն 'ի մի ժողովեալ, կանգնեաց և զառ 'ի չգոյէն 'ի գոյ եած ։ Կացո՛ 'ի վերայ ձայնիդ զմիտս քո, ո՛վ սիրելի, և գտցես զինքն զասողն յաշխարհարարութեանն, եթէ Եղիցի լոյս, և եղիցին լուսաւորք 'ի հաստատութեան երկնից ։ Ղազարէ, եկ արտաքս . և ծորեալ մարմինն դարձեալ լնու անդրէն զիւրաքանչիւր տեղի ։ Ղազարէ, եկ արտաքս . և 'ի բաց անկեալ հերքն զիւրաքանչիւր կարգ ճանաչէին, և յիւրաքանչիւր յանդամս տընկէին ։ Ղազարէ, եկ արտաքս . և մեռեալն յառնէր, և այս՝ հոտեալ թերեւս, և իսկզբանն ոչ իբրև զմեռեալ ։ Ղազարէ, եկ արտաքս, և ոգին 'ի վեր վազեաց յանդնդոց և ել . ոչ բանսարկուն ընդդէմ ասէ ասելով, ոչ մահու ընդդէմ կռուելոյ, և խանդացեալ զիւր բնութիւն ճանաչէր ։ Սիրելի, զայս սքանչելագործութեան աստուածային զգործս տեսեալ՝ 'ի յարութենէն մի՛ յերկուանար . եղիցի քեզ հայելի Ղազար . և 'ի նմա զինքն տեսանելով յարութեան հաւատա . քանզի այս ձայն զմեզ զամենեսեան յարուցանէ, որպէս և առաքեալն Պաւղոս ասէ, թէ փող հարկանի, և մեռեալք 'ի Քրիստոս յարիցեն առանց ապականութեան ։ Շնորհօք տեառն մերոյ Յիսուսի Քրիստոսի, որում փառք յաւիտեանս, ամէն ։

Proh! quanta erat et formidanda hujus vocis virtus! Quæ inferna disrupit, comminuit claustra ahenea, Satanam vinculis strinxit, mortem destruxit, mortuos resuscitavit! Quanta erat hujus vocis virtus, quæ disjuncta [1]) consociavit, eaque eduxit et e nihilo creavit! Vocem attende, dilecte, eamdemque reperies quæ in mundi fabrica dixit: « Fiat lux! Et: Sidera sint in firmamento cœlorum. »

Lazare, veni foras! Et ecce corpus consumptum iterum ex omni latere repletum. *Lazare, veni foras!* Et lapsi capilli suum singuli locum recognoscunt, et in singulis membris villescunt. *Lazare, veni foras!* Et cum fæteret, surgebat mortuus, quem ab exordio non ut mortuum vocat. *Lazare, veni foras!* Ac præceps anima ruit e tenebris et exit. Nec Diabolus contradicere, nec Mors oppugnare valuit, quæ livore percita, suam naturam intelligebat.

VIII. O dilecte, intuens divinum illud opus et prodigiosum, noli de resurrectione dubitare. Lazarus tibi sit speculum, in quo temet cernens, crede resurrectionem, quia per hanc vocem, ut monet nos Paulus apostolus, « omnes nos resurgemus, et tuba clanget, et qui mortui erunt in Jesu Christo, resurgent in incorruptione, » [2]) per gratiam Domini nostri Jesu Christi, cui gloria in perpetuum. Amen.

[1]) In Arm. *aeris disjuncta* ad litt. sed figurate *halitus*, *spiritus disjunctos*. — [2]) Cor. xv, 52.

II.

Beati Hippolyti, Bostrorum episcopi, ex Cantici canticorum commentario.

Երանելւոյն Հիպպողիտոսայ Բոստրացւոյ յԵրգս երգոց մեկնութենէն․

Ի գիշերի խնդրեցի զոր սիրեաց անձն իմ․ խնդրեցի զնա և ոչ գտի․ գտին զիս պահապանքն որ պահէին զքաղաքն․ միթէ զոր սիրեաց անձն իմ՝ տեսէ՞ք։ Եւ ահա իբրև փոքր ինչ 'ի բաց եղէ 'ի նոցանէ, գտի զոր սիրեաց անձն իմ․ կալայ զնա և ոչ թողի զնա մինչև տարաւ զիս 'ի տուն մօր իւրոյ, և 'ի շտեմարանս յղացելոյն զիս։ Ո՜վ երջանիկ ձայն սքանչելի կանանցն․ 'ի վաղնջուց անտի յառաջ օրինակ ցուցանելոյ․ վասն այսորիկ գոչէ և ասէ․ Ի գիշերի խնդրեցի զոր սիրեաց անձն իմ։ տեսի զայս կատարեալ 'ի Մարիամ, և 'ի նոցա ժողովարանն, որպէս ասէ 'ի գիրս աւետարանին․ Եկին կանայքն 'ի գիշերին խնդրել 'ի շիրմին և ոչ գտին։ Եւ զի՞ խոկ բնաւ խնդրէք զկենդանին ընդ մեռեալս, ոչ գտանի անդ․ վասն զի ոչ շիրիմ լինելոց է նորա վայրն, այլ երկինք․ զի՞ խնդրէք յերկրի, որ ահա յաթոռ փառաց անցեալ նստի․ զի՞ խնդրէք զփառաւորեալն յանարգ գերեզմանի․ զի՞ խնդրէք զկատարեալ զվէմն ահա 'ի քարիդ հոլովեցելոյ․ զի՞ խնդրէք 'ի գերեզմանի, որ ահա յերկինս շնորհս ստացաւ․ զի՞ խնդրէք զարձակեալն իբրև զկապեալ․ տեսէք նորա խորհուրդ կատարեալ անդր․ քանզի այսպէս գոչէ և ասէ․ Խնդրեցի զնա և ոչ գտի, գտին զիս որ պահէին զքաղաքն․ ո՞յք էին պահապանքն, եթէ ոչ հրեշ-

I. *In nocte quaesivi quem dilexit anima mea: quaesivi eum, et non inveni. Invenerunt me custodes, qui custodiebant civitatem. Num quem dilexit anima mea vidistis? Et ecce quum paululum abesscm ab iis, inveni quem dilexit anima mca, tenui eum neque dimisi, donec adduxi* [1]) *in domum matris meae et in cubiculum concipientis me.*

O beata vox mirabilium mulierum, jam inde ab antiquissimo [tempore exemplar] ostendentium. Propter hoc clamat et dicit: *In nocte quaesivi quem dilexit anima mea*. Vidi hoc adimpletum in Maria et mulieribus, ut dictum est in libro evangeliorum: Venerunt mulieres nocte, ad quærendum eum in sepulcro, et non invenerunt. *Et quid quaeritis viventem inter mortuos? Non est hic,* [2]) quia oportet in cœlo locum ejus esse, non in sepulcro. Quem quæritis super terram? Eccillum sedentem in throno gloriæ. Quid glorificatum quæritis in humili tumulo? Quid quæritis Petram perfectam, quæ revolvit lapidem? Quid quæritis eum in sepulcro, quum ecce recepit charismata in cœlis? Quid quæritis ut ligatum, jam non ligatum?

II. Hic videte novum mysterium quod impletum est, in illa quæ clamat: *quaesivi, et non*

[1]) codd. *adduxit.* Dein cod. unus *matris meae*, alter *matris suae* cf. Cant. III, 1-4. — [2]) Luc. XXIV, 5, 6.

տակքն որ անդ նստէին . և զո՞ր քաղաք պահէին, բայց եթէ զնոր Երուսաղէմ զմարմինն Քրիստոսի . գտին զիս պահապանքն որ պահէին զքաղաքն . Հարցանեն կանայքն միթէ զոր սիրեաց անձն իմ՛ տեսէ՞ք ։ Իսկ նոքա ասեն . Զո՞ր խնդրէք . զՅիսուս Նազովրեցի, ահա յարուցեալ է ։ Եւ ահա իբրև սակաւ մի 'ի բաց եղեն 'ի նոցանէ, պատահեաց նոցա փրկիչն ։ Յայնժամ կատարի ասացեալն . Գտի զոր սիրեաց անձն իմ, գտի զնա, կալայ զնա և ոչ թողի . քանզի յայնժամ զոտիւք պաստառեալ պնդէին . և Յիսուս ասէ ցնա . Մի՛ մերձենար յիս, զի չև ևս ելեալ եմ ես առ Հայր իմ . և նա բուռն հարեալ ասէ . ոչ թողից զքեզ, մինչև տարեալ մուծից 'ի սիրտս . քանզի այս ամենայն իրօք շտեմարան յաղէս կատարեցեալ հաստատեաց զսէրն Քրիստոսի, և ոչ կամեցաւ մեկնել . վասն այնորիկ գոչէ և ասէ . Գտի և ոչ թողի զնա ։ Ո՜վ երջանիկ կինըն, որ բուռն հարեալ զոտիցն տեառն, զի յօդս թռչել կարասցէ ։ Զայս գոչեցին Մարթայ և Մարիամ զարդար խորհուրդն վաղաքանչ 'ի ձեռն Սողոմոնի ցուցանելով . գնաց առ Հայր, և մօրն որ պատարագ մատոյց Եւայի, ոչ մոլորեալ . այլ պծառոյն կենաց բուռն հարկանել կամեցեալ . քանզի յայնժամ վրիպեալ մերկ գտանէր, իսկ այժմ ծանուցեալ, զար-

inveni. *Invenerunt me qui custodiebant civitatem*. Qui sunt hi custodes, nisi angeli [1]) hic sedentes? et qualis erat custodita civitas, nisi nova Hierusalem, Christi corpus?

Invenerunt me, qui custodiebant civitatem. Quærunt mulieres: *Num vidistis quem diligit anima mea?* Et illi dicunt: Quem quæritis? Jesum Nazarenum. — Ecce surrexit. Et paululum recedentes, Salvatori occurrerunt. Tunc impletum quod dictum est: *Inveni dilectum cordis mei*. Inveni, tenui oum, et non dimisi, quia tunc pedes ejus enixe tenuerunt [2]). Et Jesus dixit illi: « Noli me tangere, [3]) nondum enim ascendi ad Patrem meum. » Tenebat eum, dicens: Non dimittam te, donec introducam in cor meum. Sic volebat condere in visceribus suis thesaurum [4]) amoris Christi, nolebatque dimittere; propterea clamat et ait: *Inveni eum, et non dimittam*. O felix mulier illa, quæ tenet Domini pedes, ut valeat in cœlos avolare. Ita clamaverunt Martha et Maria, quæ jam videbant impletum, quod a longissimo tempore per Salomonem nuntiatum est.

III. Jesus ivit ad Patrem suum, et ad matrem, quæ similis erat [5]) Evæ, nondum seductæ, sed quæ cupiebat capere ex arbore vitæ; tunc vero se decipiens, nuda inventa est: nunc autem semet agnoscens, induitur novis vestimentis. His peractis, clamat iterum confessio, bonum testimonium indicans in cœtu eorum [6]).

1) Nihil Hippolyto solemnius, quam exponere per interrogationem. τίνες εἰσὶ φύλακες, ἀλλ' ἢ οἱ ἄγγελοι; sic enim construere solet, ubi ἀλλ' ἢ vim quidem interrogandi non habet, ut voluit Vigerus, sed interrogationi cohæret aptissime. Cf. Viger. 1834 p. 472, et vide infra multa similia. Eumdem exponendi modum, veluti romano imperantis more, Gregorius Magnus frequentavit. — 2) Matth. XXVIII. 9. — 3) Arm. *adire*. Luc. XX, 17. — 4) litter. *depositum*. — 5) Armen. aliquo errore *qui sacrificavit*. — 6) plura videntur turbari aut excidisse.

ձեալ զգեցեալ լինի պատմուճան ։ Արդ այսոցիկ եղելոց, գոչէ դարձեալ խոստովանութիւն, զառ ժողովարանն ակնարկեալ 'ի ձեռն կենացս այսոցիկ զբարւոք վկայութիւն. որք առաքեալք յառաքելոցն 'ի Քրիստոսէ յղեալք, յորում նախ հրեշտակ խօսի, երթայք, ասէ, աշակերտաց նորա ասացէք, եթէ ահա յարեաւ. այլ զի մի՛ հրեշտակացն առաքեալ թերահաւատեսցին, պատահեաց ինքն Քրիստոս առաքելով, զի կանայք՝ Քրիստոսի առաքեալք լինիցին, և զպակասութիւն հնոյն Եւայի և զանհնազանդութիւն, այժմ հլու ունկնդրութեամբն և հպատակութեամբ վճարեալ լցցեն ։ Ո՜վ նոր խրատու. և Աստուծոյ առաքեալք լինին. ահա այսուհետև զօձին խարդախութիւն գիտացեալ, ոչ ևս յաղթահարի, քա՛նզի զպատուիրանս այսուհետև զսատանայականս արհամարհեալ ոչ ընդունի՝ որ ցանկութեամբն յաղթեաց ։ Ոչ ևս մոլորեցուցանէ ծառն կործանող, քանզի կենացն այսուհետև բերկրեալ ծառով, զխոստումն փայտին ընկալեալ ճաշակեաց, 'ի Քրիստոսէ պատուեալ անմահական կերակրով կերակրեալ հրաժարէ 'ի մահացուցչէն. ոչ ևս այսուհետև քաղցեաւ, ոչ ևս մատուցանէ մարդոյ զապականութիւն՝ ընկալեալ զանապականութիւն. միաբան այսուհետև և օգնական լինի Ադամայ ։ Ո՜վ գեղեցիկ օգնականի, աւետիս առ նմա մատուցանելով. վասն որոյ և կանայքն՝ աշակերտացն աւետարանէին, և վասն այսորիկ կարծեցին մոլորեալ, վասն որոյ երկնչէին. բայց պատճառք այս են, երևեսցի պատմել մոլորութիւն և ոչ ճշմարտութիւն ։ Զի՜նչ են այս նոր իրքս 'ի ձեզ, ով կանայք, պատ-

Et mulieribus, quæ missæ erant ad Christi apostolos, Angelus prior locutus est et dixit: « Properate, et dicite discipulis ejus quia resurrexit. [1] » Et ne minus confiderent, quum mitterentur ab angelis, Christus ipse illis occurrit, ut mulieres illæ velut apostoli Christi fierent, utque per promptam obedientiam et subjectam voluntatem rependant veteris Evæ noxam et contumaciam. Proh! quam nova rerum ratio! feminæ apostoli Dei fiunt. Et ecce [Eva] deinde comperiens insidias serpentis, non amplius superabitur. Quæ despiciet, neque porro suscipiet illecebras diaboli, qui victoriam sibi per concupiscentiam reportavit. Inde posthac haud amplius seducetur arbore, qua perversa fuit. Tenens enim vitæ arborem, recepit et læta gustavit quod promissum erat in arbore, cibo pasta immortali [2], ab ipso Christo nobilitata, mortem ferenti abrenuntiat. Quæ mortem generant, jam non esurit; donum adepta intaminatum, corruptelam homini non infert. Posthac cum Adamo unanimis, ejus fit auxilium. Quam pulchrum subsidium, quam faustum illi nuntium præbet!

IV. Propterea mulieres nuntium ferebant ad discipulos; et illi seductas eas habebant, et hæc erat illorum formido, quia videbantur esse nuntiæ mendaciorum, non autem veritatis.

1) Matth. XXVIII, 9. — 2) Vide qua arcani cautela paschale convivium eleganter significetur, iterumque respiciatur ad sacros baptismi ritus.

մել զյարութիւն · վասն այսորիկ համարէին զնոսա մոլորեալս · այլ զի մի՛ ցուցցին դարձեալ մոլորեալք, այլ ճշմարտիւ խօսեցեալք, նոյն ժամայն Քրիստոս երեւեալ նոցա ասէ · Խաղաղութիւն ընդ ձեզ · զայս նշանակելով, թէ որ կանանցն երեւեցայ՝ առաքելով առ ձեզ, առաքեալս յղել կամեցայ ։ Արդ եղելոցս այսոցիկ, ով սիրելիք, այսուհետեւ արդ ահա լռեալ դադարեցուցանէ զհրէիցն զժողովարանսն · փառաւորէ զխորհուրդ յարութեանս տօնելով այսօր, զոր փառաւորեալ սուրբ զտօնս զերապայծառ ցնծացեալք ընդ հրեշտակս ։

Quænam est illa novitas in vobis, o mulieres! – Resurrectionem enarrare [inquiunt]. – Propterea habebant eas deceptas. Ne autem censeantur falsa referre, sed vera, continuo Christus apparuit illis, dicens: *Pax vobis!* Hoc significans: Ego mulieribus apparui, easque ad vos misi, quia volui eas vice apostolorum mitti.

V. Carissimi, Christus, dum hæc adimpleret, jam posthac synagogis Judæorum imponit finem et silentium. Glorificat mysterium hujus hodiernæ solemnitatis resurrectionis, quod festum sanctum præclarissimum celebrantes, cum Angelis gaudeamus.

Parergon Syriacum.

Me pœnituit tam pauca superius dixisse de his quæ doctissimus vir Paulus Lagardius, cum solita sua diligentia, primus eruit ex mss. Britannicis, Hippolytoque restituit, et inseruit *Analectis syriacis*, a. 1858, p. 79-91. Interpres quidem Syrus, de humili et plebeio more gentis, a græca elegantia procul refugit, nimisque romanum infregit robur. Sed plura paulo audacius nostrorum Armenorum alacritatem affectant. Insunt igitur:

1.° p. 79-83, prolixum compendium tractatus *in Danielem* sive *Selecta verba* ex Hippolyti libro; quibus series rerum potius texitur quam verba referuntur.

2.° p. 83-87, *prooemium in psalmos*, eadem fere quæ sub nominibus Origenis, Eusebii, Athanasii circumferuntur.

3.° p. 87, pauca *de Canticis canticorum*, quædam vero innuunt superiorem Armenorum de sanctis mulieribus interpretationem.

4.° *Ibid.* ad calcem hujus tomi fortasse reperies latine hunc locum, ubi Hippolytus alloquitur Augustam Mammæam matrem Alexandri imper.

5.° et 6.° Nec pigeret etiam hæc de celebri paschali computatione nostris subjungere, ut quæ cathedram olim Vaticanam S. Hippolyti respiciunt.

I.

Beati Hippolyti Bostrorum Episcopi, [1]
ex commentario in Evangelium Joannis et in resurrectionem Lazari.

Երանելոյն Հիպողիտոսայ Բոստրացւոյ եպիսկոպոսի 'ի մեկնութենէ
Աւետարանին Յոհաննու, և 'ի Յարութիւն Ղազարու .

Զոր օրինակ մայր զըղեսէր՝ տուեալ զստինսն ցմանուկն, խնդալով մանկանն, և ձգելով զկակուղ կերակուրն . իսկ յորժամ ոլորունք կաթինն պանրացեալ՝ խնուցու զցնցուխ ստեանն, յայնժամ մանուկն լայ . և մայրն վշտանայ, զյօժարութիւն կերակրոյ տարածեալ ունելով, բայց զկերակուրն ոչ 'ի ձեռն տուեալ տեսանելով . Նոյնպէս և մեք յերկրէ յառաջագոյն զստինս մտացն ընդ ձեռք ուղեալ խնդասցուք, ձեր ձգելով զկաթն բանին : Իսկ յորժամ մոռացմամբ 'ի ներքս ընթացեալ մտաց մերոց՝ զբանն կտրեաց, յայնժամ և դուք բարկանայք իբրև զրկեալք յաւետարանական մտաց ուսման . և մեք իսկ վշտանամք զյօժարութիւն ասելոյն տարածեալ ունելով, բայց զմիտս արգելեալ 'ի մոռացմանէ տեսանելով . այլ թերևս այս պատահեաց, զի ծանիցուք եթէ ոչ ընթացողին, և ոչ ըստ այնմ որ զհետ ընթանայ, այլ ըստ Աստուծոյ ողորմելոյն : Իսկ եկայք այսուհետև, զի Աստուած տացէ բան լսողացդ . ոչ եթէ վասն արժանաւորութեան

I. Quemadmodum, puero dum ubera admovet mater filiorum amantissima, puer lætatur, mollemque attrahit cibum; sed quum stillæ lactis coagulati obturant [2]) ubera, plorat puer (materque contristatur), dum porrectas habens delicias pabuli, epulum vero haud traditum videt: ita et nos dum primum e terra manus ad intellectus ubera porrigimus, lætamur, verbi lac attrahendo; sed quando intellectus noster sese oblivione contrahens, [3]) verbum abscindit, tunc et vos succensemini, quasi doctrinis mentium evangelicis ablactati; dum et nos contristamur, qui prolixa licet dicendi voluntate haud careamus, animum autem nostrum cernimus oblivione impeditum. Id nobis fortasse accidit, unde intelligamus, non currentis, neque subsequentis, sed miserentis esse Dei. [4]) Adeste igitur, verbum det Deus

1) De sede S. episcopi, nunc *Bostrorum,* nunc *Romanorum* apud veteres, omnis jam controversia funditus exhauritur post Constantini Ruggerii dissertationem *de Portuensi S. Hippolyti episc. et martyris sede,* Romæ, 1771, insertam in Patrol. t. x. — 2) *obturat* cod. arm. ex græca constructione archetypi. Ad litt. *uberis ductum.* — 3) ad litter. *intus ingressus.* — *Tunc et vos.* Qui a prima persona inceperat, Noster nunc unum, nunc plures auditores compellit, more veterum Ecclesiæ concionatorum ex tempore loquentium. — 4) Rom. IX, 16.

ասողացս, այլ վասն լսողացդ պիտոյ, զնա աղաչեսցուք. և առ այժմու ընթերցելոցս ըստ կարի մերում ըմպելի վարդապետութեան աղբեր բղխումն առեալ ըմպիցեմք: Էր ոմն հիւանդացեալ 'ի Բեթանիա՝ Ղազար անուն, 'ի գեղջէ Մարեմայ և Մարթայի քերց նորա. բայց էր Մարիամ այս որ օծ զտէրն իւղով, որոյ եղբայրն Ղազար հիւանդացեալ էր: Առաքեցին առ նա քորքն նորա ասելով. Ահաւասիկ զոր սիրեսն խօթացեալ է: Իսկ Յիսուս ասէ. Ոչ է այն հիւանդութիւն 'ի մահ, այլ վասն փառացն Աստուծոյ. ոչ է այն հիւանդութիւն 'ի մահ, այլ աւետիք, ոչ է հիւանդութիւն, այլ վրիպութիւն: Ով հիւանդութիւն, հիւանդացելոց բժիշկ, հաւատացելոց առաջնորդ, մահու ընդդիմամարտիկ, բանսարկուին ոսոխ, փրկութեան առաջնորդ. ով հիւանդութիւն, ոգւոց հիմն, անդայթ հաւատոց վարդապետ, բարեպաշտութեան յօրինիչ. ով հիւանդութիւն, ջերմայութեան անձանց ողջացուցիչ, քրտունս մկրտութեան ցօղես, և սպիտակ պատմուճան նիւթես: Ով հիւանդութիւն, երկնաւոր հացին տուօղ հաւատոց լապտերական առաքինի, որոգայթ սատանայի և մարդկան կնիք:

Իբրև լուաւ ասէ Յիսուս, յայնժամ մնաց յորում էրն'ի տեղւոջն՝ զերկուս աւուրս: Իսկ զինչ հարկ էր անսալ տեառն յորժամ լուաւն, և ոչ նոյնժամայն երթալ առ հաւատացեալն. այլ թերևս մնայր մա-

vobis audientibus, non quod aliquid nos loquentes meremur, sed quia id vobis audientibus necessarium est. Supplices illi simus, et juxta lectiones quas nunc exigimus, ebibamus ex fonte doctrinæ, ad mensuram nostram scaturientis.

II. *Erat quidam languens, Bethaniae, Lazarus nomine, de castello ubi morabantur Maria et Martha, sorores ejus. Maria autem erat quae unxit Dominum unguento, et ejus frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores ad Jesum, dicentes: Ecce quem diligis, infirmatur. Dixit autem Jesus: Infirmitas haec non est ad mortem, sed pro gloria Dei.* [1])

Infirmitas, non est ad mortem, sed pro gloria Dei; non mortis infirmitas, sed faustus nuntius; non infirmitas, sed salus est. O infirmitas, quæ medetur ægrotis, quæ præit credentibus, quæ mortem propulsat, quæ diabolo infesta est, quæ ducit ad salutem! O infirmitas, animarum firmamentum, validæ magistra fidei, schola pietatis! O ægritudo, quæ reficis febricitantes, rorem instillas baptismatis, [2]) candidum contexis vestimentum! O infirmitas, quæ panem dat cœlestem, fidei proba lampas, diabolo offendiculum, hominis sigillum!

III. Ait: *Ut ergo audivit Jesus quod dictum est, mansit in eodem loco duobus diebus* (v. 6).

Quid Domino necesse fuit, postquam id audivit, adhuc exspectare, [3]) non vero huc pergere illico, ubi fidelis? Nisi quod morabatur, donec

[1]) Joan. xi 1-4 et sqq. — [2]) ad litter. *immittit sudorem baptismatis*, respectu ad catechumenos et paschalia festa, ut infra sæpius. —

[3]) Verbum armenum significat: *auscultare, aures porrigere, attendere.*

ընդ ամպս երկնից իբրև որդի մարդոյ գայր ։ Զփառաւորութիւն Տեառն գալստեանն տեսանէ մարգարէս որ 'ի վերայ ամպոց՝ յորժամ գայ դատել զերկիր ․ և հասանէր մինչև 'ի հինաւուրցն և մատուցաւ առաջի նորա, և նմա տուաւ իշխանութիւն և պատիւ, և ամենայն ազգք և ազինք և լեզուք նմա ծառայեսցեն, իշխանութիւն նորա՝ իշխանութիւն յաւիտենական որ ոչ անցանէ ։ Զիշխանութիւնն վասն ամենայնի՝ զոր 'ի Հօրէ տուեալ է՝ եցոյց մարգարէս, որ երկնաւորաց և երկրաւորաց և սանդարամետականաց, զի ընդ մեռեալս համարեալ եղև, և աւետարանեաց որք 'ի դժոխս էին, և մահուամբ՝ մահու յաղթեաց ․ և թագաւորութիւն նորա ոչ եղծանի ։ Սոսկացաւ մարմին իմ յանձին իմում, ես Դանիէլ ․ և տեսիլ գլխոյ իմոյ խռովեցոյց զիս, և մատեայ առ մի ոմն որ կային անդ, և զճշմարտութիւն կամէի ուսանել վասն ամենայնի այսորիկ ․ և ասաց ինձ զճշմարտութիւն, և զմեկնութիւն բանիցն եցոյց ինձ ։ Այդ գազանքն մեծամեծք չորք թագաւորութիւնք յարիցեն 'ի վերայ երկրի ․ բարձցին և առցեն զթագաւորութիւն սուրբ բարձրելոյն ։ Թագաւորեսցեն ընդ Քրիստոսի, ըստ սահմանելոյ խոստմանցն Աստուծոյ, որ յամենայն 'ի գիրս է ։ Եւ կալցին զնա մինչև յաւիտեանս յաւիտենից ։ Եւ քննէի ճշմարտիւ վասն գազանին չորրորդի, զի առաւել այլակերպ էր քան զամենայն գազանսն ․ և ահագին յոյժ, և ժանիք նորա պղնձիք, ուտէր և մանրէր, և զմնացորդսն առ ոտն կոտորէր ։ Եւ վասն եղջերացն տասանց որ 'ի գլուխ նորա, և վասն միւսոյն որ ելանէր, և զերիսն 'ի բաց թօթափէր ․ որոյ աչք էին, և բերան նորա խօսէր զմեծամեծս ․ և տեսիլ նորա առաւել էր

nubibus, quando venit ad judicandam terram. « Et venit usque ad Antiquum dierum, et in conspectu illius se obtulit. »

v. 14. « Et dedit ei potestatem, et honorem, et omnes populi, tribus et linguæ servient illi; et potestas illius, potestas æterna, quæ non cessabit unquam. » Ostendit propheta, potestatem super quascumque res illi a Patre datam, super cælestia, super terrestria et inferna, quia reputatus est inter mortuos, prædicavit his qui apud inferos erant, et per mortem vicit mortem, et regnum ejus non destruetur.

v. 15. « Horruit corpus meum in me: ego Daniel, et visio mea conturbavit me. »

v. 16. « Accessi ad unum de assistentibus illic, et noscere volebam hæc omnia. Qui mihi veritatem dixit et explicationem dictavit. »

v. 17. « Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. »

v. 18. « Suscipient autem regnum [sancti] Dei altissimi, et regnabunt » cum Christo, juxta Dei promissiones, quæ leguntur in omnibus Scripturis. « Et obtinebunt regnum in sæcula sæculorum. »

v. 19. « Considerabam diligenter bestiam quartam, quæ erat dissimilis valde ab omnibus, et terribilis erat, dentes ejus ænei, comedebat, et comminuebat, et reliqua pedibus conculcabat. »

v. 20. « Aspiciebam decem cornua, quæ habebat in capite, et aliud quod surgebat, et evellebat tria cornua, et habebat oculos, et os loquens grandia, et visio ejus major erat cæteris. »

քան զայլոցն ։ Տեսանէի և ահա եղջիւրն այն տայր պատերազմ ընդ-
սուրբս . քանզի պատերազմեցաւ ընդ եկեղեցի յանդիմանելով զնա սուտ
Քրիստոս . և զօրանայր 'ի վերայ նորա, մինչև եկն Հինաւուրցն, և ետ
իրաւունս սրբոց բարձրելոյն . ժամանակ եհաս, և զարքայութիւն սուրբ
ըմբռնեցին . և ասէ գազանն չորրորդ, թագաւորութիւն չորրորդ կացցէ
յերկրի . որ առաւել իցէ քան զամենայն թագաւորութիւնս, և կերիցէ զա-
մենայն երկիր, և կոխեսցէ և հարցէ զնա . և տասն եղջիւր նորա՝ տասն
թագաւորք յարիցեն . և զկնի նոցա այլ յարիցէ, որ առաւել իցէ չարեօք
քան զամենայն առաջինսն . երիս թագաւորս խոնարհեցուսցէ, և բանս առ
Բարձրեալն խօսեսցի, և զսուրբս Բարձրելոյն մոլորեցուսցէ, և կարծեսցէ
զժամանակս քան զամենայն հնազանդեալս ։ Եւ զօրէնս փոփոխել . և տայ
'ի ձեռս նորա մինչև 'ի ժամանակ և ի ժամանակս և կէս ժամանակաց .
ատեան նստցի . քանզի երիս ամս և կէս կալցի ներումն լինելով առ 'ի
յանդիմանութիւն Հրէիցն . քանզի հանդերձեալ են մոլորութեան հա-
ւատալ ։ Եւ զիշխանութիւն նորա փոխեսցեն յապականել և 'ի կորուսա-
նել մինչև 'ի սպառ ։ Փութով ասէ զապականութիւն նորա, զաշխա-
տեալսն մխիթարել . թագաւորութիւն և իշխանութիւն և մեծութիւն
թագաւորաց որ 'ի ներքոյ ամենայն երկնից տուաւ սրբոց Բարձրելոյն ։
Եւ արքայութիւն նորա արքայութիւն յաւիտենական . և ամենայն իշխա-
նութիւն նմա ծառայեսցեն . և մինչև ցայս վայր վախճան բանից ։ Ի
Քրիստոս Յիսուս 'ի տէր մեր, որում վայելեն փառք, իշխանութիւն և
պատիւ, այժմ և միշտ ։

v. 21. « Et ecce cornu illud faciebat bellum adversus sanctos, » et pugnabat contra Ecclesiam, ostendens se esse Antichristum.

v. 22. « Et prævalebat ei, donec venit Antiquus dierum, et judicium dedit sanctis Altissimi, et tempus advenit, et regnum divinum obtinuerunt sancti. »

v. 23. « Et ait: bestia quarta, id est quartum regnum erit in terra, et majus omnibus erit, et devorabit terram universam, et conculcabit, et percutiet eam. »

v. 24. « Cornua decem illius, decem sunt reges qui regnabunt, et post eos alius consurget, qui malitia sua superabit omnes antecedentes, et tres reges humiliabit. »

v. 25. « Et jactabit se contra Altissimum, et in errorem inducet sanctos illius, et diminuet tempora omnium sibi subjectorum, et mutabit leges, et habebit annum, duos annos et dimidium anni. »

v. 26. « Et judicium sedebit, » et durabit tres annos et dimidium, ut moneantur Judæi, qui parati sunt ad falsum credendum, et potestate sua abutentur in destructionem et exterminationem usque in finem. Et ait futuram esse promptam illius ruinam ad sublevandum afflictos.

v. 27. « Regnum autem et potestas et magnitudo regni super omnem terram, dabitur sanctis Altissimi: cujus regnum, regnum sempiternum, et omnes servient illi. »

v. 28. « Huc usque finis sermonis. » Gloria, potestas et honor Domino nostro, Jesu Christo, nunc et in æternum.

IV.

Fragmenta in Genesim.

I. *Cap. I, v.* 5. Καὶ ἐγένετο ἑσπέρα, καὶ ἐγένετο πρωΐ, ἡμέρα μία.

Οὐκ εἶπε νυχθήμερον, ἀλλ' ἡμέρα μία, εἰς τὴν τοῦ φωτὸς προσηγορίαν καταλήξας, τοῦ ὑφεστῶτος καὶ συνουσιουμένου.

II. *Cap. III, v.* 7. Καὶ ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς.

Φύλλα συκῆς ἐποίει ἑαυτῷ περιζώματα, σύμβολα τῶν ἰδίων ἁμαρτημάτων. Φύλλον γὰρ συκῆς, ἡνίκα ἂν τοῦ σώματος ἅψηται, κνησμονὴν παρέχει· αὐτὸς οὖν ἑαυτῷ προφήτης τῶν μελλόντων· ἔλεγχον γὰρ τῆς παραβάσεως τὴν κνησμονὴν δείκνυσι.

III. Ib. *v.* 21. Καὶ ἐποίησε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Ἀδὰμ καὶ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ χιτῶνας δερματίνους.

Νεκρὰν γὰρ σκέπην ἐποίει τῷ νεκρωθέντι διὰ τὴν ἁμαρτίαν· τῷ γὰρ νεκρὰ ἁμαρτήματα ἔχοντι περὶ τὸ σῶμα, φθορὰν ἐσήμαινε τὸ δέρμα.

IV. *Cap. XLIX, v.* 6. Καὶ ἐπὶ τῇ συστάσει αὐτῶν μὴ ἐρίσαι τὰ ἥπατά μου [*Vat.* 44, 2].

Ἀντὶ τοῦ· Μὴ γένοιτό μοι ἐπιθυμῆσαι τῶν τοιούτων. Ἐκ τοῦ ἥπατος γὰρ λέγουσι τὸ ἐπιθυμητικὸν κινεῖσθαι· διὸ εἶπεν· Μὴ προσειρήσῃ τὰ ἥπατά μου τοῖς τοιούτοις,

I. *Et factum est vespere, et factum est mane, dies una.*

Non dixit *nox et dies, sed dies una*, id solum referens ad præsignificandum lumen, quod per se subsistit et consubstantiale est.

II. *Consuerunt folia ficus.*

Fici folia confecit sibi in succinctoria, symbola utique propriorum peccatorum. Folium enim fici, ubi corpori fuerit impressum, pruriginem affert. Homo igitur sibi propheta fit futurorum: redarguit enim se lapsum, dum pruriginem exhibet.

III. *Fecit quoque Deus Adamo et uxori ejus tunicas pelliceas.*

Mortuum enim tegumen Deus aptavit homini, per peccatum mortuo: habenti enim mortifera peccata ostendebat corruptionem in pelliceo corporis amictu.

IV. *Et in consilio eorum non contendant viscera mea.*

Horum in loco: Absit, ne similium hominum desideriis consentiam. Dicunt enim ex visceribus oriri sensum desiderandi. Ideo ait: *Ne concupiscant viscera mea in similibus;* ac si

IV. Scholia in Genesin potissimum excipiuntur ex codd. Vatic. 1520, 1657, Palat. 205. Loca vero scripturæ sacræ referunt celeberrimum Vatic. Plerumque consentit Nicephori Cat. I. 1.

I. Dolendum hactenus obscuram et truncatam in fine remansisse pericopen, brevi suo fulgore luculentam, quum Nicænam fere formulam: *lumen de lumine... consubstantialem Patri*, contineat in clausula, quam Ariana pene dixerim invidia hactenus suppressam. — προσηγορία, ut alibi προσηγορεύειν (*Patr.* x, col. 588 c.) apud Hippolytum de prophetia intelligi solet.

II. De ficariis cf. Melit. *Clav.* p. 39 n. 62.

III. Audi iterum Melitonem ad hunc ipsum Genes. locum: *Pelles, signum mortalitatis*, supra p. 59, n. 44. — ἐσήμανε Vat. 2. — Hactenus de Hexaemero loca tria, nec nisi tria alia adduntur in editis Hippolyti operibus, quamvis amplum ab eo scriptum fuisse commentarium multi referant post Eusebium et Hieronymum, qui etiam scite notavit, ep. 41, al. 65: » Nuper sanctus Ambrosius sic Hexaemeron Origenis compilavit, *ut magis Hippolyti sententias* Basiliique sequeretur. »

IV. Hæc adde editis, *Patrol.* x col. 588: τοῦτο λέγει.... διέτρισαν τὰ νεῦρα, quæ sola sincera sunt, sed mutila. Cætera edd. ad Cyrillum refer.

ἀντὶ τοῦ· Μή γένοιτό μοι πλησιάσαι καὶ ἐπιστηριχθῆναι τῇ ἐπιστάσει καὶ ἐπισυναγωγῇ τῶν προειρημένων. Τοῦτο δῆλόν ἐστιν, ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας ἡ μῆνις αὐτῶν σκληρύνεται.

dicat: Prohibear illuc accedere aut consistere me in horum conventu et concilio, quos prius memoravit. Id quoque manifestum est, ad hunc usque diem eorum iram obduruisse.

A Ib. v. 8. Αἱ χεῖρές σου ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου [*Vat.* 44, 2].

V. *Manus tuae in dorso inimicorum tuorum.*

Ἐχθροὺς Υἱοῦ λέγων, καθώς φησιν ὁ Πατὴρ αὐτοῦ· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐχθροὶ γάρ εἰσιν οἱ διώξαντες αὐτὸν καὶ ἕως τῆς σήμερον διώκοντες. Τὸ δέ· αἱ χεῖρές σου, τουτέστιν ἡ ἰσχύς σου. Τὸ δέ· ἐπὶ νώτου τῶν ἐχθρῶν σου, ὅτι κἂν ἀποφύγωσιν αὐτὸν, ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν ἐξομολογήσεται αὐτῷ ὁ λαός· οὗτοι γάρ εἰσιν οἱ υἱοὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ, καθὼς λέγει διὰ Ησαΐου τοῦ προφήτου· Υἱοὺς ἐγέννησα, καὶ τὰ ἑξῆς.

Inimicos Filii dicit, ut ait ejus Pater; « Sede a dextris meis, donec ponam inimicos, etc.» Nam inimici sunt qui persecuti sunt eum, et usque hodie persequuntur. Id vero *manus tuae*, est fortitudo tua. Hoc autem *in dorso inimicorum tuorum*, eo sensu quod etiamsi ab eo refugiant, ultimis tamen in temporibus hic populus confitebitur illi. Ipsi autem sunt filii patris ejus, quemadmodum ait, ore Isaiæ vatis: « Filios genui, et ipsi spreverunt me, etc.»

VI. Ib. v. 13. Ζαβουλὼν παράλιος κατοικήσει, καὶ αὐτὸς παρ' ὅρμον πλοίων, καὶ παρατενεῖ ἕως Σιδῶνος [*Vat.* 44, 3].

VI. *Zabulon juxta mare habitabit, et secus stationem navium, et pertendet usque a l Sidonem.*

Ἐκ πολλῆς γὰρ ἀποφοιτήσας ζάλης, ὁρμισθήσεται λοιπὸν, τῇ παρ' αὐτῷ χάριτι, καθάπερ ἀμέλει καὶ ἐν λιμέσιν ὁλκάδες· καὶ μέχρι δὲ αὐτῆς παρατείνεσθαι τῆς Σιδῶνος εἶπεν, ὑποδηλῶν, ὡς ἔοικεν, ὅτι τοσαύτη προσένωσις τῇ πνευματικῇ συνδρομῇ τῶν δύο γενήσεται λαῶν, ὡς τοὺς ἐξ αἵματος Ἰσραὴλ καὶ αὐτὰς ἐκπλῆσαι τὰς πόλεις τὰς ἐν πολλῇ παρὰ τῷ Θεῷ γεγενημένας αἰτίᾳ καὶ διαβολῇ, ὡς ἀποπλανώσας ποτὲ καὶ διαῤῥούσας τρόπον τινὰ τοὺς σεβομένους αὐτόν.

Ex multa enim evadens procella, tandem, favente Dei gratia, appellet, uti solent in portu naves. Etiam illum ad ipsam usque Sidonem pertingere ait, subostendens, ut videtur, talem futuram esse duorum populorum unionem, concurrente Spiritu, ut procreati sanguine Israel impleant etiam illas civitates, ita coram Deo reas et invisas, ut erroneos fecerint et quodammodo fœderifragos ipsius Dei adoratores.

VII. Ib. v. 17. Καὶ γενηθήτω Δὰν ὄφις ἐφ' ὁδοῦ, ἐγκαθήμενος ἐπὶ τρίβου, δάκνων πτέρναν ἵππου, καὶ πεσεῖται ὁ ἱππεὺς εἰς τὰ ὀπί-

VII. *Dan judicabit populum suum, tanquam et una tribus. Et fiat Dan serpens in via, sedens in semita, mordens calcaneum equi; et cadet*

V. Cf. ps. cxx, 1; Is. I, 2. neque omittas Melit. *Clav.* p. 41 n. 22: « Manus virtus animæ. » Iterumque vide dicam Judæis haud semel impactam, quæ tam rara post Constantini ævum, quam frequens apud Hippolytum, ideo fortasse quod nuspiam veteres Judæi magis quam Romæ in nos sævierint.

VI. Omnia om. cat. lips. ultima editores non retinent, ac plura cum Cyrillo et Apollinario miscent.

VII. Sine nomine is locus ponitur in Vat. 1617 post Diodori locum, post Cyrillum vero alias. Sed Hippolyto id refert Vat. 1520, et pergit usque ad allegoriam de serpente, diserte sumptam ex libro ejusdem de Antichristo, Patr. x col. 738 C.

2) Galland. « Hoc est ex illis vocabulis, quæ S. Hippolyti martyris ævo usitata non fuisse quidam viri docti existimant. Si tamen nullum aliud esset argumentum præsentem homiliam Hippolyto abjudicandi, non magnæ illud rei esset, quum voce illa jam usi sint Origenes, Methodius, Dionysius Alexandrinus, Hippolyto suppares. » Quam notationem retulerunt integram *Patrum Ante-Nicaenorum* Scotti editores, suoque rectissime assensu confirmarunt. Idem fuse disputavi olim in Ephemeride *Auxiliaire catholique*, a. 1845.

3) Armen. *Spiritus*.

4) Matth. v, 8. — 5) *secundus* græce.

interpres Armenus legerat φανίσει *apparebit*, pro ἀφανίσει *delebit*.

§. v, init. Armen. ut cod. Bodl. ὀρᾷς συμφωνίαν προφήτου μάθε.

P. 910. §. vii. init. plura addunt Armeni quæ in Graeco desiderantur: *Ita omnes suo arbitratu vivent. Parentes filios suos odio habebunt; filii manus injicient in parentes. Mulier prodibit virum in mortem, vir uxorem suam trahet in judicium, ut ream.*

P. 911, init. nedum Armeni sustulerint locum *de monachis*, potius amplificant. *Monachi expetent quae sunt mundi, opes et delicias.*

§. viii, l. 5 *fulgura quae plantas* pro *domos*, ex vitio apographi armeni et facili errore litterarum.

l. 9. ἀστέρων παρατροπαὶ *siderum de via deflexiones*, pro quo Armeni *siderum deliquia et defectiones.*

Mox a l. 11 Armeni habent plura in compendio: *insidiae multiplices, repentina latrocinia, nova dispersio super terram, planctus et gemitus;* quin unus cod. habet *novum solatium super terram*, ac si interpres male legisset latinum exemplar: *desolatio* super terram.

Ibid. l. 18 *videte ne seducamini, multi enim venient in nomine meo,* hæc om. Arm.

Վասն որոյ և աստուածաբարբառ առաքեալքն ստուգեցին զվկայութիւն տեառն մերոյ Յիսուսի Քրիստոսի ։ Եւ իւրաքանչիւր ոք ի նոցանէ ցուցանելով զտագնապ ապականագործ մարդկանն և քարոզեցին յեղեղելով զանսահման գործ նոցա . Նախ Պետրոս վէմն հաւատոյ զոր երանեաց Քրիստոս, վարդապետն եկեղեցւոյ և անդրանիկ աշակերտն Քրիստոսի, որ ունի զբանալի արքայութեան Աստուծոյ, ուսուցանելով զմեզ ասէ . Զայս նախ գիտասջիք որդեակք, զի յաւուրսն յետինս եկեսցեն արհամարհողք այպանողք որ ըստ իւրեանց ցանկութեանց գնայցեն, և թէ 'ի ձէնջ լինիցին սուտ վարդապետք, որք սպրդեալ մուծանեն հերձուածք կորստեան ։

§. x. Quin et diviniloqui Apostoli, qui confirmant adventum Domini nostri Jesu Christi, sigillatim innuerunt istorum detestandorum ac exitialium hominum demonstrationem, ac palam prædicarunt nefarias illorum actiones. Princeps Petrus, quem beatum judicavit Christus Deus noster, ille doctor Ecclesiæ, ille primus discipulorum, ille qui regni claves habet, docuit nos dicens: *Hoc primum scitote, filii, quod venient in extremis diebus illusores, secundum suas ipsorum concupiscentias ambulantes. Et erunt in vobis falsi doctores qui introducent sectas perditionis.*

§. x, l. 12 *Joannes.... clamat aperte, diabolum significans, et ait* sic Arm.

P. 913. §. xi l. 2. *videte malos operarios, videte concisionem*, om. Arm.

§. xi in fine Arm. *sisti debeo ad tribunal Christi formidandum.*

P. 916, init. *clare regi Nabuchodonosor praenuntiavit* om. Arm.

§. xiv, l. 3, Arm. ut cod. Bodl. οὐδὲν ἀποκρύψωμεν τούτων πρὸς ἐπίγνωσιν τοῖς γε νοῦν κεκτημένοις.

P. 918, in fine §. xiv *demonstravit* Arm.

§. xv, l. 2, *qui sunt Persae* Arm. et pergit cum græco, μετὰ γὰρ Βαβυλωνίους, Πέρσαι ἐκράτησαν, quæ latinus interpres neglexit.

P. 920, §. xviii, τὴν τοῦ Ἰούδα φυλὴν, add. Arm. *ex stirpe David.*

P. 921, §. xx, init. *nam per omnia seductor ille vult imitari filium Dei* om. Arm.

Mox arm. paulo aliter: « Demonstratus est Salvator ut agnus, legesque adimplens. Ita iste Antichristus se cum obedientia circumcisioni subjiciet. » Ibid. l. 15 post *iste prodibit*, add. arm. *Et sicut Christus est Deus simul et homo, sic iste est diabolus homini conjunctus* (id quod haud immerito redarguitur a criticis).

§. xxi, l. 7, insignis est lectio Armenica: *In secundo adventu mittit desuper Enoch et Heliam;* omisso igitur Joanne, sublataque ardua

criticorum molestia, et iterum tollitur bis in sequentibus. Etiam in græco *Joannes* abest a num. XXIX.

P. 924, l. 10, *sument duo prophetae cum Joanne*. Arm. om. *cum Joanne*.

Ibid. l. 15. *Propter immensam eorum iniquitatem et impietatem* om. Arm.

Ibid. l. 22. *interfecti ab Antichristo* Arm. ubi græce παρὰ τοῦ διαβόλου.

Ibid. l. 26, μετὰ Ἐνὼχ, Ἠλία καὶ Ἰωάννου, Arm. tertio om. *Joannem* quod nomen manifesto fit præpostera interpolatio.

Ibid. l. 32, Arm. addunt doxologiam: *Christum, qui glorificatur ab omnibus videntibus per totam aeternitatem*.

Oratio II.

Ibid. §. XXII. Armeni brevius in exordio: « Jam prius diximus, futurum ut Antichristus velit esse in omnibus suis operibus similis Domino nostro Jesu Christo, qui cum esset Deus, voluit homo fieri: ita et Antichristus est Diabolus, et prodit in mundum nascens ex impura muliere et reproba. Christus Deus noster ex sancta et immaculata Virgine Maria natus est secundum corpus nostrum, quod Adamo ipse creavit, nostrasque sustinuit passiones, absque peccato. Diabolus e contra corpus assumit, neque ex Virgine, neque sanctissimo conceptu, sed ex polluta et incestu. Ac sicut Christus fuit circumcisus, filius perditionis erit Diabolo recutitus. Et sicut Christus elegit apostolos etc. »

§. XXIII, l. 3 *ad destruendum sui similes* Arm. errore librarii.

Ibid. l. 12 post *degerationes non recipiat*, Arm. add. *maledicta non audiat, juramenta non exigat, mendacia detestetur*.

l. 13, post *edet prodigia* Arm. add. *caecos illuminando, claudos dirigendo... mortuorum excitando ossa...*

P. 927 l. 2, post *amplectatur*, Arm. add. *opes non colliget, neque etiam ad eas accedet. Sed per aera ascendit, super maria ambulat, perque multos dies cibum non sumit,* quæ interpolationes, etiam ruditate sermonis, vel in interprete Armeno, alterum produnt opificem.

§. XXIV, l. 9. *Judaei* usque ad *collocamus* om. Arm.

§. XXV, l. 11. *Aegyptiorum, Aethiopum, Indorum* Arm.

Ibid. l. 15 post *proloquetur*, add. Arm. *nec timebit decretum: Pulvis es, et in pulverem reverteris*. In fine pag. post plura multum perturbata, Arm. om. *qualis nec fuit a constitutione mundi, nec erit ultra, at illis dumtaxat in temporibus*.

P. 929 §. XXVI, l. 17, post *deducet ignem e coelo* Arm. add. *id autem non re quidem vera, sed per phantasma*.

§. XXVII, l. 4. Armenica omnino quadrant cum Bodl. in nota 7, ubi pro ἰχθύες τεθνήξονται, legitur θυάξονται, æque seriorum barbarorum.

P. 932, §. XXVIII, Arm. incipit: *Inde impura illa Diaboli larva*.

P. 934, l. 9. Arm. om. *attendite* usque ad *studeat*.

P. 945, §. XXXII, Arm. brevi compendio: *Multi sanctorum fugiunt ad speluncas et montes, ut se ab impuro occultent, et convalescant sub potenti manu Dei; sustinent famem et sitim, et plures illorum a feris devorantur, et ita ob vehementem ab impio formidinem*.

P. 938, l. 4. Arm. om. *Liturgia exstinguetur, psalmorum decantatio cessabit*.

§. XXXV, l. 4. *tempus duorum annorum semis* Arm. Post hanc paragraphum deficiunt Armeni interpretes.

Monitum de Chronographo sequente.

Post Cangium, Labbeum, Basnagium, et Hippolyti editores, nonne otium fiet novo hujus operis curatori, maxime ἀνάλεκτα colligenti? Et quid superest, nisi cum Labbeo desperare: « Quis enim, inquit, illud Augiæ stabulum purgare possit? » Nihilominus acta minime agere mihi videor, in rarissimo et vetustissimo scriptore, quem sæculi III esse consentiunt omnes, dum novum et ignotum codicem affero, Parisiensem 7418; dum græcum archetypum in vetere et rudi interpretatione, ejusdem fortasse ævi, deprehendo, vix in singulis verbis dissimulatum; dum authentica græca partim redintegro ex variis veterum chronicis, partim ex omissa hactenus Anastasii quæstione XXVIII, quæ omnes editores latuit, ne Cangio quidem excepto, cui tamen alia non pauca obvia fuerunt apud Syncellum et in Chronico Alexandrino. Quemadmodum autem indefessum Maium non piguit Eusebii *Chronicon*, toties editum, inter sua anec-

dota semel et iterum ponere, corrasis undequaque disjectis fragmentis, ita mihi lubet ac licet, duce vetustissimo et barbaro interprete, græcum opus ab Orco revocare, mutilumque κειμήλιον integritati fere restituere. Quid si illud ipsum etiam ad Eusebii Chronicon olim pertinuerit? Etenim manifesta et ampla vestigia supersunt, sed tantum inserta in illud *Exordium libri* (Vallars. t. VIII, *Patrol. lat.* XXVII, col. 61), quod Maius aspera cum censura totum expunxit. At siluisse Eusebium de orbis divisione inter tres Noe filios, vix crediderim, quum in primo Chronici libro, nuper apud Armenos invento, tot congesserit testimonia de veris ac falsis gentium primordiis. Ac præter Hieronymum, nonne ex ipso Eusebio simul ac Josepho *(Antiq. Jud.* cap. 8) decantatum μερισμὸν receperunt Epiphanius in *Anchorato* n. 115, et in *Haeresi* LXVI n. 43; Anastasius in *Quaest.* 28; *Chronicon Paschal.* p. 26 sqq. Cangii *Chronic. Alexandr.* Georgius Syncellus, Georgius Hamartolus, Cedrenus, alii multi edd. et mss.?

Quæ longa et continua series exordium requirit a prisco et insigni fonte, sive Eusebiano, sive antiquiore. Ecce enim movet me vehementer suspicio gravissimi Cangii, qui dum digitum in Syncellum dirigit, ubi nostra abundant, non timet adducere principem omnium Chronographorum: « *Africanus*, inquit, seu quivis alius apud Georgium Syncellum, p. 45. » Quæ quum ita sint, hæc mea tu, ut bonus æquusque lector, non respue, sed mihi considera, an hic lateat novum fragmentum sive Eusebiani Chronici, sive *Chronographiae* Africani, cujus quinque libri tantopere et frustra desiderantur. Mitto alia dubia, quæ Chronicon referunt sive ad Heronem philosophum, ut Blanchinio placuit, sive ad Origenem, ut diserte fert titulus cod. Parisiensis: *Scarpsum ex Chronico Origenis.* Adde quod versio vetus ipsa ruditate canitiem commendat suam, nobisque revocat agmen veterum interpretum, gente Græcorum, ut expositores Irenæi, Philonis Judæi et Melitonianæ Clavis, quorum pretiosi sunt vel solœcismi et barbarismi, totidem quippe signa et sigilla vetustissimæ et grææ antiquitatis. Quoad græca, ea potissimum selegimus, eas recepimus varietates, quæ cum latinis magis apte et commode quadrant. Græce autem et latine servatur religiose cacographia vel inconstantissima. Ἄλις μὲν δὴ τούτων.

XI.

Ex Chronographo saeculi III.

Α'. Περὶ τοῦ τῆς γῆς διαμερισμοῦ.

....Καὶ κατακληροῦται τῷ μὲν πρωτοτόκῳ υἱῷ Νῶε Σὴμ ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως Ἰνδικῆς καὶ Ῥινοκουρούρων, τὰ πρὸς ἀνατολήν. ***Hamartolus.***

Χὰμ δὲ τῷ δευτέρῳ, ἀπὸ τῆς Ῥινοκουρούρων ἕως Γαδείρων, τὰ πρὸς νότον.

Ἰάφετ δὲ τῷ τρίτῳ ἔλαχεν εἰς μερισίαν ἀπὸ Μηδείας ἕως Γαδήρων καὶ Ῥινοκουρούρων, τὰ πρὸς Βοῤῥᾶν. ***Anastasius.***

I. *Divisio terrae et trium filiorum Noe.*

Post diluvium, Sem, Cham et Iaphet, trium fratrum, tribus divisæ sunt.

Et Sem quidem primogenito pars facta est a Persida et Betris usque in Indiam longe et usque in Rinocoriras.

Cham autem secundus, pars a Rinocoriras usque Gadira.

Japhet autem tertius, a Gadira usque Media ad Borram.

Habet autem Japhet flumen Tigridem, qui dividit Mediam et Babyloniam. Sem autem Eu-

XI. Latina ex Paris. 7418, 98, f. de quo plura ad calcem, cujus scripturam retineo sartam tectam, vel in sphalmatibus et manifestis ineptiis.

I. Titulus iste est Georgii Hamartoli. Apud Anastasium: Μερισία τῶν υἱῶν Νῶε. Initium opusculi latet in hoc proœmio Hamartoli: Μετὰ σοῦν τὴν σύγχυσιν καὶ τὴν τοῦ πύργου διάλυσιν, μεταστέλλονται οἱ γ' υἱοὶ τοῦ Νῶε πάντας τοὺς ἐξ αὐτῶν γενομένους, καὶ διδόασιν αὐτοῖς ἔγγραφον τῶν τόπων τὴν κατανέμησιν, ὅπερ ἐκ τοῦ πατρὸς Νῶε παρειλήφασι, καὶ λαγχάνουσιν ἑκάστῳ καὶ ταῖς ἑκάστου φυλαῖς καὶ πατριαῖς τόπον καὶ κλίματα καὶ χώρας καὶ νήσους καὶ ποταμοὺς, κατὰ τὴν ὑποκειμένην ἔκθεσιν. Hamart. ed. Muralt. Petroburg. 1859, p.39. Patrol.

Χοῦς... οὗτος ὁ Αἰθίοψ ἐγέννησε τὸν Νεβρὼδ, τὸν γίγαντα καὶ κυνηγόν. *Anast.*

Β'. Υἱοὶ Ἰάφετ Γάμερ, ἐξ οὗ Καππάδοκες. Μαγὼγ, ἐξ οὗ Κέλτοι οἱ καὶ Γαλάται. Μαδαΐ, ἐξ οὗ Μῆδοι. Ἰωυὰμ, ἐξ οὗ Ἕλληνες οἱ καὶ Ἴωνες. Θωβὲλ, ἐξ οὗ Θερταλοί· Μοσὸχ, ἐξ οὗ Ἰλλύριοι. Θηρὰς, ἐξ οὗ Θρᾶκες.

Οἱ υἱοὶ Γάμερ· Ἀσχανὰζ, ἐξ οὗ Ῥηγῖνες. Ῥιχὰθ, ἐξ οὗ Σαυρομάται. Θοργαμὰ, ἐξ οὗ Ἀρμένιοι. *Syncell.*

Οἱ υἱοὶ Ἰωυάν· Ἐλισσὰ, ἐξ οὗ Σικελοί. Θαρσεῖς, ἐξ οὗ Ἴβηρες. Κίτιοι, ἐξ οὗ Λατῖνοι οἱ καὶ Ῥωμαῖοι. Ῥόδιος, ἐξ οὗ Ῥόδιοι. *Id.*

Ἐκ τούτων ἀφωρίσθησαν νῆσοι τῶν ἐθνῶν. *Syncell.*

Γ'. Ἔστιν δὲ καὶ τὰ τῆς Ἑλλάδος ἔθνη πάντα ἐξ αὐτῶν τῶν μετῳκηκότων ὕστερον ἐκεῖσε..... οἱ κατῴκησαν τὴν παρ' Ἕλλησιν τιμωμένην πόλιν τὴν καλουμένην Ἀθήνας, ἔτι δὲ καὶ τὰς Θήβας, ὅτι Σιδονίων εἰσὶν ἄποικοι κτλ. *Chronic. Pasch.* et *Syncell.*

Δ. Εἰσὶν τὰ τοῦ Ἰάφετ ἔθνη ἀπὸ Μηδίας ἕως τοῦ ἑσπερίου κατεσπαρμένα Ὠκεανοῦ, βλέποντα τὰ πρὸς Βοῤῥᾶν. *Chr. Pasch.*

Ἰάφετ δὲ τῷ τρίτῳ παῖδες καὶ παίδων παῖδες δεκαπέντε. Μῆδοι, Ἀλβανοὶ, Γαργανοὶ, Ἀρμένιοι, Ἀῤῥαῖοι, Ἀμαζόνες, Κολοὶ, Κορζηνοὶ, Βενneαγηνοὶ, Καππάδοκες, [Παφλάγονες], Χάλυβες, Γαλάται, Μαριανδηνοὶ, Κολχοὶ, Σαυρομάται, Γερμανοὶ, Μακεδόνες, Φρύγες, Μαίονες, Σκύθαι, Ταῦροι, Θρᾶκες, Βαστρανοὶ, Ἰλλύριοι, Ἕλληνες, Λίβυες, Παννόνιοι, Σεστροὶ, Ὀγγεννοὶ, Δαῦνοι, Ἰάπυγες, Καλαβροὶ, Ἱππικοὶ, Λατῖνοι οἱ καὶ Ῥωμαῖοι, Καμπανοὶ, Κελτιβῆρες, Ἀκουιτανοὶ, Τυῤῥηνοὶ, Γάλλοι, Κελτοὶ, Λιβυστικοὶ, Ἰλλυρικοὶ, Βέ-

phratem. Cham vero Gehon, qui vocatur Nilus.

Confusæ sunt linguæ post diluvium, factæque sunt linguæ LXXII, erantque gentes, quæ turrem, priusquam dividerentur, ædificabant, LXXII, quæ etiam in linguis super faciem totius terræ divisæ sunt.

Nebroth autem gigas, filius Chus, Æthiops, venando subministrabat bestias in cibum.

Turris autem dimissa est habens altitudinem passus quinque millia.

II. Vocabula autem LXXII, hi sunt filii Japhet: Gomer ex quo Cappadoces, Magog ex quo Celtæ et Galatæ, Madai de quo Medi, Javan de quo Græci et Jones, Tubal unde Thessalienses, Mesech unde Illyrici, Thiras unde et Thraces.

Filii Gamar: Aschanas de quo Sarmatæ, Riphan de quo Sauromatæ, Togorma de quo Armeni.

Filii Iavan: Elisan unde Siculi, Tarsis ex quo Hebræi et Tyrrheni, Kith ex quo Romani qui et Latini... et de quo Erthodi. Omnes quindecim: de his extiterunt insulæ Gentium.

III. Sunt autem Cypri et Cytienses de Japhet. Si quidem invenimus eos qui sunt ad Borram ex ipsis de tribu Citiensium.

Sunt autem ex ipsis etiam gentes quæ sunt in Hellada, præter eos qui postmodum advenerunt ibi, et habitaverunt civitatem quæ apud Græcos honoratur, Athenas, et Thebæorum, qui Sidoniorum sunt habitatores, et quicumque sunt alii, similiter post hæc ad Helladem transmigraverunt. Cognoscimus autem hoc ex Lege et Prophetis.

Erant ergo de Japhet ad ædificationem turris, quum facta est confusio linguarum, tribus quindecim.

IV. Et hæ gentes Japhet a Media usque ad vesperam Oceani diffusæ sunt, attendentes usque Borran: Medi, Albani, Gargani, Arrei, Armeni, Amazones, Coli, Gorzeni, Benageni, Cappadoces, Paphlagones, Mariandae, Tibaresises, Chalibes, Oxosinnoti, Cholci, Melacleni, Sarmatæ, Sauromatæ, Meotes, Scithes, Tauri, Thraces, Bastarani, Illyrii, Macedones, Hellenes Græci, Lybies, Hystri, Vieni, Dauni, Japyges, Calabri, Opici, Latini qui et Romani, Tyrrheni, Galli

lat. t. III, col. 659 sqq. — Videntur ultima extra sedem vagari et referenda ad initium n. VI.

Sexcenta sunt, quæ sat declarant græca, vel a procemio latino, quod græce deest. Quid sunt enim ibi *inquisitae virtutes veritatis*, nisi *αἱ ζητούμεναι δυνάμεις τῆς ἀληθείας*? quid *generata contentio*, nisi *γεννητὴ σπουδή*? quid *inhabitatorum tempora*, *dispensationes*, nisi *ἀποίκων οἱ χρόνοι*, *αἱ οἰκονομίαι*? quid *juxta verborum ostensionem*, nisi *κατὰ τὴν τῶν λόγων ἀπόδειξιν*, vel *δήλωσιν*? Hæc paucis in versiculis, ne plura.

σοντες, Οὐακκαῖοι, Βριτ̣αννοὶ, Σκότοι, Σπανοὶ, Καρτανοὶ, Λυσιτανοί. *Anast* *l. l.*

Ε'. Ἐξ αὐτῶν εἰδότες γράμματά εἰσιν οὗτοι· Ἴβηρες, Λατῖνοι οἱ καὶ Ῥωμαῖοι, Σπάνοι, Ἕλληνες, Μῆδοι, Ἀρμένιοι. *Syncell.* l. l. cf. *Chron. Pasch.*

Ἔστιν δὲ κατὰ μῆκος τὰ ὅρια αὐτῶν ἀπὸ Μηδίας ἕως Γαδείρων, βλέποντα πρὸς Βορρᾶν· Εὖρος δὲ ἀπὸ Ποταμίδος [*al.* Τανατδος] ποταμοῦ ἕως Μαστουσίας, τῆς καθ' ἥλιου. *Ib.*

Αἱ δὲ χῶραι αὐτῶν εἰσι· Μηδία, Ἀλβανία, Ἀμαζονὶς, Ἀρμενία τε μικρὰ καὶ μεγάλη, Καππαδοκία, Παφλαγονία, Γαλατία, Κολχὶς, Βοσπόρη, Μαιῶτις, Δερβὶς, Σαρματὶς, Ταυριανὶς, Βασταρνὶς, Σκυθία, Θρᾴκη, Μακεδονία, Δαλματία, Μολοσσὶς, Θεσσαλία, Λοκρὶς, Βοιωτία, Αἰτωλία, Ἀττικὴ, Ἀχαΐα, Πελλήνη ἡ καλουμένη Πελοπόννησος, Ἀρκαδία, Ἠπειρῶτις, Ἰλλυρὶς, Λυχνῖτις, Ἀδριακὴ, ἀφ' ἧς τὸ Ἀδραϊκόν [*Anonym. Cangii mss.*] ἐκλήθη, Καλαβρία, Ἰταλία, Γαλλία, Θουσκινὴ, Λυσιτανία, Κελτικὴ, Μεσσαλία, Κελτογαλλία, Σπανογαλλία, Ἰβηρία, Σπανία ἡ μεγάλη. *Syncell.*

Ἐνταῦθα καταλήγει τὰ ὅρια τοῦ Ἰάφετ ἕως Βριττανικῶν νήσων, πάντα τὰ πρὸς Βορρᾶν βλέποντα.

Εἰσὶν δὲ αὐτοῖς καὶ νῆσοι αὗται· [Βριττανία], Σικελία, Εὔβοια, Ῥόδος, Χῖος, Λέσβος, Κύθηρα, Ζάκυνθος, Κεφαληνία, Κορσύρα, καὶ αἱ Κυκλάδες, καὶ μέρος τῆς Ἀσίας τὸ καλούμενον Ἰωνία. *Chron. Pasch.*

Ποταμὸς δέ ἐστιν αὐτοῖς Τίγρις, ὁ διορίζων Μηδίαν καὶ Βαβυλωνίαν. Ταῦτά ἐστιν τὰ ὅρια τοῦ Ἰάφετ. *Ibid.*

ϛ'. Υἱοὶ Χάμ· Χοὺς, ἐξ οὗ Αἰθίοπες. Μεστραΐμ, ἐξ οὗ Αἰγύπτιοι. Φοὺδ, ἐξ οὗ Τρωγλοδύται. Χαναὰν, ἐξ οὗ Χαναναῖοι.

Υἱοὶ Χοὺς, Σαβὰτ... Εὐιλὰτ... Σεβατὰ... Ῥεγμὰ... Σεβακαθά.

Υἱοὶ Ῥεγμά... *Syncellus.* — Σάβαα, ἀφ' οὗ Σαββιαῖοι, Αἰθιόπων γένος. Ἐυϊλὰτ, ἀφ' οὗ Γετοῦλοι. Σαβατὰ, ἀφ' οὗ Ἀσταβάροι. Ἐσβεκαθὰ, ἀφ' οὗ Ἐσβεχθηνοί. *Anastas.*

qui et Celtæ, Abistini, Celtiberi, Hiberi, Galli Aquitani, Hylliriani, Basantes, Cirtani, Lusitani, Voccei, Cumenses, Brittones qui in insulis habitant.

V. Qui autem eorum noverunt litteras, hi sunt: Hiberi, Latini qui et Romani, Hispani, Græci, Medi, Armeni.

Sunt autem fines eorum ad Borran, a Media usque Gadira, a Potamide fluvio usque Matusia, ad Ilyon.

Terræ autem eorum hæ sunt: Media, Albania, Amazonia, Armenia minor, Armenia major, Cappadocia, Paphlagonia, Galatia, Cholcis, Indice, Bosphorina, Moesia, Derris, Sarmacia, Tauriana, Scithia, Bastardia, Thracia, Macedonia, Dalmacia, Molis, Thessalia, Locria, Beotia, Eolia, Attica, Achaïa, Pellenia, quæ appellatur Peloponesia, Acarnea, Epirocia, Illyria, Auhnyntis, Adriatice, ex qua pelagus Adriaticum, Gallecia, Lustrania (l. *Lusitania*), Italia, Tuscene, Massalia, Celtes, Gallia, Hispanogallia, Iberia, Hispania major.

Huc usque definitur terra Japhet, usque ad Brittannicas insulas, omnes ad Borran respicientes.

Sunt autem hisdem nationibus insulæ quoque istæ: Britannia, Sicilia, Eubœa, Rhodus, Chius, Lesbos, Cytherea, Zacinthus, Cephalonia, Ithaca, Corcyra, Ciclades insulæ, et pars quædam Asiæ, quæ appellatur Jonia.

Flumen autem his Tigris est, dividens inter Babyloniam et Mediam.

Hæ sunt fines Japhet.

VI. Filii autem Cham: Chus ex quo Æthiopes, Mesran ex quo Ægyptii, Futh de quo Trogloditæ, Canaan de quo Afri et Phœnices.

Filii Chus: Nebroth gigas et Saba et Ebulat et Sebath et Regma et Seba et Chusa.

Filii autem Regma: Saba et Dadan, Saba de quo Sabæi, Evilath de quo Getuli, Sabata a quo Trabes, Dadan a quo Æthiopes occidentali plagæ.

Ægyptiorum autem patriæ cum patre ipsorum sunt VIII.

Dictum enim: Et Mesram genuit Ludin, unde

V. Nota in secunda latinorum periodo græcam vocem superstitem: *Matusia a dilyon* sic cod. Alias, uno flatu: *Mastusiadilium*, nullo editore mussitante.

Αἰγυπτίων πατριαὶ σὺν Μεσραεὶμ τῷ πατρὶ αὐτῶν η'· λέγει γὰρ οὕτως· Καὶ Μεσραεὶμ ἐγέννησε Λουδιεὶμ, ἐξ οὗ Λουδοί. Αἰνεμετιεὶμ, ἐξ οὗ Πάμφυλοι. Λαβιεὶμ, ἐξ οὗ Λίβυες. Νεφθαλιεὶμ, ἐξ οὗ Φρύγες. Πατροσονιεὶμ, ἐξ οὗ Κρῆτες. Χασλωνιεὶμ, ἐξ οὗ Λύκιοι. Φυλιστιεὶμ, ἐξ οὗ Μαριανδυνοί. Καφθοριεὶμ, ἐξ οὗ Κίλικες. *Chron. Pasch.*

Χαναναίων δέ εἰσι πατριαὶ σὺν Χαναὰν τῷ πατρὶ αὐτῶν ιβ'. Λέγει γάρ· Χαναὰν ἐγέννησε τὸν Σιδῶνα πρωτότοκον. *Ibid.*

Ζ'. Χὰμ δὲ τῷ δευτέρῳ παῖδες καὶ παίδων παῖδες, ἕως τοῦ διαμερισμοῦ τῶν γλωσσῶν, λβ'· Αἰθίοπες, Τρωγλοδύται, Ἀγγαῖοι, Γαγγηνοὶ, Ἡσαυνοὶ, Ἰχθυοφάγοι, Ἑλλανικοὶ, Αἰγύπτιοι, Φοίνικες, Μαρμαρίδαι, Κᾶρες, Ψυλλῖται, Μοσσυνοὶ, Μάκονες, Μάκρονες, Σηρτῖται, Λεπτῖται, Μάγνητες, Βιθυνοὶ, Νομάδες, Λύκιοι, Μαριανδηνοὶ, Παμφύλιοι, Μοσχενσίδιοι, Πισιδυνοὶ, Αὐγαλαῖοι, Κίλικες, Μαυρούσιοι, Κρῆτες, Μαργάδες, Νουμίδαι, Ἀφροὶ καὶ Βιζακηνοὶ, Νασάμονες... οὗτοι κατέχουσιν ἀπὸ Αἰγύπτου ἕως Ὠκεανοῦ. *Anast.*

Εἰσὶ δὲ αὐτοῖς καὶ νῆσοι ἐπίκοινοι αὗται. *Chron. Pasch.* Κούρσουλα, Λάμπουσα, Γαῦλος, Ῥίδη, Καρίανθος, Ἀστυπάλαι, Χῖος, Λέσβος, Τένεδος... Κῶος, Κυδωνήσιρος, Μεγίστη Κύπρος. *Anast.*

Οἱ δὲ ἐπιστάμενοι αὐτῶν γράμματα, Φοίνικες, Αἰγύπτιοι, Πάμφυλοι, Φρύγες. *Chron.*

Καὶ τὰ μὲν ὅρια τῶν υἱῶν τοῦ Χὰμ εἰσιν ἀπὸ Ῥινοκουρούρων, τῆς ὁριζούσης Συρίαν καὶ Αἴγυπτον καὶ Αἰθιοπίαν ἕως Γαδείρων, τὰ πρὸς νότον. *Chron. Pasch.*

Η'. Τὰ δὲ ὀνόματα τῶν χωρῶν τοῦ Χὰμ ἐστι ταῦτα· Αἴγυπτος σὺν τοῖς περὶ αὐτὴν πᾶσιν, Αἰθιοπία... ἡ βλέπουσα κατὰ Ἰνδοὺς, καὶ ἑτέρα Αἰθιοπία, ὅθεν ἐκπορεύεται ὁ τῶν Αἰθιόπων ποταμὸς, [Ἐρυθρὰ ἡ βλέπουσα κατὰ ἀνατολάς. *Syncell.*] Θηβαΐς, Λιβύη, ἡ παρεκτείνουσα μέχρι Κυρήνης, Μαρμαρίς,... Σύρτις ἔχουσα ἔθνη τρία, Νασάμονας, Μάκας, Ταυταμαίους· Λιβύη ἑτέρα ἡ ἀπὸ Λέπτεως παρεκτείνουσα μέχρις Ἡρακλεωτικῶν στηλῶν, κατέναντι Γαδείρων. *Chron. Pasch.*

Ἔχει δὲ καὶ ἐν τοῖς κατὰ Βορρᾶν μέρεσιν τὰς παραθαλασσίας Κιλικίαν, [Λυκαονίαν *Syncell.*], Καρίαν, Βιθυνίαν, Παμφυλίαν, Φρυ-

Ludi, et Nemigin de quo Pamphili, et Labain de quo Lybies, et Nephtalim, et Patrosonim unde Cretes, et Chaslomin unde Lycii, et unde exiverunt Philistini, et Catphorin unde Cilices.

Et Cananæorum sunt patriæ cum patre eorum. Dictum enim: Et Canaan genuit Sidonium primogenitum ex quo Sidonii, et Cethæum, et Jebussæum, et Amorreum, et Gergeseum, et Aracheum vel Eveum ex quo Tripolitæ, Asaneum, et Aradeum unde Trachi, et Samareum, et Amatheum unde Amathusii.

Est autem inhabitatio eorum a Rhinocorira usque Gadira.

VII. Ex his autem nascuntur regna vel gentes hæ: Æthiopes, Trocaditæ, Agacei, Agageni, Itabiri, Ichthiophagi, Bellami, Ægyptii, Phenices, Lybii, Marmar[idæ], Carii, Phillitæ, Misii, Mosonoeti, Phryges, Magones, Bythinii, Nomades, Lycii, Mamacrones, Nasamones.

Hi possident ab Ægypto usque ad Oceanum.

Sunt autem insulæ in his communes: Corsula, Lampadusa, Gadius, Meleta, Corcyna, Menis, Sardinia, Galata, Corsica, Creta, Caulus, Rodus, Cithera, Careatus, Artipala, Chous, Lesbos, Tenedus, Megiste, Nisurus, Cyprus. *Cf. graeca.*

Qui autem horum sunt litterati, hi sunt: Phenices, Ægyptii, Pamphylii, Phryges.

Sunt autem fines Cham a Rinocorira, quæ dividit Syriam et Ægyptum, usque Gadira in longum.

VIII. Nomina autem gentium hæ sunt: Ægyptus, et Æthiopia quæ tendit in Indiam; et altera Æthiopia, unde proficiscitur flumen Æthiopum; Erythra, quæ est Rubrum mare tendens ad Orientem; Thebæa, Lybia, quæ extenditur usque Cyrenen; Marmaris, Syrtis, habens gentes has: Nasamonas, Machas, Tautameos; Lybies, quæ a Depti extenditur [usque] Numidiam, Massiriam, Mauritaniam, quæ extenditur usque ad Herculeas columnas, quæ est Heracleotidas Stylas, contra Gadira.

Habet autem a Borra Maritimam Ciliciam, Pamphyliam, Pisidiam, Misyam, Lycaoniam Phrygiam, Camaliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Mysiam aliam, Troadem, Aulidem, Bithyniam veterem et Phrygiam superiorem.

γίαν... Καμιλίαν, Τρῳάδα... Μυσίαν, Λυκίαν, Αἰολίαν. *Chron. Pasch.*

Ἔχει δὲ τὰ ὅρια τοῦ Χάμ καὶ ἑτέρας νήσους· Σαρδινίαν, Κρήτην, Κύπρον. Ἔχει δὲ ποταμὸν Γεὼν... καλούμενον Νεῖλον... ὁρίζει δὲ μεταξὺ τοῦ Χὰμ καὶ τοῦ Ἰάφετ τὸ στόμα τῆς ἑσπερίνης θαλάσσης. Αὕτη τοῦ Χὰμ ἡ γενεαλογία. *Chron. Pasch.*

Θ'. Ἐκ τοῦ Σὴμ τοῦ πρωτοτόκου υἱοῦ Νῶε ἔθνη κε'· *Syncell.*

Ἀρφαξὰδ, ἀφ' οὗ Χαλδαῖοι. Ἀλὰμ, ἀφ' οὗ Ἐλουμαῖοι. Ἀσοὺρ, ἀφ' οὗ Ἀσσύριοι. Λοὺδ, ἀφ' οὗ Λυδοί. Ἀρὰμ, ἀφ' οὗ Σύροι. *Id.*

Υἱοὶ Ἀράμ· Ὦς, ἀφ' οὗ Τράχωνες. Οὐλ, ἀφ' οὗ Μαγαρδοί. Γαθὲρ, ἀφ' οὗ Ἀρμένιοι. Μοσὸχ, ἀφ' οὗ Μεσήνιοι. *Id.*

Υἱοὶ Ἀρφαξάδ· Καϊνᾶν, ἀφ' οὗ Γασφηνοί. Σασᾶν, ἀφ' οὗ Κοσαῖοι. Ἑβραῒρ (Ἕβερ *Anast.*) ἀφ' οὗ Ἑβραῖοι. Φαλὲκ, ἀφ' οὗ Βάκτροι. Ἐλμωδὰμ, ἀφ' οὗ Ἰνδοί... Ἀραβὼθ, ἀφ' οὗ Ἄραβες. Ἰδουρὰμ, ἀφ' οὗ Καμήλιοι. Δερὰ, ἀφ' οὗ Μῆδοι. Ἰεζιὰ, ἀφ' οὗ Ἀριανδνοί. Δεκλὰμ, ἀφ' οὗ Κεδρούσιοι. Γεβὴλ, ἀφ' οὗ Σκύθαι. Ἀβιμὲλ, ἀφ οὗ Ὑρκανοί. Σαβὰτ, ἀφ' οὗ Ἄραβες Ἰνδῶν. Οὐὴρ, ἀφ' οὗ Οὐαρναῖοι. Εὐὴν, ἀφ' οὗ Γυμνοσοφισταί. *Syncell.*

Οὗτοι πάντες υἱοὶ Σὴμ... Πάντων δὲ τῶν υἱῶν τοῦ Σὴμ ἡ κατοικία ἐστὶν ἀπὸ Βάκτρων ἕως Ῥινοκουρούρων, τῆς ὁριζούσης Συρίαν καὶ Αἴγυπτον καὶ τὴν Ἐρυθρὰν θάλασσαν ἀπὸ στόματος τοῦ κατὰ Ἀρσενοΐτην τῆς Ἰνδικῆς. *Chron. Pasch.*

Ι' Τὰ δὲ ὀνόματα αὐτῶν ἐστὶ τάδε· Ἐλυμαῖοι, Ἀσσύριοι, Χαλδαῖοι, Λάζονες, Ἐῆτες, Λύδοι, Γασφηνοὶ, Μασσυνοὶ, Ἑβραῖοι, Ἰνδοὶ, Μαδιανοὶ, Βακτριανοὶ, Ἄραβες οἱ καὶ Δαρδάνιοι, Καμήλιοι, Μάρδοι, Ἀῤῥιανοὶ, Κερδούσιοι, Σκύθαι, Ἀκαρνοὶ, Ἅρμαιοι, Γυμνοσοφισταὶ κτλ. *Anastas.*

Οἱ δὲ ἐπιστάμενοι αὐτῶν γράμματα· Ἑβραῖοι, οἱ καὶ Ἰουδαῖοι, Πέρσαι, Μῆδοι, Χαλδαῖοι, Ἰνδοὶ, Ἀσσύριοι. *Chron. Pasch.*

Ἔστι δὲ ἡ κατοικία τῶν υἱῶν Σὴμ κατὰ μῆκος μὲν ἀπὸ τῆς Ἰνδικῆς ἕως Ῥινοκουρούρων, πλάτος δὲ ἀπὸ Περσίδος καὶ Βάκτρων ἕως τῆς Αἰθιοπίας καὶ τῆς Κιλικίας. *Id.*

Habet etiam insulas has: Sardiniam, Cretam, Cyprum, et flumen Geon, qui appellatur Nilus. Dividit autem inter Cham et Japhet os vespertini maris. Hæc media Cham generatio.

IX. De Sem autem filio seniore Noe sunt tribus cognationum xxv.

Filii Sem: Elam de quo Elymei sive Elamitæ, Assur de quo Assyrii, Arphaxat unde Chaldæi, Ludim a quo Latani, Aram unde Cethæi priores, quos excidit Abraham, et Chaman.

Et filii Aram: Us, et Sur de quo Lidii, Gather de quo Gasfeni, Mesoch de quo Massyrii.

Arphaxat autem genuit Sala, et Sala genuit Heber unde Hebræi.

Heber vero nati sunt duo filii: Salech unde deducitur genus Abraham; et Jactan, qui genuit Helmodab de quo Indi.

Et Salephet de quo Bactriani. Et Aramoth de quo Arabes priores. Et Jarach de quo Cameli. Et Adorra de quo Mardi. Et Hezel de quo Ariani. Et Dethlam de quo Cedrusi. Et Gebal de quo Sciti priores. Et Abimehel de quo Hircani. Et Sabaath unde Arabes. Et Ufir unde Armeni. Et Evilath unde Gymnosophistæ. Et Jobao [unde] Buctriani.

Et omnes filii Sem xxvii.

Omnes autem principes patriarum, filii Noe, sunt lxxii.

Omnium autem filiorum Sem habitatio est a Bactris usque Rinocurura, quæ dividit Syriam et Ægyptum et Rubrum mare, ab ore [Ar]sinoes quæ est Indiæ.

X. Hæ autem sunt gentes quæ factæ sunt ex his gentibus: Hebræi qui et Judæi, Persæ, Medi, Magardi, Parthi, Germani, Helymæi, Cessei, Arabes veteres, Cedrusii, Scithæ, Arabes posteriores, Gymnosophistæ qui dicuntur Nudi Sapientes.

Habitatio autem eorum usque Rinocoruram et Ciliciam.

Qui autem horum noverunt litteras, hi sunt: Judæi, Persæ, Medi, Chaldæi, Indi et Assyrii.

Est autem inhabitatio eorum, id est filiorum Sem, in longum quidem ab India usque Rhinocorura; in latum autem a Perside et Bactris usque in Indiam.

IX. In fine, librarius sibi vesane constans: *Rubrum mare a borear Sinoes.*

ΙΑʹ. Τὰ δὲ ὀνόματα τῶν χωρῶν... ἐστὶν ταῦτα· Περσίς, Βακτριανή, Ὑρκανία, Βαβυλωνία, Κορδυλία, Ἀσσυρία, Μεσοποταμία, Ἰνδική, Ἐλυμαΐς, Ἀραβία ἡ Ἀρχαία, Ἀραβία ἡ Εὐδαίμων, Κοίλη Συρία, Κομαγηνή, Φοινική, Συρία ἡ ἐξωτέρα. *Chron. Pasch.*

Τὰ δὲ ἔθνη ἃ διέσπειρε Κύριος ὁ Θεός... ἐστὶν ταῦτα· Ἑβραῖοι οἱ καὶ Ἰουδαῖοι, Ἀσσύριοι, Χαλδαῖοι, Μῆδοι, Πέρσαι, Ἄραβες... Μαδιναῖοι, Ταιανοί, Ἀλαμοσυνοί, Σαρακηνοί, Μάγοι, Κάσπιοι, Ἀλβανοί, Ἰνδοί, Αἰθίοπες, Αἰγύπτιοι... Λίβυες, Κετταῖοι, Χαναναῖοι, Φερεζαῖοι, Εὐαῖοι, Ἀμορραῖοι, Γεργεσαῖοι, Ἰεβουσαῖοι, Ἰδουμαῖοι, Σαμαραῖοι, Φοίνικες, Σύροι, Κίλικες, Καππάδοκες, Ἀρμένιοι, Ἴβηρες, Βεβρανοί, Σκύθες, Κόλχοι, Σάννιοι, Βοσποριανοί, Ἀσιανοί, Ἴσαυροι, Λυκάονες, Πισίδαι, Γαλάται, Παφλαγόνες, Φρύγες, Ἕλληνες οἱ καὶ Ἀχαῖοι, Θετταλοί, Μακεδόνες, Θρᾷκες, Μυσοί, Βέσσοι, Δάρδανοι, Σαρμάται, Γερμανοί, Παννόνιοι οἱ καὶ Παίονες, Νώρικοι, Δελμάται, Ῥωμαῖοι οἱ καὶ Κίττιοι, Λίγυρες, Γάλλοι οἱ καὶ Κελταῖοι, Ἀκυρτανοί, Βρεττανοί, Σπανοὶ οἱ καὶ Τυράννιοι, Μαῦροι, Μακουακοί, Γετοῦλοι, Ἄφροι, Μάζικες, Γαράμαντες, Βόραδες οἱ καὶ Μάκορες... ἕως τῆς Αἰθιοπίας ἐκτείνουσιν. *Chron. Pasch. fere usque ad XIV.*

ΙΒ. Ἀναγκαῖον καὶ τὰς ἀποικίας τῶν ἐθνῶν καὶ τὰς προσηγορίας αὐτῶν δηλῶσαι... Ἄρξομαι δὲ διαγράφειν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς καὶ μέχρι δύσεως, πῶς οἰκοῦσι κατὰ τάξιν.

Περσῶν καὶ Μήδων ἄποικοι γεγόνασι Πάρθοι καὶ τὰ πέριξ ἔθνη τῆς Εἰρήνης [*al.* Κυρήνης] ἕως τῆς κοίλης Συρίας.

Ἀράβων ἄποικοι γεγόνασιν Ἄραβες οἱ Εὐδαίμονες...

Χαλδαίων ἄποικοι γεγόνασιν οἱ Μεσοποταμῖται.

Μαδιηναίων ἄποικοι γεγόνασιν οἱ Κιναιδοκολπῖται καὶ οἱ Τρωγλοδῖται καὶ οἱ Ἰχθυοφάγοι.

Ἑλλήνων ἔθνη καὶ προσηγορίαι εʹ· Ἴωνες, Ἀρκάδες, Βοιωτοί, Αἰολεῖς, Λάκονες. Τούτων δὲ ἄποικοι γεγόνασι Ποντικοί, Βιθυνοί, Τρῶες, Ἀσιανοί, Κᾶρες, Λύκιοι, Πάμφυλοι, Κυρηναῖοι. Καὶ νῆσοι δὲ πλεῖσται, ἐξ ὧν αἱ

XI. Vocabula autem terræ eorum sunt: Persida, Bactriania, Hircania, Babylonia, Cordulia, Assyria, Mesopotamia, Arabia vetus, Elymas, India, Arabia Eudemon, Cœlesyria, Commagene et Phenicia.

Flumen autem his, Euphraten.

Filiorum trium Noe per universum orbem tripartita divisio est: si quidem Sem primogenitus accepit Orientem, Cham Mediterraneam, Japhet vero Occidentem.

Gentes autem quæ linguas suas habent, hæ sunt. . . . . . Hebræi qui et Judæi, Chaldæi, Persæ, Medi, Arabes, Madianitæ, Adzaveni, Tateni, Alamoseni, Saraceni, Magi, Caspii, Albani, Indi, Æthiopes, Ægyptii, Lybies, Cethei, Cananæi, Ferezei, Evei, Amorrei, Gergesei, Jebusei, Idumæi, Samaritæ, Phenices, Syri, Cylices, Tharsenses, Cappadoces, Armeni, Iberi, Librani, Scithæ, Cholci, Sannii, Bosphorani, Asiani, Isauri, Lycaones, Pisidæ, Galatæ, Paphlagones, Phryges, Achæi, Thessali, Macedones, Thraces, Mæsii, Bessi, Dardanes, Sarmatæ, Germani, Pannoni, Pœones, Norici, Dalmatæ, Romani qui et Latini, Ligures, Galli qui et Celtæ, Aquitani, Brittani, Hispani qui et Terreni, Mauri, Baccuates, Getuli Afri qui et Abares, Mazices, Garamantes, Getuli Marmarides qui usque Æthiopiam extenduntur.

XII. Necessarium autem putavi etiam inhabitationes gentium et cognominationes eorum declarare. Incipiam itaque ab Oriente.

Persarum et Medorum habitatores: Parthi et vicinæ gentes Pacis usque Syriam Cœle.

Arabum inhabitatores: Arabes qui et Eudemones, hoc enim nomine appellantur Arabes.

Chaldæorum inhabitatores, Mesopotameni.

Madianea sunt inhabitatores Cynedolcopitæ et Troglodítæ et Ichthyophagi.

Græcorum autem gentes et vocabula quinque sunt: Jones, Arcades, Bœotii, Eolii, Lacones.

Horum inhabitatores fuerunt Pontici, Bythinii, Troes, Asiani, Carii, Lycii, Pamphilii, Cyrenæi;

XI. Græca significant circa med. inesse lacunam, quæ pariter hiat in omnibus latine editis.

XII. *Gente pacis*, sic cod. et edd. pro Εἰρήνης, ubi alias Κυρήνης, probante Cangio.

καλούμεναι Κυκλάδες ια', Ἄνδρος, Τῆνος, Τίω, Νάξος, Κέως, Κοῦρος, Δῆλος, Σίφνος, Ῥήναια, Κύρνος, Μαραθών, ὁμοῦ ια'.

Εἰσὶ δὲ καὶ ἑτέραι νῆσοι μείζονες ιβ', αἵτινες καὶ πόλεις ἔχουσι πλείστας, αἱ καλούμεναι Σποράδες, ἐν αἷς ἀπῳκίσθησαν Ἕλληνες· εἰσὶ δὲ αὗται· Εὔβοια, Κρήτη, Σικελία, Κύπρος, Κῶος, Σάμος, Ῥόδος, Χίος, Θάσος, Λῆμνος, Λέσβος, Σαμοθρᾴκη. Εἰσὶ δὲ ἀπὸ τῶν Βοιωτῶν Εὔβοια, ὥσπερ ἀπὸ τῶν Ἰώνων Ἰωνίδες πόλεις ις' ὀνομασταί· εἰσὶ δὲ αὗται· Κλαζομεναί, Μιτυλήνη, Φώκαια, Πριήνη, Ἐρυθραί, Σάμος, Τέως, Χῖος, Κολοφών, Ἔφεσος, Σμύρνα, Πέρινθος, Χαλκηδών, Βυζάντιον, Πόντος, Ἄμισσος.

ΙΓ'. Ῥωμαίων τῶν καὶ Κιττιαίων, ἤτοι Λατίνων κεκλημένων, ἔθνη καὶ ἀποικίαι εἰσὶ τέσσαρες· Τοῦσκοι, Ἀβηλλήσιοι, Κάλαβροι, Λουκανοί.

Ἄφρων ἔθνη καὶ ἀποικίαι εἰσὶ πέντε· Νεβδηνοί, Κνῆθοι, Νουμίδες, Νασαμῶνες, Σαιοί.

Εἰσὶ δὲ αὐτοῖς καὶ νῆσοι ε', αἵτινες πόλεις ἔχουσιν. Εἰσὶ δὲ αὗται· Σαρδανία, Κόρσικα, Γῆρβα ἡ νῦν καλουμένη Μήνιγγα, Κέρκινα, Γάλατοι.

Μαύρων ἔθνη καὶ ἀποικίαι εἰσὶν γ'. Μωσουδαμοί, Τησπιτανοί, Σαρίνσης.

Σπανῶν τῶν καὶ Τυρινίων, καλουμένων δὲ Ταῤῥακονησίων, ἔθνη καὶ ἀποικίαι εἰσὶν ε'· Λυσιτανοί, Βαιτικοί, Αὐτρίγονοι, Βάσκονες, Καλλαϊκοὶ οἱ καλούμενοι Ἄστορες. *Chronich. Pasch.*

Χαναναῖοι... οὗτοι ἔφυγον ἀπὸ προσώπου τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, καὶ κατῴκησαν Τρίπολιν τῆς Ἀφρικῆς, ὡς οὖσαν ἐν τῷ κλήρῳ τοῦ Χάμ. *Syncell.*

Γάλλων δὲ τῶν καὶ Ναρβουσίων καλουμένων ἔθνη καὶ ἀποικίαι εἰσὶν δ'· Λουγδουνοί, Βελικοί, Σικανοί, Ἐδουοί. *Chronic. Pasch.*

ΙΔ'. Δέον γνῶναι καὶ τὰ κλίματα τῶν ἀγνώστων ἐθνῶν, καὶ τὰ ὀνομαστὰ ὄρη καὶ τοὺς ἐπισήμους ποταμούς. Ἄρξομαι διαγράφειν περὶ τῶν ἐθνῶν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς. *Id.*

et insulæ plures, id est Cyclades, quæ quidem undecim Myrteum pelagus obtinent, earumque hæc sunt nomina: Andrum, Tenedum, Theus, Naxus, Geus, Giraus, Delos, Syenus, Renea, Cymnos, Marathon.

Sunt autem et aliæ insulæ majores XII, quæ etiam civitates habent plurimas, quæ dicuntur Spo[rad]es in quibus inhabitaverunt Græci. Hæc sunt autem nomina earum: Eubæa, Cirta, Sicilia, Cyprus, Chous, Samus, Rodus, Chius, Thapsus, Lemnos, Lesbos, Samothraces. Est autem a Bœotia Eubæa, sicut ab Jone Jonides. Civitates vero XVI hæ sunt: Clazomena, Mythilene, Phocea, Priene, Erithra, Samus, Theus, Colofon, Chius, Ephesus, Smirna, Corinthus, Byzantium, Chalcedon, Pontus, et Amissos Libera.

XIII. Romanorum sive Latinorum, qui et Citii, gentes et inhabitationes hæ sunt: Tusci, Æmilienses, Piceni, Campani, Apulei, Lucani.

Afrorum gentes et inhabitationes hæ sunt: Lepteni, Cynti, Nmidæ, Nasamones.

Insulæ autem habentes civitatem hæ sunt: Sardinia, Corsica, Girda quæ et Benigya, Circina, Galata.

Maurorum autem gentes et inhabitationes hæ sunt: Musulani, Tingitani, Cæsarienses.

Hispanorum vero gentes et inhabitationes hæ sunt: Tyrapni qui et Tyrrenni, et Terraconenses, Lusitani, Betici, Autrignii, Bascones, Galleci qui et Austures.

Iusulæ autem quæ pertinent ad Hispaniam tres sunt, quæ appellantur Baleariæ. Harum civitates sunt quinque: Ebusus, Palmæ, Polentia, quæ et Majorica nuncupatur... Harum inhabitationes hæ fuerunt: Cananæi fugientes a facie Jesu filii Nave. Nam et Sidona qui condiderunt, Cananæi fuerunt, et qui Pananiam condiderunt, et ipsi similiter profugi.

Gallorum autem Narbonensium gentes et inhabitationes: Amaxobii, Græco-Sarmatæ.

XIV. Et hoc autem necessarium fuit declarare tibi, ne ignotarum gentium vocabula et manifesta flumina ignorares. Incipiam ergo dicere de gentibus ab Oriente.

XIII. In fine, Ἐδνοί edd. Cangius corr. recte Ἐδουοί. Post quos addit *Chronicon Pasch.* colonias Germanorum et Sarmatarum, quæ forte recentiora sunt additamenta, ut plura superius in divisione et nomine provinciarum, quales post Constantinum exstitere, quæ morosius notare non vacat.

Ἀδιαβηνοὶ καὶ Ταιανοὶ πέραν οἰκοῦσι τῶν Ἀράβων... Σακκηνοὶ (*l.* Σαρακηνοὶ) πέραν τῶν Ταιανῶν. Ἀλβανοὶ πέραν τῶν Κασπιανῶν πυλῶν οἰκοῦσιν. Μαδιανισταὶ οἱ μείζονες, οἱ πολεμηθέντες ὑπὸ Μωυσέως, ἐντὸς τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης οἰκοῦσιν. Ἡ μικρὰ δὲ Μαδιὰμ πέραν ἐστὶν τῆς ἐρυθρᾶς θαλάσσης, πλησίον Αἰγύπτου, ὅπου ἐβασίλευσε Ῥαγουὴλ ὁ πενθερὸς Μωυσέως. Πέραν τῶν Καππαδόκων εἰς τὰ δεξιὰ οἰκοῦσιν Ἀρμένιοι καὶ Ἴβηρες καὶ Βεῤῥανοὶ καὶ Σκύθες καὶ Κόλχοι καὶ Βοσποριανοί. Οἱ δὲ καλούμενοι Σάλλοι, οἱ καὶ Σανῖται κεκλημένοι, οἱ ἕως τοῦ Πόντου ἐκτείνοντες, ὅπου ἐστὶν ἡ παρεμβολὴ Ἄψαρος, καὶ Σεβαστόπολις, καὶ ὁ Ἴσσου λιμὴν, καὶ Φᾶσις ποταμὸς, ἕως τοῦ Τραπεζοῦντος ἐκτείνει τὰ ἔθνη ταῦτα. *Id.*

Ὄρη δέ εἰσιν ὀνομαστὰ ιβʹ· Λίβανος, Καυκάσιον, Ταῦρος, Ἄτλας, Παρνασὸς, Κιθαιρὼν, Ἑλικὼν, Παρθένιον, Νύσσος... Λυκαβηττὸς, Πίννιον, Ὄλυμπος. *Id.*

Ποταμοὶ δέ εἰσιν ὀνομαστοὶ μʹ· Ἰνδὸς ὁ καὶ Φεισὼν, Νεῖλος ὁ καὶ Γήων, Τιγρὶς, Εὐφράτης, Ἰορδάνης, Κυφινσὸς, Τανάϊς, Ἰσμηνὸς, Ἐρύμανθος, Ἅλυς, Ἀσωπὸς, Θερμωδὼν, Ἐρασινὸς, Ῥεῖος, Ἀλφειὸς, Βορυσθένης, Ταῦρος, Εὐρώτας, Μαίανδρος, Εἶρμος, Ἄξιος, Πύραμος, Βαῖος, Ἕβρος, Σαγάριος, Ἀχελῷος, Πηνειὸς, Εὔηνος, Σπερχειὸς, Κάϋστρος, Σιμόεις, Σκάμανδρος, Στρυμὼν, Παρθένιος, Ἴστρος, Βαῖτις, Ῥῆνος, Ῥοδανὸς, Ἠριδανὸς, Θούβηρις ὁ νῦν καλούμενος Τίβερις. *Chronicon Pasch.*

Adzabenici et Taieni contra Arabiam, Saraceni et alii ad Taienos contra Arabiam, Albani contra pilas Caspias. Madianitæ majores quos expugnavit Moyses, inter Mesopotamiam et Mare rubrum. Minor autem Madian est contra Mare rubrum, juxta Ægyptum, ubi regnavit Raguel, socer Moysi, et Jethro. Contra Cappadoces, a parte dextra, Armeni, Hiberi, Birrani, Scythæ, Cholchi, Bosphorani, Sani qui appellantur Saniges, usque Pontum extendentes, ubi est Abscessus, Absacros, et Sebastopolis, et Tipsi Limen, qui est portns, et Phasius flumen: usque Trapezonta extenduntur hæ gentes.

Montes autem nominati sunt XII: Caucasus, Taurus, Athlas, Parnassus, Cyteron, Helycon, Parthenius, Nysa, Lycobantis, Peninus, Olympus, Libanus.

Flumina autem sunt magna et nominata XL: Iudos qui et Physon, Nilus qui et Geon, Tigris, Euphrates, Jordanis, Cephisos, Tanais, Ismenos, Erimanthus, Alys, Æsopus, Thermodon, Erasious, Rius, Boristhenes, Alpheus, Taurus, Eurota, Meander, Hermus, Axius, Piramus, Baius Ebrus, Sangarius, Achelauus, Penitus, Evenus, Sperchius, Caister, Simois, Samander, Scriuphon, Partheni[us], Ister, Illyrius qui et Danuvius, Renus, Rodanus, Betis, Eridanus, qui et Padus, Timber qui nunc dicitur Tyberis.

Quibus ita absolutis juxta nostri chronographi tramites, Chronicon Paschale coronidem retinuit in variis climatibus describendis, uti clare fuit promissum in procemio, quod supra non omisimus. Ac sic videtur fuisse totus libellus exactus, sive ab Africano, sive ab Hippolyto, pro cujusdam discipuli emolumento. Alius vero eumdem in publicam utilitatem vertit, præfixitque ab Adamo chronotaxim, quam postmodum prosecutus est usque ad annum XIII Alexandri, sive P. Chr. CCXXXVI. Cujus secundi operis exordium homileticum videtur exstare ex græco fonte in chronico inter Hippolyti opera posito. Successit, ut solet fieri, tertius auctor qui seriem incompte duxit usque ad Barbaros sæc. VII in edit. Canisiana.

Epimetrum haud ita breve typis jam pene commiseram, ut codicem Parisiensem, olim a me minutissime descriptum per centum circiter pagellas, paulo brevius, sed fuse exhiberem. Haud ægre me abstineo, tum quia codex recens est, sæculi vix XIV, tum quia ejusdem fortasse exstat archetypon antiquius, quod est codex Cavensis sæc. X, sedulo notatus et excerptus apud Maium in *Class. auct.* t. III, p. 385, quem demum propediem descripturi sunt docti nostri Cavenses in Codice suo diplomatico. Videant ergo, et nos quam primum edoceant, si tam in illorum codice quam in Parisiensi sequentia congerantur inter sexcenta: 1° Beda, *De temporibus*, ubi nomina mensium anglice dantur longe alia quam in editis, et ibi citatur Ambrosius (fort. Puteolanus) *de Ar-*

boribus praecidendis. 2° Bedæ Martyrologium metricum ab Hercamperto Casinensi interpolatum. 3° Vindiciani medici ad Pentadum nepotem suum epistola. 4° *Scarpsum ex Chronico Origenis*, idem quod supra græce et latine. 5° *Liber Amigeronis*, quem dedi in Spicileg. Sol. t. III. 6° Liber Junionis philosophi quem Parisiensis tenet f. 259 integerrimum ac fere sine varietate, qualem dedit Maius in Class. III, 387, etc. 7° Gennadius *De dogmatibus*, cum editis conferendus. 8° Alter Gennadius CP. 9° Alcuinus *De diversis horis orandi*, etc. etc.

XII.

Alia fragmenta in Resurrectionem Lazari.

I. *Ipse* [1] *turbavit seipsum, et dixit: Ubi posuistis eum?* (Joan. XI, v. 34).

Hic præcepit, ut ostenderet se vere esse Deum, quemadmodum, ut omnibus monstraret se vere esse hominem, lacrymatus est. Ille qui Deitatis honorem possidet, corpore tamen, juxta œconomiam [redemptionis], ut homo apparuit, comedit, licet Deus esset, et quod magis mirum est, bibere postulavit, qui loca omnia irrigat. Samaritanæ enim mulieri dixit: *Da mihi bibere* [2]. Attamen elevans vocem, dicebat: *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat* [3]. Dormivit supra mare, ut corporis veritatem probaret. Sed a somno surgens, dormire fecit fluctus maris; ut tu discas, eum esse qui dormit, et qui somnum præstat. Ut Deus, prævidebat quidquid accidebat in omni loco, et tamen circuibat, ut homo, fines Galilææ; ut homo, veniebat Bethaniam, castellum Lazari. Corpore quamvis absit, virtute Divinitatis omnia prænoscit, atque in Galilæa exponit quod fit in Judæa: *Lazarus, amicus noster, dormit* [4]. Vicinus non erat, et tamen videbat quidquid in [alio] loco fiebat.

II. Quum autem venisset ad vicum dicebat: *Ubi posuistis eum?*

Si quis ausus fuerit ignorantiæ insimulare Christum, eo quod interrogando dixerit: *Ubi posuistis eum?* ac si tibi aliquantulum scandalo sint hæc verba, cogita eadem verba a Patre Christi dicta fuisse: *Adam, ubi es?* [5] Si enim ignorantiæ signum est dicere: *Ubi*

XII. Bene est, quod cum vetere Chronographo superiore, inducias traxerim, quo integrior fieret Hippolytus. Jam enim plagulæ præmissæ ex typis exierant, et Parisios usque ad manum pervenerant humanissimi viri P. Martini, quem noveram gnave, ut solet, incumbere in describendos codices Armenios maioris nostratium bibliothecæ, rogatum porro ut videret si quid novi lateret illic Hippolyto ascribendum. Qui statim, serius tamen, monuit me, ipsum de Lazaro commentarium ibidem exstare multo auctiorem, novaque esse tria folia, octoque columnas, omnino inserenda in nostram paginam 230, cætera vero, haud sine varietatibus, cum Veneto codice cohærere. Nec satis: interjecto itinere Britannico, idem vir indefessus multa alia, uti sperabam ac supra præmonui p. 224, detexit, quae cum varietatibus codicis Armeni Parisiensis, saltem locum habebunt ad calcem hujus tomi, aliis etiam codicum Syriacorum spoliis reservatam. Sed satius visum est, quamvis extra locum, hic tandem ponere reliquum de Lazaro commentarium, prolixum quidem et aliquando subtiliorem, unde a rescribendo refugerit alter librarius Venetus, sed genuinum manifeste, et sicut solebat cana antiquitas, concioni extemporali, perinde ac præcedentia, nervose et candide aptatum.

1) Ex cod. Armen. Paris. XLVII, f. 95, v° col. 1; quæ addenda, et inserenda sunt superiori pag. 230, v. 2, et ibidem v. 2 in prima columna interpretationis. — 2) Joan. IV, 7. — 3) Joan. VII, 37. — 4) Joan. XI, 11. — 5) Gen. V, 9. Ex fol. cod. 95, fol. 2 a tergo. Minime tritum est, ne rarum dicam, Hippolytoque singulare, Patrem pro Verbo tam in hunc locum adduci cum Adamo, quam infra cum Abrahamo colloquentem. Etiam Philo Alexandrinus hic λόγον suum adduxit, sicut Filium Dei Patres, longo agmine, quos non neglexit Mangeius in suo Philone t. II, p. 18 not. neque Petav. *de Trinit.* lib. II, c. 7 etc.

posuistis eum? ignorantiæ pariter signum est sermo Patris dicentis: *Sara uxor tua*, *ubi est?* [1]) Nam sermoni illi hic sermo similis est. Interrogat Christus: *Ubi posuistis eum?* Interrogavit pariter et Deus in veteri Testamento: *Ubi est Abel frater tuus?* [2])

III. Verum forsan dicet aliquis: Hoc non solvit quæstionem: quin immo auget difficultatem, quoniam evidens fit quod non solum Christus, verum et Pater ipsius interrogaverit. Quod si ita est, oportet sensus interrogationum Patris et Filii declaretur.

Primum disce sensum eorum quæ hic [Pater] ipse dixit. Nam quum hunc audimus hic, illum etiam et illic audimus. non alium enim hunc dico, ita nec alium illum. Quare quod dicimus de Evangelio, ad Patrem transferimus; et quod in veteri [fœdere dicitur], ad Filium traducimus. Nihil enim neque novorum, neque veterum sine Christi virtute factum est, secundum quod testatur Joannes de creatione: *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* [3]).

Quis igitur est sensus hujus interrogatiotionis: *Ubi est Abel frater tuus?* Scito hac interrogatione Deum viam aperuisse [Caino], ut responderet. [Deus enim] judicat tanquam justus judex, etiamsi tu credas ab ignorantia procedere interrogationem. [Cainus] enim volebat celare [scelus] benefactori suo: *Nescio*, ait. *Numquid custos fratris mei sum?* [4]) At verus qualis fuerit sensus de scientia Dei, ille explicat qui omnia novit, [ac si diceret]: « Ego si voluntariam ignorantiam simulavi, et tu credidisti me propter [veram] ignorantiam interrogavisse, quod si ita est, disce scientiam illius qui omnia novit: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra* [5]). »

IV. Hinc disce et tu scientiam auctoris vitæ, et cur dixerit Judæis: *Ubi posuistis eum?* Multitudo conflata erat ingratis spectatoribus, qui nolebant agnoscere mirabilia Dei. [Christus] porro videns illos clamitantes, irridentesque miracula, illorum miserebatur, volebatque, illis cernentibus virtutes ipsius, redarguere dæmonem, secundum quod testatur David: *In multitudine virtutis tuae mentiti sunt sibi inimici tui* [6]). — Nunc autem quid moror? Secreto Christus ire poterat, præsertim quum iret, non corpore, sed emittendo virtutem. Virtutis [suæ] radiis sepulcrum evertere poterat, suscitare mortuum, atque ad lucem adducere eum qui in tenebris jacebat. Vult autem ingratos testes mirabilium testes fieri. Quapropter ingratam hanc multitudinem præoccupans, hanc trahit, ut hæc [ipsi] ostendat sepulcrum: *Ubi posuistis eum?*

V. *Veni* [7]), aiunt, *vide sepulcrum*. *Dicit illis: Revolvite foras lapidem istum.*

Numquid tu, qui in discipulos munificus eras, et qui potentiam in pignus illis præstabas, [dicens]: *Si habueritis fidem sicut granum sinapis*, *dicetis monti huic: Mutare*, *et mutabitur* [8]), numquid tu qui talem potestatem eis largitus es, non potes parvum lapidem ex ore speluncæ resolvere? — Hoc dixit, propter eamdem causam, de qua antea locutus sum. Spectatores hic hæsitantes erant. Quare dicere potuissent id arte magica factum fuisse et in apparentia tantum, eo quod mortuus simulatus esset intus, ita ut unus videretur compellare et alter audire. Quapropter [Jesus] deducit eos ad sepulcrum, ut, lapide ab ipsis revoluto, fætor eos feriens significaret, mortuum vere esse mortuum: unde credentes in mortem mortui, non dubitarent de resurrectione illius. Hæc Dominus meditatus est. Unde nunc attende iis quæ sequuntur.

VI. *Appropinquavit Martha ad lapidem, et dixit: Domine*, *jam faetet*, *quatriduanus est enim* (XI, 39).

1) Gen. XVIII, 9 — 2) Gen. IV, 9. — 3) Joan. I, 3. Dividit V. ut Irenæus. — 4) Gen. IV, 9. Ex fol. 96, col. 1. — 5) Gen. IV, 10. — 6) Ps. LXV, 3. — 7) Ex fol. 96, col. 2. — 8) Luc. XVII, 6.

Verum Vivificator, qui suam virtutem cognoscebat, ait: « Et hoc a vobis etiam discere volo. Dicite et clamitate quod dixistis, quia jam fætet, ut vere resurrectio prædicetur. » Pluries mortem testatus est, ut semel [1]) veritas resurrectionis astrueretur. Sed si tunc aliud quid ordinavit Vivificator, cœlum suspicit, Patremque invocat.

VII. *Pater*, ait, *gratias ego tibi*, *quoniam audisti me* (XI, 41).

Hic hæreticorum discipuli sibi quoddam juvamen reperire videntur, qui clamitant: « Vide, quomodo res se habeat: unus rogat, et alter rogatur; unus supplex orat, et alter supplicationes audit [2]). Vides quomodo Pater fons est mirabilium, eaque faciendi potestatem dat Filio. » — Verum, quemadmodum antea dixi, [ita agunt], qui Vivificatoris opera nolunt cum gratiarum actione suscipere. Semel blasphemiis coactus [Christus], occurrit illis, quia nolebant veritatem accipere. Sed tu qui hæc gesta legis, debes hoc addiscere: dixit eis Vivificator: *Multa opera bona ostendi vobis a Patre meo: propter quod opus ex eis lapidatis me? Dicunt ei Judaei: Non propter opus bonum lapidamus te, sed propter blasphemiam, quia tu quum homo sis, te facis Deum, et vocas tibi Patrem Deum* [3]). Qua de re valde tristabantur Judæi, nempe quod vocaret sibi Patrem Deum. *Irascebantur Judaei* [inquit] *non solum quia solvebat sabbatum, sed quia vocabat sibi Patrem Deum, et faciebat se aequalem Deo* [4]).

VIII. Quapropter, quum [Judæi] blasphemiam id reputaverint [5]) quod Patrem sibi vocaret Deum, [Christus] tribunal erexit juxta sepulcrum, veritatemque judicis loco instituit: ingratos circumposuit, ut oculis viderent, et auribus audirent ii qui dicebant: *Blasphemas, quoniam te Filium Dei vocas, et* [*Deum*] *vocas tibi Patrem* [6]). Ac si dixisset eis:

« Ecce vos coram statuo: si crimen est, a me vocari Deum Patrem, et blasphemia, ut vos reputatis, profecto non audiet [me Deus]. Quod si audierit me, manifestum tunc erit, ipsum re ipsa esse Patrem meum. »

Pater, ait, *gratias ago tibi*, *quoniam audisti me*, *et semper me audis* (X, 41).

Dixit illis qui circumastabant: « Si crimen est, quod eum vocavi Patrem, si blasphemia habendum illud est, ut vos opinamini, certe non erit [Deus] cooperator blasphemi hominis. Quod si vocavero mortuum, mortuusque præcepto obediens surrexerit, pro certo hoc opus non erit blasphematoris, sed Dei et Filii Dei jussum. »

Quod talis fuerit sensus orationis, et quod non oraverit [Christus] propter necessitatem, sed pro auditorum utilitate et institutione usus oratione fuerit, ipse testatus est, quum dixit: *Gratias ago tibi, quoniam audisti me; ego quidem sciebam quia semper me audis, sed propter populum qui circumstat,* [*dixi*], *ut credant quia tu me misisti.* (v. XI, 42).

Nemo deinceps veritatem deneget, nemo pietatem erga Deum impugnet, nemo descensum [Christi] pro nostra salute ad inimici honorem deflectat [7]). Propter te homo factus est, qui homines amat, non ut naturam suam ad extra manifestaret, sed ut lapsum excitaret.

Dixit Jesus: *Ubi posuistis eum*, etc. *Supra vide p.* 230.

1) Ex fol. 96, col. 3. — 2) Arianorum quidem est cantilena, sed quam veteres hæretici diu ante Arii *Thaliam* cecinerunt, ut minime ab aevo Hippolyti propter hoc recedere oporteat — 3) Joan. x, 32, 33. — 4) Joan. v, 18. — 5) Ex fol. 96, col. 4. — 6) Joan. x, 26. — 7) Ex fol. 97, col. 1. — Hactenus hæc de Hippolyto, cui nondum valedicendum est.

SANCTUS JUSTINUS MARTYR.

I. Extra seriem temporum et extra locum, inter hæc Anecdota, paucis dicam de sancto martyre Romano, quem omnino silentio prætermittere statueram, quum nihil novi præsto sit. Sed unum me sollicitum tenet, ac dolentem, ideo quod ultimi editores, Jenensis unus, alter Parisiensis, missa prorsus fecerint quæcumque Justino ascripta fuere, sive in Catena Lipsiensi edita a. 1778, sive in Maii collectaneis, quæ ipse ego Parisiensi curatori revocanda diligenter curaveram. Haud negandum, ea fere omnia esse spuria, immo recocta ex libris jam vulgatis. Sed quum, ut recte habet Otto, « valde sit dolendum, quod pauci tantum supersunt codices operum Justinianorum manu scripti, quorum plerique suppositos tractatus continent, » abs re non erat sollicitius inquirere quid impiger Maius e Vaticanis thesauris eduxisset, quidve ex Moldaviæ tabulis attulisset monachus Nicephorus.

II. Maium, ut arbitror, decantata codicum penuria movit, ut septem fragmenta haud sine improbo labore erueret ex illo stribliginoso codice Vaticano 2200, de quo supra ex abundantia scripsi, p. 128, quæ idem in VII tomum *Collectionis novae veterum Patrum* inseruit. Profitetur quidem se tantum anecdota ex illo codice selegisse; ac dum hæc græce dedit, siluit penitus de indole et auctoritate horum analectorum, quamvis semel in prima et suppressa tomi I editione, iterumque in tomo VII eadem tractaverit. At ex notula in schedis relicta constat indefessum virum statuisse, fore ut tertiis curis, quas immatura mors intercepit, excuteret hos codices nunquam exhaustos. Operi quamvis impar, opus interruptum, quod spectat ad Justinum, tandem aggredi juvat, novas saltem ut lectiones, si quæ fuerint, exhibeam.

Sunt igitur septem loca quæ Maius accepit ex cod. 2200, quorum sex reperiuntur in altero simili cod. Vat. 1201; quibuscum cohæret mirum in modum vetustissimus codex Bodleianus olim Claromontanus, nunc signatus *Auct. T. I, 6*, vix non sæculi X. Quem ego venerabundus tenui olim ac versavi, multam, sed inanem mihi spem nutriens plurima ibi anecdota expiscandi, etiam Justino ascribenda. Equidem noveram septem Maii fragmenta; quæ et in hoc singula quum reperissem, octavum cito rescripsi, qui et Maio et Vaticano codici deest. Sed re attentius explorata, octo quæcumque loca nec nova, nec Justini erant; cuncta vero, nullo excepto, leguntur inter spuria, in *Expositione rectae confessionis* (BB. p. 420), de qua sic exorditur Maranus: « Longe ab ætate Justini, sed longius multo a S. Martyris animo distat *Nestoriana* hæc fidei professio, » quæ tamen clam prodierit ante Nestorium. Aliquando pseudepigrapha apud Maurinos asperius vapulant. Nestorii tamen anguem hac sub herba latere, vix dissimulandum. At mirari subit, cur doctissimi horum locorum collectores, Anastasius nempe, Sophronius et Helias, lolium pro tritico habuerint. Eos enim esse conditores collectaneorum fidem facit indubiam vetus Bodleianus, qui Anastasii et aliorum nomina præfixit singulis scholiis apud Maium anepigraphis. Quod etiam magis mirandum, Leontius ille, acerrimus Nestorii profligator, eadem fere recepit incaute, uti duo vetusti codd. testantur, Vaticanus unus, alter Genuensis, de quo mox. Cæterum adeo subtilis est, tantamque præfert antiquitatem illa expositio Nestoriana, ut Ephesino Concilio, teste Marano, sit antiquior; ac si conjicere

me licet, Apolinario facile ascribenda, aut illius scholæ, quæ Orientem falsis scriptis cumulavit.

Haud igitur supervacaneum sit, ex ordine octo loca breviter recensere, interjectis varietatibus trium codicum, quibus identidem accedet quartus codex, fere ignotus, Genuensis ex Bibliotheca urbanorum missionariorum, sub n. XXVII, in optimæ notæ membrana XII sæculi. Quatuor codices porro erunt in eodem ordine 1, 2, 3, 4. Maius secundum constanter secutus est. Maurini autem versarunt Claromontanum, nunc Bodleianum.

Sed prænotandum, inesse præcipuam varietatem in titulo. Quum enim edd. habeant: Ἰουστίνου ἔκθεσις τῆς ὀρθῆς ὁμολογίας, nostri codd. respicere videntur σύνταγμα tripertitum de Trinitate. Sed acute notavit Maranus, non cogitandum esse de tractatione in tres partes divisa, sed de tertio Justini opere, cujus primum est adversus Græcos sive *apologiae*, alterum adversus Judæos, scilicet Dialogus cum Tryphone. Poterit ergo dici tertia pars, sive tertius liber illa *expositio* quæ dicitur *rectae confessionis*. Si quæ alia in his titulis obstant, ea neque scriptori neque collectori, sed amanuensibus, quorum aperta additamenta crescunt, tribuere satius est.

I. Τότε δὴ τῶν οὐρανῶν — ἐπλήρωσεν. Maii p. 29. BB p. 427, Mign. col. 1224 C. Exstat in cod. 1 p. 202, in 2 f. 400, in 3 f. 109. in 4 f. 344. — Ἰουστίνου φιλοσόφου καὶ μάρτυρος ἐκ τοῦ περὶ Τριάδος ί λόγου κεφ. ί 1 et 2. Habet 4: ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου αὐτοῦ περὶ τῆς ἁγίας τριάδος συντάγματος κεφ. γ'. — post ἀποστὰς inserunt 1, 2: ὁ θεὸς δηλόνοτι καὶ υἱός. — σώματος κατάβασις 1, 4. — ἢ βούλησις 1. — μεσιτείᾳ παρθένῳ sic 1. — καταγομένῃ γένους τῇ νηδύϊ 1. — ἑαυτοῦ τέλειον. Pergit 4 usque ad ἐπλήρωσεν cum hac varietate: υἱὸς θεοῦ ἄμφω προελθὼν τὰς φύσεις. In hoc loco oritur Nestoriana labes, sed adhuc arcana.

II. Ὅταν οὖν ἀκούσῃς — ὁμολογήσεις. Maii p. 21, BB. 427, Mign. col. 1225 A. Exstat in 1 p. 129, in 2 f. 379, in 3 f. 46, in 4 f. 345: Ἰουστίνου φιλ. καὶ μάρτ. 1. — 2 add. ἐκ τοῦ περὶ Τριάδος βιβλίου τρίτου κεφαλαίου ἕπτα καὶ δεκάτου. — τοῦ αὐτοῦ συντάγματος κεφ. ιζ' 4. Locus tamen in edd. proxime sequitur præcedentia. — ἂν μέν τι μέγα 1, 4. — τῇ ἀνθρωπίᾳ φύσει 4. — τῶν αἰώνων 4.

III. Τίνες μὲν οὖν τὴν ἕνωσιν — φυσικῶς. Maii p. 24, BB. 428, Migu. col. 1225 B. Exstat in 1 p. 146, in 2 f. 384, in 3 f. 86. — Ἰουστίνου φ. κ. μ. ἐκ τοῦ γ' βιβλίου τοῦ περὶ τῆς Τριάδος 1. Idem fere 2 περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος κεφ. ιζ'. — ὥσπερ εἷς inde usque ad παρεδέχετο eadem habet 4 et Vat. 5 sive 790 f. 156. — ἐν ἑαυτῷ om. 4. — ψυχῇ μὲν νοηρᾷ 1, 4, 5. — χερσὶ δὲ 1, 4. — εἰς πέρας ἄγων, οὕτως ὁ Χριστὸς 1.

IV. Ὁ δὲ Χριστὸς — ὁμοιοπαθείᾳ. Maii p. 22, BB. 429, Migu. col. 1228 B. Exstat in 1 p. 138, in 2 f. 382, in 3 f. 86. — Ἰουστίνου φ. κ. μ. ἐκ τοῦ π. Τρ. βιβλίου 1. Addit. 2 βιβλ. γ' κεφ. ιζ'. — ἀπεσταλέσθη 1, ἀπεστάλη 2, ἀπετελέσθη edd. — παρὰ ταῦτα 1.

V. Ὥσπερ γὰρ μετὰ τὴν ἕνωσιν — ἡ δὲ ἡμετέρα. BB. 430, Migu. col. 1229 C, D, 1223 A. Exstat apud Leontium in 4 f. 345. Qui post παρεδέχετο tantum habet καὶ μεθ' ἕτερα. — καὶ ἓν τὸ φῶς λέγεται. — τὸ μὲν κεχωρισμένον υἱὸν οἷον τὸν θεῖον λόγον, τὸ δὲ υἱὸν τὸν ἄνθρωπων, οὐχ υἱὸν, ἀλλ' ἕνα.

VI. Ὥσπερ ἐπὶ τοῦ φωτὸς — γνωρίσειε. Maii p. 24, BB. 430, Migu. col. 1232 A. Exstat in I p. 138, in 2 f. 384, in 3 f. 86, in 4 f. 345. — ὥσπερ τοῦ φωτὸς ᾗ φῶς ἐστιν ἕν, τὴν ἐνέργειαν οὐκ ἄν τις χωρίσειε 4. — λόγῳ δὲ διαιρῶν 4. — ᾗ ἐστιν ἰδία ἡ ἐνέργεια 1 post corr. Male 2: τῆς ἡ φύσεως ᾗ ἐστιν. — om. μονογένους 4. Duo loca V, VI eorumque varietates theologo cuique commendantur.

VII. Εἴπατε ἡμῖν — οὐσιωθῆναι. BB. 431, Migu. col. 1233 B. Ex allatis codd. solus habet 4 f. 46. Ἰουστίνου φιλ. καὶ μάρτυρος, ἐκ τοῦ περὶ πίστεως λόγου, nec plura solet Bodleianus. — φύσεων τοῦ Χριστοῦ. — ἵνα κρατῆτε ut in nota BB. οἱ ποτὲ μὲν τὴν σάρκα εἰς λόγον οὐσιωθῆναι λέγοντες, ποτὲ δὲ τὸν λόγον εἰς σάρκα γεγενῆσθαι. Miror apud BB. hanc varietatem omissam.

VIII. Πάλιν ἐρωτήσωμεν — τῇ οὐσίᾳ παρέσχηκεν. Maii p. 27, BB. 431, 432, Migu. col. 1233 C, 1236 A. Exstat in 1 p. 190, in 2 f. 397, in 3 f. 104. — Ἰουστίνου φ. κ. μ. ἐκ τοῦ π. Τρ. κεφ. ιζ'. 1, 2. Πάλιν ἐρωτῶμεν 1. — ἔμεινε ἀνθρώπου σῶμα ἄφθαρτον καὶ 1. — ἕνωσιν τοῦ λοιποῦ διαμεῖναν 1. — τὴν ἑαυτοῦ φύσιν 1. — πάλιν ἡμῖν ἐρωτητεόν 1. — προσθήκην οὐσίᾳ παρέσχον 1. E superioribus plurima, sed brevius resumpsit Maius p. 130 cum Leontio.

Auctiora sunt, sed brevius perstringenda, in Catena Lipsiensi, quæ octo et decem capita nomine Justini ornavit, ac fere omnia excepit ex *Quaestionibus ad orthodoxos*, quas Pelagiani scriptoris esse omnine vult Maranus, ex illo nempe Syrorum numero, qui ante Nestorianas turbas ab Ecclesia ejecti sunt. Haud ineptus scriptor est, immo vaferrimus æque ac eruditissimus, interdumque haud inelegans: ut illud etiam Maranus concesserit, haud ab ipso, sed a librariis ementitum Justini nomen esse. Quid si hoc nomen, quibusdam veri Justini fragmentis in margine allitum, toti operi perperam accesserit? Sane plura sunt, ut quæstio de Apollonio Tyanensi, quæ annosam sapiunt vetustatem. Qualis nunc scriptor ille prostat, misere in multis mutilatur. Nec parvi momenti fuisset codicem integriorem invenire, quo quatuor supra viginti laceræ quæstiones tutius quam ex conjecturis resarcirentur. Statim ut vidi multas ex illis in Catena Lipsiensi frequentari, haud exiguum inde speravi emolumentum, sed frustra. Dato quasi consilio, consarcinator sicco pede lacunosa transilivit, et adeo dextere saniora seposuit, adeo juxta editiones omnia sine varietate rescripsit, ut facile crederem Moldavos ipsius codices nihil de Justino tenuisse, neque alia quam pura edita in Catenam fuisse clanculum inserta. Ut ut est, illic habentur sequentia:

Quæstiones XXV, XXVI, XXVII (omisso loco hiulco) LXXX, XCIX, CXLV in *Cat. Lips.* t. I, col. 663, 633, 702, 826, 1075, 1484, et pro parte posteriore quæst. XCIX in t. II, col. 196.

Tum et sinceriora *ex Dialogo cum Triphone* leguntur, nempe num. 39, 45, 55, 86, 111, 113, 114 in *Cat.* t. I, col. 786, 750, 1472, t. II, col. 852, 14, 29, 322.

Quibus adde: I. Διὰ τοῦ ἐφ' ὕδατι — ἁμαρτιῶν. Cat. Lips. I, 1146. Hoc vero et sequens fragmentum exstat BB. 597, Mign. col. 1596, ad calcem Justini inter deperdita opera ex unico cod. Coisliniano 5, cui adde consentientem Vaticanum 748, f. 157.

II. Ὁ τῆς ἀποπομπῆς τράγος — παρεδόθη. Cat. I, 1068. Hic monachus Moldavus diligentior animadvertit de hoc argumento, sed aliter agi in dialogo cum Tryphone, cf. BB. 138, Mign. 564 A. Sed collata attentius editione BB. 598 (Mign. 1596), idem repperisset integrum locum sine ulla varietate, uti etiam legitur in Vatic. 748, f. 157.

III. Τὸ σύμβολον τοῦ κοκκίνου — ἁμαρτάνοντες. Cat. II, col. 14, BB. 207, Mign. 733 A.

IV. Tandem in Cat. t. I, col. 1452, latet brevis locus sequens qui alio me fugit, fortasse ob exiguitatem ejus: Ὁ γὰρ ἐξ ὅλης τῆς καρδίας καὶ ἐξ ὅλης τῆς ψυχῆς ἀγαπῶν τὸν Θεόν, πλήρης θεοσεβοῦς γνώμης ὑπάρχων, οὐδένα ἄλλον τιμήσει Θεόν. Ad Deuteron. VI, 5.

Novis Justini editoribus, si qui posthac fuerint, suadere meum est ut Vaticana quæ supersunt excutienda, et diligentius investiganda curent, qualia sunt, præter superius præmissa:

I. Vatic. 790 f. 44 et 128, ubi semel et iterum integra repetitur quæstio CXLIV (BB. 504, Mign. 1596), ac tandem feliciter impletur ac restituitur formula theologica gravissimi momenti, Ubi enim editi libri absone legunt: Οὐ γάρ ἐστι κατὰ τὴν κτιστὴν φύσιν ὁ θεός, ὥστε τὸ εἶναι αὐτὸν καὶ τὸ ἔχειν, νοηθῇ ἐν συνθέσει, ὥσπερ... ἀλλ' ὥσπερ τὴν φύσιν, οὕτως καὶ αὐτὸν κτλ. Quam lacunam Langus et Sylburgius implent, legendo satis inepte ὡς ἐν ταῖς κτισταῖς φύσεσιν, post quos Maurini ægre vertunt: *ut id quod [Deus] sit et id quod habeat per compositionem intelligatur sicut natura creata, verum pro eo atque naturam obtinet!...* etc. Recte bis Vaticanus: Ὥστε τὸ εἶναι καὶ τὸ ἔχειν νοηθῆναι ἐν συνθέσει, ἀλλ' ὡς ὑπὲρ τὴν φύσιν ἐστὶν, τὸ εἶναι αὐτὸν καὶ τὸ ἔχειν ἐστὶν ὑπὲρ τὴν σύνθεσιν, id est: « Non enim ad instar creatæ naturæ Deus est, ut id quod sit et id quod habeat, *per compositionem intelligatur; sed quum supra naturam sit, ita quod est et quod habet est supra compositionem.* »

II. Vatic. 746, 747, 748, ubi exstant in Leviticum quatuor fragmenta relata partim in Catena Lips. I, col. 1146, partim in BB. 597, Mign. 1596 A, B, quæ quantumvis paucissima sint, id tamen ostendunt, Justini quoque, ut Irenæi et Hippolyti, plane allegoricam fuisse methodum exponendi paginas sacras. Sed quam dolendum ea esse fere unica quæ supersunt ex magnis commentariis quos Anastasius in suo Hexaemero respicere videtur et commemorare cum simili Clementis Romani opere, ut constaret in Urbe nunquam a Clemente ad Hippolytum defuisse cathedram unde exegetica doctrina auspicata est.

SANCTUS CYPRIANUS

CARTHAGINENSIS EPISCOPUS

Plurima Ecclesiæ Africanæ monumenta apud Orientales veteres migravisse, satis compertum est ex Actis Conciliorum Carthaginensium, quorum etiam gesta Cyprianica serius ociusve ad Græcos pervenerunt. Canones vero Africani vix fuerant a Dionysio Exiguo collecti, quum sive ab ipso, sive ab aliquo interprete proximo latinitate donati, adeo celebrati sunt, ut diu ante Trullanos patres Orientem pervasissent.

Jam multo ante, Cyprianus inter præstantissimos fidei magistros insignem sedem habuit in testimoniis Concilii Ephesini; idemque locus græce datus ex libro de Eleemosyna (Labb. t. IV, p. 1057) Πολλαὶ καὶ μέγισται τυγχάνουσι, quem sine ulla fere varietate legi in vetusto Vatic. 1431, f. 179, idem omnino syriace asservatur in museo Britannico, legiturque ex integro in tribus codicibus: 12156 f. 3, col. 1, 12157 f. 202, 14529 f. 5 a tergo. Qui nuper meo nomine hos codd. scrutatus est, cl. P. Martin, egregius rerum orientalium investigator, edocuit me, ibi latere panopliam variorum hæreseon, notatu dignissimam. Et notavi eo lubentius, quod idem iste Vaticanus 1431, inter rarissimos codices habendus, ejusdem generis sit, audacemque servet syllogen testimoniorum adversus Chalcedonense Concilium, id quod significavit dudum A. Maius in tomo VII *Collectionis novae veterum scriptorum*, p. 165.

Præterea in hoc meo tomo, uti spero, S. Petrus Alexandrinus edocebit nos se suis manibus tenuisse synodum de renovando baptismate, quam etiam Severus Antiochenus, mox adducendus, sæculo VI ventilavit. Nec Synodum dumtaxat, sed epistolas, ab Augustino inde ad nos tantopere vexatas, per Orientem antiquitus circumlatas fuisse, clare significant tria fragmenta syriace asservata, et mox latine recitanda ex iisdem codicibus Britannicis.

Quibus ego libenter addo particulam ex authentica epistola *ad Fidum*, a Joanne quodam monacho et presbytero suis insertam collectaneis, quæ facile putem similibus Damasceni stromatibus antiquiora.

Ea si quis probe complectitur, facile intulerit, lubricam esse, ne fallacem dicam, quam nuperrimi scriptores Romani viam ineunt, postque alios terunt incaute, ut ἐς κόρακας mittant ea omnia quæ de controversia rebaptizantium, maxime Cypriani nomine, ad nos pervenerunt. Non desunt alia et solida argumenta, præter tam desperatam opinionem, quibus, etiamsi recipiantur hæc Cyprianica, vindicetur tam sana sententia quam auctoritas Romanorum Pontificum.

I.

Τοῦ ἁγίου Κυπριανοῦ ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἐκ τῆς πρὸς Φείδωνα ἐπιστολῆς.

Ex epistola S. Cypriani episcopi et martyris ad Fidum.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ τοῖς βαρύτερα πεπλημμεληκόσιν, καὶ εἰς τὸν Θεὸν πρὸ τῆς χάριτος ἡμαρτηκόσιν, μετὰ τὸ πιστεῦσαι, ἄφεσις ἁμαρτιῶν αὐτοῖς δίδοται, καὶ ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, καὶ ἀπὸ τῆς χάριτος οὐδεὶς κωλύεται, πόσῳ μᾶλλον οὐκ ὀφείλει κωλύεσθαι τὸ παιδίον, ὅπερ νεωστὶ τεχθὲν οὐδὲν ἥμαρτεν, εἰ μὴ ὅτι κατὰ τὸν Ἀδὰμ σαρκικῶς γεννηθὲν, τὸν μιασμὸν τοῦ θανάτου τῇ πρώτῃ γεννήσει, ἐπεσπάσατο· ὅπερ εἰς μετάληψιν ἀφέσεως ἁμαρτιῶν αὐτῷ τούτῳ εὐχερέστερον πρόσεισιν, ὅτιπερ ἀφίενται αὐτῷ, οὐ τὰ ἴδια, ἀλλὰ τὰ ἀλλότρια.

Epist. LIX (al. LVIII, LXIV), n. 5. Porro autem si etiam gravissimis delictoribus et in Deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint, remissio peccatorum datur, et a baptismo atque a gratia nemo prohibetur: quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus, nihil peccavit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima nativitate contraxit, qui ad remissam peccatorum accipiendam, hoc ipso facilius accedit, quod illi remittuntur non propria, sed aliena peccata.? (*Patrol. lat.* tom. III, col. 1011).

I. Ex Coislin. 276, f. 127, 128. « Vix alibi reperitur apud antiquos scriptores, locus ad confirmandum dogma de originali peccato magis appositus et expressus. » FELL. Justa aeque et gravis sententia docti præsulis Anglicani, quæ locum teneat multorum ejusdem loci commentariorum apud Theologos obviorum. Tanti haec verba erant vel antiquis, ut etiam Hieronymus et Augustinus ea retulerint, ut notavit Cellerius noster, *Hist. générale.* etc. t. III, p. 590. Synodica est epistola ad Fidum, scriptaque nomine LXVI episcoporum. — cod. Φείδονα.

II.

Κυπριανοῦ ἐπισκόπου καὶ μάρτυρος ἐκ τοῦ περὶ ἐλεημοσύνης [1]).

Πολλαὶ καὶ μέγισται τυγχάνουσιν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοί, αἱ θεῖαι εὐεργεσίαι ἀφ' ὧν τὴν ἡμετέραν [2]) σωτηρίαν τοῦ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Χριστοῦ δαψιλῆς καὶ πλουσία φιλανθρωπία εἰργάσατο καὶ ἀεὶ ἐργάζεται· διὸ φυλάξαι ἡμᾶς καὶ ζωοποιῆσαι [3]) ὁ Πατὴρ τὸν Υἱὸν ἔπεμψεν, ἵνα ἡμᾶς ἀνακαινίσῃ· καὶ πεμφθεὶς ὁ Υἱὸς ἠθέλησεν υἱὸς ἀνθρώπου γενέσθαι, ὅπως ἡμᾶς υἱοὺς Θεοῦ καταστήσῃ· ἐταπείνωσεν τοίνυν ἑαυτὸν, ἵνα τὸν λαὸν τὸν ἀπεῤῥιμένον ἀνακτήσηται· τετραυμάτισται, ἵνα τὰ ἡμέτερα τραύματα θεραπεύσῃ· ἐδού-

II. « Hic locus in græcam linguam versus prolatus est in Concilio Ephesino, inter testimonia patrum et martyrum, adversus hæresim Nestorii. Itaque in antiqua versione istius Concilii non describuntur Cypriani verba, sed alia translata ex græco sermone; exstat ea versio inter opera Marii Mercatoris, p. 180 editionis nostræ. Hunc porro locum lectum fuisse in Concilio testatur etiam Vincentius Lirinensis. » BALUSIUS. Syriaca nostra latina facta sunt, inconsulto, pro majori fidelitate, authentico Cypriano, quem videsis in *Patrol.* lat. t. IV, col. 601.

1) Vat. 1431, f. 179 add. ἑρμηνεία, quod græci interpretis est. Titulus vulgo latinus est *Liber de opere et eleemosynis.* — 2) ἡμέραν Vat. — 3) ἡμᾶς iterum edd. interponunt.

λευσεν, ὅπως [1]) ἐκ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν τοὺς δουλεύοντας αὐτῷ ἀγάγῃ· θάνατον ὑπέστη, ἵνα τοῖς θνητοῖς τὴν ἀθανασίαν ἀποδῷ.

Syro interprete. — S. Cypriani episcopi et martyris excerptum ex homilia [2]) *in Eleemosynam.*

Multa atque magna sunt auxilia divina, quibus locuples atque effusa Dei Patris [et] Christi misericordia salutem nostram operata est atque semper operatur. Nos etenim vivere volens atque vivificare, Pater Filium misit qui nos renovaret. Porro quum missus fuisset Filius, fieri voluit filius hominis, ut nos filios Dei efficeret; atque semetipsum humiliavit, ut mundum, qui se elongaverat, denuo acquireret; plagis affectus est, ut plagas nostras sanaret; servivit, ut a servitute ad libertatem eos qui servi facti fuerant, adduceret; mortem passus est, ut mortalibus [3]) immortalitatem restitueret.

1) ἵνα edd. — 2) duo codd. Syr. habent rectius *Commentarium* seu *Tractatum*. — 3) Syr. *mortuis*, θνητοῖς.

III.

Eodem interprete. — Cypriani.

Iterum in epistola sua Paulus apostolus, ad pacem et concordiam nos hortatus, maxima cura [nos] edocet sequentibus verbis: « Prophetæ autem duo aut tres dicant, et cæ» teri explicent. Quod si alii revelatum fuerit » sedenti, prior taceat. » (I Cor. XV, 29, 30). Hoc enim clare edocuit, ostendens singulis multa revelari quæ [juvant] ad melius. Quapropter necesse non est ut unus quisque in eadem sententia semper maneat, atque pro iis quæ antea ipsi placita acceptaque erant, decertet: si quid etenim ad profectum melius juvare visum fuerit, suaviter accipiat. Non enim vincimur, quando offeruntur nobis meliora, sed instruimur [1]), præsertim si agatur de iis quæ conducunt ad unionem Ecclesiæ, ad spem atque ad firmitatem fidei.

III. Ex mus. Brit. cod. 12157, f. 115, col. 1. Similia reperire est apud Cyprianum in epistola ad Quintum, n. II, Patrol. lat. III, col. 1108 A.

1) Pergit Cyprianus: « Maxime in his quæ ad Ecclesiæ unitatem pertinent, et spei et fidei nostræ veritatem. »

IV.

Eodem interprete. — Ex S. Severo patriarcha.

Quum igitur Cyprianus potestatem teneret, Carthagine in Africa, adunati sunt amantes Deum episcopi numero octoginta septem [1]), quorum aliqui erant ex Africa, aliqui ex Mau-

IV. Ex cod. mus. Britann. addit. 14493, f. 155.

1) Agitur de Concilio a. 256, quod septimum fuit sub Cypriano et tertium de Baptismo. Cf. Patrol. lat. t. III, col. 1051. Idem Concilium, haud leviter mutatum et mutilatum, græce exstat apud Zonaram ex antiqua versione. Ibid. 1070. Quæ aucta ad typos paravi in continuatione *Juris ecclesiast. Graecor.* t. III.

ritania et Numidia. Atque sanxerunt, ut quicumque converterentur a qualibet hæresi, tanquam non baptizati perficerentur baptismo sanctæ Ecclesiæ; nullomodo discernentes modum procedendi singularum hæreseon, sed omnes sub una statuentes: hoc placuit iis qui [hoc] decreverunt, [inflammati] zelo divino. Quod sane clare significat ex iis quæ postea scripsit atque misit sanctus Cyprianus ad Jumenianum [1]) et collegas suos, in quibus tractat etiam de iis qui in infirmitate baptizati sunt in lecto suo.

1) Ibid. col. 1009. Lege et emenda *Jubaianum*.

V.

Sanctus etiam Cyprianus, in epistola sua *ad Quintum* [1]), canonem clarum statuit dicendo: « Oportere adhærere iis quæ ad unitatem Ec» clesiæ restaurandam inventa erant, potius » quam prioribus sententiis... » Porro in hoc tempore ipsi cura erat, quod « quicumque » converteretur a qualibet hæresi, perficeretur » baptismo Ecclesiæ. »

V. Ex cod. Britann. 14533, f. 177, col. 2.

1) Cf. Patrol. III, col. 1105.

JULIUS AFRICANUS.

Alius fortasse locus aptior erit ad lustrandum, immo et ad augendum cyclicum opus, in quo doctus Africanus, primus omnium inter Christianos, ac nullo ferme veterum viam illi sternente, non christiana tantum tempora et dogmata, non sacros dumtaxat libros investigat, sed omnem obambulat philosophiam (an christianus jam, an vero profanus, sat ambiguum), omnemque ævi sui eruditionem emetitur, de re videlicet rustica, geoponica, militari, astronomica. Cujus etiam dubia si opera summis labris attingere fas est, haud me pigebit illa περσικά, jam supra p. 176 memorata, intus et cute introspicere, ac detegere tandem quid abscondant nescio quæ sibylliaca, gnostica, peregrina, barbara et classica, quæ tantopere sanctum, doctumque virum Anastasium, Antiochenum patriarcham, recreabant, ut ea sibi inter cenandum, teste aliquo codice prisco, legenda sollicite curaret.

Nunc vero in hoc varium et opulentum gazophylacium vix non pudet mittere tantum exigua minuta duo, quæ et mutuatus sum pene ex alieno penu: unum scilicet ex codicibus Britannicis, favente sæpius ac semper honoris gratia memorato P. Martino, alterum ex codice Coisliniano, quem eximia cum humanitate ad me Romam usque Leopoldus Delisle, vir summus, transmisit. A priore loco edocemur, exstitisse apud Syros scholia Africani in Evangelium Matthæi, de quibus altum hactenus silentium. Fragmentum posterius scholium est

in quo Joannes, monachus ignotus, dum sæculo VII, ut videtur, collectanea Coisliniana compingeret, obiter attigit locum amissum e grandi opere *Chronicorum*, christianæ antiquitatis thesauro præ cæteris desideratissimo. Quo quidem in loco inest de cantico Manassæ testimonium, nisi fallor, omnium primum et longe antiquum.

I.

Caput de apparitione Moysis et Eliae ad Dominum nostrum in monte, ex Africani Scholiis, quae composuit super Evangelium Matthaei.

Recogitabat et loquebatur [Petrus?], ac si perseverare diu debuissent visiones illæ, quæ illi apparuerant; tabernacula facere meditabatur, non intelligens motus animæ suæ, neque a Domino peractam transfigurationem in demonstrationem futuræ, sicut prædixerat. Etiam [non intelligebat] animam Moysis non esse cum corpore, neque videns ad eruditionem et sanationem hominum omnia fieri a Christo.

I. Ex cod. Syriaco 15155 Musei Britannici, fol. 56 a tergo col. 2. Excisum et abruptum fragmentum nonnihil caliginis interpreti praebuit, quod editis suo tempore Syriacis verbis, promptius dissipabitur, maxime si plura detecta fuerint, de qua re nunquam desperandum.

II.

Σχόλιον.

Ἱστόρηται περὶ Ἀφρικανῷ, ὅτι ἐν τῷ ἐξομολογεῖσθαι, καὶ λέγειν Μανασσῆν τὴν παρ' αὐτοῦ [ᾠδὴν] εἰρημένην [1]), τὰ δεσμὰ αὐτοῦ διεῤῥάγη, σιδηρὰ ὄντα, καὶ ἀπέδρασεν τὴν τῶν Ἀσσυρίων εἱρκτήν.

Ab Africano relatum est in *Historia*, tum quum Manasses exomologesin profiteretur, et canticum diceret quod ipse pronuntiavit, rupta fuisse ejus vincula, ferrea quantumvis forent, ipsumque evasisse ab Assyriorum ergastulo.

II. Ex cod. Coislin. 276, fol. 162. — 1) fort. sub audire malueris ἐξομολόγησιν.

Πάρεργον.

Suspicor, ut superius dixi p. 281, *Ambrosio Puteolano*, vetustissimo rerum medicarum scriptori, attribui posse fragmentum insertum in cod. Paris. 7418, f. 58, sub titulo præcipuo *De Astrologia*, et cum altera epigraphe *De arboribus praecidendis*, quæ satis congrua est cum *Geoponicis* passim sub Africani nomine circumlatis. Locus, utpote brevissimus et fort. aureæ ætatis, ad saturam huc prodeat.

AMBROSIUS, *De arboribus praecidendis*. « A V^a X^a luna usque ad XX^{am} II^{am} arbores præcidendæ sunt, eo quod his octo diebus cæsa materies imminuens servatur a carie. Post solsticium quoque æstivum, id est, per mensem Julium et Augustum usque ad Kalendas Januarias, materies cædatur: his namque mensibus, arescente humore, sicciora et inde fortiora sunt ligna. » Nec plura ibi.

DE ALEXANDRINIS

ANTENICÆNIS.

I.

Antiocheni patriarchatus testes modo nobis erant Abercius, Adrianus, Anastasius, Papias, etiam Melito Sardensis. Romanæ vero Sedis præcones surrexere Irenæus, Hippolytus, Justinus, Cyprianus, Julius Africanus. Alexandriam nunc pergimus, ubi necessario Petri et Marci vinculo, eadem est magisterii cathedra Antiocheno-Romana, eadem Ecclesia catholica.

Hic tamen novus rerum ordo: nova, non alia doctrinarum facies; varia, non altera magistrorum agmina; similia, sed insolita certamina, quæ in pulvereo Ægypti stadio, per longa annorum curricula, exercent summos commilitones.

Hactenus Asiani, Romanique patres, ferocia quoque Africanorum et Celtarum ingenia omnino a majoribus sunt. Quanti illis valerent seniorum verba, qua cum religione, non scripta tantum, sed patrum colloquia, sed carmina et oracula, excipere, recolere, tenere solerent, nemo, uti vidimus, diligentius et suavius commonefecit, quam Irenæus et Papias, ambo seniores et seniorum auditores perpetui.

Sane antiquitatis christianæ testimonia et monumenta nunquam non suspexerunt Alexandrini. Quis enimvero plura legit, quam Clemens? Plura collegit, quam Origenes? Plura vidit, quam Pantænus? Plura excussit, quam Dionysius? Plura vindicavit, quam Demetrius, nunc primum e tenebris excitatus, olim in tumultu Origeniano famosissimus? Alexandrinorum denique quot emensa itinera, veterum more sapientium, prisca ut oracula invenirent! « Mihi, inquit pro omnibus Clemens, ad senectutem reconduntur monimenta, oblivionis medicamentum, vera imago et adumbratio evidentium et viventium illarum orationum, quas dignus habitus sum qui audirem, et virorum beatorum, quique revera erant maximi prètii et æstimationis [1]. »

Ac fere Papias auditur, dum Clemens suos magistros recenset, quorum unus in Græcia Ionicus, alter Siculus, alter Assyrius, alter in Palæstina Hebræus. Immo addit, vix non Irenæi verba referens: « Sed hi veram quidem beatæ doctrinæ servabant traditionem, statim a Petro et Jacobo et Joanne et Paulo, sanctis apostolis; ita ut filius acciperet a patre (pauci autem sunt patribus similes): ad nos quoque venerunt, Deo volente, ista a majoribus data et apostolica semina [2]. »

Id fusius dixisse me vellem, ne in partes suas petulanter Alexandrinos trahant neoterici illi inventores christianæ cujusdam antiquitatis, quam post octo et decem sæcula e cerebro

1) *Strom.* lib. I, c. 14. *Patrol.* t. VIII, col. 760. — 2) *Ib.* 760, 761.

suo excogitant, dum sibi fingunt Ecclesiam sine episcopis, corpus christianum sine capite, ac fere civitatem in aere pensilem sine religione, quin immo cœlum sine Deo Christo; dum barbara intrudunt nomina *Petrinos*, *Paulinos*, inter se digladiantes, quæ ne somniarunt quidem audaciores inter Alexandrinos.

II.

Negando tamen non sum, neque dissimulando, nostros Ægyptios, nimio abreptos studio in legendis et coacervandis ethnicorum libris et testimoniis, alacrius quam cautius accessisse ad philosophos, ad sophistas, ad poetas, ad Hebræos hostes, ad omnes exotericos. Æmulari mihi videntur disertos illos Musei Alexandrini magistros; nec pati, bibliothecas Christianis desiderari, deesse nostris gymnasia, exulare ex libris sacris scholia et commentarios, interpretum Christi quiescere tumultus et certamina. Ac sicut, in hoc ipso ævi et orbis spatio, Homerus habuit suum Aristarchum, suum agmen scholiastarum, suum disputandi et ariolandi campum: ita nostri, pruritu academico perciti, jubent de novo et antiquo fœdere frequentari acroases, de Lege et prophetis interseri προγυμναστικά, de Verbo Museum institui, exegeticam, ut verbo dicam, condi et absolvi disciplinam.

Condita quidem et ad cumulum, præter omnem spem, ducta fuit biblica exegesis Alexandrina. Statimque ab initio grande opus incœpisse, documento sunt pauca quæ de Pantæno, protodidascalo, ad nos pervenerunt: quum Anastasio teste, a primo Bibliorum initio exorsus, Hexaemeron exposuerit [1]; quum, referente discipulo Clemente, ab eodem oriatur gravis hermeneuticus canon de prophetico sermone [2]; quum præterea, apud Indos receptus, in præmium apostolici laboris retulerit Matthæi evangelium, hebraicis litteris scriptum [3], remotum quidem, sed primum et firmum molis Hexaplaris fundamentum.

Inde audax consilium ita provectum est, ut collatis diligenter et undequaque codicibus, interpretibus, scholiastis, accersitis in auxilium Judæis, Syris, Samaritanis, Chaldæis, consociatis omnibus Orientis et Occidentis linguis et dialectis, post itinera Sicula et Orientalia Pantæni, Helladica Clementis, Romana, Græca et Asiana Origenis, prodigioso quodam et unico fere exemplo, Κατηχήσεων schola Alexandrina, ad ætatem usque nostram, nondum superata fuerit.

III.

Sed, quæ humanæ infirmitatis conditio est, cogitatu optima haud semper in proficuum opus exeunt, et quo cupidius placita bono animo petis, eo citius in deteriora ruis præceps, quæ proxime adjacent. Alexandrinis pronum erat nova nimis quæritare, vetera audacius renovare, acquirere promptius aliena, inexspectata indagare, et peregrina in domesticum convertere peculium; ac pro innata cuique voluptate, hisce curiosis indaginibus eo tenacius adhærere, quo magis a recepta communique consuetudine recederent.

Inde novi magistri maluerunt, sua sæpe proferre quam expendere trita, suo indulgere

1) Vid. supra p. 160. — 2) Clem. Alex. Potter. p. 1002. — 3) Hieronym. *de Scr. Eccl.* cap. 36.

ingenio quam veterum inservire disciplinæ. Priscam quidem interpretationem, quam probe noverant, quam interdum servarunt vel in rebus dubiis et liberis, rite in antecessum plerumque præmittunt, sed allata statim sententia nova, quam amplecti collibuit. Etiam erudite et morose afferunt, et hoc alibi rarum, scriptorum nomina, libros, verba, sed quasi suppedaneum, arroganter calcatum, quo, uti æstimant, ad sublimiora enitantur.

Sublimior illa Γνῶσις ad fastidium usque regeritur, neque solum in Clementis διδασκαλίᾳ perpetua, sed ubi vis apud Origenem. Tæduit me, ne diffitear, dum innumera Adamantini scholia sive vetera, sive nova coquerem, toties incidisse in decantatam *scientiam*, γνῶσιν, θεωρίαν, ἐπιστήμην, ac si esset cujuscumque philosophiæ et theologiæ, virtutis ac vitæ ἀνακεφαλαίωσις. Quorsum vero spectat gnostica illa contemplatio, quæ fimbrias cum tanto dilatat ambitu? Haud ultra philosophicum orbem progreditur, totaque in Platonica aut Aristotelica psychologia consistit. Vix ac ne vix quidem ad revelatum Verbi evangelici ordinem, ad dogmata cœlitus manifestata assurgit, quæ, ut vidimus, pleno alveo Melitonianas formulas, Irenæique et Hippolyti commentarios inundant.

Eo usque Alexandrini delapsi sunt, ut fucatam illam scientiam larvatamque γνῶσιν, cœlestem pene dixerint Legem, alterumque Λόγον, nec timeant asserere, philosophiam esse divinæ quoddam providentiæ opus: αἰνισσόμενος ἀμηγέπη θείας ἔργον προνοίας καὶ φιλοσοφίαν [1]).

IV.

Huc eos potissimum duxit Philo Alexandrinus, pessimum illis longe ac lethiferum exemplar, venustum quidem juxta et elegans, inque multis sat luculentum, ut incautos oculos facili lenocinio perstringeret. Gravis quæstio, ventilanda fusius, ut spero, ad calcem hujus tomi, ubi de duplici veterum schola allegorica opportunius disputabitur. Hic tantum pauca dixerim de Philone, quem a nostris Alexandrinis sejungere nequeo: tum quia mihi non desunt ejus quædam anecdota, unde obvia ansa præbeatur illum hospitio excipiendi; tum quia reconditur in Vaticana ingens copia codicum, quos digito saltem non ostendere, piaculum mihi esset; sed propterea maxime quod, neque fallor, diurna nocturnaque manu Philo a magistris Κατηχήσεων versatus fuit. Inde horum prurigo academica, ut divini Salomonis porticum in Platonicos hortos transferrent. Hinc tumida γνῶσις, pro summo bono recepta, ac posthabita puri dogmatis austerior disciplina. Hinc demum, spreto symbolicæ theologiæ perpetuo ad Christum et Ecclesiam respectu, quem Asiani et Occidentales religiose frequentarunt, placuit angusta illa et humi repens theoria, quæ dum nubes captare affectat, inter philosophicos animæ sensus et Aristotelicas categorias contenta suffocatur. Fidem dixeris quasi e cœlo dejectam, throno extorrem, jam inferioris naturæ vile mancipium, ut humili physiologiæ ancillaretur; ac si Verbum ἐνυπόστατον, sive ante, sive ejus post adventum, nihil majus esset quam altera plus minus renovati orbis creatura [2]). Nil mirum igitur, si apud veteres inclamatum fuerit, Arium in libro περὶ ἀρχῶν incunabula repperisse.

Uno saltem exemplo ostendatur, quantum utraque schola, hæc Melitoniana, illa Philoniana, ab alterutra toto cœlo distet. In *Clavis* cap. IX, p. 68, sigillatim sic describitur totum veteris populi sacrarium, ut ad novum fœdus constanter referatur. *Tabernaculum* est 1° corpus Sal-

[1]) *Strom.* lib. I, col. 708. — [2]) Frustra Philonis editor et vindex altiora repetit, t. I *praef.* p. IX-XI.

vatoris, 2° sancta Ecclesia, 3° anima fidelis, sive ad ordinem evecta supernaturalem: quo triplici cardine tota vertitur allegoria vere christiana. *Columnae Tabernaculi* sunt doctores Ecclesiæ. *Bases columnarum*, libri Legis et prophetarum. *Cortinae Tabernaculi*, multitudo fidelium, fidei vinculis atque Scripturarum præceptis suspensa. *Sancta sanctorum*, interiora regni cœlorum (τὰ ἐνδότερα τῆς βασιλείας, sæpe græca emicant). *Duo Cherubim*, duo Testamenta. *Arca Testamenti*, Ecclesia. *Propitiatorium super Arca*, Christus in capite Ecclesiæ. *Quatuor circuli aurei*, quatuor evangeliorum libri, vel spirituales in Scripturis circuitus (περίοδοι, iterum in *Clavi* græcissatur, et alibi centies). *Urna aurea*, caro Salvatoris, munda perpetuo Divinitatis sapore (*Aurum* enim Deus est, supra p. 76). *Mensa*, Dominus Jesus Christus, qui est refectio electorum. *Candelabrum*, corpus Domini, vel Ecclesia. *Septem lucernae*, septiforme Ecclesiæ sacramentum (Supra p. 68-72). Et alia ibi, quibus hic, ut in toto et splendido allegoriæ christianæ theatro, panditur « magnum pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria [1]. »

Nunc vero Philonem adeamus: illi *Tabernaculum* est virtutis *humanae* symbolum, σκηνὴ συμβολικῶς οὖσα ἀνθρώπου ἀρετή [2]. — *Arca*, sapientiæ simulacrum, σοφίας (sine articulo, generatim) ἀπεικόνισμα καὶ μίμημα [3]. — *Mensa*, imago quatuor elementorum, quorum tulerint emblemata thus, galbanum, onychen, stacten [4]. — *Altare*, grata sapientis viri anima, ἡ εὐχάριστος τοῦ σοφοῦ ψυχή [5]. — *Propitiatorium supra quod Deus loquitur*, sermo, rerum auriga et vector, ὥστε ἡνίοχον μὲν εἶναι τῶν δυνάμεων, τὸν λόγον, κ. τ. ἑ. [6] — *Duo Cherubim*, mundi amborum hemisphæriorum signa, σύμβολα τῶν ἡμισφαιρίων ἀμφοῖν [7]. — *Candelabrum*, motus cœlestium orbium [8]. — *Ara suffitus*, terra in medio mundo suspensa [9]. — Quid ergo septem lucernæ? « Dixisse sat erit, inquit, quod septem erraticorum siderum cursus simulacrum fit hoc sacrum candelabrum, cum septem lucernis superpositis. Quomodo, rogabit aliquis (nec frustra!)? Respondeo, quia sicut lucernæ, sic et planetarum quisque prælucet [10]. »

Quæ quidem vesania nostros Alexandrinos adeo incessit, ut qui inter illos longe gravissimus et facile doctissimus est, Clemens ille, vestigia Philonis in hac eadem theoria Tabernaculi triverit pedetentim. Illi quoque *Sancta sanctorum* sunt medium cœli et terræ, aut symbolum totius mundi [11]; illi per Candelabrum « declarati sunt motus septem planetarum [12]. » « Porro autem aureæ imagines *(Cherubim)*, utraque sex habens alas, aut duas ursas, significant (!), ut quidam volunt, aut, quod magis quadrat, duo hemisphæria (?). Sed quum habeant Cherubim duodecim alas, per circulum zodiacum... significant mundum sensilem [13]. » Quæ statim idem tragico carmine erudite et eleganter confirmat. Tandem sunt tintinnabula trecenta et sexaginta, nec plus, nec minus, pendentia a veste talari pontificis, nec nisi annuum tempus

1) I Tim. III, 10. — 2) Philon. *opp.* Mangey. t. I, p. 222, v. 7, 8. — 3) *Ib.* II, 7. — 4) *Ib.* I, 504, 42. — 5) *Ib.* II, 255, 10. — 6) *Ib.* II, 150. — 7) *Ib.* I, 143, 23; II, 150, 16. — 8) *Ib.* 150, 38. — 9) *Ib.* II, 150, 34. — 10) *Ib.* 504, 5; II, 150, 43. Similia de arca Noe, immo putida et ridicula, Augustinus *Adv. Faust.* l. XII, notavit, et quam caute et acute: « Vidit hoc Philo quidam, vir liberaliter eruditissimus, unus illorum, cujus eloquium Græci Platoni æquare non dubitant, et conatus est aliqua interpretari, non ad Christum intelligendum, in quem non crediderat; sed ut inde magis appareret, quantum intersit utrum ad Christum referas omnia, propter quem vere sic dicta sunt, an præter illum quaslibet conjecturas quolibet mentis acumine persequaris. » — 11) *Strom.* v. *Patrol.* IX, col. 57 B. — 12) *Ib.* col. 60 A. — 13) *Ib.* col. 61 B. — Ut supra Philonis editores singula ad Clementem reducunt, ita ad Clementem variorum notæ eadem referunt ad Philonem. Sed loca parallela pressius et abundantius colligi oporteret.

per diem referunt [1]): quæ quidem sic, ni totus fallor, ex ignoto Philonis commento, numerantur et extricantur, sicut superiora αὐτολεξεὶ ex ejusdem libris circumlatis derivantur.

Nec satis: ex eodem fonte lutoso gravissimos errores defluxisse ad Alexandrinos nostros, ne dubita, sed mecum ingemisce. Philonis est sententia, animas ab initio exstitisse et variis temporibus descendisse in corpora [2]). Philo somniatur, sidera esse animata ac deos visibiles [3]). Philonis est blasphemia, Deum non esse auctorem omnium omnino rerum, sed tantum dominum rerum quæ nocent [4]). Philo ariolatur, paradisum fuisse mere spiritualem [5]), creationem Evæ omnino allegoricam [6]), tunicas tantum fictitias [7]). Philo vaticinatur, mundum futurum esse incorruptibilem, nulli conflagrationi obnoxium [8]). Monstra alia sunt, quæ nemo non videt incaute et clanculum irrepsisse usque ad catecheses Alexandrinas, donec audaci impetu in librum περὶ ἀρχῶν irruerent.

V.

Gravia quantumvis fuerint tum vitia, tum pericula, quæ Philonis libros elevant, mirum est quanta cum libertate et benivolentia recepti fuerint apud Græcos, Latinos et Armenos, dum alumnos æmulosque ejusdem Alexandrinos vix non tulerit aut ævum, aut invidia, aut publica animadversio. Pantæni nihil fere superest, nihil Heraclæ. Rarissima est Clementis trilogia, cæteris libris magno numero abolitis. Origenis ruinæ latius patent quam mutila opera, fulminibus vix erepta. Philonis autem alia fortuna fuit, eoque stupenda magis, quod vel apud Judæos ignotus fere spretusque manserit, neque ullum locum teneat in toto illo spisso orbe scholarum Thalmudicarum [9]). Caute quidem et sero, nec nisi ex parte, pervenit ad Latinos; sed in Oriente, maxime græco [10]), ejus opera, quantumvis haud exiguæ molis, certatim rescripta, quocumque permearunt.

Etiam nunc, quamvis Plato ille Hebræus nulla prorsus theologica auctoritate polleat, sedet veluti magister christianos inter scriptores, neque integra est quævis bibliotheca Patrum, ubi ille desideratur. Exemplum dedit Museum Vaticanum, quod viginti et amplius codices magni pretii sive græcos, sive latinos servavit. Quatuor docti pontifices, Nicolaus V, Callixtus III, Sixtus IV, Innocentius VIII amice conspirarunt, per totam vitam Lilii Tyfernatis, ut dignum Philo interpretem haberet, quem tandem invenit ex parte in Adriano Turnebo, præstantissimo inter eos qui græcas latinasque musas conciliarunt.

Philoni jam dudum Græci longum plausum fecerant. Dum enim Origenes vapulat, ac pene totus exsulat ex dogmaticis collectaneis Græco-Syrorum, Philoniana plenis amplexibus excipiunt Anastasius, Leontius, Damascenus, asperrimi Origenis censores. Syri Philonem ad Armenos transmittunt, qui plura nobis soli servarunt, nuperrima ope Mechitaristarum, felices ad auras data, interprete, ut suspicatur J. B. Aucherus, sancto Leontio martyre, sæculi IV [11]).

Quibus Armenorum libris, inter plura, duo comperta sunt, notatu dignissima, quæ vix non omnes fugerunt hactenus. Primum est, penes Ambrosium, sæculo IV, certe versata fuisse integra Philonis volumina, quæ solum apud Armenos remanserunt; tantamque esse copiam similium

[1]) *Strom.* v, *Patrol.* IX, col. 64 B. — [2]) *Opp.* I, 49, 216, 285, 416. *Paralipom. Arm.* t. II, p. 388. — [3]) *Ib.* I, 6, 17, 33, 331, 641; II, 57. *Armen.* l. l. — [4]) *Ib.* I, 320, 581, 583. — [5]) *Ib.* I, 52, 218, 334. — [6]) *Ib.* I, 70. — [7]) *Ib.* I, 35. — [8]) *Liber de mundo incorruptibili* per totum. — [9]) Delaunay. *Philon* etc. p. 59. — [10]) Photius *Biblioth.* cod. CIII. Vid. alia multa testimonia Græcorum post Euseb. H. E. III, c. 4 in proleg. Mangey. — [11]) Philon. *Serm.* III præf. p. IV.

paginarum, ut quæ mutila sunt Armenice, latine pleniora legantur, ac fortasse justæ molis volumina Philonis adhuc dum lateant inter Mediolanensis elegantias. Inde etiam fortasse est quod nonnihil recedere videatur Ambrosius a recepta inter cæteros patres latinos theologia symbolica: qua de re, suo loco.

Alterum est minus notum, ne penitus dicam sepultum in nocte et oblivione: exstitisse nimirum, fortasse ante Ambrosium, Philonis veterem latinum interpretem, qui ejusdem plures libros tenuit, vertitque rudi sermone, quos Mediolanensis ambrosiana vestivit elegantia, simul ac classici Armenorum scriptores haicano eos auro decorabant. Is vero latinus interpres adhuc lateret in rarissimis membranis, nisi unica editio prodiisset, a. 1538, Basileæ, quam casu repertam ab orco revocavit doctus J. B. Aucherus, hoc titulo inscriptam: *Philonis Judaei Quaestionum et Solutionum in Genesim liber* [1]). Inerant porro haud pauciores quam tres supra centum solutæ quæstiones quæ apud Armenos a numero sunt CLV usque ad CCXLV.

Jam vero quamvis libellus adeo sit inter spuria rejectus, ut ne illum quidem vel minima memoria dignum censuerint locupletissimi veterum scriptorum nomenclatores, uti Fabricius, Harlessius, alii, cohæret tamen cum CIII capitibus Armenorum, sinceris, immo etiam authentica servat undecim integra capitula, quæ nusquam nisi in hac aspera latinitate supersunt. Quo vero rudior liber est, scatetque vocabulis insolentioribus, eo vetustior interpres mihi est: ac nisi rupto identidem Philonis sermone, scholia inserta essent, in quibus fit respectus ad Apollinarem (quod fortasse fuit ab alio recentiore interpolatum), parum abesset, quin hic viderem unum ex illis interpretibus, magis græcis quam latinis, qui statim ab Irenæi ævo et inde ad Eucherium et Cassiodorium, nec sudori, nec fastidio pepercerunt, ut thesauros Helladis qualicumque cum latinitate communicarent. Multa enim noster habet quæ ad Irenæi librarium græco-celticum, ad Melitonis interpretem, ad Commodiani et Tertulliani dialectum et indolem pertinent. Id libenter persequor, cum rarissimus liber Basileæ editus, typorum aut codicum incredibili barbarie fœdatus, reperiatur in duobus Vaticanis exemplaribus membraneis sat bonæ notæ, quibus novam editionem mirum in modum emendari posse, palam faciunt fragmenta et adversaria Vaticana, subinde posita. Adde quod ex iisdem codd. Vaticanis, præter *Solutiones quaestionum in Genesim*, innotescit nunc primum, ex mox proferendis, eumdem quoque interpretem sollicitasse egregium Philonis librum *De Therapeutis*, seu *De vita contemplativa*.

Totum hoc fragmentum eo promptius omnium oculos fugit, quod sine ullo signo vel apice intercapedinis, in seriem interruptam ultimæ quæstionis ad Genesim ex abrupto intrudatur: idcirco nullus dubitavi quin illud ex cimmeriis tenebris eriperem: sed ne sævius horreat tanta barbaries, e regione veniet, opportunissima varietate, alia ejusdem libri interpretatio æque ignota, ignotique viri, sed disertissimi, quo quid elegantius vix alibi me legere memini.

Quidni accedat et illud: in altero ex iisdem Vaticanis, sive 488, quæstionibus præmittitur spurium illud Philonis *Chronicon ab Adamo ad Saulem*, quod a tribus sæculis post plures editiones [2]) iterum recidit in tenebras. Turget libellus rabbinicis figmentis, sed veste græca olim usus est, quæ etiam nunc sub latino rudi panno emicat. Latinus vero interpres

[1]) *Paralipom. Arm.* t. II, p. 362. Averem tam hæc quam multa alia quæ consulto omisi, tandem declarentur ab erudito et solerti viro Ferdin. Delaunay, qui vindicandis operibus Philonis haud perfunctorie manum nuperrimam adhibuit. Ad quem ego lubens mitto lectorem, si velit, præter prolixam Fabricii de Philone diatribam (*Bibl. gr.* IV, p. 721-750) elegantem legere disputationem inscriptam: *Philon d'Alexandrie. Écrits historiques, influences, luttes, et persécutions des Juifs dans le monde romain.* Paris. 1870. —

[2]) Fabric. *Bibl. gr.* IV, p. 743.

cum altero ita germanus et affinis est, ut eumdem esse per me licet censeas. Pagellam unam excerpsi, græca fere epigraphe inscriptam, *Threnus Seilae, filiae Jephte*, quam nolim tibi dare ut gemmam e sterquilinio, sed uti Philonianæ ἐκφράσεως lepidam imitationem.

Auget denique hac de re admirationem, quod præter duos codices Vaticanum et Urbinatem, tertius exstat Laurentianus, in quo *CIII Quaestiones Philonis* abrupte et similiter transeunt in idem mutilum fragmentum *De Vita Theoretica* [1]).

VI.

Si quis vero hunc interpretem, et in primis Ambrosium, contulerit diligenter cum genuino Philone, sole illi clarius erit, Latinos nostros haud sine prudentissima cautela ad Philonem accessisse, nec dubitasse multa resecare, emendare, confutare. Utinam eadem prudentia usi fuerint Alexandrini, ne præcipites ruerent in errorum proluviem, quæ per tria sæcula tanto cum tumultu totum Orientem perturbavit.

Nil mirum igitur assurrexisse Orientales fidei custodes, insedisse vel Alexandriæ judices severos imprudentium magistrorum, sæviisse majores synodos episcoporum, ac sententias œcumenicas ab Alexandria ad Romam usque, per totum orbem christianum, insonuisse.

In hoc certamine vetus athleta cæteris præeminet, Demetrius ille, undecimus post D. Marcum episcopus, qui per duos et quadraginta annos, sævissimas inter tyrannorum et hæreticorum procellas, gubernacula sedis Alexandrinæ tenuit. Nec tantum meum est grande nomen salutare, sed illi nunc primum, inter redivivos scriptores, locum dare. Lætor enimvero incidisse me in unicum, quod fortasse usquam supersit, sancti viri fragmentum, infra recitandum. Interciderunt siquidem tres epistolæ ad patriarchas Hierosolymitanum, Antiochenum, et Victorem papam Romanum, quibus creditur epactas invenisse et significasse, immortali invento auspicatus famam et auctoritatem Ecclesiæ Alexandrinæ, nunquam postea de argumento paschali declinandam. Præterea periere acta amborum conciliorum, quibus primum fuit Origenes ab Ecclesia Alexandrina ejectus, deinde sacerdotio exutus. Solum ergo superest hoc Vaticanum fragmentum ex homilia *De terrae motu*. Sat quidem compertum, per hos quadraginta duos annos (A. C. 189-231), vel in solo trepidante, et inter fluctus sanguineos, cathedram S. Marci impavidam stetisse et immotam.

Quod pertinet ad sententiam de Origene, acta ageret, si quis post eximiam de S. Demetrio disquisitionem Bollandistæ Ignatii Hubeni ad diem IX octobris (t. IV, p. 855), fortis episcopi vindicias texère iterum studeret. Cuique momenta hujus controversiæ perpendenti exploratum erit, æquam fuisse episcoporum Orientis et Occidentis sententiam, nec pronunciatam fuisse ob invidiam Demetrii, neque ob inopportunam Origenis ad sacerdotium cooptationem, nec propter ementitam ac fictitiam ejusdem apostasiam, neque demum ob facinus in semel juvenem commissum: sed fulmen cecidisse propter pessimas ejus opiniones, tum variis insertas operibus, tum maxime et audacissime propugnatas in libris Περὶ ἀρχῶν, quos nunquam Origenes emendavit, sed neque abdicavit, sed neque retractavit. Immo epistolam, lectam Hieronymo [2]), scripsit, « qua tota Demetrium Alexandrinæ urbis pontificem lacerat, et in totius orbis episcopos et clericos invehitur, et frustra ab Ecclesiis excommunicatum esse se dicit. »

1) cf. Bandini t. I, cod. x, plut. XII, n. 2, p. 14. — 2) *Apol.* n. 18. *opp.* v, 509. Vall.

VII.

Cæterum, ne nimia nostris Alexandrinis invidia confletur, æquum est obiter circumspicere stadium, multo tumultu et promiscua sectarum colluvie confertum, in quo certamen exerceri oportuit. Etenim in illo litterarum et scholarum emporio, ubivis offendebantur philosophi, hæretici, Judæi, qui, quum inter se vel domi de nulla re consentirent, communi tamen odio adversus Christianos et quasi pacto fœdere conspirabant: quibus fere semper calcaria addebant imperii duces ac milites et diræ carnificum turbæ.

Ac primum sophistæ, inter quos fortasse Celsus aut certe ejus famosus liber versabatur, ita non erant ἔξω, quin per se aut per alumnos, nostris concionantibus adstarent. « In circuitu nostro, inquit anonymus quem Origenem esse suspicor, sunt Græcorum sapientes, explodentes ac subsannantes nos, tanquam qui sine indagatione ac stulte credamus [1]. » Ipse Athanasius (nisi aliquis antiquior scholia in psalmos ipsi ascripta ediderit), adhuc indignatur « ut ora obturet eorum, qui magnam in barba confidentiam habent, et ea quæ sese ultro offerunt menti, effutiunt [2]. » Sive igitur ad hos redarguendos, sive ad alliciendos, nostri sategerunt philosophiæ vasa plus minus aurea secum asportare et venditare. Hinc apud Clementem tot sarcinæ ex omnibus scholis congestæ. Hinc sæpe Origeni placuit ludos scholasticos miscere [3], Platonicas refricare ἐκφράσεις de Logo et anima logica, Aristotelis et aliorum cumulare de mente et anima categorias [4]. Sed vide statim in ps. XCVI, v. 7 egregium de Dei monarchia enthymema ab Origene adversus ethnicos vibratum.

Aderant præterea heterodoxi innumeri, quorum Alexandria fuit inexhausta officina, favente in primis segnitie et ignavia eorum qui Christiani dici avebant, quin delicias sæculi repudiarent, neque offenderent martyrum patibulo. Digito eos quasi monstrat Origenes, quando in scholiis pingit « mimos heterodoxos, qui volunt imitari gregem Christi, episcopos sibi ordinantes, presbyteros, diaconos, doctores, plebem, catechumenos [5]; » quando deridet eorum sacrificia « quæ cum fastu et superbiloquentia altius ascendunt, » ut cum sacrificulis evanescant [6]; dum recenset Valentini psalmos, Basilidis odas [7], Marcionis dogmata, Apellæ convicia, quæ indefesso flagello insectatur. Sed vereor ne cum Clemente Origenes nimium ad qualemcumque γνῶσιν inhiaverit, quæ, nisi ubi ex industria, pro loco et tempore aliquo, opportuna obversetur, nobis plerumque rancida venit.

Etiamsi porro Philo vix Judæis arriserit, quem fere pro desertore habuerunt, gravis incubuit nostris necessitas cavillationes Hebræorum et hæreticorum retundendi, ut illis quidem ostenderent, haud inepte apud Christianos legi et intelligi sacra oracula, et omnia esse Christo referenda et christianos ad mores temperanda; his vero vetus sæpe fœdus discerpentibus, ora obtunderent, et sapientiam quæ a fine ad finem attingit suave et fortiter, demonstrarent. Inde totum opus Hexaplare; inde allegorica et ethica veteris fœderis expositio; inde col-

1) Corder. *Catena in psalm.* t. II, p. 662. — 2) Athan. in ps. 103, v. 3. *Patrol.* XXVII, col. 436. — 3) Vide lepidum reticulum dialecticis propositum in ps. CXV, v. 2: *Omnis homo mendax*, quæ etiam a gravi Chrysostomo non prætermittuntur. — 4) Ne extra psalmos excurram, passim occurrunt παθητικόν, λογιστικόν, θυμικόν, ἐπιθυμικόν etc. — 5) Apud Galland. Suppl. in Job XXI, 11 BB. — 6) in Job. XX, 6. *opp.* I, p. 501. — 7) Galland. l. l.

loquia etiam cum Jullo patriarcha Judæorum et cum cæteris Synagogæ sapientibus [1]; inde acre certamen cum littera cæca et aspera, quod facile digladiantem in multiplices scopulos allisit.

VIII.

Et certamini sane necesse erat adesse et præesse agonothetas, veteranos juniorum brachia et arcus dirigere, seniores in judices campi et arbitros sedere, quod minus videtur intellexisse Origenes, si Demetrium laceravit, si Hippolytum cum invidia legit, si Melitonem sprevit [2], quem certe legit, cujus *Clavem* tenuit, cui soli ab initio commentarii in psalmos et Genesin, eum nomine appellando, locum fecit [3].

Omnino tamen non defuit Origenes religioni erga patres, utpote qui solus nobis ministravit quæ infra colligere juvit sub hac epigraphe: *Seniores Alexandrini*. Ea tantum ex scholiis in psalmos selegimus, quum multo uberior messis erit, si quis cætera opera recenseat. Sed placent hæc pauca, quibus ex aliqua scintilla splendet fax illa quæ de manu in manum transiit a S. Marco ad Pantænum et Clementem [4]: utinam lux major affulgeat inde ab incunabulis Κατηχήσεων usque ad splendida Gymnasii lumina! Tunc enim, sine periculo ariolandi, pateret horum veterum methodus in explanandis Scripturis, quæ, quantum conjectare licet, videtur fuisse brevis, pressa, acuta, per ephymnia et aphorismos potius ejaculata, quam enunciata in prolixis et elaboratis commentariis [5]. Doctor enim, haud semper ex officio, neque ex cubiculo prodibat; sed interdum sponte assurgebat, vel inter plebeios fideles et juniores (qualis primum fuit Origenes), et quasi æstu hieratico percitus, per plausum lectori succinebat, illa mittens ephymnia, quæ fortasse remanserunt in canticis Ecclesiæ Orientalis, et adhuc frequentantur.

Meum est addere, vix non ejus generis esse brevissima Origenis scholia, quæ primum ipsa exiguitate sua potius fastidio quam meditationi esse queunt. Quasi igniculos alacres, ac veluti prima lineamenta interpretis nondum adulti ea primum habui, maxime ob Philoniana quibus scatent. Sed quo ea consideravi attentius, minus displicuere: ut etiam in consilium venerim, ea separatim edere; ac vix non me piget saltem non dedisse ex ordine omnia numero centum ac sex supra septuaginta, quæ psalmum CXVIII distinguunt. Sed timui ne lux deesset ad secernenda illa scholiola ex commentariis, in quos, auctore fortasse Origene, passim inserta sunt. Judicet lector, aure et digito callidus, an hic lateant quæ utcumque dixerim, veterum interpretum ephymnia.

IX.

Horum seniorum duo tantum nomina ad nos pervenerunt, Pantæni et Clementis.

Pantæni hactenus ne verbulum quidem aucupatus sum, ac vere dolendum, quum Hieronymo et Rufino referentibus, « multi ejus in sanctam Scripturam exstarent commentarii, multa libro-

1) *Patrol.* XII, col. 1055. — 2) In Gen. I, 26. Ibid. col. 93. cf. *Spicil. Solesm.* II, p. XXXIV. — 3) In ps. III, v. 1. *Patr.* XII, col. 1126. Iterum in hoc loco aliquid verecundiæ desideratur. — 4) Hieron. *de Script.* 46. — 5) Exempla id genus duo vel tria mox recitantur.

rum monumenta,» quæ Eusebius habet «divinorum dogmatum thesauros [1]).» Nihil αὐτολεξεὶ superest. Pauca quæ memorantur, multis de more ornavit Halloixius [2]), paucis et scite coercuit Bollandianus [3]), eleganter vero Routhius, ut solet, et plene redhibuit [4]), nisi quod doctus vir, deceptus a Ciampinio [5]), minus apte locum Pantæno dedit in toreumatibus, quæ valvas veteres æneas Basilicæ S. Pauli extra muros Urbis insigniebant. Sed præterquam quod nihil simile vidit Nicolaius, dum diligenter de visu descripsit et illustravit opus adhuc integrum [6]), incendio erepta superest pars valvarum, quæ exhibet S. Thomam lancea transactum ab Indis tortoribus, quos Ciampinius commutavit benignius in nostrum philosophum, manu gestantem S. Matthæi evangelium. Testis ego quoque oculatus, haud sileo, ne spatietur error, uti jam latius irrepsit [7]), quanquam, quum rarissima sint celebritatis et cultus S. Pantæni testimonia, mœstus video etiam hoc in auras evanuisse.

Pauca de Clemente Alexandrino dicere habeo, quum ex rarissimis vel in Vaticana codicibus ægre expiscari tenuia ἀποσπασμάτια datum sit. Vix alius scriptor ecclesiasticus est, post Origenem, qui plura scripserit, neque alius quem tempus audaciori dente arroserit. Nec magis placuisse videtur quam Origenes Orientalibus, apud quos uterque veluti exterminio exulat. Lacinias tantum raras nobis servaverunt jejuni Catenarum compilatores. Multa adhuc sæculo VII circumlata fuisse Clementis opera, fidem faciunt Maximus, Anastasius, Damascenus, Antonius Melissa; qui videntur tenuisse nonnullas ejusdem operis scripturas, tam mira varietate distinctas, ut jure censeatur Clemens plura novis curis immutasse. Quod certe nobis obtigit in fragmento commentarii de psalmo primo, idem expertus est Cramerus in Catenis suis, ubi paginas satis amplas ex Pædagogò invenit alia veste ornatas [8]), quas florilegus vix potuit in hunc modum augere. Conceditur quidem, immensa Athanasii, Chrysostomi, Cyrilli, majorumque patrum commentaria sæpe breviori compendio in Catenis perstringi; quum vero Patrum antenicænorum verba referuntur, haud sine quadam religione intacta et integra remansisse. Luculento argumento est Irenæus latinus, quocum vel frustula græca ad amussim aptantur, idque non semel apud Clementem Alexandrinum comprobavimus.

X.

Nunc adesdum, Origenes! O mihi præteritos quis referat annos, quando martyrum alumni et magistri, oracula divina innocuo ore effundebant; quando resupinus Leonidæ filius, ultimo patris osculo pectori impresso excitatus e sopore, ipso jubente Demetrio, ambonem κατηχήσεων aggrediebatur, concurrentibus tam avidis discipulis a primo lucis ortu usque ad vesperas, ut magistrum adolescentem ne respirare quidem permitterent [9]); quando subselliis scholæ gestiebant purpuram admovere, non solum dux ille Arabum et Mammæa Augusta [10]), sed plurimi jam martyrio destinati, uti duo Sereni, ambo gemelli fratres, uti Plutarchus frater ipsius Heraclæ, alterius magistri et postea episcopi, uti etiam nobiles sacræ virgines, Herais catechumena et Potamiena, ambæ cum matre Marcella rogo ambustæ [11]). Sed precor, tota de-

1) Hier. l. l. Rufin. *Hist. Eccl.* Euseb. H. E. v, 10. — 2) *De vitis PP. Or.* t. II, p. 839. — 3) Ad VII Jul. t. II, p. 457. — 4) *Reliq. Sacr.* I, 337. — 5) *Vetera Mon.* p. I, cap. 4, p. 38, quadr. XXVII. — 6) Nicolai, *della Basilica di S. Paolo,* Roma 1805, p. 289, tav. XI et XIV. — 7) cf. *Patrol.* t. v, col. 1327, not. 3. — 8) Cat. in epp. Pauli t. VII, p. 490. — 9) Euseb. H. E. VI, c. 15 —. 10) Ibid. c. 21. — 11) Acta SS. Octobr. t. IV, p. 857.

libetur venustissima S. Gregorii Thaumaturgi oratio panegyrica, coram Origene habita, qua, dimittendus juvenis Cappadox, supremum vale dicit, et cycneo quasi cantu ἀποτακτικῷ, gymnasium Cæsariense salutans, vivam ejus sub oculis ponit effigiem, quasi tabula depictam.

Nolo iterum lamentari, tantam fuisse ab inimico homine zizaniam in amœno et uberrimo agro superseminatam. Multam enim messem quum in agro collegisse videar, statim ab initio testari pergratum est, nihil me hactenus invenisse quod inimico homini tribuendum sit; sive quod manus quædam prudens lolium prius evulserit, sive creverit messis nostra antequam pullulaverit infelix semen, sive etiam nostra Origenes Cæsareæ dictaverit, quum infortunio emendatus, ac sanctorum Pamphili et Alexandri prudentia contentus, quæ minus sana olim docuerat, temperaverit tandem et emendaverit.

Hic vero habebis primum pauca in Octateuchum fragmenta, quæ hactenus editores fugerunt, aut mutila et ignota exulant in Catena Lipsiensi sæpius memorata.

Succedunt plura e commentario in Jobi librum, quem primus omnium interpretum Origenes ac pene solus inter Græcos, et fortasse ab initio suarum prælectionum ex integro explanavit. Spirat enim in hisce laciniis, quæ ad nos pervenerunt, odor belli et calor cruoris, ac si, dum severissima Africani imperatoris vexatio sæviret, sancti Idumæi fortitudinem alumnis, coram carnifice anhelantibus, filius Leonidæ proposuerit. Quam in Spicilegio Solesmensi dedimus, Hieronymi epistola de Scriptis Varronis et Origenis, hæc duas supra viginti homilias in Job memorat [1]), quas videtur magnus Hilarius latinas fecisse ex fragmento apud Augustinum asservato feliciter. Pauca Maurini collegerant, plura addidit Gallandius, quæ etiam homiliarum exordia et coronidem restituunt. Haud ego pauciora insuper repperisse juvat in septem Catenis Vaticanis, quarum plures tam antiquitate et unciali charactere, quam egregiis picturis insigniuntur.

Longe plura in centum et quinquaginta psalmos nobis suppetere, nil mirum, quum pauca tantum et parca manu Maurini ex Catenis receperunt, quæ iterum Gallandius haud infeliciter auxit. Sed quorsum hæc, dum teste rursus Hieronymo in epistola *ad Paulam*, Origenes præter scholia, in totum psalterium haud pauciores effuderit quam quinque et quadraginta tomos commentariorum, atque insuper centum et quatuordecim homilias?

Et hoc quidem triplex interpretationis genus, quod Origeni solemne videtur fuisse, ex Philone oriundum esse, haud ego renitens existimarem; quum adhuc obvia sint, Hebræum apud magistrum, *scholia* sive breviora responsa, *homiliae* et conciones in Synagogis vel ex tempore habitæ (in Samsonem puta, in Jonam, etc.), tum amplissimi *commentarii*, æstu allegorico ad cumulum tumentes. Eadem Origenem frequentavisse, sat perspicuum faciunt copiosa quæ hactenus editis incrementa nunc addimus et in medium ponimus.

Scholia sunt videlicet, sive excerpta, quæ propemodum sola ad Maurinos pervenerunt, sola quoque fere nobis servavit codex Palatinus 754, peculiari significata siglorum compendio, quod Lydii instar lapidis nos deduxit, uti suo loco dicere est.

Homilias aperte significant, exordia præter et doxologias nonnullas, conciones vehementiores, ad mores instruendos, quibus interpres populum coram stantem alloqui facile videtur.

Commentarios autem dignoscere est, cum ex aliis plurimis argumentis, tum vel maxime ex abundanti sacrorum testimoniorum congerie, quæ rite quidem et apposite, argute etiam adducta, sed eo congeruntur cumulo, ut dubitandum non sit, quin Adamantinus totam Bibliorum

[1]) *Spicil. Sol.* t. III, p. 314.

seriem memoriter tenuerit, ac potuerit ex tempore undequaque verbo tenus recitare et eodem cogere quæque ad cumulum, quantumvis essent aliena et inexspectata.

Quibus peractis, nondum tamen exhaustis, quum plurima supersint ulterius proferenda, si vacat, nec locus desit, nec Deus obstiterit, *Hexaplorum* quoque satis ampla seges in derelicto meo a multis annis horreo jacuit. Ecce autem omnia fere mihi docte præripuit cl. v. Fridericus Field, in nova et locupletissima Origenis Hexaplorum editione Oxoniensi [1]; ut fere nesciam an exigua quædam auctaria ausim et possim ad psalmorum calcem subjicere. Sed plura alio in loco de Origene in psalmos, ne ulterius prooemia jam prolixa producantur.

[1]) *Origenis Hexaplor. quae supersunt, sive veterum interpretum graecorum in totum V. T. fragmenta*, Oxon. t. I, II, 1875.

PHILO ALEXANDRINUS

I.

Fragmenta Coisliniana.

I. Φίλωνος ἐκ τοῦ περὶ κοσμοποιΐας γ' κεφαλαίου.

Ἡ πρότασις ἐμφαίνει μεταμέλειαν, ἀνοίκειον πάθος θείας δυνάμεως. Ἀνθρώποις μὲν γὰρ ἀσθενεῖς αἱ γνῶμαι καὶ ἀβέβαιοι, ὡς τὰ πράγματα πολλῆς γέμοντα ἀδηλότητος. Θεῷ δὲ οὐδὲν ἄδηλον, οὐδὲ ἀκατάληπτον·

I. *Philonis, ex libro De mundi fabrica, cap. III.* Gen. VI, 6.

Periodi pars prior præ se fert pœnitentiam, quæ ægritudo a divina virtute exsulat. Etenim mortalium infirmæ cogitationes sunt et instabiles, ut quæcumque res multa obscuritate redundans. At Deo nihil obscurum, nihil co-

I. Ex codice Coisliniano 276 sæc. XI, accepi priora Philonis fragmenta, quæ frustra et morose quæsivi sive in locupletissima editione anglicana, sive in collectaneis quibus augenda est, qualia sunt Damascenica, Anastasiana, Leontiana, diligenter excussa usque ad Maium. Cur vero statim codicis nostri titulus: Ἰωάννου πρεσβυτέρου καὶ μοναχοῦ τῶν ἐκλογῶν βιβλίον πρῶτον, *Joannis monachi selecta*, ut fert e tergo volumen, prius non moverit animum diligentium virorum qui ante me toties in idem offenderunt, præcipua mihi causa est in catalogo Coisliniano cl. Montefalconii, in quo vir doctus leviori calamo breviter asserit, plura hic non esse quam loca parallela Damasceni, alio tantum ordine posita. Contradicunt vero tum ea quæ insuper abundant, tum ea quæ deficiunt, ut alibi fusius dicam.

I. Ex fol. 220 a tergo. Quid sit κεφάλαιον γ' κοσμοποιΐας, divinandum est, quum nulla sit partitio in hoc primo Philonis libro, idemque titulus κοσμοποιΐας pertingat interdum ad tres aut quatuor libros ab initio editos apud Mangeium. Nota ἰσχυρογνωμονέστατος, et recole ἰσχυρογνωμοσύνη ejusdem Phil. I, 633, 44. — Ad verba ὡς τὰ πράγματα cod. in marg. ὡς τὰ πολλά. — Dein ad ὑφηγήσεως reponitur sic ὑφηγενεσεως sine ullo accentu. — καθ' ὃ λέγεται. Num. XXIII, 19. Ultima conferenda sunt cum Philon. t. I, p. 280, 40 sqq.

ἰσχυρογνωμονέστατος γὰρ καὶ βεβαιότατος. Πῶς οὖν τῆς αὐτῆς ὑπούσης αἰτίας, ἐπιστάμενος ἐξ ἀρχῆς ὅτι ἔγκειται ἡ διάνοια τοῦ ἀνθρώπου ἐπιμελῶς ἐπὶ τὰ πονηρὰ ἐκ νεότητος, πρῶτον μὲν ἔφθειρεν τὸ γένος κατακλυσμῷ, μετὰ δὲ ταῦτα φησὶν μηκέτι διαφθείρειν, καίτοι διαμενούσης ἐν τῇ ψυχῇ τῆς αὐτῆς κακίας; Λεκτέον οὖν ὅτι πᾶσα ἡ τοιάδε τῶν λόγων ἰδέα περιέχεται ἐν τοῖς νόμοις πρὸς μάθησιν καὶ ὠφέλειαν διδασκαλίας, μᾶλλον ἢ πρὸς τὴν φύσιν τῆς ἀληθείας· διττῶν γὰρ ὄντων κεφαλαίων ἃ κεῖται διὰ πάσης τῆς νομοθεσίας· ἑνὸς μὲν, καθ' ὃ λέγεται, οὐχ ὡς ἄνθρωπος ὁ Θεός· ἑτέρου δὲ, καθ' ὃ ὡς ἄνθρωπος παιδεύειν λέγεται υἱόν· τὸ μὲν πρότερον τῆς ἀληθείας ἐστίν· ὄντως γὰρ ὁ Θεὸς, οὐχ ὡς ἄνθρωπος, ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἥλιος, οὐδὲ ὡς οὐρανὸς, οὐδὲ ὡς κόσμος, αἰσθητὸς ἢ νοητὸς, ἀλλ' ὡς Θεὸς, εἰ καὶ τοῦτο θέμις εἰπεῖν. Ὁμοιότητα γὰρ ἢ σύγκρισιν ἢ παραβολὴν οὐκ ἐπιδέχεται τὸ μακάριον ἐκεῖνο, μᾶλλον δὲ μακαριότητος αὐτῆς ὑπεράνω. Τὸ δὲ ὕστερον τῆς διδασκαλίας ὑφηγήσεως, τὸ ὡς ἄνθρωπος, ἕνεκα τοῦ παιδεῦσαι τοὺς γηγενεῖς ἡμᾶς, ἵνα μὴ τὰς ὀργὰς καὶ τὰς τιμωρίας μέχρι παντὸς ἀποτείνωμεν ἀσπόνδως καὶ ἀσυμβάτως ἔχοντες· τὸ οὖν διενοήθη ἐπὶ Θεοῦ κυριολογεῖται, τοῦ τὴν γνώμην καὶ τὴν διάνοιαν βεβαιοτάτου.

gnitu impervium, utpote qui firmissima mente valeat et constantissima. Quomodo igitur fit, eadem causa subsistente, ut, quum ab initio noverit, cogitationem hominis esse a juventute et dato consilio ad improba proclivem, primum in cataclysmo totum genus pessum dederit, postea vero dixerit idem non esse a se exterminandum, etiamsi eadem manserit in anima improbitas? Dicendum igitur, hæc verba omnino aut qualiter significare, quod leges nostræ scientiæ prosunt, magisque respiciunt proficuam eruditionem quam veritatis naturam. Etenim quum duo capita in universa Legis serie proponantur, unum quidem, sicut scriptum est, quod Deus non est ut homo; alterum vero, quod non secus ac homo, edocere dicitur filium: prius quidem est sermo veritatis, quia verum est Deum non esse sicut hominem, sed neque sicut solem, neque etiam ut cœlum, neque uti quemcumque mundum aut sensu, aut mente cognitum; esse autem veluti Deum, id verbo dicere si fas est. Similitudinem enim aut comparationem aut analogiam in se non recipit Ens illud beatum, quin immo omnem superans beatitudinem. Posterius vero dicendi genus, quo doctrina exponitur, illud est quo Deus loquitur ut homo, ut nos erudiat terrigenas, ne vindictas et castigationes ad finem usque omnem extendamus, implacabili et obstinata pervicacia. Unde verbum illud *cogitavit secum*, proprium Dei est, cujus sententia et consilium firmissima sunt.

II. Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς κατὰ Μωσέα Κοσμοποιΐας.

Ἴδιον Θεοῦ, τὰ ἀδύνατα παντὶ γενητῷ μόνῳ δυνατὰ καὶ κατὰ χειρός.

II. *Ejusdem*, *ex libro de Mosaica mundi fabrica.*

Ad Deum pertinet, ut quæ nemo prorsus horum qui fiunt, facere possit, ipse solus prompta manu faciat.

III. Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τῆς κατὰ Μωσέα Κοσμοποιΐας.

Οὐχ ὡς πέφυκεν ὁ Θεὸς εὖ ποιεῖν, οὕτω

III. *Ejusdem*, *ex eadem secundum Moysem mundi fabrica.*

Qualiter penes Deum est benefacere, haud

II. Ex fol. 138 et iterum fol. 151. Prior locus habet τὰ δυνατὰ, posterior τὰ ἀδύνατα.

III. Ex fol. 259, in pagina altera. Hæc necessitudinem habent cum sqq. VIII et XIX.

καὶ τὸ γενόμενον εὖ πάσχειν· ἐπεὶ τοῦ μὲν αἱ δυνάμεις ὑπέρϐάλλουσιν, τὸ δὲ ἀσθενέστερόν ἐστι δέξασθαι τὸ μέγεθος αὐτῶν.

taliter creaturæ competit bene recipere: illud quippe vires habet multo superiores, hoc vero imbecillius est, ut magnitudinem earum sustineat.

IV. Τοῦ αὐτοῦ, ἐκ τοῦ γ' τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας.

Θεοῦ ἴδιον, τὰ μὲν ἀγαθὰ προτείνειν, καὶ [προ]φθάνειν δωρούμενον· τὰ δὲ κακὰ μὴ ῥᾳδίως ἐπάγειν.

IV. *Ejusdem, ex tertio libro Allegoriarum in sacras Leges.*

Dei inditum est, bona quidem offerre et dando præoccupare eum quem donavit, mala autem haud facili manu inducere.

V. Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐδὲ τοῖς ἁμαρτάνουσιν εὐθὺς ἐπέξεισιν ὁ Θεός· ἀλλὰ δίδωσι χρόνον εἰς μετάνοιαν, καὶ τὴν τοῦ σφάλματος ἴασίν τε καὶ ἐπανόρθωσιν.

V. *Ejusdem.*

Haud statim Deus peccatores persequitur, sed concedit tempus in pœnitentiam, atque in noxarum medelam et emendationem.

VI. Ἐκ τοῦ η' καὶ θ' τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας.

Ἀναζητοῦσιν τοῖς φιλοθέοις τὸ ὄν, κἂν μηδέποτε εὕρωσιν, συγχαίρομεν· ἱκανὴ γὰρ ἐξ ἑαυτῆς προευφραίνειν ἡ τοῦ καλοῦ ζήτησις, κἂν ἀπέχῃ τὸ τέλος αὐτῆς.

VI. *Ex libro VIII et IX Allegoriarum in sacras Leges.*

Cum Dei amicis quærentibus quod vere est, etiamsi non id inveniant, collætamur: apta enim est boni inquisitio ad gaudium per se creandum, etiamsi finis ejus distet.

VII. Ἐκ τῶν αὐτῶν.

Τὸ σὺν Θεῷ, πανεπαίνετον· τὸ δὲ ἄνευ Θεοῦ, φευκτόν.

VII. *Ex iisdem.*

Quod cum Deo est, omnem superat laudem; quod sine Deo, vitandum.

VIII. Ἐκ τοῦ η' καὶ θ' τῆς νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας.

Οὐ πάντα πᾶσιν χαριστέον, ἀλλὰ τὰ οἰκεῖα τῇ τῶν δεομένων χρείᾳ· ἀλλὰ μηδὲ ὅσα δύνασαι, χαρίζου, φησὶν ὁ ἱερὸς λόγος, ἀλλ' ὡς ἱκανός ἐστιν ὁ δεχόμενος δέξασθαι· ἢ οὐχ ὁρᾷς ὅτι καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἀναλογοῦντας ἡμᾶς τῷ μεγέθει τῆς αὐτοῦ τελειότητος, χρησμοὺς ἀναφθέγγεται πρὸς τὴν τῶν ὠφεληθησομένων δύναμιν; ἐπεὶ καὶ τίς ἂν ἐχώρησεν Θεοῦ λόγων ἰσχὺν, τῶν ἁπάσης κρειττόνων ἀκοῆς; τὸ γὰρ γεννητὸν οὐδέποτε μὲν

VIII. *Ex libro VIII et IX Allegoriarum in sacras Leges.*

Non omnia omnibus largitor, sed ea tantum quæ egentium ad necessitatem apta sunt. Noli etiam quantum potes, erogare, inquit sermo sacer, sed quantum capere potest qui recipit. Immo nonne vides quod etiam Deus nobis, perfectionis ejus magnitudini non respondentibus, oracula pronuntiat juxta facultatem eorum quibus profutura sunt? Etenim quis unquam continere potuisset vim eloquiorum Dei, quæ omnem superant auditum? Quod enim

IV. Ex fol. 258. Iterum ambigitur circa discrimen librorum de Allegoriis, quorum tres typis eduntur, novem vero in codd. appellantur.

V. *Ibid.* Lemma videtur elegantissimæ Philonis homiliæ in Jonam, servatæ ab Armenis et editæ in *Paralipom.* tom. II, p. 578.

VI. Intelligo librum VIII et IX (sic alias pluries) in eo sensu quod pro variis codicibus idem liber fuerit nunc octavus, nunc nonus, ac fortasse generica vox τῶν ἀλληγοριῶν, uti altera τῆς κοσμοποιΐας ad plures Philonis libros permeavit. — κἂν ἀτυχῇ, in marg. κἂν τυχῇ Cod. fol. 183.

VII. In eod. fol.

VIII. Ex fol. 259. — λόγος, qui locus me fugit. — ἡμᾶς tollere vult vir doctus ac vertere: « pronunciat oracula quæ majestati suæ non respondent. » — cod. κρείττονος male. — Codex ῥύμην iterum inepte.

ἀμοιρεῖ τῶν τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων, ἐπεὶ πάντως ἂν διέφθαρτο, φέρειν δὲ τὴν πολλὴν καὶ ἄφθονον αὐτῶν ῥώμην ἀδυνατεῖ· διὸ βουλόμενος ὄνησιν ἡμᾶς ἔχειν, ὧν ἐπιδίδοσιν, πρὸς τὴν τῶν λαμβανόντων ἰσχὺν τὰ διδόμενα σταθμᾶται.

IX. Ἐκ τῆς νόμων ἀλληγορίας.

Οὐκ ἐν χρόνῳ τὸ αἴτιον, οὐδὲ συνόλως ἐν τόπῳ, ἀλλ' ὑπεράνω καὶ τόπου καὶ χρόνου.

X. Ἐκ τῶν εἰς Γένεσιν ζητημάτων.

Τί οὖν ἐνεθυμήθη; ὅτι διὰ τὸ εὐαρεστεῖν πεποίηται ὁ ἄνθρωπος, οὐ κατὰ ἀντιστροφὴν, διότι ἐποίησεν, ἀλλ' ὡς μὴ ἐμμεῖναν τὸ ποίημα τῇ εἰς εὐαρέστησιν ποιήσει. Πρὸς οὖν τὸ ποίημα ὁ λόγος, ὥσπερ σοφιστὴς, διαλογιεῖται, οὐ διότι πεφύτευκεν ὁ νέος, ἀλλ' ὅτι προελθὸν διὰ ῥᾳθυμίαν, διαμαρτάνει τῆς ἐγχειρήσεως.

XI. Ἐκ τῶν ἐν Γενέσει ζητημάτων.

Ὡς ἀμέτοχος κακίας, οὕτω καὶ ἀναίτιος ὁ Θεός.

XII. Ἐκ τοῦ πρώτου τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων.

Οὐ πάντων κοινωνητέον πᾶσιν, οὔτε λόγων οὔτε πραγμάτων, καὶ μάλιστα ἱερῶν. Πολλὰ γὰρ προϋπάρξαι δεῖ τοῖς ἐφιεμένοις τῆς μετουσιάς τούτων. Πρῶτον μὲν, τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον, πρὸς τὸν ἕνα καὶ ὄντως ὄντα Θεὸν εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα,

creatum est, nunquam non indiget Dei muneribus, quum omnino id corruptioni subjaceat, nec valeat sustinere oraculorum ingens et immane robur. Ideo ille cupiens nobis emolumento esse ea quæ largitur, juxta recipientium vires munera metitur.

IX. *Ex Allegoriis Legum.*

Principium neque in tempore est, neque prorsus in loco, sed longe ultra et locum et tempus.

X. *Ex Quaestionibus in Genesim.*

Cur igitur Deum pœnituit? Pœnituit eum quia ut illo delectaretur, creavit hominem, non vero ob inconstantiam, quia creavit; sed quia opus ejus non permanserat in opera qua delectaretur. Cum hac igitur creatura Verbum, ut vir qui argumentatur, rationem inibit, non quod recens est creatura, sed quod adulta, per contumaciam excidit ab opera proposita.

XI. *Ex Quaestionibus in Genesim.*

Ut mali particeps nequit esse Deus, ita neque auctor.

XII. *Ex libro primo Quaestionum in librum Exodi.*

Omnia cum omnibus communicanda non sunt, sive sermonibus, sive gestis, et maxime sacris in rebus. Multa enim præmittenda sunt appetentibus harum rerum esse participes. Primum est, et hoc maximopere necessarium, pietas et veneratio erga Deum unum ac vere

IX. Ex fol. 30, et fol. 44, ubi ascribitur *libro de profugis.* — In loco 1° οὐδὲ οὖν ὅλως.

X. Ex fol. 221, descripsi hæc pauca et obscura in amplissimo loco, ubi dato quasi consilio decipulæ singulis versibus offendebant. Initium enim ἴσως τινὲς τῶν ἀνεξεταστῶν (al. εὐαγεστάτων) legitur in Phil. I, 275, 36-45, sequentia ibid. 276, 29-35. Succedunt in ead. pag. v. 41-47; dein 277, 32; tum 280, 5 et 283, 40, inter quæ inseritur alius locus, in cod. f. 34 inscriptus cum titulo *ex libro VIII et IX Allegoriarum:* qui locus adeo Mangeium fefellit, ut eum dederit tanquam ineditum, nec sine mendis, in eodem hoc tomo I, p. 203, ac si esset pars legitima libri inscripti: *Quod deterius potiori insidiatur*, dum nunc tam illa quam omnia superius relata, integra legantur in libro: *Quod Deus est immutabilis.* Exemplum habes incredibilium ambagum et fallaciarum quæ Philoniana circumsepiunt. Quæ vero ego, haud sine metu, hic retineo ut nova, male incipiunt in cod. τὸ νῦν, tum depravate habent πεφύτηκεν, vel ex inani correctione πεφοίτηκεν. Etiam conjicit vir doctus ὁ νοῦς, dein προελθὸν, respectu ad subtilem Philonis theosophiam, quam indagare longum est.

XI. Ex fol. 238.

XII. Ex fol. 205. — cod. συνόλοις ἀφιδρ. — ἀνοργιάστοις, in marg. cod. ἀμυήτοις — ἀνήνυτον, item e regione ἄπρακτον. — in fine ἐναλλοίωσιν.

τὴν ἐπὶ τοῖς ἀγάλμασι καὶ ζοάνοις καὶ συνόλως ἀφιδρύμασι, τελεταῖς τε ἀτελέστοις καὶ μυστηρίοις ἀνοργιάστοις ἀνήνυτον πλάνην ἀπωσαμένοις. Δεύτερον δὲ, καθαρθῆναι τὰς ἁγνευτικὰς καθάρσεις κατά τε σῶμα καὶ ψυχὴν διὰ νόμων πατρίων καὶ ἠθῶν. Τρίτον, ἀξιόπιστον τοῦ συνασμενισμοῦ παρασχεῖν ἐνέχυρον, ἵνα μὴ τραπέζης μεταλαβόντες ἱερᾶς, ἀσώτων μειρακίων τρόπον, ὑπὸ κόρου καὶ πλησμονῆς ἐναλλοιῶσιν ἐμπαροινοῦντες, οἷς οὐ θέμις.

existentem, ut inanem amoveant errorem circa idola et simulacra, una cum quibuscumque statuis, cæremoniis imperfectis aut mysteriis nulla initiatione dignis. Secundum vero est, ut mundentur castis purgamentis, tam in corpore quam in anima, juxta patrum leges et consuetudines. Tertium est, ut dent pignus fiducia dignum, eos habere communem nobiscum lætitiam, ne sacram ad mensam recepti, more puellorum incompositorum, præ satietate et fastidio temulenter se in aliam partem proferant: quod illis nefas est.

XIII. Ἐκ τοῦ β' τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων.

Οὔτε πλοῦτον ἀσπάζεται τὸ θεῖον, οὔτε πενίαν ἀποστρέφεται.

XIII. *Ex libro II Quaestionum in Exodum.*

Neque divitias Deus sectatur, neque respuit inopiam.

XIV. Ἐκ τοῦ β' τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων.

Ψυχαὶ δὲ, ὅταν προσκολληθῶσι Θεῷ, ἐκ γυναικῶν γίνονται παρθένοι, τὰς μὲν γυναικώδεις ἀποβάλλουσαι φθορὰς τῶν ἐν αἰσθήσει καὶ πάθει· τὴν δὲ ἄψευστον καὶ ἀμιγῆ παρθένον, ἀρέσκειαν Θεοῦ μεταδιώκουσι· κατὰ λόγον οὖν αἱ τοιαῦται ψυχαὶ χηρεύουσιν, ἄνδρα τὸν τῆς φύσεως ὀρθὸν νόμον προσσυμβιοῦσιν καὶ πατέρα τὸν αὐτὸν, ἃ χρὴ πράττειν παραγγέλλοντα, καθάπερ ἐγγόνοις μετὰ τῆς ἀνωτάτω κηδεμονίας.

XIV. *Ex libro secundo Quaestionum in Exodum.*

Animæ vero, quum Deo uniuntur, ex mulieribus virgines fiunt, rejectis femineis corruptelis quæ in sensibus sunt et cupiditate. Quæ vero falli nesciam et inviolabilem gratiam virgineam Dei sectantur, jure quidem merito hujusmodi animæ orbantur viro, ac nubunt cum lege, juxta rectum naturæ dictamen, quod velut pater est, et quæ oportet facere, præcipit, tanquam filiis suis, cum superna providentia.

XV. Ἐκ τοῦ τελευταίου τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων.

Φθαρτὸν καλῶ τὸν μὴ ἐφιέμενον ἀφθαρσίας, ἀλλ' ὀστρέου τρόπον, ἐνειλούμενον ὀστρακοδέρμῳ, ὅπερ ἐστὶν ὁ σωματικὸς ὄγκος καὶ ὁ τῶν θνητῶν βίος.

XV. *Ex ultimo libro Quaestionum in Exodum.*

Corruptum eum dico, qui non appetit incorruptibilitatem, et conchæ instar, ostrea involvitur testa, quod est corporea moles et mortalium vita.

XVI. Ἐκ τοῦ περὶ Γενέσεως Ἄβελ.

Ἄγευστον παθῶν ἢ κακιῶν ψυχὴν εὑρεῖν, σπανιώτατον. — Ἀδύνατον ἀπ' ἀρχῆς ἀν-

XVI. *Ex libro de Generatione Abelis.*

Immunem cupiditatum sive nequitiarum invenire animam, rarissimum est. — Fieri ne-

XIII. Ex fol. 208.

XIV. Ex fol. 183. Ascetica et elegans sententia, quæ cum multis præmissis, integra legitur apud Armenos in *secundo sermone super Exodum* cap. 4, p. 470. — προσκολληθῶσι, Arm. *induuntur vel initiantur.* — ἄψαυστον cod. male, recte emendat Arm. *infallibilem.* — ἀρέσκειαν, Arm. cf. cum græcis: *Sapientiam Dei sequuntur, contraria ejiciunt (vitia). Jure itaque hujusmodi mentes viduae fiunt, et orbantur ex mortalibus, habentque acquisitum, sibi tam virum, naturae rectam legem, quocum vivunt, tam patrem eumdem* etc. — f. προσυμβιοῦσαι.

XV. Ex fol. 245. Etiam apud Armenos, quæstionum in Exodum sunt libri tres Philoniani.

XVI. Ex fol. 47. Similia Phil. I, 383, 47.

θρώπων γενέσεως ἄχρι τοῦ παρόντος βίου κατὰ τὸ παντελὲς ἀνυπαίτιον εὑρεῖν θνητῷ σώματι ἐνδεδεμένον.

XVII. Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν γιγάντων.

Ἀδύνατον, οἶμαι, μηδὲν ῥυπισθῆναι τῆς ψυχῆς, μηδὲ τὰ τελευταῖα καὶ κατωτάτω αὐτῆς· κἂν ὡς ἐν ἀνθρώποις τέλειός τις εἶναι δοκῇ.

XVIII. Φίλωνος, ἐκ τοῦ περὶ μέθης.

Οὐ δύναται τῶν φαινομένων ἀγαθῶν κατεξανίστασθαι ἡ τεθηλυμένη ψυχὴ, πλούτου καὶ δόξης τυχὸν, ἢ ἀρχῆς, ἢ τιμῆς· ἀλλ' ἕως μὲν οὐδὲν τούτων πάρεστιν, ὑψηγοροῦμεν, ὡς ὀλιγοδείας ἑταῖροι, τὸν αὐταρκέστατον καὶ ἐλευθέροις καὶ εὐγενέσιν ἁρμόττοντα περιποιούσης βίον· ἐπειδὰν δὲ τῶν εἰρημένων ἐλπὶς αὐτῷ μόνον, ἢ ἐλπίδος αὖρα βραχεῖα καταπνεύσῃ, διελεγχόμεθα· ὑπείκοντες γὰρ εὐθὺς ἐνδιδόαμεν, καὶ ἀντιβῆναι, καὶ ἀντισχεῖν οὐ δυνάμεθα· προδοθέντες δὲ ὑπὸ τῶν φίλων αἰσθήσεων ὅλην τὴν τῆς ψυχῆς συμμαχίαν ἐκλείπομεν, καὶ οὐκέτι λανθάνοντες, ἀλλ' ἤδη φανερῶς αὐτομολοῦμεν.

XIX. Ἐκ τοῦ περὶ τῶν μετονομαζομένων.

Οὐχ ἃ δοῦναι Θεὸν, ταῦτα καὶ ἀνθρώπῳ λαμβάνειν δυνατὸν, ἐπειδὴ τῷ μὲν πλεῖστα καὶ μέγιστα χαρίσασθαι ῥάδιον, ἡμῖν δὲ οὐκ εὐμαρὲς τὰς προτεινομένας δέξασθαι δωρεάς.

XX. Τοῦ αὐτοῦ.

Οὐ λήψῃ, φησὶν, τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ ματαίῳ. Τὰ μὲν οὖν τῆς τάξεως γνώριμα τοῖς διανοίᾳ ὀξυδορκοῦσιν· ὄνομα γὰρ ἀεὶ δεύτερον ὑποκειμένου πράγματος, σκιᾷ παραπλήσιον, ἢ παρέπεται σώματι. Προειπὼν οὖν πρὸ τῆς ὑπάρξεως καὶ τιμῆς τοῦ ὑπάρχοντος, ἑπομένως τῷ τῆς ἀκολουθίας εἱρμῷ τὰ πρέποντα καὶ περὶ τῆς κλήσεως εὐθὺς παρήγγειλεν.

quit ut aliquem invenias, qui ab ortu humani generis usque ad ævi præsentis vitam, per totum innocens sit, mortali dum corpori alligatus fuerit.

XVII. *Ejusdem, ex libro de Gigantibus.*

Contingere nequit, puto, ut nihil in anima maculetur, neque etiam in postrema et inferiore ejus parte, quantumvis inter homines quis videatur absolutus.

XVIII. *Philonis, ex libro de Ebrietate.*

Ægerrime potest anima, semel effecta feminea, semet attollere ex bonis conspicuis, scilicet ex divitiis et gloria, ex imperio et honoribus; sed quoad usque nihil horum adsit, superbe loquimur, quasi sobrietatis amici, quæ vitam comparat paucis contentam, atque congruam viris liberalibus et ingenuis. At eorumdem bonorum statim ut spes aspiret aut vel levis aura spei, fallacia redarguimur: illico enim obsecundantes, victas manus non dare, aut contraire, aut resistere non possumus; ac mancipati porro dilectis sensibus, totam animæ conflictationem deseruimus, neque clanculum, sed jam pleno in sole transfugæ evadimus.

XIX. *Ex libro de Mutatione nominum.*

Non jam quæ dare Deus potest, illa met homo recipere valet, quippe quum Deo in promptu est elargiri plurima et maxima, nobis vero haud ita commodum oblata excipere munera.

XX. *Ejusdem.*

« Non sumes, inquit, nomen Dei in vanum.» Quæ hic statuuntur recte, ea manifesta sunt cuique acuta mente eonsideranti. Nomen namque semper sequitur rem subjectam, umbræ satis simile, quæ corpus comitatur. Legislator igitur id præfatus, priusquam ille qui Est prostet ac honoretur, consequenter ea quæ ad præcepti seriem apta sunt, commendavit.

καὶ γὰρ ἀδύνατον εἶναι θνητῷ σώματι ἐνδεδεμένον εἰσάπαν εὐδαιμονῆσαι. Ex libro *De nominum mutatione.*

XVII. Ex fol. 47.

XVIII. Ex fol. 245. — ὀλιγοδ. ἕτεροι cod.

XIX. Ex fol. 138 et 259 sine varietate.

XX. Ex fol. 223, ac videntur pertinere ad amissos libros de primis decalogi præceptis.

XXI. Ἐκ τοῦ περὶ εὐσεβείας κεφαλαίου.

Τίνας γὰρ μᾶλλον εἰκὸς εὐθυμίας ἄγειν καὶ χάριτας ἢ τοὺς προσιόντας ἀγαθῷ καὶ ὠφέλειαν ἐλπίζοντας ἀγαθῶν; ἔστιν δὲ ὁ Θεὸς τὸ πρεσβύτατον, ἄρδων, καθάπερ ἐκ πηγῆς τῆς ἑαυτοῦ φύσεως, ἀνθρώπων γένει τὰ σωτήρια· συγγενὲς γὰρ οὐδὲν ἄλλο, ὡς ἐλπὶς εὐχῇ· καὶ γὰρ τὰ ἀμείνω προσδοκῶντες, εὐχόμεθα· καὶ εὐξάμενοι, χρηστὰ πάντως ἐλπίζομεν.

XXII. Φίλωνος ἐκ τῶν κατὰ Φλάκκον.

Οὐκ ἔστι παρὰ τῷ Θεῷ οὔτε πονηρὸν ὄντα ἀπολέσαι τὸν ἀγαθὸν μισθὸν περὶ ἑνὸς ἀγαθοῦ μετὰ πλειόνων κακῶν πεπραγμένου, οὔτε πάλιν ἀγαθὸν ὄντα ἀπολέσαι τὴν κόλασιν καὶ μὴ λαβεῖν αὐτὴν, εἰ μετὰ πλειόνων ἀγαθῶν ἕν τι γένηται πονηρόν· ἀνάγκη γὰρ ζυγῷ καὶ σταθμῷ πάντα ἀποδιδόναι τὸν Θεόν.

XXIII. Ἐκ τῶν δι' ἐπῶν κεφαλαίων.

Αὐτὸς πάντα οἶδεν, ὁ ποιήσας τάδε ἀπ' ἀρχῆς μόνος.

XXI. *Ex capite de Religione.*

Quosnam magis decet lætos gerere gratosque sensus, quam illos qui verum ad bonum accedunt et bonorum commoda sperant? Deus autem summum bonum est, qui velut ex fonte naturæ suæ haurit generis humani salutem. Nil enim magis ac spes vicinum est et affine voto precum; et quum precati sumus, prorsus fausta speramus.

XXII. *Philonis, ex libro contra Flaccum.*

Penes Deum non est, sive ut improbus frustretur bona mercede pro aliquo bono facinore, quod cum multis improbitatibus peragitur; sive e converso ut bonus vir privetur animadversione, neque eam nanciscatur, si cum multis bene gestis unum admiserit vitiosum. Necesse enim est Deum omnia largiri cum æqua lance et pondere.

XXIII. *Ex capite metrico.*

Is omnia noscit, qui solus omnia ab initio fecit.

XXI. Ex fol. 169, fort. leg. ἀρύων pro ἄρδων. — τὸ πρεσβύτατον apud Philonem solet esse quod antiquius et præstantius censetur. — σωτήρια more biblico.

XXII. Ex fol. 111, fortasse ex altero in Flaccum libro, qui intercidit. Post ἀγαθὸν μισθὸν, ex loco seq. parallelo exspectaveris καὶ μὴ λαβεῖν.

XXIII. Ex fol. 34, sub ambiguo titulo brevis locus cæteris miscetur Philoni jure ascriptis. Nec puto ibi senarios latere.

II.

Fragmenta Vaticana.

I. Φίλωνος. Ζητοῦσιν βρῶσιν ψυχαὶ, αἱ ἄξιον Θεοῦ λόγον ἔχουσαι, ἐκ τοῦ διανεσ-

I. In ps. CIII, v. 21, 22. In eo cibum quærunt animæ, quæ dignam Deo rationem ha-

II. Improbum et arduum opus erat, Philoniana in pluteis Vaticanis post A. Maium expiscari; quum enim fere ab illo Judæo sua analecta Mediolani auspicatus esset, haud bonis avibus incidit in fallax quoddam ἑρμαῖον, Philoni pro Plethone ascriptum: unde infelix certandi campus, nec victas dedit manus, quin juraverit se ubique Philoniana obstinato et acuto intuitu persecuturum. Inde libelli Florentini duo *De Cophinis* et *De honorandis patribus*, ac plurima Romana fragmenta in *Class. auct.* t. IV, p. 430, *Script. vet.* coll. t. II, p. 222 ac maxime in ejusdem coll. t. VII. Augebat tricas periculum incidendi in Philonem episcopum pro Alexandrino, quum haud semper Carpathius nuncupetur episcopus, nec perspicue prodat se christianum scriptorem. Adde quod nobis desunt operum tituli, ut in Coisliniano, qui erroneum quidem, sed qualemcumque filum porrigebant perlustranti labyrinthum omnium Philonis operum.

I. Ex Vat. Reg. 40, f. 224. — ἐν οὐρανοῖς, fere ut epistola ad Phil. III, 20.

τηκέναι τῷ φρονήματι, καὶ τὸ πολίτευμα ἔχειν ἐν οὐρανοῖς· ὥσπερ γὰρ ἀνατείλας ὁ ἥλιος τὸν ζόφον τοῦ ἀέρος φωτὸς ἐνέπλησεν, οὕτως καὶ ἀρετὴ ἀνατείλασα ἐν ψυχῇ τὴν ἀχλὺν αὐτῆς αὐγάζεται καὶ τὸ σκότος σκεδάννυσιν, καὶ τὰ τῶν παθῶν θηρία κοιμίζει.

II. Φίλωνος. Λέγω δὲ μὴ καθαρούς, ὅσοι ἢ παιδείας εἰσάπαν ἄγευστοι διετέλεσαν, ἢ πλαγίως, ἀλλὰ μὴ ἐπ' εὐθεῖαν, αὐτὴν ἐδέξαντο, κάλλος τὸ σοφίας εἰς τὸ σοφιστείας αἶσχος μεταχαράξαντες· οὗτοι νοητὸν φῶς ἰδεῖν οὐ δυνάμενοι, δι' ἀσθένειαν τοῦ κατὰ ψυχὴν ὄμματος, ὃ ταῖς μαρμαρυγαῖς πέφυκεν ἐπισκιάζεσθαι, καθάπερ ἐν νυκτὶ διάγοντες, ἀπιστοῦσι τοῖς ἐν ἡμέρᾳ ζῶσιν.

III. Οὐ παντός ἐστι κτῆμα σωφροσύνη, ἀλλὰ μόνου τοῦ θεοφιλοῦς.

Ἡδονῇ ἐναντίον σωφροσύνη· ποικίλῳ πάθει, ποικίλη ἀρετή.

IV. Ὄντως ὑπὸ Θεοῦ σώζεται ὁ ἀποπίπτων τῶν παθῶν, καὶ στερίζων τῆς ἐνεργείας αὐτῶν. Μὴ πέσοι τοιοῦτον πτῶμά μου ἡ ψυχή, καὶ μηδέποτε ἀνασταίη ἐπὶ τὸ ἵππειον καὶ σκιρτητικὸν πάθος, ἵνα Θεοῦ σωτηρίαν περιμείνασα εὐδαιμονήσῃ. — Ἐὰν ἀπάθεια κατάσχῃ τὴν ψυχήν, τέλειον εὐδαιμονήσει.

V. Εἶπε δὲ Ἰακὼβ τῷ Ἡσαῦ· Ἀπόδου μοι σήμερον τὰ πρωτοτόκιά σου ἐμοί. Καὶ εἶπεν Ἡσαῦ· Ἰδοὺ ἐγὼ πορεύομαι τελευτᾶν· καὶ ἵνα τί μοι ταῦτα τὰ πρωτοτόκια;

Φίλωνος. Καὶ τὸ ῥητὸν τῆς διηγήσεως ἔλεγχον ἔχει ἀκολάστου, πρὸς νουθεσίαν τῶν θεραπεύεσθαι δυναμένων· ὁ γὰρ τοῦ τυχόντος ἕνεκα προσλήμματος ἐκστὰς τῶν πρεσ-

bent, quod cogitatu expergefiunt, et conversationem in cœlis habent: sicut enim sol oriens aeris nebulas luce perfundit, ita et virtus, quum in anima exoritur, caliginem ejus illuminat et umbram dissipat, ac belluas cupiditatum consopit.

II. *Philonis*. Hos autem dico minime puros, quicumque vel disciplinæ prorsus jejuni vixerunt, vel perverse eam, neque recto ordine receperunt, decus sapientiæ in sophisticam inverecundiam convertentes. Iidem spirituali sunt lumini cernendo impares, ob imbecillitatem oculi, scilicet animæ, qui lucis fulgoribus solet offuscari, sicut hi qui noctu degunt, his qui in luce vivunt, credere recusant.

III. Haud omnium est castitas, sed solius Deum amantis.

Voluptati contraria castitas. Ubi varia cupiditas, varia virtus.

IV. Vere a Deo salvatur, qui excidit ab affectibus et eorum vim retundit. Ne labatur hoc casu anima mea, et nunquam irrumpat in equinum et petulcum libidinis æstum, ut a Deo salutem exspectans beetur. — Si passionum immunitas animam occupaverit, perfecta fruetur beatitudine.

V. Gen. XXV, 31, 32. *Dixit Jacob: Vende mihi primogenita tua. Illi respondit Esau: En ego vado ut moriar, quid mihi proderunt primogenita?*

Et hoc verbum quo id narratur, redarguit intemperantem, unde moneantur qui curari valent. Natu enim major, qui pro fortuita re comparata, juniori cessit jura primogenitorum,

II. Ex Urbin. 125, f. 304. — Λόγος solet esse Philoni sapientia et lumen, ut habet insignis locus tom. I, p. 6, quem non neglexit ecloge Coisliniana f. 196 referre, scholio ornare et emendare in hunc modum: Τὸ ἀόρατον καὶ νοητὸν φῶς... λόγου γέγονεν εἰκὼν τοῦ διερμηνεύσαντος τὴν γένεσιν αὐτοῦ, καὶ ἔστιν ὑπερουράνιος ἀστήρ, πηγὴ τῶν αἰσθητῶν ἀστέρων· ὃν οὐκ ἀπὸ σκοποῦ καλέσειέν τις παναύγειαν, ἀφ' ἧς ἥλιος καὶ σελήνη καὶ ἄλλα πλανῆτές τε καὶ ἀπλανεῖς ἄρχονται (edd. ἀρύονται καθ' ὅσον κτλ.) καὶ καθ' ὅσον ἑκάστῳ δύναμις, τὰ πρέποντα φέγγη καὶ ἀμιγοῦς καὶ καθαρᾶς αὐγῆς μεταλαμβάνει. Aliter hic et fusius edd. Sed scholiasta telam abrupit ac paulo vehementius mirabundus subdit: Πρόσεχε ὅπως φῶς φώτων ὑπερουράνιον καὶ ἄμικτον τοῖς ποιήμασιν, καὶ ἀνίσχον τῶν οἰκείων ποιημάτων, τὸν θεῖον ὁμολογεῖ Λόγον, ἐν οἷς αὐτὸν περὶ τῶν δοκούντων σημεῖα διαγγέλλει, ὅτε βούλεται.

III et IV. Ex eod. cod. Urbinate.

V. Ex Pal. 203, f. 110. An θεραπεύεσθαι erit respectu ad Therapeutas, frugi viros in primis?

θείων τῷ νεωτέρῳ, καὶ δοῦλος γαστρὸς ἡδονῆς ἀναγραφεὶς, ὄνειδος προκείσθω τῶν μήποτε ζῆλον ἐγκρατείας λαβόντων.

VI. Φίλωνος, ἐκ τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων.

Ἐὰν ἄρτι πρῶτον εἰσαγομένου καὶ μανθάνοντος σπουδάσῃς, πᾶσαν τὴν ἀμάθειαν ἐκτεμὼν, ἀθρόαν ἐπιστήμην εἰσοικίσαι, τοὐναντίον οὗ διανοῇ πράξεις· οὔτε γὰρ τὴν ἀφαίρεσιν ἑνὶ καιρῷ γινομένην ὑπομενεῖ, οὔτε τὴν ἄφθονον ῥύμην καὶ φορὰν τῆς διδασκαλίας χωρήσει, ἀλλὰ καθ' ἑκάτερον τότε ἐκτεμνόμενον καὶ προστιθέμενον ὀδυνηθεὶς καὶ περιαλγήσας ἀφηνιάσει. Τὸ δὲ ἡσυχῇ καὶ μετρίως ἀφαιρεῖν μέν τι τῆς ἀπαιδευσίας, προστιθέναι δὲ τῆς παιδείας τὸ ἀνάλογον, ὠφελείας γένοιτ' ἂν ὁμολογουμένης αἴτιον.

Πρὸς τούτοις, εἴποι τις ἂν, οὐκ ἐβούλετο αὐτοὺς καταπεσεῖν εἰς τὸ ῥᾴθυμον, καὶ τῆς ἐπαγγελίας κατακληρονομῆσαι τὴν γῆν, ἀγώνων χωρίς· τὰ γὰρ πόνῳ κτηθέντα, παρὰ τοῖς ἔχουσι τίμια· τὰ δ' ἀπόνως κτηθέντα, καταφρονεῖται ῥᾳδίως. Ὅθεν βουλόμενος αὐτοὺς νήφειν καὶ ἐγρηγορέναι, καὶ ὡς ἔχοντας ἐχθροὺς πρός τε τὸν Θεὸν ἐπιστρέφειν, καὶ τῆς παρ' αὐτοῦ ἐπικουρίας δεῖσθαι, τοῦτο ποιεῖν ἐπαγγέλλεται, ὁμοῦ καὶ γυμνίζων αὐτοὺς πρὸς ἀντίστασιν ἐχθρῶν. Τοῦτο δὲ καὶ νοητῶς ὁρῶμεν γινόμενον· ψυχὴ γὰρ διὰ τῆς θείας συνεργείας ἀπαλλαγεῖσα παθῶν, εἰ πρὸς τὸ ῥᾴθυμον ὀλισθήσει, ὡς μηκέτι παθεῖν ὑποπτεύουσα, ὑπὸ τῶν ἀοράτων καὶ πονηρῶν πνευμάτων περιστοιχίζεται, δίκην αὐτῇ ἐπιθρωσκόντων, καὶ σφοδρότερον πολεμούντων· ὅθεν καὶ λόγιον ἡμᾶς διδάσκει μὴ πιστεύειν ἐχθρῷ.

seque inscripsit mancipium gulosæ voluptatis, in vituperium esto eorum qui nullum de continentia zelum assumunt.

VI. *Philonis, ex libro Quaestionum in Exodum.*

Si discipulo tum primum introducto et discere incipienti, sollicitus sis, truncata quacumque ignorantia, scientiam cito et confertim ingerere, aliud ac opinaris, efficies. Neque enim ruditatis spoliationem uno tempore factam feret, neque immoderatum doctrinæ fluctum et copiam capiet. Verum in utraque re, tum depellenda, tum ingerenda, afflictus et dolens refragabitur. At pedetentim et moderate quid ruditatis amovere, doctrinæ autem æqualem proportionem afferre, emolumentum ex confesso induceret.

Post hæc erit qui dicat: Noluit Judæos incidere in segnitiem, aut sine certamine terram promissionis in hæreditatem accipere. Quæ enim cum labore comparantur, habentibus ea pretiosa sunt; contempta facilius, quæ levi brachio acquiruntur. Unde volens eos esse temperantes ac vigilantes, et propter vicinos hostes converti ad Dominum et ejus auxilio indigere, hoc eos facere præmonet, simul atque exercet ad resistendum inimicis. Atqui hoc etiam videmus fieri spiritualiter. Anima namque, pravis affectibus divina ope expedita, si in segnitiem inciderit, nihil suspicans se amplius quid passuram esse, a spiritibus invisibilibus pravisque undique obsidebitur, qui haud injuria in eam insiliunt, et acrius bellum exercent. Unde oraculum nos docet, inimico non esse credendum.

VI. Ex Pal. 203, f. 261 et Vatic. 1553, f. 129. Prolixus quidem locus, et quamvis pars prior jam edita fuerit, integram seriem dare satius erat. Initium enim habet Mangeius Phil. t. II, p. 663, simul ac Maius, Script. vet. t. VII, p. 100, uterque haud sine gravi varietate ac necessaria emendatione. — Ἐὰν τῶν ἄρτι prior erit infra Ph. posterior M. — σπουδάσεις Ph. Pal. σπουδάσῃ M. — ἢ διανοῇς M. — νέαν καιρῷ M. — ὑπομενεῖ om. M. ὑπομεῖναι et infra χωρῆσαι Ph. cum Palat. id Mangeius in nota emendat. Χωρῆσαι om. M. ἡσυχῶς M. — μετὰ τῆς Pal. μὲν κατ' ὀλίγον τῆς M. — δὲ om. M. — ὀλισθήσεται Pal. — διδάσκειν id.

VII. Καὶ τὸν φόβον ἀποστελῶ ἡγούμενόν σου. *Cod. Vat.* 77, 2.

Φίλωνος ἑβραίου ἑρμηνεία. Τὸ μὲν ῥητὸν ἐμφανές· εἰς κατάπληξιν ἐχθρῶν ἰσχυρὰ δύναμις ὁ φόβος, ὑφ' οὗ μᾶλλον ἡ τῆς τῶν ἀντιπάλων ἐφόδου ῥώμη ἁλίσκεται. Τὸ δὲ πρὸς διάνοιαν, οὕτως· δυοῖν οὐσῶν αἰτιῶν, ὧν ἕνεκα τὸ θεῖον ἄνθρωποι τιμῶσιν, ἀγάπης καὶ φόβου, τὸ μὲν ἀγαπᾶν ἐστιν ὀψίγονον· τὸ δὲ φοβεῖσθαι συνίσταται πρότερον, ὥστε οὐκ ἀπὸ σκοποῦ λελέχθαι τὸ ἡγεῖσθαι τὸν φόβον, τῆς ἀγάπης ὕστερον καὶ ὀψέως προσγενομένης.

VIII. Καὶ ἐξήλειψε πᾶν τὸ ἀνάστημα, ὃ ἦν ἐπὶ προσώπου τῆς γῆς.

Θεοπρεπῶς τὸ ἐξήλειψα, ὥσπερ τῶν ἀπαλειφομένων τὰ μὲν γράμματα ἀπαλείφονται, αἱ δέλτοι δὲ διαμένουσιν· ἡ μὲν γὰρ ἀσεβὴς γενεὰ ἐξήλειπται, τὸ δὲ κατὰ διαδοχὴν τῆς οὐσίας γένος διετηρήθη, ὡς δίκαιον.

IX. Αἱ ὀσφύες ὑμῶν περιεζωσμέναι. *Vat.* 61, 2.

Φίλωνος. Αἱ μὲν γὰρ ζῶναι στάσιν ἐμφαίνουσι καὶ συναγωγὴν ἡδονῶν καὶ τῶν ἄλλων παθῶν, ἃ τέως ἀνεῖτο καὶ κεχάλαστο· οὐκ ἀπὸ δὲ σκοποῦ προσέθηκε τὸ δεῖν ζώννυσθαι κατὰ τὴν ὀσφύν· ὁ γὰρ τόπος ἐκεῖνος εἰς φάτνην ἀποκέκριται πολυκεφάλῳ θρέμματι τῶν ἐν ἡμῖν ἐπιθυμιῶν.

X. Φίλωνος. Ἔτι ἐν τῷ νόμῳ τῆς λέπρας ὁ μέγας τὰ πάντα Μωσῆς τὴν μὲν κίνησιν καὶ ἐπίπλειον αὐτῆς φορὰν καὶ χύσιν ἀκάθαρτον, τὴν δὲ ἠρεμίαν καθαρὰν ἀναγράφει. Φησὶ γὰρ ὅτι ἐὰν διαχέηται ἐν τῷ δέρματι, μιανεῖ ὁ ἱερεύς· ἐὰν δὲ κατὰ χώραν μείνῃ τὸ τηλαύγημα, καὶ μὴ διαχέηται, καθαριεῖ· ὥστε τὴν μὲν ἡσυχίαν καὶ μονὴν (κακίας καὶ παθῶν κατὰ ψυχὴν, ταῦτα γὰρ αἰνίττεται διὰ λέπρας) οὐχ ὑπαίτιον εἶναι· τὴν

VII. *Et pavorem meum mittam. qui praecedet te.*

Philonis Hebraei interpretatio. Locus perspicuus est: ad profligandum inimicos, pavor potestas valida est, qua potissimum adversariorum irruentium robur infringitur. Quod moralem ad sensum spectat, ita est: quum duæ causæ sint, quarum gratia homines Deum revereantur, amor et timor, amor quidem posterior venit, timor vero oritur prior: ideo non inepte dicitur præmitti formidinem, quum postea ac sero accedat amor.

VIII. Gen. VII, 23. *Et delevit omnem substantiam quae erat super terram.*

Deum decuit dicere: *Delevi*, sicut in iis quæ cancellantur, litteræ quidem delentur, sed volumina permanent: sane generatio impia abolita est, sed ob successionem substantiæ genus servatum est, utpote justum.

IX. Exod. XII, 11. *Renes enim vestros accingetis.*

Phil. Equidem significant cingula quietem et coercitionem cupiditatum ac cæterorum affectuum, qui hactenus remisse et laxe se habebant. Haud inopportune addidit: *Cingendos esse renes.* Is enim locus in præsepe adjudicari solet multiplici pecori gregis, quem nobiscum gerimus cupiditatum.

X. *Philonis.* Rursus in lege de lepra longe summus Moyses præscribit, motum quidem ac præsertim incrementum ejus et diffusionem fore immunditiem; quietem vero puram esse. Ait enim, quod si diffundatur in pelle, sacerdos immundum declarabit: sin autem suo loco maneat albedo, ac minime diffundatur, purum faciet: ita ut quies et solitudo (pravitatis scilicet et passionum in anima, ea quippe lepra designat) non reatum creent,

VII. Ex eod. Palat. f. 261. — δυοῖν. Sententiam fere similem vide in Phil. I, 283, 15. Sed integer omnino locus armenice exstat in serm. II in Exod. p. 483.

VIII. Ex Vat. 748, f. 23 et 1657, f. 23. — ἐξήλειψαν cod. Vat.

IX. Ex Vat. 1611, f. 181. Idem fere armenice exstat l. l.

X. Ibid. f. 232. — διόντως cod.

δὲ κίνησιν καὶ φορὰν ὑπαίτιον δὴ ὄντως· τὸ παραπλήσιον καὶ ἐν τοῖς πρὸς τὸν Κάϊν λόγοις περιέχεται σημειωδέστερον· λέγεται γὰρ πρὸς αὐτόν· Ἥμαρτες, ἡσύχασον τοῦ μὲν ἁμαρτεῖν, ὅτι κινεῖσθαι καὶ ἐνεργεῖν κατὰ τὴν κακίαν, ἦν καὶ ὄντως ἐνόχου· τὸ δὲ ἡσυχάζειν, ὅτι ἴσχεσθαι καὶ ἤρεμον, ἀνυπαίτιον καὶ σωτήριον.

motum vero et progressum, vere esse culpabilem. Simile quid in verbis ad Cainum datis significantius continetur. Dicitur enim ad illum: « Peccasti, quiesce peccare, » quoniam moveri et operosum esse circa peccatum, ad reum vere pertinebat. At quiescere, quatenus est cohibere se et pacatum agere, inculpabile est et salutare.

XI. Προσέκυνεν ἐπὶ τὴν γῆν τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐξενέγκας ὁ παῖς σκεύη ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ καὶ ἱματισμὸν, ἔδωκε τῇ Ῥεβέκκᾳ.

XI. Gen. XXIV, 52, 53. ***Procidens adoravit in terram Dominum. Prolatisque vasis argenteis et aureis ac vestibus, dedit ea Rebeccae pro munere.***

Φίλωνος. Δεῖ γὰρ πάσης πράξεως καθαρᾶς ἀρχὴν [εἶναι] τὴν πρὸς Θεὸν εὐχαριστίαν κα ἰτιμήν· διὰ τοῦτο ὁ παῖς προσκυνεῖ πρότερον, εἶτα χαρίζεται τὰ δῶρα.

Philonis. Nam oportet cujuscumque puri actus initium sit erga Deum gratiarum actio et reverentia: propterea servus primum adorat, dein munera donat.

XI. Ex Vat. 746, f. 53. — Vaticano Bibliorum codici deest initium usque ad cap. XLVI.

III.

Philonis praecipui Codices Vaticani.

Codices graeci.

A. Vatic. 379, bombycinus, XIV sæc. per totum.
B. Vatic. 380, membraneus, XV sæc. olim Nicolai pp. V.
C. Vatic. 381, chartaceus, XIV sæc. miscellaneus unicus pro n. VI opp. Phil.
D. Vatic. 382, bombycin. XIV sæc.
E. Vatic. 2174, chartac. XV sæc. imperfectus et titulis destitutus.
F. Regin. 94, chartac. XVI sæc. f. 48, unus liber, vid. infra n. V in serie opp. Phil.
G. Regin. 123, chartac. XVI sæc.
H. Palat. 152, chartac. XIV sæc.
I. Palat. 183, bombycin. XIV sæc. ex multo antiquiore descriptus.
K. Palat. 248, chartac. XIV sæc.
L. Palat. 311, chartac. XIV sæc.
M. Ottob. 48, chartac. XVI sæc.
N. Ottob. 74, chartac. XV sæc. miscellaneus.
O. Urbinas 125, bombycin. XIII sæc. unus liber *De Mundo*, sicut in G.

Codices latini.

P. Vatic. 180, membraneus, uti et quinque sequentes, Lilii Tyfernatis tom. I, autographus, oblatus Sixto pp. IV.
Q. Vatic. 181, ejusdem tom. II, autogr. oblatus eidem.
R. Vatic. 182, ejusdem tom. III, autogr. oblatus eidem.
S. Vatic. 183, ejusdem tom. IV, autogr. oblatus eidem.
T. Vatic. 184, ejusdem tom. V, autogr. oblatus Innocentio VIII.
U. Vatic. 185, ejusdem tom. VI, autogr. oblatus eidem.
V. Vatic. 488, membran. XV sæc. Philonis *Quaestiones* et *Chronicon*.
X. Ottob. 870, *Liber de Vita contemplativa*, ignoto interprete.
Y. Urbin. 61, membran. XIV sæc. Philonis *Quaestion. in Genesim* cujus videtur apographum Vatic. 488.
Z. Urbin. 227, Lilii Tyfernatis tria opuscula.

Excursus in Codices Vaticanos.

Philoni multum decus esto, quod in apostolica bibliotheca hospes sit et sospes, in tot egregiis codicibus superstitibus, quorum nullus non continet unum saltem librum integrum; longe major pars per totum habet seriem continuam operum, nonnullus etiam unicus est hactenus agnitus. Pauci quidem sunt valde antiqui, sed alios antiquiores manifeste redhibent, etiam lacunosos et lectu difficiles, quorum fortasse varietates haud raro in marginibus viri gnavi sedulo collegerunt. Utinam otium mihi fuisset versandi omnium singula folia, saltem ut emendarem aut implerem sex et quinquaginta locos, ubi editor anglicus, micante stellula aut notula, significat hiatus obesse plus minus graves. Neque spondeo, neque despero id me facturum esse, si Philoni iterum manus admoverim.

Tanta est varietas in serie et indole horum codicum, ut arduum sit eos ad certas classes reducere. Antiquior mihi videtur Palatina, cujus tres codices I, K, L, priscam referunt collectionem, in qua primus liber erat Κοσμοποιΐα, secundus *De Decalogo*, tertius de Essæis (sive *Omnis probus liber*), quartus de Therapeutis (sive *De Vita contemplativa*). Unde etiam nunc duo ultimi libri aliquando dicuntur ὁ γ, ὁ δ' et τὸ τέταρτον. — Scriptor Pal. 183 monet nos, sibi commissum fuisse codicem ævo vitiatum, ut tetrice videtur dicere in hoc scholio: Ἰστέον ὅτι ἡ βίβλος ἐσφαλλομένη (sic), καὶ ὁ βουλόμενος κατήγορος ἔστω μοι τῆς ἀμαθίας. Ad hanc classem accedunt Vat. 380 et 2174, quorum hic, ex indiculo superstite, videtur, quamvis recentior, illum continuare.

Alia classis erit codd. 389, 381 et Ottob. 48, sed libero ordine.

Nec leviter negligenda est classis latina, sive ob elegantiam unius interpretis et antiquitatem alterius in vertendo libro *De vita contemplativa*, sive ob singularem et audacem loquelam libri *Quaestionum in Genesin;* sive demum propter grande opus Lilii Tyfernatis, oblatum et gratum quatuor Romanis pontificibus, sed plura mox.

Consulto neglexi multo plures codices in quibus tantum fragmenta occurrunt, nec pauca, neque exigua, uti illa XLVIII, quæ ex solo Vat. 1553 Maius edidit, præter alia VII ex Vat. 379 (*Script. vet.* t. VII, *class, auct.* t. IV). Neque etiam recensui Palat. 1332 et 1376, in quibus inter chimicas quisquilias inseritur ineptum opusculum, inscriptum: *De specialibus* (f. spiritualibus) *ingegniis* (sic).

Exstat denique, uti opinor, etiam in Vaticana ignotus Philonis codex, omnium sane qui ubi vis exstant, longe antiquissimus, immo et palimpsestus, quem vidit et introspexit acutissimus Maius, ut fert ejus testimonium in *Bibl. nova Patrum* t. VI, p. III, p. 67, 68: « Memini etiam me observare scripta Philonis varia servata græce in vetere bonæ litteræ palimpsesto quorum tamen tituli, quantum oculo festinante vidi, cum editis congruebant. » Et recenset titulos de Vita Moysis, de Decalogo, de Legibus in specie bis, περὶ τῶν ἐν μέρει διαταγμάτων, et τῶν ἐν εἴδει νόμων τὸ ι'. Tum de sacrificantibus, de meretricis mercede non recipienda, quibus addit censuram Mangeii « quem satis constat audaciore libertate editoris utentem, scripta Philonis Marte proprio interdum consarcinasse. » Sed ubinam tandem et quisnam est codex ille palimpsestus? Hactenus in tumulo Maii latet arcanum.

Vaticanis codicibus addendus omnino est cod. Barberin. XIV, 35. quo Lilii Tyfernatis opus feliciter impletur, ne Barb. IV, 56 et V, 52 meminerim, qui partim Philonis opera continent.

Addere demum est, codicem qui Lilio Tyfernati inserviit, ab ipso descriptum ad calcem epistolæ ad Nicolaum pp. V: ex parte quidem priore videtur esse Vatican. 380, ex altera vero parte apte cohæret cum Vatic. 2174, quem Lilio recentiorem omnino credam, nec nisi Liliani codicis apographum imperfectum. Etiam aliquo modo cogitandum est de Vatic. 381, qui solus omnium habet librum *De Posteritate Cain*, a Tyfernate Latio donatum.

Varios codd. Vaticanos Mangeius videtur adducere, quorum unus aperte numero 152 et quidem falso inscribitur, pro numero 381, a quo vir Anglus lætatur accepisse, cum novo libello *De posteritate Cain*, largam messem variarum et meliorum lectionum. Quanto uberior adhuc remanet intacta, sive græce, sive latine, futuro Philonis editori!

IV.

Vaticana Series operum Philonis.

I. Περὶ τῆς Μωσέως κοσμοποιΐας. B f. 143. D f. 1. H f. 1. I f. 188. L f. 1. M f. 1.

Lilius Tyfernas, Q f. 61. *De mosaico mundi opificio.*

Philon. opp. ed. 1742, t. I, p. 1-42.

II. Περὶ νόμων ἱερῶν ἀλληγορίας, τῆς μετὰ τὴν ἑξαήμερον, E f. 150, I f. 479. Addit A f. 150 τὸ δεύτερον [1]).

Lil. Tyfern. R f. 7. *Liber sacrarum Legum allegoriae post sex dies, liber primus.*

Phil. I. 43-65.

Lil. Tyfern. S f. 15. *Liber qui post Hexaemeron dicitur et de creatione mulieris.*

Phil. I. 66-86. Τὰ μετὰ τὴν ἑξαήμερον. E f. 161. I f. 492.

Νόμων ἱερῶν ἀλληγορία δευτέρα. B f. 40. H f. 139. I f. 54. L f. 821. N f. 46.

Horum librorum pars exstat armenice inedita.

Lil. Tyfern. R f. 16. *Liber sacrarum Legum allegoriae post sex dies, secundus.*

Phil. I. 87-137.

III. Περὶ τῶν χερουβὶμ καὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας A f. 165. E f. 68. I f. 368. K f. 132. L f. 193. — ῥομφαίας καὶ τοῦ κτισθέντος πρώτου ἐξ ἀνθρώπου Κάϊν, I f. 385. M f. 146.

Lil. Tyfern. Q f. 108. *De cherubim et flammeo gladio ac versatili.*

Phil. I. 138-162.

IV. Περὶ γενέσεως Ἄβελ καὶ ὧν αὐτὸς καὶ ὁ Κάϊν ἱερουργοῦσιν. A f. 177. E f. 53. — Περὶ ὧν ἱερουργοῦσιν Ἄβελ τε καὶ Κάϊν, D f. 120. K f. 120. L f. 175. M f. 131.

Lil. Tyfern. Q f. 53. *De quibus sacrificant Cain et Abel.*

Phil. I. 163-190.

V. Περὶ τοῦ τὸ χεῖρον τῷ κρείττονι φιλεῖν ἐπιτίθεσθαι. A f. 208. C f. 43. D f. 484. F f. 48. L f. 719. M f. 527.

Lil. Tyfern. P f. 48. *De eo quod pejus superponi meliori consuevit.*

Phil. I. 191-225.

VI. Περὶ τῶν τοῦ δοκησισόφου Κάϊν καὶ ὡς μετανάστης γίνεται. C f. 59, codex unicus.

Lil. Tyfern. S f. 45. *De Cain successoribus apparenter sapientis, et quomodo fit emigrans.*

Phil. I. 226-261.

VII. Περὶ γιγάντων. C f. 74. D f. 163. E f. 110. H f. 73. L f. 239. M f. 178.

Lil. Tyfern. *De Gigantibus* [2]). Z f. 72.

Phil. I. 262-272.

VIII. Περὶ τοῦ ὅτι ἄτρεπτόν ἐστι τὸ θεῖον. A f. 279. C f. 79. D f. 169. E f. 94. H f. 82. I f. 416. K f. 166. L f. 247. M f. 184.

Lil. Tyfern. P f. 142. *Quod inconvertibilis est Divinitas.*

Phil. I. 272-299.

IX. Περὶ γεωργίας. A f. 306. C f. 93. D f. 147. E f. 80. I f. 399. K f. 142. M f. 160.

Lil. Tyfern. P f. 83. Z f. 83. *Liber primus de cultu plantarum.*

Phil. I. 300-328.

X. Περὶ φυτουργίας τὸ δεύτερον [3]) Νῶε. A f. 315. B. f. 98. C f. 431. L f. 636. — Περὶ φυτουργίας Νῶε. K f. 154. — Sine titulo M f. 474.

Lil. Tyfern. P f. 112. *De cultu plantarum lib. II.*

Phil. I. 329-356.

XI. Περὶ μέθης. A f. 340. C f. 113. D f. 501. K f. 176. L f. 749. M f. 546.

Lil. Tyfern. *De Ebrietate*, Barber. XIV, 35, p. 275, 284.

Phil. I. 357-393.

IV. Editionis quidem anglicanæ ordinem sequimur, quamvis nonnihil præposterum, quo tamen duce facilius quisque videbit quid contineant superiores Vaticani codices. Titulos opusculorum dedimus quales eos græce exhibent nostri codices, aut latinos fecit Lilius Typhernas vel editor anglicus.

1) Τὸ δεύτερον refer ad ordinem collectionis cujusdam olim librum in secundo loco ponentis. — 2) Tantum de hoc libro meminit ac paulisper disputavit Lilius in epistola ad Sixtum papam, versionem vero reservaverat codici Urbinati 227, qui fausta sorte etiam ad Vaticanam pervenit. — 3) Potius scribendum fortasse erat περὶ γεωργίας τὸ δεύτερον, quum IX et X videantur ejusdem argumenti, ac forte ejusdem libri.

XII. Περὶ ὧν νήψας ὁ νοῦς εὔχεται καὶ καταρᾶται. A f. 270. K f. 192. — Περὶ τοῦ ἐξένηψε Νῶε. D f. 446. L f. 658. M f. 489.

Lil. Tyfern. S f. 142. *Quod sobrius factus est Noe*. Ex duplici ejusdem interpretis recensione bis exstat in Barb. XIV, 356, f. 114 et 203.

Phil. I. 394-403.

XIII. Περὶ συγχύσεως διαλέκτων. A f. 343. D f. 452. K f. 196. L f. 668. M f. 496.

Lil. Tyfern. S f. 48. *De confusione linguarum.*

Phil. I. 404-435.

XIV. Περὶ ἀποικίας λόγος α', β'. D f. 185, 198. E f. 115. I f. 438. L f. 766.

Lil. Tyfern. U f. 19, *Lib. I. De Transmigratione* — f. 33, *liber secundus*. — lib. I Z f. 19.

Phil. I. 436-459 et 459-472.

XV. Περὶ τοῦ τίς ὁ τῶν θείων πραγμάτων κληρονόμος. D f. 244. M. f. 270. κληρ. καὶ περὶ τῆς ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς [1]). B. f. 63. I. f. 83. K f. 280. L fragm. A f. 384.

Phil I. 473-518. *De eo, quis rerum divinarum haeres sit.*

XVI. Περὶ τῆς εἰς τὰ προπαιδεύματα συνόδου. A f. 97. C f. 206. E f. 135. I f. 462. L f. 291. M f. 224.

Lil. Tyfern. T. f. 92; ibi tantum summa capitula perstringit. Sed in Barb. XIV, 35 liber integer praemissis capitulis f. 215 et cum hoc titulo f. 227. *De conventu ad prima rudimenta.*

Phil. I. 519-545.

XVII. Περὶ φυγάδων. D f. 413. L f. 609. — Περὶ φυγῆς καὶ εὑρέσεως. K f. 266.

Lil. Tyfern. S f. 91. *De exulibus et fugitivis.*

Phil. I. 546-577.

XVIII. Περὶ μετονομαζομένων καὶ ὧν ἕνεκα μετονομάζονται. B f. 23. I f. 31. N f. 27.

Phil. I. 578-619.

XIX. Περὶ τοῦ θεοπνεύστους εἶναι ὀνείρους α', β'. A f. 120. D f. 269. E f. 170 et 190. I f. 505, K f. 311. L f. 389. M f. 301.

Lil. Tyfern. T f. 129. U f. 156. *Quod a Deo missa sunt somnia.*

Phil. I. 620-699.

XX. Περὶ βίου σοφοῦ, τοῦ κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος. A f. 22. E f. 210. I f. 557. — Περὶ βίου σοφοῦ ἢ νόμων ἀγράφων. D f. 221. K f. 317.

Lil. Tyfern. T f. 26. *De vita sapientis ac legibus non scriptis.* — Teste Maio, liber exstat armenice edendus.

Phil. II. 1-40.

XXI. Βίος πολιτικὸς, ὅπερ ἐστὶ περὶ τοῦ Ἰωσήφ. B f. 216. D f. 97. I f. 281. K f. 103. L f. 521. M f. 107.

Lil. Tyfern. T f. 67. *De vita politica quae est de Joseph.*

Phil. II. 41-79.

XXII. Περὶ τοῦ βίου Μωσέως α'. β'. γ'. B f. 99. 122, 127. D f. 356, 385, 391. H f. 39. I f. 130. L f. 521, 565. — Περὶ τ. β. M. θεολόγου καὶ προφήτου. M f. 392, 430. I f. 521 id. f. 574 περὶ ἱερωσύνης λόγος τρίτος.

Lil. Tyfern. R f. 68, *Liber primus de vita Moysis, quae dicitur regnum Moysis.* — f. 120, *Liber secundus de vita Moysis, quae dicitur de Mosaica legislatione.* — f. 128, *Liber tertius de vita Moysis, qui est de sacerdotio ac prophetia* [2]).

XXIII. Εἰς τὴν δεκάλογον Μωσέως. B f. 161. I f. 212. — Περὶ τῶν δέκα λογίων ἃ κεφάλαια νόμων εἰσίν. D f. 22. H f. 111. K f. 57. L f. 26. M f. 24.

Phil. II. 180-209. *De decem oraculis, quae sunt legum capitula.*

XXIV. Περὶ περιτομῆς. A f. 60. B f. 1. C f. 512. I f. 1. L f. 777. M f. 575.

Lil. Tyfern. *De Circumcisione* in Barber. XIV. 35, f. 126.

Phil. II. 210-212.

XXV. Περὶ μοναρχίας νόμων α', β'. A f. 61, 68. — Περὶ μοναρχίας. B f. 1, 5. D f. 517, 523. L f. 778.

Lil. Tyfern. *De Monarchia* lib. I. II in eod. Barber. f. 127, 131.

Phil. II. 213-232.

XXVI. Περὶ γέρα ἱερέων. A f. 77. B f. 9. D f. 523. I f. 18. L f. 794. M f. 575. N. f. 11.

Lil. Tyfern. *Quae munera sacerdotum* in eod. Barber. f. 137.

Phil. II. 232-237.

XXVII. Περὶ ζώων τῶν εἰς τὰ θύσια καὶ τίνα τῶν θυσίων τὰ εἴδη. B f. 11. D f. 525. I f. 16. L f. 798. M f. 578.

Lil. Tyfern. U f. 56. *De animalibus, quae ad sacrificia, et quae species sacrificiorum.*

Phil. II. 237-250.

XXVIII. Περὶ θυόντων. B f. 17. D f. 532. I f. 22. L f. 809. M f. 585. Teste Maio, liber exstat auctior apud Armenos.

Phil. II. 251-264. *De sacrificantibus.*

1) Titulus antiquissimus, apud Eusebium his servatur verbis: Τίς ὁ θείων ἐστὶ κληρονόμος ἢ περὶ τοῦ εἰς τὰ ἴσα καὶ ἐναντία τομῆς. — 2) Tum maxime in his tribus libris, quos elegantia vere platonica Philo ornavit, perspicuum est quantum pinguis et infelix Lilius a purissimo Turnebo recedat.

XXIX. Περὶ τοῦ μίσθωμα πόρνης εἰς τὸ ἱερὸν μὴ προσδέχεσθαι. A f. 181. B f. 197. D f. 76. H f. 69. I f. 258. K f. 88. L f. 109. M f. 84.

Phil. II. 264-269.

XXX. Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς τρία γένη τῶν δέκα λόγων, τὸ τρίτον, τὸ τέταρτον, τὸ πέμπτον, τὸ περὶ εὐορκίας καὶ σεβασμοῦ καὶ τῆς ἱερᾶς ἑβδόμης καὶ γονέων τιμῆς [1]. D f. 78. I f. 261. M f. 87.

Phil. II. 270-277. *De specialibus legibus quae referuntur ad tria decalogi capita, videlicet tertium, quartum, quintumque, de jurejurando, religioneque, de sacro sabbato, de honore habendo parentibus.*

XXXI. Περὶ τῆς ἑβδομῆς. A f. 76, codex unicus.

Phil. II. 277-298. *De septenario.*

XXXII. Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς δύο γένη τῶν δέκα λογίων, τό τε ἕκτον καὶ τὸ ἕβδομον, τὸ κατὰ τῶν μοίχων καὶ παντὸς ἀκολάστου καὶ τὸ κατὰ τῶν ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας [2]. B f. 199. imperfect. K f. 90. L f. 113.

Lil. Tyfern. Q f. 184. *De his quae referuntur in speciem Legum circa duo praecepta Decalogi adversus adulteros et omnem intemperantiam et adversus homicidas et omnem perniciosam violentiam.*

Περὶ μοιχείας, περὶ φθορᾶς, περὶ ὑπογαμίου. A f. 1, 9, 10.

Περὶ ἀνδροφόνου. A f. 12. B f. 210. D f. 574. I f. 26. L f. 862. M f. 618.

Lil. Tyfern. R f. 163. *Liber de Homicidiis.*

Περὶ δούλων. A f. 19. B f. 210. D f. 578. I f. 274. L f. 870.

Lil. Tyfern. R f. 69. *De servos occidentibus.*

Κατὰ ζώων ἀλόγων, ἅπερ αἴτια γίνεται θανάτου. A f. 19.

Περὶ τοῦ μὴ ἀναισχύνειν γυναῖκας. B f. 212. D f. 694. I f. 277. L f. 874.

Lil. Tyfern. Q f. 158. *Liber ne vituperentur mulieres.*

Phil. II. 299-334 [3].

XXXIII. Τὰ περὶ δικάστου. D f. 36. E f. 41. K f. 64. L f. 311. M f. 39.

Lil. Tyfern. S f. 116. *Libellus, quae ad judices, vel judicis quae sunt partes.*

Phil. II. 344-348.

XXXIV. Περὶ δικαιοσύνης. Initium hactenus deest in Vaticanis.

Περὶ καταστάσεως ἀρχόντων. B f. 173. D f. 49. I f. 118. K f. 72. L f. 563. M f. 54.

XXXV. Περὶ τριῶν ἀρετῶν, ἤτοι περὶ ἀνδρείας καὶ φιλανθρωπίας, καὶ μετανοίας. B f. 95. D f. 38. I f. 125. K f. 66, iterum f. 249 et 383. L f. 445. M f. 41.

Lil. Tyfern. S f. 132. *Liber de pietate et humanitate.*

Phil II. 376-407.

XXXVI. Περὶ ἄθλων καὶ ἐπιτιμίων. B f. 82. D f. 290. I f. 109. L f. 421.

Phil. II. 408-428. *De praemiis et poenis.*

XXXVII. Περὶ ἀρῶν. B f. 92. D f. 301. I f. 120. L f. 438. M f. 338.

Phil. II. 429-437. *De execrationibus.*

XXXVIII. Περὶ εὐγενείας. D f. 410. K f. 263. L f. 603. M f. 451.

Lil. Tyfern. R f. 156. *Liber de nobilitate.*

Phil. II. 437-444.

XXXIX. Περὶ τοῦ πάντα σπουδαῖον εἶναι ἐλεύθερον. B f. 179. D f. 56. I f. 236. L f. 79. — εἶναι ἐλεύθερον λόγος τρίτος. K f. 77.

Phil. II. 445-470. *Quod liber sit quisquis virtuti studet.*

XL. Περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ ἱκετῶν ἀρετῶν. D f. 68. L f. 98. M f. 75. — ἢ ἱκετῶν ἀρετῆς τὸ τέταρτον. B f. 190. I f. 250. λόγος δ' K f. 84 [4]. Vat. 374 f. 244. fragmenta sex. X f. 161. *De vita contemplativa vel de supplicum vivendi ratione.* — Exstat armenice in cod. Zohrab, nova recensione dignissimo.

Phil. II. 471-486.

XLI. Περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. C f. 1. D f. 470. L f. 696. M f. 512.

Lil. Tyfern. P f. 12. *Liber de incorruptibilitate mundi.*

Phil. II. 487-516.

XLII. Εἰς Φλάκκον. D f. 315. E f. 1. K f. 212.

1) Ad hunc librum videntur pertinere duo opuscula, quæ Maius semel et iterum edidit 1° De festo Cophini, 2° De honorandis patribus. Mediol. 1818. Cl. auct. IV, p. 402. — 2) Magnus fit rerum tumultus in hujus libri codicibus ob titulorum inconstantiam et varietatem. — 3) Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς τρία γένη τῶν δέκα λογίων, τὸ η' καὶ τὸ θ καὶ τὸ ι' περὶ τοῦ μὴ ἐπικλέπτειν καὶ ψευδομαρτυρεῖν καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν καὶ τῶν ἐς ἕκαστον ἀναφερομένων καὶ περὶ δικαιοσύνης ἣ πᾶσι τοῖς λογικοῖς ἐφαρμόζει, ὅ ἐστι τῆς συντάξεως. Prolixus titulus deest nostris codd. in quibus initium libri desideratur. — 4) Vide quæ supra notantur de his numeris p. 315 et 316.

L f. 452. Ἱστορία πάνυ ὠφέλιμος καὶ τῷ βίῳ χρήσιμος τὰ κατὰ τὸν Φλάκκον ἤτοι περὶ προνοίας. I f. 304.

Lil. Tyfern. U f. 73. *Liber in Julium Flaccum et de Providentia* [1]).

Phil. II. 517-544.

XLIII. Περὶ ἀρετῶν καὶ πρεσβείας πρὸς Γάϊον.

D f. 325. E f. 16. K f. 249. L f. 476.

Ἱστορία πανυχρήσιμος καὶ ὠφέλιμος περὶ τῶν κατὰ τὸν Γάϊον καὶ τῆς αἰτίας τῆς πρὸς ἅπαν τὸ Ἰουδαίων ἔθνος ἀπεχθείας αὐτοῦ. I f. 322.

Lil. Tyfern. U f. 180. *Liber de his quae circa Caium, et ad eum legatione ac de virtutibus.*

Phil. II. 545-600.

XLIV. Περὶ κόσμου. G f. 284, codex qui dicitur unicus, at exstat alter O, optimæ notæ, v. p. 314 [2]).

Phil. II. 601-624. *De mundo.*

XLV. *Liber Philonis quaestionum in Genesim et solutionum* [3]). V f. 129-146. X f. 35.

XLVI. *Historia Philonis ab initio mundi usque ad David regem* [4]). V f. 81.

[1]) Ex hoc titulo male intulit Fabricius exstare in Vaticana *librum de Providentia, interprete Tyfernate.* Alius est liber elegantissimus *De Providentia*, quem nobis Armeni servarunt. — [2]) Etiam tertius codex exstare diceretur in Vaticana, si catalogo fides, ubi in cod. Vat. 671 f. 284, asseritur etiam ex indice codici præfixo, inesse hunc librum *De mundo.* Sed nunc pars illa codicis desideratur, quam puto transiisse ope bibliopegi in Reginensem 40 cod. f. 284. — [3]) Cod. V videtur apographum codicis X paulo antiquioris. Cæterum præter editionem Basileensem a. 1538, alia Paris. a. 1520 memoratur apud Fabricium t. IV, p. 746, qui libellus primus omnium esset nomine Philonis editus. — [4]) Seriem habebis omnium Philonis operum, quæ lucem viderunt, si præter duo opuscula a Maio edita, addideris ea quæ soli Armeni nobis servarunt, scilicet sub titulo: *Philonis Judaei sermones tres*, Venet. 1822, lat. arm. 1° *De Providentia ad Alexandrum sermo duplex.* 2° *De ratione quam habere etiam animalia bruta dicit Alexander.* — Tum a. 1826 sequentes inscripti *Philonis Judaei Paralipomena armena*, scilicet: 3° *Quaestionum in Genesim* sermones quatuor, 4° *Quaestionum in Exodum* sermones duo. 5° Concio ex tempore *in Samsonem.* 6° *Sermo de Jona*, cujus fragmentum quoque Maius dedit e codice Ambrosiano cum duobus opusc. jam memoratis. 7° *De Deo sive de visione trium puerorum.* Spuria non nulla vide apud Fabricium Bibl. gr. t. IV, p. 743.

V.

De vetere Philonis interprete latino.

Haud erit ἀπὸ σκοποῦ, duo paucis revocare de prisco illo Philonis interprete; unum, quod idem transtulit e græco [1]) tum quæstiones in Genesim, tum librum de Therapeutis, tum pseudo-chronicon a Genesi ad Saulem, et fortasse alia quæ exciderunt. Alterum est, hunc scriptorem inter antiquissimos merito referri.

Utrumque eodem fere argumento efficitur, ex singulari videlicet scribendi genere, quod in triplici opusculo ita sibi cohæret, vel in immanissima quorumdam vocabulorum insolentia, ut omnino oporteat, cuncta ex uno et eodem calamo cecidisse. Neque ego te suasum velim, ex ævi barbarie ea profluxisse, quæ nihil nisi incomptum et horridum gignere potuerit. Idem enim noster ruditatem potius affectat et persequitur, quam eam patitur et ab ævo suo recipit. Identidem sua luxuriatur

[1]) Dubio procul, etiam quoad Chronicon, fons græcus est; ac doleo me ad manum non habere *Genesim minorem*, quam audio in Germania græce prodiisse, ut eam et cum pseudo-Philone et cum simili codice Vaticano conferrem. Græca vero sub aspera latinitate latere, passim significatur: *Conclusa metra* f. 99, 109, *holocaustomata* f. 102, *oromata* f. 99, *de epomide* f. 90, *totum habitabile* (πᾶσα οἰκουμένη) f. 90; neque deest syntaxis græca: *quiescit lumen* (παύει φῶς), *motum est quater fundamenta* f. 94. Quid vero monstrum f. 88: *Ometocean passa sunt*, nisi ὠμοτοκίαν πεπόνθασι? Sed quid isthoc f. 126: *Quomodo de resolutatione in chaomato nata est vestra creatura?...* Heus tu! sed vide an Graiorum ora rotunda ferant etiam barbara quæ sequuntur.

elegantia, quae purum putum referat Ambrosium [1]), ac pene incertum sit utrum ipse api Mediolanensi praevolaverit, aut ab ejus melle raras ebiberit venustates. Velim, modo tibi copia librorum sit, studiose legas quaestiones V, XLV, XLVII, XLVIII, LXXV, LXXX, LXXXI, LXXXII, LXXXIII, LXXXIV, LXXXVII (apud Armenos p. 366, 396, 397, 418, 422, 423). Sed ne plura, exemplum habes infra in *Planctu filiae Jephte*, quem ex illo pseudo-chronico decerpsi, ad fidem duplicis Vaticani codicis, ideo quod, ut dixi, in hac pagella, quantumvis lutosum sit chronicon, spirat quaedam philoniana venustas.

Tum etiam, vel in hoc cantico, sed locupletius in quibuscumque caeteris paginis, horret affectata barbaries, quae famina veterum Cethegorum adeo erudite et insperate renovat, ut scriptor, qualiscumque fuerit, peritis videatur magis ab aenea et ferrea Latii aetate quam ab aurea recedere. Exempla iterum subdam, ex multis selecta raptim, quae nondum vidi a viris quibus hae lautitiae sapiunt, refricari, saltem ut Philoniana rudimenta, sed neque ulla in toto meo Cangio repperi [2]).

Affectabilis q. 2, apud Armen. q 155 [3]).
Adventibile quaest. 90.
Appropria mihi q. 67.
Auspicabilis q. 42, *auspicialis* q. 101.
Captator (qui intelligit) q. 10.
Centesinarium q. 36.
Comitium (concordia) q. 26.
Complacatio q. 26.
Consensualitas q. 96.
Coxit cocturam q. 15.
Curatissimum q. 85.
Deitudo q. 92.
Dignificabit f. 109 cod. Vat. 488.
Dimidialitas q. 44.
Dispensabilius q. 64.
Dissocietatem q. 9.
Dolorationis q. 99.
Dormificabo te f. 96.
Ducationes f. 85.
Ducabit f. 96.
Enormissima q. 97.
Exhibernantem q. 98.
Fetosus q. 67.
Fluxidola q. 15, 18, 72.
Fossatim q. 41.
Fruniscere q. 1. — *Fruniscuntur* q. 50.
Gustamina q. 97.
Imbrui q. 61.
Imitaculo q. 35.
Immensurabilis f. 88.
Impenitibilis q. 13.
Impravisse q. 44.
Impredicabile q. 93.
Incolare q. 34.
Infrenaretur q. 74.
Inordinantia f. 147.
Inseparabiliter q. 58.
Intenebricata f. 109.
Intentabilis q. 99.
Jocositas q. 35.
Juracula q. 27.
Lucrificationes f. 92.
Nascibilis q. 35, 37.
Nutritorius q. 33.
Obolita q. 41.
Odiuntur q. 77.
Ostentatorie q. 64.
Paratura subst. q. 96, 97.
Pelorii corporis q. 58.
Perteserata f. 145.
Possibilior (potentior) q. 39.
Praemunerare q. 103.
Prohibundus q. 49.
Propitialis q. 50.
Psalfinga f. 98, 102, 110. *Delatis psalfingis ut psalfidiarent* q. 110.
Quadralitas q. 44.
Quadrinitas q. 51.

1) Diligens P. Aucher ad quaest. 5 deprehendit in hoc interprete solemnem Ambrosii formulam: « *Intellectus vero subtilis hoc sapit.* » — 2) A sequenti indiculo exsulant tum graecanica superius notata, tum typothetarum portenta in editione Basileensi, quae codd. Vaticani emendant; qualia, inter plura: quaest. 2: *semen reventatem* (l. *sentire veritatem*). — Q. 29: *opes flatare* (l. *flagitare*). — Q. 30: *actior* (l. *altior*). — Q. 33: *interpensos* (l. *in perversos*). — Q. 58: *palaestricosibilitatem* (sic pro *palaestrae possibilitatem*, i. e. *virtutem athleticam*) *tempeloxii* (Vat. 488 *tempe locupletem*, quem etiam emenda: *tantopere locupletem*). Ἄλις δὴ ταῦτα. — 3) In *chronico* folia cod. Vat. 488 citantur; in *quaestionibus* vero, numeri significant ordinem quaestionum in eodem codice. Alia est series in editione Armenorum.

Rabiens q. 7.
Rationabilitas q. 4.
Regibilis q. 91.
Resolutatio f. 126.
Rorificari q. 73.
Ruralitas Esau (ἀγριότης) q. 12.
Sectavisse q. 44.
Segestuosus q. 72
Sempiternatur q. 13.
Sensualis q. 51.
Sexagenitas q. 11.
Sextilitas q. 11.
Sobriosa q. 66.
Sterilizabit f. 92.
Sublunalia q. 11.
Subsonna q. 54.
Subsonnanter Vat. in q. 54.
Suspensorium f. 106.
Terganea colla q. 62.
Trepidantia (pavor) q. 6, 33.
Tubantes f. 111.
Turbelas q. 53.
Unicellula casa f. 147.
Unifaria q. 61.
Vallosus q. 42.
Virtutificari [1]) f. 85, 91, 100, 106, 111.

[1]) Persequitur hoc verbum interpres, *virtutificati*, f. 100, *virtutifica manus tuas*, f. 108 etc.

VI.

Threnus Seilae [1]) *filiae Jephte, in pseudo-Philonis Chronico.*

Et ut venit filia Jephte in montem Stelach, cœpit plorare, et hic est Threnus ejus, in quo plangens ploravit se, antequam recederet, et dixit:

Audite, montes, threnum meum, et intendite, colles, lacrymas oculorum meorum, et testes estote, petræ, in planctu animæ meæ.

Ecce quomodo accusamur! Sed non in vano recipiatur anima mea.

Proficiscantur verba mea in cœlos, et scribantur lacrimæ meæ ante conspectum firmamenti.

Et pater non expugnet filiam quam devovit sacrificare; et ut princeps, illius unigenitam audiat, in sacrificio promissam.

Ego autem non sum saturata thalamo meo, nec repleta sum coronis nuptiarum mearum.

Non enim vestita sum in splendore, secundum ingenua mea [2]), et non sunt thymia odoris mei, nec fronivit [3]) anima mea oleo unctionum [4]), quibus præparatum est mihi.

O mater! in vano peperisti unigenitam tuam, quoniam factus est infernus thalamus meus.

Et genua super terram; et confectio omnis olei, quam præparasti mihi, effundetur.

Et albam quam nevit mater mea, tinea comedet eam; et flores coronæ, quam intexuit nutrix mea, in tempore marcescet [5]).

Et stratoriam [6]) quam texuit ingenium meum de hyacinthino [7]), et purpuram meam vermis corrumpet.

Et referentes me convirgines [8]) meæ in gemitum, per dies plangant me.

Inclinate, arbores, ramos vestros, et plangite juventutem meam [9]).

VI. Ex Vat. 488, f. 114. Nil sane novum, quum ter pseudo-Philo jam prodierit a. 1527, 1550 et 1599. Post tria sæcula is liber locum meretur inter pseudepigraphos libros judæo-christianos, qui eruditorum in Germania nunc studia facilius quam antea obtinent. Quibus fortasse gratum erit nosse fontes Vaticanos.

[1]) Vocatur Said in alio titulo. — [2]) *ingenuum meum* cod. qui pergit ad desperandum: *et non sum Moysi odoris mei* — [3]) *fronivit* sic cod. Cf. supra *fruniscere*, *fruniscuntur*, ac vide quæ ad hanc vocem olim notabam in Commodiani *carm. apolog.* v. 299, ac docte restituit cl. v. Ern. Ludwig. in nova recensione ejusdem poematis. Lips. 1877. — [4]) *unctio quibus* cod. — [5]) *marcescet*. Sic codex, an ob græcam syntaxim: καὶ τὰ ἄνθη τοῦ στεφάνου παρακμάσει, ut Plato: τὸ ἄνθος τῆς ἡλικίας παρακμάζει — [6]) *stratoriam* insere in superiora famina. — [7]) *iacinctino* cod. — [8]) *convirgines* (συμπάρθενοι) frequens est in hoc libello. — [9]) Recole *Planctum Adami*, auctore Romano, ut opinor, in Analect. t. I, p. 448.

Venite, feræ sylvæ, et conculcate supra virgines meas [1]), quoniam abscissi sunt anni mei, et tempus vitæ meæ in tenebris inveterabit.

Et his dictis, reversa est Seila ad patrem suum et fecit omnia quæcumque oravit [2]); obtulit eam holocaustomata.

1) Tota periodus græca est. — 2) *Oravit* pro *vovit*, ob ηὔχετο.

VII.

De prisco Philonis interprete una cum recentiori ignoto.

Dum Vaticanum 488 perlustrarem, ac Philonis investigarem CIII quæstiones in Genesim, eas cum armena versione conferendo, ultimam deprehendi mutilam esse in fine fol. 146, ubi in penultimo folii versiculo, sine ullo prorsus discrimine, absona quædam intuebar: *nullas accipiendo personas illud colere quod est, quod etiam bono melior est.* Inde vero pergens ad fol. 147, statim agnovi telam continuari in libro *De Vita theoretica.* Et idem certe interpres erat. Quis enim unquam eodem modo loqui, scribere, construere ausus est? Idem et heic jam plane novus, quem vix e tenebris eripuissem, nisi me totum lenivisset alius interpres ignotus, tam suavis et amœnus quam alter horridulus est. Si amant alterna Camœnæ, erunt quos juvabit simul legere duos illos interpretes novos, non mille tantum annis, ut opinor, sed toto cœlo litterarum separatos. Decuit novum interpretem ab initio libri recipere, illi vero veterem subjicere, ubi et quousque aderit, nec plura tamen subdere, quamvis placerent omnia, neque ulla a quocumque Philonis editore negligenda sint. Qui anonymus integer inter miscellanea inseritur in medium Ottobonianum 870, neque deest elegantissima scriptura sæculi XVII.

Vetus autem Philonis interpres non solum exstat in Vatic. 488, sed in Urbinate 61, ubi eodem abrupto modo male consuitur ultimæ Philonis quæstioni CIII in Genesim, ante penultimum versiculum col. 3, fol. 46. Ambo igitur codices derivantur ex eodem archetypo vetusto, cujus scriba fortasse deterritus obscuritate sibyllini interpretis, filum ante finem ab irato secuerit. Tanta autem est varietas Vaticanum inter et Urbinatem, ut unum ab altero vix credam uno saltu exivisse, nec dictu facile est uter sit crassiore ignorantia exaratus.

De Vita contemplativa, sive de Supplicum vivendi ratione.

Cum de Essaeis disseruerim, qui activam vitam æmulati, eam ita in omnibus exercuerunt, ut plurimis partibus, ut lenissime dicam, excelluerint, jam et de iis qui contemplationem amplexi sunt, rei tractatæ seriem ordinemque prosequens, quæ de eis dici convenit, dicam: nihil domo allatum adjiciens, ut meliores et præstantiores videantur, quod et poetæ omnes et qui soluta oratione scribunt, facere consuevere: sed ipsi plane veritati insistens, in qua explicanda vel summum dicendi artificem laboraturum et defatigatum iri certo scio. Contendendum tamen et decertandum est: nec virorum virtutis magnitu-

VII. Quamvis interpres loco et elegantia superior inserviat commentario posterioris, de more meo et ob singularem hujusce indolem, varietates codd. 1, 2 sive Vatic. 488 et Urbin. 61, saltem ubi urget ambiguitas, ita religiose subjiciam, ut etiam orthographiam cod. 1 fere sequar. Sed uterque a desperatione est. Nescio an Florentinus, de quo p. 299, sit nostris præstantior.

dinem causam esse oportet, ut ii obmutescant, qui nihil præclarum silentio præteriri oportere censent.

Quod autem sit philosophorum institutum, ipsa statim nominis appellatio indicat. Græce enim θεραπευταί, θεραπευτίδες vere et proprie nominantur, vel quod medicinam, ea quæ in urbibus versatur, longe præstantiorem profiteantur. Hæc enim corporibus tantum medetur, illa vero etiam animis, qui a gravibus et curatu difficilibus morbis oppressi sunt, quos voluptates, et cupiditates, et dolores, et metus invaserunt, et aliarum perturbationum et vitiorum immedicabilium multitudo; vel quod a natura et sacris legibus, — id quod Est, quod quidem est et bono præstantius, et uno purius, et monade antiquius, colere edocti sunt. [Θεραπευτὴς enim eum qui medetur, et eum qui colit significat, *graece desunt inclusa*] His quinam eorum qui pietatem ac religionem profitentur, conferendi sunt? Iine qui elementa honorant, terram, aquam, aerem, ignem? Quibus etiam alii alia nomina imposuerunt, Ignem quidem Græci Ἥφαιστον, a verbo ἔφαψις, quod *accensionem* significat, appellantes, Aerem vero Ἥραν, a verbo αἴρω, quod *tolle* significat, quoniam sublimis in altum fertur. Aquam autem forte Ποσειδῶνα, a verbo Πόσις, quod est *potio*, quoniam sit potabilis. Terram autem Δήμητρα, quasi dicas *terram matrem*, quod omnium et animalium et arborum [et cæterorum quæ e terra nascuntur] mater esse videtur. Sed sunt quidem nomina sapientum inventa; elementa vero, inanima materia, et ex se immobilis, ad omnes figurarum et qualitatum species subjecta, et substrata artifici. An eos [dicent f. *adde*] qui ordinatum cœli situm, solem, lunam, et alia errantia et inerrantia astra, vel universum cœlum et mundum venerantur? Sed hæc quoque non ex se, sed ab aliquo scientia perfectissimo artifice facta sunt. Heroasne ac semideos? An non est hoc etiam ridiculum? Qui enim fieri potest, ut idem sit mortalis et immortalis? ut omittamus quod eorum generationis principium et vituperabile, et juvenilis sit libidinis, ac intemperantiæ plenum, quam beatis divinisque facultatibus non satis pie tribuere non verentur, si insano mulierum amore capti, qui ab omni sunt penitus perturbatione alieni et beatissimi, earum consuetudine usi sunt. Sed nunquid eos qui

. . . . illud colere quod Est, quod etiam bono melius est 1) et uno sincerius, et unius præcipua frons est 2). Hos enim comparandos quis superstitiosus asserat? aut nempe eos qui elementa 3) honorificant, terram 4), aquam, aerem, ignem. Quibus etiam nomina posuere altera: ignem quidem Vulcanum, pro accendendo, puto, vocantes; Junonem 5) aerem, pro levando vel suspendendo; aquam vero, Neptunum, forsitan pro potando 6); terram vero, Demetorem, aut quantum mater omnium esse putatur, plantarum 7) atque animalium. Equidem nomina sophistarum sunt inventicula; elementa vero materies sine anima, ab se immobilis, artifici subjecta ad omnes figurarum et qualitatum species. Altera vero, quæ apostolemata 8) vocant, solem et lunam aliasque stellas. Planetæ autem, inter cœlum et mundum, ne ipsæ quidem ab se factæ sunt, sed a quodam Creatore perfectissimæ disciplinæ. Certe semideos alii colentes, ignominia digni sunt. Quo enim modo et mortalis idem sit et immortalis? Denique hujus originem erroris puerilis inconstantiæ plenam qua usi sunt 9), non sunt pernitie sua objicere (f. *lege:* puerilis inconstantiæ plenam, quam ausi sunt, non sine impietate [οὐκ εὐαγῶς], objicere) beatis divinisque virtutibus, utpote mortalibus, uxoribus immorantes convenerunt 10), totius vitii inventorem

1) *melior... sincerior* 1, 2. — 2) Lepidum est hoc *unius praecipua frons* 1, 2, pro μονάδος ἀρχεγονώτερον. — 3) *alimenta* 1. — 4) *terreni* 2. — 5) *unionem* 2. — 6) *protendo* 2. — 7) *plantatorem* 1, 2. — 8) *apostelismamata* 1, *paschalismamata* post corr. 2! — 9) Tetrum ulcus est in utroque codice: *non sunt pernicie sua obicere* 1, 2. — 10) *convenerant* 1.

statuas et imagines adorant? Quorum sunt substantiæ lapides et ligna, paulo ante penitus informia, quando ea lapidicidæ arborumque sectatores exciderunt. Quorum fraternæ ac cognatæ partes vel ad lavacra sustinenda apti tripodes, vel vasa ad abluendos pedes, vel sunt alia quædam viliora et abjectiora, quæ in tenebris potius quam in luce usui deserviunt. Ægyptiorum enim ne meminisse quidem decet: qui ratione carentia animalia et non solum mansueta, sed et omnium belluarum immanissima in Deos retulerunt, et divinis honoribus affici voluerunt, ex omnibus quæ sunt sub luna: ex terrestribus quidem leonem, aquatilibus vero crocodilum, ex aereis autem milvium et ibim ægyptiam. Et cum ea videant et gigni et nutrimento egere, et cibo inexplebilia, ac excrementis plena esse, esse quoque venenata et homines vorare, omniaque morborum genera in ea cadere, et non solum morte naturali, sed violenta quoque sæpe interire. Adorant tamen mansueti fera et immansueta; ratione præditi, ratione carentia; et qui Deo sunt cognatione coniuncti, ea quæ non cum feris quidem nonnullis possint comparari; principes et domini, ea quæ hominis imperio natura obediunt et serviunt. Sed quoniam hi quidem non eos solum qui sunt suæ gentis et generis, sed et qui eorum consuetudine utuntur, nugis et ineptiis replent, insanabiles, et a vero Dei cultu remoti permaneant, visu, qui est sensuum omnium maxime necessarius, orbati, visu, inquam, animæ, non corporis, quo solum verum et falsum cognoscitur.

Illud autem *Medicorum* et verum Dei cultum observantium genus, quod semper intueri docetur, ejus quod Est, spectaculum desideret, et sensilem solem transcendat, et nunquam hunc ordinem deserat, qui ad perfectam felicitatem deducit. Qui vero ad Deum colendum pergunt, non ex more, nec adhortatione vel aliquorum suasione, sed cœlesti amore incitati, non secus ac qui debacchantur, et Corybantum sacra obeunt, tandiu divino furore corripiuntur, donec id cujus desiderio

sontes [1]) et felices. Delubra quoque et simulachra [colunt?] quorum materies lapides et ligna, quæ ante paululum sine forma, ingenio artis incisa, quorum gemina [2]) vel patria lavachro usa, vel lavandorum pedum aliisque inhonestis usibus, quæ tenebrarum, non luminis ministerio cedunt. Egyptiorum proinde portenta [3]) nec meminisse melius, quum muta animalia, non modo mansueta, sed etiam inmanissima, pro deorum honore posuisse sublunaribus auris: de arida quidem leonem, undarum vero invictissimum [4]) cocodrillum, et de volatilibus milvum aut egyptiacam ibin [5]); hæc intuentes substantiæ carentia, escarum egentia, et ad edendum [6]) rapacissima, et plena stercoris, virulentia atque homicidiosa, variis subjecta morbis; nec tantum naturalis mortis sed et etiam necatio [7]). Venerantur homines inmanissima; et rationabiles, minus rationabilia; et quibus propinquitas est ad divinitatem [ea quæ] ne monstris (*quidem* comparanda sunt) [8]); principes et domini, obnoxia et fabulosa suscipientes. Sed hos [9]) quidem qui non tantum ejusdem societatis, sed etiam proximantes, sibi repleverunt verbositatis, sine medela permanere dignum est, intuitu tamen, qui præcipuus est sensuum, portus, obtruso [10]), dico autem non corporales oculos, sed animæ, quibus verum emendatium directo cognoscitur [11]).

Genus igitur religiosum, semper cernere doctum substantialis culminis majestatem, digne pietati admittitur commendari, sensibilem solem transgreditur, et mundi hujus inordinantiam deserit, ut ita ad perfectam beatitudinem deducatur. Ad vota namque religionis commeantes, non ex usitato, nec ex mandato cujusquam aut deprecatione, sed amore cœlesti rapiuntur, utpote

1) *insonantes* 2. — 2) *germina* 1, *germinalis patria* 2. fortasse alicubi adde *vasa*. — 3) *portenta vero mem.* 2. — *qui muta* et *posuere?* — 4) εὐχώριον. An legit ἰσχυρὸν interpres? — 5) *avem Ibin. haec induentes* 2. — 6) *ad egendum* 2. — 7) *sed etiam negociatio* 1. — 8) *ad divinitatem ne monstris quibus corporati sunt.* 1, 2. — 9) *etiam hos* 2. — 10) *sensuum obstuso* sic 2, om. *portu.* — 11) *cognoscitur*, juxta γνωρίζεται, more græcanicorum interpretum.

tenentur, viderint. Deinde propter immortalis et beatæ vitæ desiderium, se hac vita mortali excessisse putantes, facultates suas filiis vel filiabus vel aliis cognatis relinquunt, hæreditatis quæ futura erat, distributionem sua sponte anticipantes; quibus autem non sunt cognati, amicis et familiaritate ac necessitudine conjunctis. Oportebat enim eos, qui videntes opes paratas accepissent, iis qui mente ac intelligentia cæcutiunt, cæcas divitias cedere. Anaxagoras et Democritus a Græcis celebrantur, quod philosophiæ desiderio repleti [legit πλησθέντες pro πληχθέντες edd.] possessiones suas ab ovibus depasci siverint. Eos quidem laudo et admiror, qui et ipsis divitiis fuere superiores. Sed quanto meliores, qui non suas a pecoribus pasci possessiones permiserunt: sed hominum inopiam cognatorum vel amicorum sustentarunt ac sublevarunt, et ex egentibus divites effecerunt? Illud enim fuit inconsideratum, ne dicam et insanum, eorum quos Græcia admirata est, factum; hoc autem sobrium et summa cum prudentia accurate perpensum. Quid amplius hostes faciunt? Urunt, et adversariorum regionis arbores exscindunt, ut rerum necessariarum inopia pressi se dedant. Idipsum Democritus suis fecit consanguineis, indigentiam et paupertatem eis suis manibus machinatus, non fortasse quidem consulto et adhibita opera, sed quod non providerit, et quod aliis esset utile circumspexerit. Quanto autem sunt hi præstantiores et magis admirabiles, qui non minore quidem philosophiæ appetitione incitati, nec minore ad eam impetu delati sunt, animi autem magnitudinem pusillo abjectoque animo præferentes, suas facultates elargiti sunt, non autem corruperunt, ut et aliis et sibi prodessent: illis quidem facultates affatim suppeditando, sibi vero philosophando?

vagantes [1] et more Choribantium præsagantes, donec videant quod desiderant. Hactenus pro amore immortalis et beatissimæ vitæ, jam se defunctos estimantes, omissa temporali gleba, dimisere substantias filiis aliisque cognatis, spontanea voluntate, ante tempus præhereditatis [2]. Quibus autem parentelæ non sunt, proximis vel amicis admittunt [3]. Oportuit enim, occultas divitias diligentes relinquere censum his qui adhuc mente caliginant [4]. Ana[xa]goram et Democritum Greci decantant, quod philosophiæ [5] cupidine pulsati, pasturas ovium locupletas massas suas permiserunt mori. Hujusmodi viros [miror], etiam ipsis pecuniis meliores sunt, qui non pecudis possessiones dimiserunt, sed hominum penuriis subvenerunt, parentes vel amicos ex inopia copiosos efficientes; et quidem [6] non integri consilii, ne furiosos dicam viros quos tota Grecia defert [7]. Attamen [hoc] sobrium, cum sapientia supereluente moderatum. Quid enim amplius gerant adversarii? obsidentes haud secata, ut occidant contrariorum regiones, ut ariditate necessariorum obpressi [8], prosternantur. In hoc enim [9] Democriti omnes consanguineos manifesti, suis pauperiem conferentes, non in desidia utique, sed ex improviso, contempserunt. quod alteris. Quanto meliores esse credamus et mirabiliores, eos qui non minus philosophiæ integritatem [10] superantes, munificentia pro tarditate usi, misericordiam desidiæ præponentes, dimisere substantiam, non ad dissipandam, utilius [11] prodesse illis pro copiosi-

1) *vacantes* 2, *vocantes* 1. — 2) *praehaereditati*, inde edd. προσκληρονομούμενοι emenda, ac recipe προκληρονομούμενοι, quod lexicis inseri iubeto. — 3) *admittunt*, absolute et ibi frequenter. Inde vetus interpres clarior novo; græca sunt: Ἔδει γὰρ τοὺς τὸν βλέποντα πλοῦτον ἐξ ἑτοίμου λαβόντας, An recte? Sed omnino confer eximium editorem anglicum, ex Platone Philoni aliquid lucis afferentem. — 4) *caligant* 2. — 5) *filiis* 2. *filus* 1. *liquido. sophiae* 1, 2, dein *pulsatis pasturas*, sic 1, 2. — 6) *illud quidem* 2. — 7) *praefert* ac *tamen* 2. — 8) *hanc secata* 2. — *ut occidant contrariorum oppressi*, sic 1, nec plura. — 9) *Lumen ph. d. indagium* 2. *Deo differentiora per diem habet vero modicum*, *nonnulli cum post triduum* 2. *Democritionis* (uno verbo 1, 2) *nos esse consanguineos manifesta suis pauperies conferentes* 1, 2. Decipula fuit in primis verbis græcis: τοῦτο οἱ περὶ Δημόκριτον τοῖς ἀφ' αἵματος εἰργάσαντο, ποιητὸν ἔνδειαν καὶ πενίαν αὐτοῖς κατασκευάσαντες. — 10) *integrantes* 1. — 11) *utilibus* 1.

Quæ enim in facultatibus et possessionibus ponuntur studia, tempora consumunt. Temporis autem esse parcum, honestum est. Nam ut est medici Hippocratis sententia: « Vita quidem brevis, ars vero longa, » hoc etiam mihi videtur Homerus tacite innuere in Iliade, in principio tertiæ decimæ rapsodiæ versibus quorum hic est sensus: « Et Mysorum quominus pugnantium, et inclytorum Hippomologorum, et qui lacte vescuntur Abiorum, justissimorum hominum. » Quasi victus quidem quærendi et amplificandarum facultatum studium et injustitiam et inæqualitatem procreet, justitiam autem contrarium vitæ institutum propter æqualitatem, qua sunt definitæ ac terminatæ naturales divitiæ, quæ eas quæ in vanis opinionibus sitæ sunt, longe prosperitate antecellunt. Postquam ergo a suis facultatibus excesserint, a nullo amplius inescati, fugiunt, nec retro unquam aspiciunt, relictis fratribus, filiis, parentibus, uxoribus, et frequentibus cognationibus, amicitiis et familiaritatibus, et patriis, in quibus orti et educati sunt: hoc est enim ad attrahendum et inescandum potentissimum.

Migrant autem non in aliam urbem, ut qui ab iis qui possident, volunt emere, miseri vel improbi servi, qui dominorum mutationem, non sibi libertatem comparant. Urbs enim quælibet, licet optimis legibus moribusque regatur, tumultibus et perturbationibus, quæ dici nequeunt, plena est, quas, qui a sapientia semel ductus fuerit, nunquam tolerare poterit. Sed extra mœnia versantur, in hortis locisque solitariis solitudinem persequentes, non propter immanis alicujus inhumanitatis studium, sed quod cum iis qui sunt dissimiles moribus, coitiones et consuetudines, inutiles et gravia incommoda importantes esse scirent.

Porro in compluribus orbis regionibus est hoc hominum genus. Oportebat enim Græciam et Barbariam esse perfecti boni participem. Abundat autem in Ægypto, in unaquaque eadem quæ νομὰ græce appellantur, Latine au-

tate, se vero pro expeditione vanæ religionis, ne curæ præliorum tempora consumant, nec pecuniarum solicitudo deiciat. Tempori autem pepercisse [1]) quoniam optimum est, quoniam secundum medicum Ypocraten, vita quidem brevis, ars vero longa. Hoc videtur etiam Homerus insinuasse paucis carminibus tertiæ decimæ rabsodiæ: *musas et scitas qui ni lactis essores decitius cisimos* [2]). [vos denique *abios* appellat, hoc est *sine vita*.] Solicitudo enim domesticarum rerum injurias parturire consuevit, ipsamque iniquitatem generare solet. Justicia vero propositi melioris est, secundum quam naturales divitiæ constant omnem sensum variarum gloriarum superantes dimissis enim possessionibus, jam ab nulla re detenti recedunt, impenetrabiliter relictis fratribus, uxore, parentibus et omni [3]) plurifaria propinquitate et amicitiarum societate, quarum consuetudo ponderosa atque insidiosa est [4]).

Transmigrationem in alteram civitatem perquirere solent, vendicionibus subjecti, servi infelicissimi, qui immutatione [5]) domini libertatem sperant se adipisci. Omnis enim civitas, eciam legibus perfederata, perturbationum fons est, infinitis rea conditionibus, quas non sustinebit qui semel amoris ardoribus evigilaverit. Solent aliqui eciam extra muros commorantes, in hortis vel unicellulis casis, solitudinem imitari, non fastidio humani odii, sed pro disparitate [6]) morum vitantes, dum inutiles eas et noxias esse cognoscunt.

Plurimis itaque locis orbis terrarum hoc invenitur genus. Provenit enim perfecti boni compotem esse, non Gretiam [totumque romanum solum *gr. deest*], sed eciam Barbariæ partes.

1) *percepisse* 1. *praecepisse* 2. *optime est* 2. — 2) idem 2. cf. Il. N. 5, 6:
Μυσῶν τ' ἀγχεμάχων καὶ ἀγαυῶν Ἱππημολγῶν,
Γλακτοφάγων Ἀβίων τε, δικαιοτάτων ἀνθρώπων.
proxime sequentia, glossemati similia, ab editis absunt. — 3) *omnium* 2. — 4) *insidia est* 1. — mox *multam civit.* 1. — 5) *minutationem* 1. — 6) *disparitate morum vitales* 2.

tem præfecturæ dici possunt; et maxime circa Alexandriam. Qui sunt autem undequaque optimi, tamquam in piorum Deique cultorum patriam, in coloniam proficiscuntur, ad locum convenientissimum, qui supra lacum quidem Mariam situs est, in humiliori ac depressiori colle, valde autem opportuno, et ad securitatem et bonam aeris temperationem. Ac ut securi quidem et tuti sint, vici, et villæ, quæ sunt circumcirca, præstant. Aeris autem temperationem, quæ et ex lacu, qui in mare usque patet, et ex mari, quod propter est, assiduæ emittuntur auræ, præbent. Subtiles quidem sunt, quæ ex mari, crassæ vero quæ ex lacu spirant: quarum mixtio saluberrimam constitutionem efficit. Eorum autem qui convenerunt, ædes sunt valde quidem exiguæ et humiles, ad duo maxime necessaria tegumentum prebentes, ad solis æstum arcendum, et frigus aeris propulsandum. Neque vero sunt propinquæ, ut in urbibus. Iis enim qui solitudinem æmulati, eam persequuntur, viciniæ et approximationes turbam ac molestiam afferunt. Nec rursus nimis remotæ, et propter eam quam amplectuntur societatem ac communionem, et ut si forte latronum eveniat incursio, sibi invicem auxilium ferre possint.

Est autem unicuique sacra ædes, quæ a rerum sanctarum magnificentia et veneratione σεμνεῖον, et a solitudine monasterium appellatur: in qua cum soli sint, in splendidæ ac venerandæ vitæ mysteriis initiantur, nihil importantes, non potum, non cibum, neque quid aliorum, quæ sunt necessaria ad usum corporis. Sed leges, et effata per prophetas sacra responsa, et hymnos, et alia quibus et scientia et religio augentur ac perficiuntur. Habent autem perpetuam et nulla unquam oblivione obruendam Dei memoriam, ut etiam in somnis nihil aliud quam divinarum virtutum et facultatum pulchritudines animos eorum visionibus pulsent. Multi itaque etiam in somnis eloquuntur, præclara sacræ philosophiæ decreta somniantes. Singulis autem diebus bis precari solent, mane et vespere: sole quidem oriente, bonum ac prosperum diem

Abundat autem in Egypto per loca quæ *legum* castella vocantur, et præsertim circa Alexandriam, unde [1]) obtimi viri aptissimos saltos elegerunt, ut patriæ loco melioris competentis [2]) inmorentur religionis. Est obtima regio altera super stagnum, quod mari habetur, collis humilioris spaciositas vicina [3]) pro cautela [4]) habitantium; et aeris temperantia provisus. Munitionem enim castella vicina faciunt. Temperiem vero auræ [5]) stagni, maritimo situ adhærente, et vicino equore partiuntur. Stagni enim spissiores [6]) et pelagi leviores mixtæ sanabilem statum operantur. Cellulæ tamen universis humilissimæ pro solis calore et etheris absconsione. Nec proxime sibi, ut mos est in oppidis: molestum enim et fastidiosum amatores eciam maximæ solitudinis densas habere vicinitates. Nec tamen longius [7]) sibi pro voto suæ communionis, ut etiam si latronum impetus contingat, alterutro auxilientur.

Singulis ergo [8]) habitaculum est religiosum, quod *semnium* vocant, sive *monasterium*, in quo desolati modestissime, vitæ sacratissimæ occupantur. Non potus illic, nec cibus inducitur, aut quodlibet pro corporis necessitudine: sed legere tantum et eloqui solent, divina per choros prophetarum dignis destinata præsagia, quibus ad puritatem disciplinæ et integritatem pietatis animi eriguntur, atque magnificantur, incessabilem in se habentes Dei commemorationem et eciam [9]) ipsis visionibus non aliud quicquam nisi splenderes divinarum virtutum celestiumque imagines speculantur. Plurimi eciam adhuc somno detenti, verba proferunt religiosa atque saluberrima sapientiæ decreta. Singulis autem diebus bis orare consueti, mane atque vespere,

[1]) *utique* 2. *undi* sic 1. — [2]) *melioris loco componentis* 2. tum *optima religio*. 1, 2. — [3]) *nimia* 1. — [4]) *pro tutela* 2. — [5]) *auri stagni*. Tacet is interpres de nomine stagni. Superior ad marginem notavit: « Vide an idem sit quod *Mareotes*. » — [6]) *sparsiores* 1. *aparciores* 2. — [7]) *huc quum longius* 2. — [8]) *enim* 1. — [9]) *ut etiam* 1.

petentes, vere quidem bonum ac prosperum diem, ut cœlesti scilicet lumine mens eorum impleatur: occidente autem, ut mens sensuum et sensilium turba omnino levata, in suo consessu et proprio consilii domicilio veritatem investiget. Tota autem a mane usque ad vesperam intercapedo in exercitatione consumitur.

In sacris enim litteris versantes, patriam philosophiam allegorice explicant. Quæ enim scriptis tradita sunt, symbola et signa esse existimant absconditæ naturæ, quæ in iis quæ subsunt intelligentiis declaratur. Sunt autem eis etiam antiquiorum virorum scripta; qui, cum hujus sectæ principes auctoresque fuissent, hujus allegoriarum generis multa monumenta reliquere. Quibus veluti quibusdam archetypis utentes, instituti morem sequuntur. Quamobrem non solum contemplantur, sed et cantica et hymnos omnium modorum metrorumque in Deum faciunt. Quos numeris splendide ac magnifice imprimunt.

Sex ergo diebus, seorsum unusquisque separati, et soli apud se, in iis quæ dicta sunt monasteriis philosophantur, vestibulum non transcendentes, sed nec ex improviso quidem spectantes. Septimo autem die conveniunt, tanquam in commune concilium, et pro ætatis ratione per seriem, et ordinate sedent, decora ac conveniente figura et habitu, extra manus habentes, et dextram quidem inter pectus et mentum, sinistram vero demissam ad ilia. Accedens autem senior, et decretorum peritissimus, disserit, constante vultu et voce contenta, cum ratione et prudentia, non dicendi copiam et vehementiam, ut rhetores et qui nunc sunt sophistæ, ostentans, sed quam est perscrutatus, intelligentiarum perfectionem explicans, quæ non summis auribus insidet, sed per auditum ad animam pervenit, et firme ac stabiliter permanet. Omnes autem alii silentio audiunt, oculorum vel capitis mutibus ei tantum laudem significantes.

Hoc autem commune σεμνεῖον, in quod septimo quoque die conveniunt, est duplex am-

oriente quidem sole, eam sibi placationem a Deo dari precantur, quæ possit mentes eorum celestis luminis largitate saginare: hoc auspicantes, ut anima tocius sensualitatis hujus mundi libera in sua sede atque albo [1]) stabilita veritati copuletur. Inter matutinum et vespertinum tempus proprio vacant exercitio, divinis interpellantes [2]) scripturis, scrutantes sapientiæ titulos [3]), et disserentes, scientes nomen oratoriæ interpretationis pro existimatione absconsæ naturæ declarare. Habent etiam tractatus virorum antiquorum, qui hujus concilii principes facti, quam plurima dilucidendarum lectionum dimisere; quos utpote magistros [4]) imitantes, hisdem moribus gaudent voluntatis nec tantum veritatis figuras explorant legentes, sed eciam cantica et hymnos in Deum multimodis metri et harmoniæ sonis magnopere describunt.

Sex quidem diebus semoti singuli apud se philosophantur, nec limen cellulæ transeuntes, neque e longinquo respicientes, perdurant. Septimo autem his in diebus conveniunt, pia concilii communicatione. Secundum ordinationem considentes, cum comparenti habitu [5]), dexteram celantes supra pectus et germina colli, sinistram vero leniter lumbis remissam. Sic residentibus illis, unus senior, sectarum peritissimus, mitiori aspectu, voce constantissima sermocinatur, cum rationabilitate atque sapientia, non tortuositate verborum, ut solent causidici aut sophistarum fallatia disputare. Sed ipsius intelligentiæ investigantem veritatem, quæ non pinnis aurium [6]) resiliet, sed per auditum in anima cautius penetrante permanet silentio. Tandem alterutrum omnes osculantes, suffragia non verbis, sed consensu mentis aut vultus aut capitis motu referunt.

Hoc commune est monasterium [σεμνεῖον], quo

1) *alba* 2. — 2) *interpellantes* 1. — 3) τὴν πάτριον φιλοσοφίαν ἀλληγοροῦντες, ἐπειδὴ σύμβολα τὰ τῆς ῥητῆς ἑρμηνείας. Sæpe in hoc interprete caliginem inducunt verba *tituli* et *oratoria interpretatio*, quæ pene dixerim solemnem ejusdem tesseram in tribus scriptis ab eo versis. — 4) *viros* 2. — 5) *comparati habitu* 2. — 6) *non tinnitus aurium* 2.

bitus, hic quidem viris, ille vero mulieribus secretus. Nam et mulieres de more una audiunt, eamdem æmulationem idemque vitæ studium habentes. Qui autem est inter ædes murus, a solo quidem ad tres vel quatuor cubitos sursum extructus est, instar septi vel tabulati. Quod autem ad tectum usque est cœnaculum, vastum ac inane relinquitur, duabus de causis, ut et muliebri naturæ, quam par est, verecundia servetur, et ut sedentes in loco in quo bene audiri potest, facile apprehendant, cum nihil sit quod vocem loquentis impediat.

Continentiæ autem ac temperantiæ quodam veluti fundamento in anima jacto, alias virtutes superædificant. Cibum autem vel potum nemo ante solis occasum attulerit. Æquum enim esse censent ut in luce philosophiæ opera detur, in tenebris autem corporis necessitatibus serviatur. Quocirca illi quidem diem, his vero brevem noctis partem tribuerunt. Ac nonnulli quidem post tres demum dies nutrimenti recordantur, quibus paulo majus scientiæ desiderium insitum est. Nonnulli vero a sapientia, laute et copiose decreta subministrante, convivio accepti, ita delectantur, tantaque voluptate ac jucunditate perfunduntur, ut mediam duplo temporis spatio sustineant, et post sex dies solum necessarii nutrimenti gustatione utantur; assueti, ut ferunt cicadas aere nutriri, cantu, ut ego quidem existimo, inopiam ac defectionem sublevante.

Septimum autem diem sanctissimum et in primis omnique ex parte festum existimantes, eum eximio ac excellenti honore ac munere dignum censent; in quo postquam animæ studium curamque gesserint, corpus quoque pascunt et pingue faciunt, scilicet quemadmodum et pecora, ab assiduis laboribus relaxantes.

Nihil autem sumptuosum, sed vilem tantum panem comedunt, et salem obsonium, quem qui paulo lautius ac delicatius vivunt, hyssopo condiunt. Eis autem potus est aqua profluens. Quas enim communi et mortali generi natura dominas constituit, famem et sitim, molliunt ac mitigant, nihil eorum quæ blandiuntur, sed quæ sunt necessaria, et sine

septimis adunantur diebus, duplici instructura munitum, una virorum, altera mulierum cetu [1]) discernitur. Ex usu enim eciam feminæ sectantur ejusdem propositi fructum, zelo deifico. Medius autem utrarumque cellularum paries tertio vel quarto cubito exaltatus, vice thoracis edificatus; reliquum altitudinem usque ad tectum aptam habet: duabus hoc causis, ut et pudoris [2]) feminini sexus servetur reverentia, et auscultatio [3]) sit facillima, nullo offendente tractatoris responso.

Abstinentiam præcipue pro fundamento cordis dedicantes, sequentes superædificant virtutes. Cibum aut potum mensa eorum ante solis tangit occasum. Lumini enim philosophiæ dijudicant indaginem, tenebris vero corporis necessitudinem admittunt [duo differentiora per diem] huic vero modicum noctis tribuerunt [4]); nonnulli tamen post triduum commoventur ad escam, quibus major disciplinæ amor inhæsit. Alii vero usque adeo indeliciantur sapientiæ germinis atque responsis locupletissimis, ut etiam duplum tempus sustineant [5]), denique post sex dies cibantur ex more jam instituti, utpote cicadæ, quibus esuries propter sonantiam vocis lenitur.

Festivissimam itaque ac sacratissimam diem septimam credentes, præsentiori privilegio remunerantur, in qua post animæ diligentiam, corpus reficiunt, tamquam ovicula superfluis laboribus relaxantur. Cibantur enim nichil exquisitum, sed panem vilissimum; et sale pro pulmentis, et ditiores ad escam ysopo condiente utuntur. Potus eis aqua fontanea. Quas enim imposuit mirabilis natura dominas humani generis, esuriem ac sitim, omnino despiciunt, non pro blandimento quicquam requirentes, nisi hæc

[1]) *ortu* 2. mox om. *enim*. — [2]) *pudori* 1. — [3]) Mirum in 1 et 2 legi liquido *osculatio*. — [4]) Ὅθεν τῷ μὲν ἡμέραν, τοῖς δὲ βραχύ τι μέρος τῆς νυκτὸς ἔνειμαν. Etiam 2 depravatius: *Deo differentiora per diem*, *habet vero modicum*. — [5]) *sustineatur* 2.

quibus vivi non potest, offerentes. Et ideo comedunt quidem, ne esuriant; bibunt autem ne sitiant, satietatem ut animæ et corpori infestam aversantes. Quoniam autem tegumenti duplex est genus, vestis scilicet et domus, domum quidem prius dictum est non esse varie instructam et ornatam, sed rudem ac ex tempore fabricatam, et ad solum usum factam. Est itidem vestis quoque vilissima ad æstum frigusque propulsandum, crassa quidem læna, ex hirsuta pelle, hieme, æstate autem exomis vel linteum. Omnino enim ab arrogantia alienam simplicitatem exercent, scientes fastus quidem et arrogantiæ esse principium mendacium et falsum, veritatem vero simplicitatis, utrumque autem habet fontis rationem. A falso enim profluunt multiplices malorum species; a veritate antem uberes divinorum et humanorum bonorum facultates.

Volo autem et de communibus eorum conventibus et hilarioribus in conviviis consuetudinibus dicere, ea cum aliorum conviviis comparans. Hi enim quando se mero ingurgitaverint, tanquam non vinum, sed ad emovendam mentem ciendumque furorem aptum venenum, aut si quid est gravius biberint, præ naturalis rationis excessu vociferantur, et veluti quædam feræ rabie concitantur, et in se invicem invadentes, mordent, et rodunt nares, aures, digitos, et alia membra corporis, ut Cyclopis et Ulyssis sociorum fabulam veram ostendant, frustra, ut ait poeta, homines devorans. Et crudeliores quidem sunt quam ille. Ille enim inimicos esse ratus, eos ultus est; isti vero familiaribus et amicis, nonnunquam et cognatis, in sale et mensa, cœnæque libaminibus, hostilia ac nefaria faciunt, iis quæ in gymnicis fiunt certaminibus similia, qui etiam tanquam probum nummum, exercitationem adulterant ac depravant, et pro athletis ἄθλιοι, id est miseri ac calamitosi evadunt. Hoc enim est nomen illis attribuendum. Quæ enim Græcos habentes spectatores, interdiu, pro victoria et coronis Olympionicis illi ex arte faciunt, ea hi adulterantes, in convivio, noctu, in tenebris, temulenti, inscientes et nullo vel improbo artificio, ad eorum qui perpetiuntur, ignominiam, dedecus, injuriam ac contumeliam gravissimam et acerbissimam faciunt. Sin autem nullus veluti agonotheta in medium procedens eos diremerit ac sejunxerit, majore licentia colluctantur, mortem simul af-

utilissima, quorum absque vivere non est; ita cibantur, ne esuriant; et bibunt, ne siciant; sacietatem pro desidia animæ atque corporis aspernantur. Indumenta tamen gemina species, una tegminis, altera pro amictu sine ornamento, remissior enim et expedita vel paratissima ad hoc tantum operata tum simulatur et amictus frivolus humilitatis [1]) mansionis. Pro amphibolo pallio de pelle hibereo tempore grossiore, æstate vero utuntur colobio: hoc modo sine typo immorantur, per omnia scientes supercilium mendocitatis [2]) initium, virtutem vero simplicitatis amicam. Manant enim utraque fontis vice. Ex mendatio enim plurifarie atque malorum species; a veritate vero divitiæ humanarum atque divinarum rerum.

Velim [3]) etiam communes convocationes eorum et hilariores in conviviis moras se ducere, e diverso ponendo cetera convivia. Illi enim assiduo miraculo saciati, quasi non vino epotato [4]), sed incremento vini furiosi, aut quidquid pejus, per excessum animi inusitatum aliquid crepitantes, veluti canes indomiti exulantur, et resurgunt adversus se, morsibus invicem laniantes aliquotiens, et detondentes auriculas, et nares dentibus desecantes; degustant et digitos aliaque membra comedunt, et revera Cyclopis et Ulyxis fabulam veram ostendunt, et si quid crudelius est irrogantes. Ille enim inimicos verendos ulciscebatur; hi amicos et parentes in ipsam mensuram libaminis nefando operantur in invicem rabientes, pro federe connubia infederata gerentes, et omnem speciem nequitiarum irrogantes, et qui poterant esse in

[1]) *humilitatibus* 2. — [2]) *mendocitatis*, 1, 2, et alio subrepsit. — [3]) *Velum* 1, 2. — [4]) *non unio optato* 2, dein *vini curiosa*, ex vera scribæ ebrietate.

ferentes, et sibi quærentes. Neque enim sunt minora, quæ sibi inferuntur, iis quæ aliis inferunt, cum ea quæ non norunt temere percutiant: qui vinum, non ut dicit comicus, ad propinquorum tantum perniciem, sed ad suum quoque exitium, bibere in animum inducunt. Qui itaque paulo ante in convivium integri et amici venerant, paulo post inimici, et corporibus mutilati exeunt. Et illi quidem patronis et judicibus, hi vero medicis et chirurgis cataplasma apposituris et eorum auxilio indigent. Alii vero ex iis qui paulo modestiores convivæ videntur, cum tanquam mandragoram vinum bibunt, evomunt, et sinistro cubito projecto, colloque oblique converso, in pocula eructantes profundo somno premuntur, nihil scientes nec audientes. Ut qui unum tantum vel maxime servilem sensum, gustum habeant. Novi quosdam, qui postquam vino ciboque distenti fuerint, priusquam plene obruantur ac immergantur, in posterum diem potationem, datis et acceptis symbolis, præparant præsentis jncunditatis partem futuræ ebrietatis spem existimantes.....

melioribus luctatoribus [1], miserabile certamen exhibent. Illi namque pro corona adipiscenda species gestant optimas pro victoria, et laude exercitii; hi vero usque ad tenebras peregrinando deveniunt.

Explicit Liber Philonis [2].

[1] *letatoribus* 1, 2. mox *illa* cod. — [2] *Liber quaestionum et solutionum Philonis Judaei exit feliciter.* 2 in fol. 48 verso. — Huc usque fortasse morosius, quamvis totam fere Therapeutarum fabulam recitavisse non pigeret. Vetera id genus aut expunguntor, aut minutatim repetunda sient.

VIII.

De Lilio Aegidio Tyfernate, Philonis interprete.

Vix a Philone Lilium Tyfernatem [1]) dividere æquum est; quo fortasse majorem cum Alexandrino necessitudinem nemo hominum habuit; quippe quem vitæ comitem perpetuum non solum retinuit, statim ut inciderit in copiosum Platonis Hebræi codicem a Bessarione e Græcia allatum; sed quem, regnantibus quinque pontificibus Romanis, a Nicolao V ad Innocentium VIII, regio simul et apostolico hospitio, in arce Ceperanensi, nobilitavit. Quo de commercio adhuc supersunt septem tomi, ipsa Lilii manu splendide descripti, haud ultimæ Vaticani Musei gazæ. Nec satis fuisset, nisi octavus tomus, alia manu, sed vix recentior in Barberinam bibliothecam migravisset [2]), quo tandem integrum opus considerare licet.

Ego quidem ad alia sponte properarem, præstaretque lectorem remittere ad eos qui de Tyfernate disseruerunt: sed conticuere ferme omnes, ac miror diligentissimum *Hellenismi et Aldorum* vindicem, Firminum Ambrosium Didot, ne semel quidem Lilii meminisse, dum Gregorio Tyfernati multum frequentemque locum fecerit. Verum Gregorii Lilius haud ultimus discipulus erat; qui, traducta lampade, magister fuit Raphaelis Volaterrani, palmasque messuit apud Urbinates duces et in aula Florentina Mediceorum, sed in primis in Urbe et sub hac luce Romana.

Omnium ejusdem laborum primitias, opinor, continet codex Laurentianus (Plut. XIV, 3), in quo docemur ex epistola nuncupatoria ad Nicolaum V, se intuitu jubilæi a. 1455 latinos fecisse S. Chrysostomi sermones V *in beatum Job* et sermones XI *de poenitentia.* Altera epistola ad eumdem Pontificem, quam infra lubens subjiciam, luculenter significat, quando et

[1]) Tyfernas semet in primis libris inscripsit *Lilium Ægidium Libellici de Civitate Castelli,* postea Gregorium magistrum imitatus, nomen accepit a vico Tiferno, constanterque retinuit *Tyfernatis,* quod græce vertit Τυφέρνου vel Τυφερνίου. — [2]) Inscribitur inter latinos XIV, 35. Accedunt duo græci codd. bonæ notæ, IV, 56 sæculi XII, in quo pars magna vitæ Moysis, et V, 52, qui triplicem habet vitam Abrahæ, Josephi et Moysis.

quomodo manum Philoni admoverit, urgente Bessarione, quem puto cum hisce litteris obtulisse quatuor libros, unum *De circumcisione*, duos *De monarchia*, alterum *De munere sacerdotum*, quos solus ad nos transmisit codex Barberinianus. [1])

Prius autem quam ad aulam pontificiam a Sixto IV accerseretur, favente jam Federico Urbinatium principe, Lilius obtulerat suas in Philonem curas splendidæ Ducum bibliothecæ. Vaticani enim plutei servant codicem opulentissimo ornatu insignem, uti omnes fere Urbinates, in quo tria Philonis opera nobili Dynastæ consecrantur, quorum ultimum dicitur absolutum a. 1474; primi autem in prologo interpres asserit se dudum Philonis libros e græco transtulisse et annotavisse. Longi ergo laboris secundum stadium cernere est in Urbinate 227, qui inter plura continet f. 19, librum *De emigratione Abrahae*; f. 72, libellum *De gigantibus*, in cæteris Vaticanis desideratum; f. 83, librum *De agricultura*. Quibus inseritur opella ejusdem Lilii plane ignota, scilicet *Epistolae mutuae Alexandri et Aristotelis* e græco translatæ.

Tertium stadium ut aggrederetur, Romani pontifices Tyfernatem non tantum in Urbem vocarunt, sed raro exceperunt hospitio in arce Ceperanensi, quam videtur constanter, etiam in hieme, incoluisse ab a. 1479 ad 1484. Amœna sane rusticatio in æstiva et autumnali tempestate, sed in hiemali paulo rigidior: unde a. 1481 circa kalendas martii, ob intemperiem aeris gravi correptus est ophthalmia, qua totus labor intercipi potuisset, nisi, ut mox ipse grato animo testabitur, auxilium D. Antonii Patavini deprecatus, sic impetravisset, ut per totum annum alacriter opus incœptum persequi valeret.

Interpretis adeo jam fama increbuerat, ut vix a furto et plagio immunis evaderet. Hoc ipso enim anno 1481, in prologo *de Cherubim*, dolet libellum eumdem nondum absolutum « per aliquot » in Hispaniam clanculum asportatum fuisse et editum.

Primus igitur tomus Sixto IV oblatus est idibus septembris a. 1479, in quo continebantur libri 1° *De incorruptibili mundo*, 2° *Quod pejus meliori praevalet*, 3° *De agricultura*, 4° *De cultura plantarum*, 5° *Quod inconvertibilis est Divinitas*.

A. 1481, ex eadem arce prodierunt in tomo II quinque libri: 1° *De mundi opificio*, 2° *De quibus sacrificant Cain et Abel*, 3° *De Cherubim*, 4° *De specialibus legibus sive de praeceptis IV, VI et VII*, 5° *Ne vituperentur mulieres*. Inscribuntur autem pridie kalendas, nonis et idibus februarii, et martii kalendas.

Eodem anno, ante kalendas junii, Pontifici oblatus est tom. III, sive libri sex: 1° *De allegoriis Legum sacrarum*, 2° *De successoribus Cain*, 3° *De vita Moysis*, 4° *De Nobilitate*, 5° *De homicidis*, 6° *De servorum occisoribus*.

Paulo post, tertio id. augusti et nonis februarii a. 1482 absoluti sunt tomi IV libri septem: 1° Iterum *De allegoriis sacrarum Legum*, 2° *De confusione linguarum*, 3° *De fugitivis*, 4° *De judicibus*, 5° *De pietate et humanitate*, 6° *Epistola de Spiritu Dei, Angelis et Gigantibus*, 7° *Quod Noe factus est sobrius*.

Defuncto interea Sixto IV, successerat Innocentius VIII, cui octavo id. novembris a. 1484 nuncupatur tom. V, in quo insunt libri tres: 1° *De vita Abrahae*, 2° *De vita Josephi* (absolutus Kl. februarii ejusdem anni), 3° unus liber *Quod a Deo somnia mittuntur*, qui est secundus, primo amisso.

Jam vero auris minus secundis vela dabat interpres, nec frustra ultimis t. IV foliis inseruit *Carmen ad inofficiosos censores*. Ab arce Ceperanensi exulabat, opinor, quando ad umbilicum ægre duxit tomum VI quem vocat *ultimum*, sed imperfecto opere. Brevia et jejuna sunt procemia ad Innocentium missa, cum quatuor libris: 1° *De migratione Abrahae*, 2° *De animalibus sacrificandis*, 3° *Adversus Flaccum*, 4° *Legatio ad Caium*. Accedunt fragmenta libri III *De somniis*.

Timendum ne oneri accepto Tyfernas noster impar fuerit et imparatus: frustra sua manu et quidem eleganti pinxit sex illa grandia volumina autographa [2]); frustra singulis tomis et libris præmisit plerumque prolixas ad Pontifices epistolas, argumenti declarandi gratia; frustra congessit ampliora capitula, libro sequenti fere auctiora; quæ tamen etiam auxit scholiis

[1]) Catal. Bibl. Laurent. t. IV, p. 447. Bandinius suspicatur etiam libros VI *de sacerdotio*, in eodem codice contentos, esse ejusdem interpretis, de quo silet omnino Montefalconius. Bandinius luci dedit Lilii epistolam ad Nicol. V de hac inedita Chrysostomi versione. — [2]) Diserte scripsit ad calcem tomi I: « Explicit Philonis, primum volumen, traductum de græco a Lilio Tyfernate et ejusdem manu scriptum. » An vero ejusdem erunt picturæ et ornamenta inter quæ ad vivum Sixti IV, Tyfernatisque vultus exprimuntur?

in margine, et glossulis inter versiculos, ac plures etiam libros bis incudi restituit. Tot enim curæ potius interpretis anxietatem produnt, quam satis lectori faciunt. Interpres græco scriptore sæpe obscurior est, neque obscuritas ab elegantia oritur. Haud ego fallor, aut bonus Tyfernas tam latine quam græce imperitus erat. Neque illi multam laudem addunt insulsa poemata quibus graias, latinasque musas ægre sollicitavit, jam senex, ut texeret *Hymnos epithalamios, anacreontios, odas bimembres, dysticha elegiaca et heroica tristicha*, leviuscula poemata, quibus Mediceis, in quorum aulam Florentinam se contulerat, assentaretur. Hæc in Vat. 3441.

Lectori tantum dabo, experimenti instar, *Epistolam ad Nicolaum V*, cæteris paginis concinniorem, et Εὐχαριστικὰ *ad B. Antonium Patavinum*, una cum *Carmine ad censores inofficiosos*, quo et ego utar, si lectoris fastidio satis non pepercerim.

I.

Sanctissimo Patri ac clementissimo Domino nostro Nicolao, divina Providentia PP. V, sacrosanctae Romanae et universalis Ecclesiae Summo Pontifici, Lilius de Civitate Castelli post pedum oscula beatorum.

Hebræum Philonem, latinis nostris hactenus ferme ignotum, Beatissime Pater, post mille trecentos et amplius annos, educere in lucem studes. Utilis profecto res, cum omnibus, tum his maxime qui sacras litteras attigerint. Plurima enim quæ veteri in instrumento posita pro nugis haberi solebant, ad moralitatem refert; tum cætera sic explicat, ut christiano viro conferre possint, peregrinos quosdam et occultiores sensus abditasque interpretationes exprimens, quibus legentis animus oblectari, adaugerique atque ædificari sæpe numero possit. Est et præterea idem Philo affluentissimus in eloquentia, in sensibus vero profundissimus, et interpretatione divinarum Scripturarum subtilissimus, copiose inveniens et copiosius eloquens, quem[admodum] Cæsariensis Eusebius in ecclesiastica nobis tradit historia. De quo Pater Reverendissimus, idemque mihi tam Domini jure quam summa sacri ordinis dignitate, Tuam post Sanctitatem Maximus, Dominus Bessarion sacer SS. XII Apostolorum cardinalis, Nicænus appellatus, lumen ab Orientali Ecclesia nobis transmissum, quum mihi Sanctitatis Tuæ nomine injungeret, quoniam liber quem ipse e Græcia tulerat [1]), apud me non exstabat, illico Sanctitati Tuæ transcribendum curavi; ausus que item quatuor ex eodem sermones Beatitudini Tuæ latinos feci, reliquos autem quanquam aggredi mea summa esset voluntas, ab his tamen in præsentiarum abstinendum pro modo duxi: quod negaverim mihi, sanctissima tua benedictione non prævia, illiusque Reverendissimi Patris inscitu, ulterius progrediendum fuisse. Prosequor tamen, si Domini sit voluntas, Tuaque Sanctitas mandaverit, quod apud me fuerat volumen. Cujus rei pondus tametsi magnum sit atque excellentissimo cuique grave, in eodem tamen succumbere formidandum non erit cui tanti pontificis, nobisque jam pridem cœlitus missi angeli, oratio simul et benedictio, quasi robusta quædam manus, accesserit. Ejus autem voluminis priores hos ita leges sermones, ut intelligat Tua Sanctitas eos quos *de Decem verbis Legis*, ex attestatione Eusebii conscripsit, et in quos nondum inciderim, præcessisse. Omnium vero quæ idem volumen complectebatur sermonum, sive capitula dixerim, sive rubricas, ad Tuæ Sanctitatis citam quamdam summariamque notitiam, in latinum versam, hic subjiciam [2]).

1) *tuleram* cod. — 2) Adhuc remanet in cod. Barberino ad calcem hujus epistolæ syllabus XXXVI librorum Philonis, quo describitur codex Lilianus. Sed frustra illum inter tot Vaticanos quæsivi, nisi quod Vat. 380 et 2714 in unum conflati, non tamen ejusdem manus, nec formæ, neque ætatis, catalogum a Lilio datum exacte redhibeant. Neque magis detexi apographum græcum ex codice Bessarionis, cura et manu Tyfernatis, ut videretur, descriptum.

II.

Lilii Tyfernatis apostrophe et distetrasticon pro gratiarum actione in B. Antonium de Padua.

Laboranti mihi lippitudine oculorum et ofthalmiæ (*sic*) malo, beatissime sanctorum, Pactavine Antoni, quod is morbus invalescebat, humore ob intemperiem Ceperanensis arcis a capite mihi profluvio descendente, revocavi meam in mentem tua, quæ in multis et in me ipso præcipue, miracula coruscant: aggredi statuens Philonis scripturam, voluminis ejus scilicet, quod nostro labore tertium, ordine secundum fuerat: cum de fine dubitarem afflictus ægritudine, supplex, quod imploravi abs te suffragium, compos voti factus accepi, atque tuis innixus, quando meis meritis diffidebam, libros proinde munusque istud meum Pontifici Xysto devotus exegi: iccirco quod nunc valeo, subjectis versiculis, tibi quas semper habeo gratias, insuper utcumque recognovi, obnoxius admodum sanctitati tuæ.

Πότνιε τῶν ἁγίων, κατέχων Πακτάβιον ἄστυ,
  Ἀντῶν', εἶχα [1]) τέλος σοῦ πάρα λιτομένου.
Φρούριον ὑγραῖνον παρὰ ῥείθροις ὄμμασιν οὐμοῖς,
  Ἐμπόδιον βίβλοις δάκρυον ἦν δὲ βρέχων.
Ἀρχόμενος γράφειν παραλόξιμά σου συνερώτων
  Συντέλεσά τε ἄκρῳ τοῦθ' ἅμα καὶ ἱερεῖ.
Σοὶ χάριν ἐξαίρετον· προσφύλαξον, ἅγιε, Ξύστον
  Ποιμένα κ' ἀεὶ τῷ Λίλιον αὖ ἴδιον.

Antoni, in sanctis retinens venerabilis urbem
  Patavi, finem te auxiliante lego.
Offuit arx oculis, libris quoque flumina nostris
  Humida, quae pariter funderet hos lacrymis.
Oravi auxilium celer abs te, scribere adorsus,
  Perfeci summo rem quoque Pontifici.
Gratia magna tibi, Xistum simul o tege, sancte,
  Pastorem, cui sit Lilius usque suus.

III.

Carmen ad inofficiosos censores.

In me conversi nunc surgitis, anticatones!
  Et censura modum vix habet ista suum.
Non sumus insontes, nec quid peccare remissum [2]),
  Hic peto, sis lenis qui mihi censor ades.
Livor, abi: subeat bonitas, sit mente quieta
  Censorum scriptis addita lima novis.
Obtrectare nefas: censor quoque desinit esse,
  Cedit ab ingenua qui gravitate Cato.
Qui valet illæsum vitæ servare decorum,
  Quod volet, hoc studiis quærat in alterius.
Vos ego doctrinis pollentes alloquor: inde
  Fructum carpetis, quem mihi quisque cupit.
Jam totiens igitur nostris infensa libellis
  Lingua, suum teneat-facta benigna modum.

[1]) f. ἦχα ab ἄγω. — [2]) Cod. *nec quis*. Latet vulnus, cui aptior medicina desideratur.

SENIORES ALEXANDRINI.

I.

Psalmus XXXVII.

Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ εἰς ἀνάμνησιν περὶ Σαββάτου. *Vat.* 647, 1.

Psalmus David**, **ad memorandum de Sabbato.

Ἐπειδή τισιν ἔδοξεν ὁ ψαλμὸς καὶ εἰς Χριστὸν ἀναφέρεσθαι, λεγέσθω καὶ τὰ ἐκείνων.

Πρῶτον μὲν οὖν ἡ ἐπιγραφὴ εἰς ἀνάμνησιν ἡμᾶς ἄγει τοῦ Σαββάτου ἐκείνου τοῦ μεγάλου, ἐν ᾧ ὁ Χριστὸς ὑπὸ γῆν ἐκρύπτετο.

Εἶτα, αὐτὸς τὸ τῆς ἀνθρωπότητος ἀναδεξάμενος πρόσωπον, ἐλεγχθῆναι τὴν φύσιν βούλεται, ἀλλ' οὐκ ἐν ὀργῇ, πρὸς δὲ ἔλεγχον, τὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ, καὶ παιδευθῆναι, ἀλλ' οὐκ ἐν θυμῷ, ἀλλὰ τὴν ἐν εἰρήνῃ καὶ διὰ λόγον παιδείαν.

Ὁ Χριστὸς δὲ καὶ τὸν ἐφ' ἡμᾶς ἔλεγχον καὶ τὴν παιδείαν ἔλαβεν, ὁ αὐτὸς ἐλέγχων μὲν ὡς Θεός, ὡς δὲ ἄνθρωπος ἐλεγχόμενος.

Διό φησι πρὸς τὸν Πατέρα· Ὅτι τὰ σὰ βέλη καὶ αἱ πλῆγαι, ὅσας οἱ ἄνθρωποι ὤφειλον, ἐμοὶ ἐνεπάγησαν. Ἐπειδὴ γὰρ ἐγὼ τὰς

Quandoquidem nonnullis visum est, illum etiam psalmum in Christum referri, horum quoque interpretum verba recitentur:

Primum igitur inscriptio ipsa nos *in memoriam* ducit magni illius *Sabbati*, in quo Christus sub terra tumulatus est.

Deinde, ipse humanitatis personam præ se ferens, statuit ut natura hæc *redarguatur*, sed *non in ira*, ea autem increpatione, quæ sit ad salutem et documentum; et *ut corripiatur*, non vero *in furore*, sed ea correptione, quæ in pace fit et secundum rationem.

Christus vero suscepit increpationem et correctionem nobis dandam, ipse quidem arguens ut Deus, ut homo vero redargutus.

Unde dicit ad Patrem: « *Sagittae* et plagæ » *tuae*, quotquot hominibus solvendæ erant, » *infixae sunt mihi*. Quoniam enim ego pec-

I. Ex unico Vat. 14 insigne hoc κειμήλιον acceptum referamus, quo primum monemur, Origenem inter primos attigisse et commentariis ornavisse titulos psalmorum; quin immo ad hasce ambiguas epigraphas explanandas eumdem præ manibus habuisse veterum magistrorum sermones: quorum verba ne an sententias tantum proferat, lectori committo. Sane illud: λεγέσθω καὶ τὰ ἐκείνων, spectare solet ad relata αὐτολεξεί; tum sermonis τὸ ὕψος ac sacra quædam illa prosopopœa, qua Christus patiens totum psalmum decurrit, Patrem allocutus, ea longo tractu Origenis morem transgrediuntur. Tum interim adverte antiquissimam de Sabbato magno memoriam. — Dolendum multa excidisse post v. 5 usque ad 10. Pars posterior a v. 12 in cod. a priore multis interpositis separatur, præfixo utrique nomine Origenis, cujus tamen alius alias editur commentarius. Inter priscos interpretes, solus Hesychius nostra leviter respicit et parce ad Christum refert. Corder. I, 504. — Subinde cf. Ps. CXXIX, 3. — Joan. XII, 27. — Phil. II, 8. — Matth. V, 14. — Luc. XXIII, 2. Tum quære infra ad Origenem *in psalmos* codd. Vatic. 1, 2, 3, 4 etc.

τοῦ γένους ἁμαρτίας ἔλαβον, ἀναγκαίως καὶ τὰς ὑπὲρ αὐτῶν ὑφίσταμαι μάστιγας, καὶ τὴν χεῖρά σου τὴν παιδευτικὴν ἐπ' ἐμὲ ἐπεστηριγμένην παραιτοῦμαι, καὶ τὴν σὴν, ὦ Πάτερ, ὀργήν.

» cata stirpis hujus assumpsi, necesse etiam » mihi erat propter illos sustinere verbera. » Et deprecor, ne castigans *manus tua in me* » *aggravetur*, neque, o Pater, ira tua.

Ἐὰν γὰρ ἀνομίας παρατηρήσῃς, τίς ὑποστήσεται; τί δὲ τῆς σῆς ὀργῆς ἔσται φάρμακον; Διὰ δὲ τούτων ἀνθρώπων, ἁμαρτίας τὰς πολλὰς καὶ φορτίου παντὸς βαρυτέρας. ἐβάστασα· διὰ ταύτας καὶ τετάραγμαι, ὥστε εἰπεῖν· Νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται.

» Si enim iniquitates observaveris, quis » sustinebit? Quale vero erit adversus iram » tuam remedium? At enim propter hos homi» nes, peccata innumera et quocumque onere » graviora sustinui: ea propter turbatus sum, » ut dixerim: « Nunc anima mea turbata est. »

Καὶ ἡ ἐπιθυμία δὲ πᾶσα ἡ ἁγία ἐνώπιόν σου ἐστι, καὶ σὺ ἐκτήσω τοὺς νεφροὺς μου, ἤγουν τοὺς λογισμοὺς, οἷς τοῦ χρησίμου τὸ περιττὸν ἀποκρίνουσιν.

v. 10. » *Et omne desiderium meum*, quod » sanctum est, *coram te est*, ac tu possedisti » renes meos, sensus nempe illos quibus utile » a superfluo discernitur.

Οἰκειοῦμαι δὲ καὶ τὸ τοῦ Ἰούδα πταῖσμα, ὡς διδάσκαλος μαθητοῦ· καὶ σαπῆναί φημι τοὺς μόλωπάς μου διὰ τὴν ἀγχόνην καὶ τὴν ἀπόγνωσιν.

» Mihi quoque assumo vel peccatum Judæ, » uti magister discipuli, et *aio putrescere ci*» *catrices meas* præ angustia et mentis de» liquio.

Καὶ μέντοι ἐταπεινώθην μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· καὶ ἐστέναζον ἐπὶ τῇ τῶν Ἰουδαίων ἀπωλείᾳ, ὑφ' ὧν ἐνεπαιζόμην καὶ ἐκολαφιζόμην, καὶ ἡ καρδία πάντως ἐταράχθη, ὅτι σάρξ μου ὄντες καὶ συγγενεῖς κατὰ σάρκα.

» Et interea *humiliatus sum* usque ad mor» tem, mortem autem crucis. *Et ingemui* su» per Judæorum perditionem, a quibus illusus » sum et colaphis cæsus, *et cor meum* omnino » *turbatum est*, quia caro mea sunt et cognati » secundum carnem.

Οἱ φίλοι μου καὶ οἱ πλησίον μου ἐξέναντί μου ἤγγισαν καὶ ἔστησαν· καὶ οἱ ἔγγιστά μου ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν.

v. 12. » *Amici mei et proximi mei adver*» *sum me appropinquarunt et steterunt et qui* » *juxta me erant de longe stabant*.

Οὕτω περὶ ἐμὲ διετέθησαν, ὅτε καὶ ἡ ἰσχύς μου, ὁ στεῤῥὸς Πέτρος ἐγκατέλιπεν ἀρνησάμενός με, καὶ οἱ ἄλλοι μαθηταὶ, πρὸς οὓς ἔλεγον· Ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου, οὐκ ἦσαν μετ' ἐμοῦ.

» Ita prorsus mecum disposuerunt, quando » *fortitudo mea*, Petrus ille validus, *deseruit* » *me* abnegando; ac cæteri discipuli, quibus » aiebam: « Vos estis lux mundi, » neque ipsi » erant mecum.

Ἀλλὰ καὶ οἱ φιλούμενοί μοι Ἰουδαῖοι, οἱ πλησίον μου, διὰ τὴν πίστιν ἀπόστολοι, ἀπὸ μακρόθεν ἔστησαν, τοὺς ἐπιβουλεύοντας εὐλαβούμενοι.

» Sed et dilecti mei inter Judæos, qui *pro*» *ximi mei* erant, apostoli ad fidem missi, *a* » *longe steterunt*, eos qui mihi insidiabantur, » timentes.

Καὶ οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχήν μου ἐξεβιάζοντο, τὴν περὶ ἐμοῦ δόξαν διὰ φθόνου ὑπορύττοντες. Ἐβούλοντο γὰρ δοκεῖν ὑπὲρ τοῦ νόμου ζηλοῦν.

v. 13. » *Et qui quaerebant animam meam*, » *vim faciebant*, gloriam quamcumque meam » per invidiam subfodientes. Avebant enim » jactare se Legis æmulatores.

Διὸ καὶ δολιότητος ἐμελέτησαν, λέγοντες· Τοῦτον εὕρομεν διαστρέφοντα ἔθνος ἡμῶν καὶ κωλύοντα φόρους διδόναι Καίσαρι. Ἐγὼ

» Idcirco *fraudem meditati sunt*, dicentes: « Istum invenimus subvertentem gentem no» stram, et prohibentem censum solvere Cæ-

δὲ καὶ συκοφαντούμενος ἐσιώπων, καὶ λόγους μὲν πολλοὺς εἶχον εἰς ἔλεγχον.

Οὐκ ἐφρόντιζον δὲ τῶν ψευδομαρτυρούντων. Σοὶ, Πάτερ, θαῤῥῶ ὡς ἀληθινῷ καὶ ἀδεκάστῳ μάρτυρι, καί γε πρὸς σὲ βοῶ.

Τήρησον τοὺς μαθητὰς ἐν τῷ ὀνόματί σου, μήποτε ἐπιχαρῶσιν οἱ ἐχθροί μου δαίμονες, τοῦ χοροῦ μὴ φυλαχθέντος τῶν ἀποστόλων· μηδὲ μεγαλοῤῥημονήσωσιν Ἰουδαῖοι, ὁρῶντες ἐμοῦ τοὺς πόδας, τοὺς μαθητὰς, πρὸς μικρὸν διὰ τὸν σταυρὸν σαλευθέντας, καὶ ἀγνοοῦντας τὸ μυστήριον.

Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος διὰ τὴν πρὸς ἀνθρώπους συμπάθειαν· ἧς ἕνεκα καὶ τοῦ οἰκείου πάθους ἔχω διὰ παντὸς τὴν ἀνάμνησιν, ἐξ ὧν πέπονθα καὶ τοῖς πειραζομένοις δυνάμενος βοηθεῖν. Ἐγὼ μὲν οὖν τὴν τοῦ γένους ἀνομίαν λογιζόμενος, μεριμνῶ τίνα τρόπον αὐτὴν καθαρῶ.

Οἱ δὲ ἐχθροί μου Ἰουδαῖοι ζῶσιν, ἐν κακίᾳ δηλονότι καὶ ἀπιστίᾳ· καὶ κατὰ ταύτην κραταιοῦνται, καὶ πληθύνονται οἱ μισοῦντές με ἀδίκως, εἰ καὶ οὐδεμίαν τοῦ μίσους εὔλογον ἔχουσι πρόφασιν.

Καὶ διαβάλλουσί με, διότι ἀγαθωσύνης εἰς αὐτοὺς ἐποίησα τὸ παράδοξον· αἰτιῶνται γὰρ ὅτι τοὺς αὐτῶν ἀῤῥώστους ἐν σαββάτῳ ἐθεράπευσα.

Ἀλλ', ὦ Πάτερ, μὴ ἐγκαταλίπῃς με· ἐμὲ δὲ λέγων, τὴν τῶν πιστῶν ἐκκλησίαν λέγω, ἧς καὶ τὴν σωτηρίαν οἰκειοῦμαι, ὥσπερ νῦν καὶ τὰ ἁμαρτήματα.

» sari. Ego autem, vel contumeliose impeti» tus, tacebam; sed multa habebam contra» dicere. »

» Nec falsos autem curabam testes. *In te,* » o Pater, *confido*, ut in veridicum et incor» ruptibilem testem, et ad te clamo.

» Conserva discipulos in nomine tuo, ne» quando *gaudeant inimici mei* dæmones, si » minus custodiatur chorus apostolorum. *Ne» que superbiloquentia tumeant* Judæi, viden» tes *pedes meos*, discipulos, modico tempore » propter crucem *commotos*, neque mysterium » intelligentes.

» *Quoniam ego in flagella paratus sum*, ob » meum pro hominibus compatiendi studium. » Quamobrem *et mei doloris perpetuam teneo » memoriam*, ut qui ex eis quæ passus sum, » valeam tentatis auxiliari. Ego ergo generis » mei *iniquitatem* tanquam *meam considerans*, » exquiro quali eam pacto emundem.

» At *inimici mei* Judæi *vivunt*, in pravitate » videlicet et infidelitate; *et* per eam *con» firmantur, et multiplicantur, qui oderunt me » inique*, nullam etsi habeant æquam odii » causam.

» Et calumniantur me, quia *cum illis boni» tatem feci* ultra omnem opinionem. Reum » enim me faciunt sanavisse illorum ægros » in sabbato.

» Sed, o Pater, *ne derelinquas me;* meque » dum aio, dico meorum fidelium Ecclesiam, » cujus salutem, sicut et peccata nunc, in me » suscipio. »

II.

Psalmus XXXVI.

Igitur de his quæ in Exodo scripta memoravimus, id est « digrediens videbo visionem istam magnam, » audivi quemdam de sapientibus ante nos dicentem, quum explanaret

II. Desunt græca, quæ legit Rufinus in hom. II, n. 1; cf. *Patrol.* XII, col. 1349, neque tuli ea prætermittere, quum palam teneamus unum ex senioribus, quos *audivit* Origenes, aut Clementem, opinor, aut Pantænum. — cf. Exod. III, 3.

hunc locum, quia non est possibile prius videre visum magnum, id est intueri atque perspicere magna mysteria, stanti in conversatione et actibus mundi hujus; sed transire oportet prius ab his, et transcendere omnia sæcularia, et sensum nostrum ac mentem liberam fieri, et tunc ad magnarum et spiritalium rerum intuitum pervenire, et ita demum visum magnum videre. Hunc quidem ille explanans locum, quæ supra memoravimus, enarrabat.

III.

Psalmus XXXVI.

v. 9. Οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσιν γῆν. *Vat.* 645, 2.

Οἱ ἀπὸ Οὐαλεντίνου καί τινων ἑτέρων αἱρέσεων, οἰόμενοι τὸν Σωτῆρα λέγειν τὰ μὴ εἰρημένα ἐν τοῖς παλαιοῖς γράμμασιν, ἐντεῦθεν ἐλεγχέσθωσαν, ... ἀκούοντες, ὅτι μακάριοι πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσιν τὴν γῆν. Εἴρητο γὰρ τοῦτο καὶ πρότερον διὰ Δαυὶδ ὑπὸ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος.

v. 9. ***Mansueti autem haereditabunt terram.***

RUFINUS. Adversum Valentinianos et cæteros hæreticos, qui putant Salvatorem meum dicere in evangelio quæ in antiquis litteris non sunt, proferendus est iste versiculus, sicut et nos didicimus a quodam presbytero proferri hæc ad convincendos eos. Quod enim dictum est in evangelio : « ***Beati mansueti, quoniam ipsi haereditabunt terram***, vide quomodo ante jam dictum sit a Spiritu sancto per David. »

III. Ex Vat. 15, præivit minus correcte Gallandius, col. 126 *Patrol.* XVI, neque advertit locum esse apud Rufinum, col. 1334 *Patrol.* XII, et multo integriorem. Doleo græca hiare ubi aderat vetus interpres. — Gall. om. αἱρέσεων. — *Proferre* edd. — Matth. v, 4.

IV.

Psalmus XLIX.

v. 14, 15. Θῦσον τῷ Θεῷ θυσίαν αἰνέσεως, καὶ ἀπόδος τῷ Ὑψίστῳ τὰς εὐχάς σου, καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως. *Vat.* 654, 2.

Θῦσον τῷ Θεῷ τῷ Πατρί.
Καὶ ἀπόδος Ὑψίστῳ τῷ Υἱῷ.
Καὶ ἐπικάλεσαί με τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον.
Ἄσω καὶ ψαλῶ τῷ Κυρίῳ τῷ Πατρί.

v. 14, 15. ***Immola Deo sacrificium laudis et redde Altissimo vota tua, et invoca me in die tribulationis.***

Immola Deo Patri.
Et redde Altissimo Filio.
Et invoca me Spiritum sanctum.
Cantabo et psallam Domino Patri.

IV. Ex Vat. 13. Cf. ex ordine Ps. XXVI, 6, 7, 8; CXXIX, 4, 5; XXXII, 6. Concentus adeo placuit, ut diu post insonuerit adhuc apud Theodoretum et Theodorum Heracleotam. Sed præstat paucis Theodoretus adducatur : « *Immola* etc. Porro tres personas hinc discimus, non quod tantum Deus, neque tantum Altissimus, neque laudis hostiam recipiens, petitiones largitur. Quælibet enim proprietas et Deus et Altissimus et bonorum largitor est. » Ad h. psalm. Patr. LXXXI, col. 1235. Rursus in fine ps. XXXVII, Origenes infra Trinitatem agnoscet.

Εἰσάκουσον τῆς φωνῆς μου, τῷ Υἱῷ.

Τὸ πρόσωπόν σου, Κύριε, ἐκζητήσω, τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ.

Ἕνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, τῷ Πατρί.

Ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου εἰς τὸν Λόγον σου, τῷ Υἱῷ.

Ἤλπισεν ἡ ψυχή μου ἐπὶ τὸν Κύριον, τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ.

Τῷ Λόγῳ, τῷ Υἱῷ.

Κυρίου, τοῦ Πατρός.

Καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ, τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ.

Exaudi vocem meam, Filio.

Faciem tuam, Domine, requiram, Spiritui sancto.

Propter nomen tuum, Patri.

Sustinuit anima mea in Verbum tuum, Filio.

Speravit anima mea in Dominum, Spiritui sancto.

In Verbo, Filio.

Domini, Patris.

Et Spiritu oris ejus, in Spiritu sancto.

V.

Psalmus CII (*Vat.* 689, 2. 690, 1).

v. 3-5. Τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους σου.

Ἰᾶται τὰς νόσους, ὡς ἰατρὸς τῶν ψυχῶν.

Τὸν λυτρούμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν σου.

Λυτροῦται, ὡς βασιλεύς.

Τὸν στεφανοῦντά σε ἐν ἐλέει.

Στεφανοῖ, ὡς ἀγωνοθέτης.

Τὸν ἐμπιπλῶντα ἐν ἀγαθοῖς.

Ἐμπίπλησιν ἡμᾶς ἀγαθῶν, ὡς πλούσιος.

v. 3. *Qui sanat omnes infirmitates tuas.*

Sanat morbos, ut medicus animarum.

v. 4. *Qui redimit de corruptione vitam tuam.*

Redimit, ut rex.

Qui coronat te in misericordia.

Coronat, ut certaminis præses.

v. 5. *Qui replet in bonis.*

Replet nos bonis, ut dives.

V. Ex Vat. 5. Hæc ut præcedentia Origeni dantur, neque huc adduxi, nisi ut sint alterum veterum ephymniorum exemplar, quæ doxologiæ instar, dogmata quasi ex impetu rapiebant, eaque promptius ac plenius quam locupletes commentarii, animis Orantium imprimebant.

VI.

Psalmus CXV.

v. 1. Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα· ἐγὼ δὲ ἐταπεινώθην σφόδρα.

Ὅλου τοῦ ψαλμοῦ ἐν βραχεῖ ἡ διάνοια· πολλοὶ μὲν οἱ ἐν ἀνθρώποις λόγοι, καὶ πολλὰ

Credidi, propter quod locutus sum; ego autem hnmiliatus sum nimis.

Totius psalmi paucis hæc sententia est. Multa sunt hominum eloquia, et multa a multis phi-

VI. Ex Vat. 16. Luculenti commentarii pars fortasse posterior Maurinis obtigit, ubi de martyrio pulchra p. 791. At pulchriora præbet anonymus omnino Origenianus apud Corderium: « Mors enim pro Christo piis hominibus tam optabilis existit atque calix fluvii suavissimi, unde etiam sacrorum præses certaminum ipsos remunerans, hujusmodi mortem rebus omnibus quæ pretiosæ habentur, longe pretiosiorem esse declaravit... Opus est ut inferni vincula solvantur, ut vivorum Deus, et non mortuorum, Deus noster sit; et nos ipsi in cœlesti ecclesia serviamus, in quam revertimur, dum mortis vincula evaserimus, quæ ad peccatum reptantes, nos ipsi nobis

πολλοῖς πεφιλοσόφηται, ἐξετάζουσι τὰ περὶ ἀληθείας· ἀλλ' ἐπεὶ χρὴ προοίμιον εἶναι τῆς συνέσεως τῶν τοῦ Θεοῦ τὴν εἰς Θεὸν πίστιν, οἱ μὲν πολλοὶ οὔτ' ἀληθῆ εἰρήκασιν, ἐγὼ δὲ διὰ τοῦτο ἐλάλησα, ἐπεὶ πρότερον ἐπίστευσα· εἶτα λαλήσας καὶ θεωρήσας καὶ τιμηθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, ᾧ πεπίστευκα τῷ λόγῳ αὐτοῦ, κατανοήσας τε τὴν ἀληθῆ σοφίαν, καὶ θαυμάσας εἰ ἡ βραχεῖα οὕτως ἀνθρώπου φύσις, τοσούτων ἀξιοῦται δογμάτων καὶ νοημάτων· καὶ συνεὶς ὅσων λογικῶν ἐστιν ζώων ταπεινότερος ἄνθρωπος, καὶ τὴν αἰτίαν γεγονέναι με ἄνθρωπον, μετὰ τὸ πιστεῦσαι καὶ λαλῆσαι, ἐταπεινώθην· οὐχ ὡς ἔτυχον, ἀλλὰ σφόδρα, αὐτοῦ τοῦ ἀποκαλυφθέντος μοι λόγου πείσαντός με ἐπιπλέον ταπεινωθῆναι. Εἶτα εἰδὼς, μετὰ τὸν τοῦ Θεοῦ δοῦλον, τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων λόγους, ἐν οἷς πρότερον ἐδόκουν τι εἶναι σοφὸν καὶ ἀληθὲς, καταπλαγεὶς καὶ ἐκστὰς ἐπὶ τοῖς παθήμασιν, ἀπεφηνάμην περὶ τῶν ἀνθρωπίνων, αὐτῇ προσβαλὼν ἀληθείᾳ, ὅτι οὐ τινὲς μὲν ἀνθρώπων ἀληθεύουσιν, ἕτεροι δὲ ψεύδονται, ἀλλὰ πάντες ψεύδονται.

Τί οὖν ἀντὶ τούτων δωρεῶν κἀγὼ τῷ Κυρίῳ, ὡς εὐχάριστος, κατὰ δύναμίν μου ἀποδώσω; καὶ ποίᾳ προαιρέσει καὶ τηλικαύτην εἰς ἐμὲ χάριν ἀμείψομαι; Ζητῶν δὴ, ὁδὸν μίαν εὗρον, ὡς χρή με ἀμείψασθαι τὸν Θεόν· ἑκὼν γὰρ λήψομαι, μὴ παραιτησάμενος διὰ τὸ ὀχληρὸν, τῶν ἐν τῷ μαρτυρίῳ πόνων τὸ ποτήριον, ὅπερ σωτήριον τυγχάνει· καὶ τοῦτο λαβὼν, καὶ ὁρῶν ὅτι δέομαι δυνάμεως πρὸς τὸ πιεῖν αὐτὸ, ἐπικαλέσομαι τὸ τοῦ Κυρίου ὄνομα, ἵνα δυναμωθῶ· πείθομαι γὰρ τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας καὶ ὁσιότητος θάνατον τίμιον εἶναι ἐν ὀφθαλμοῖς Κυρίου.

losophari solent, dum excutiunt de veritate quæstiones. Sed quum oporteat prooemium ad intelligendas de Deo sententias exordiri a fide in Deum, multi autem non vera dixerint, ego quidem propterea *locutus sum*, quia primum *credidi;* dein *locutus sum*, et speculatus sum, et fui honoratus a Deo, quia ejus verbo *credidi*, et percipiens animo veram sapientiam, et demirans cur, adeo brevis quum sit hominum natura, tantis ea nobilitetur dogmatibus et consiliis: tum intelligens, ex omnibus quæ sunt creaturæ spirituales, hominem esse humillimum, causam tamen tantæ rei esse me hominem, postquam *credidi* et *locutus sum*, *humiliatus sum;* nec perfunctorie, sed valde: si quidem ipso mihi revelato sermone persuadebar amplius hnmiliari. Deinde comperiens, post hunc Dei servum, quales sint multi hominum sermones, in quibus primum suspicabar esse aliquid sapiens et verum, attonito similis, nec mei compos præ angoribus mentis, hoc de mortalium rebus judicium feci, dum eas cum ipsa veritate conferrem, non aliquot homines veridicos esse, alios autem mendaces, at omnes omnino mentiri.

Quid ergo ego, horum munerum memor, Domino pro viribus meis retribuam? et qua demum cum voluntate pro tanta erga me gratia respondeam? Inquirens igitur, unam tantum repperi viam, quacum oporteat me Deo quod debeo solvere. Lubens scilicet *accipiam*, nec refugiens ob molestiam, *calicem* laboriosi martyrii, qui *calix salutaris est.* Eumque sumens, atque considerans mihi opus esse virtute ad eum bibendum, invocabo nomen Domini, ut viribus augear. Etenim persuasum habeo, *mortem* pro religione et sanctitate *pretiosam esse in oculis Domini.*

imposuimus. » Hæc vero tam anonymus quam Origenes a senioribus et a prisco martyrum ævo, ni fallor, repetierunt, quæ omnino gemina sunt et similia archaico in ps. XXXVI commentario superiori. Clementem potius sapiunt, et ad ea vetus respexit Theod. Her. Cord. II, 325, 330.

VII.

Psalmus CXVIII.

v. 1. Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου.

Οὕτω γε στίχος ἐστίν· οἱ γὰρ παρ' Ἑβραίοις στίχοι, ὡς ἔλεγέ τις, ἔμμετροί εἰσιν· ἐν ἑξαμέτρῳ μὲν ἡ ἐν τῷ Δευτερονομίῳ ᾠδή· ἐν τριμέτρῳ δὲ καὶ τετραμέτρῳ οἱ ψαλμοί. Οἱ στίχοι οὖν, οἱ παρ' Ἑβραίοις, ἕτεροί εἰσιν παρὰ τοὺς παρ' ἡμῖν. Ἐὰν θέλωμεν ἐνθάδε τηρῆσαι, τοὺς στίχους ποιοῦμεν· Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι ἐν νόμῳ Κυρίου. Καὶ οὕτως ἀρχόμεθα δευτέρου τοῦ ἑξῆς. Ἰστέον τοίνυν ὅτι οἱ Ἕλληνες οἱ ἑρμηνεύσαντες πεποιήκασι τὸν παρ' Ἑβραίοις στίχον ἐν τούτοις δύο (ὡς [ὁ] τοῦτο ἀντίγραφον γράψας οἱονεὶ πεποίηκε τὴν ἀρχὴν τοῦ στίχου μετ' ἐκθέσεως)· τὸν δὲ δοκοῦντες δεύτερον, μὴ ὄντα δεύτερον, ἀλλὰ λεῖμμα τοῦ προτέρου μετ' αἰσθήσεως· καὶ τοῦτο πεποίηκεν ἐπὶ ὅλου τοῦ ῥητοῦ.

v. 1. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

Sic se versus habet. Quos enim habent stichos Hebræi, ut quidam dixit, metrici sunt, et quidem in hexametro canticum Deuteronomii; psalmi vero senarii aut octonarii. Στίχοι igitur qui existunt apud Hebræos, alii sunt quam apud nos. Si volumus eos servare, hos versus facimus: *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Et eodem modo incipimus secundum: *Beati* etc. Sciendum interea quod Græci, qui fuerunt interpretes, στίχον Hebræorum in duos diviserunt (fere sicut fecit ille qui hoc exemplar transcripsit, ac si στίχον exorsus esset a clausula propositionis), ita ut pro secundo illum habuerint, qui secundus non erat, sed residuum primi cum eodem sensu. Et sic factum est pro quacumque sententia.

VII. Ex Vat. 11. Vix putem antiquius esse testimonium de re metrica Hebræorum, ac etsi arioletur interpres conferens metra classica cum biblicis, notatu dignissimum est, eum suspicionem de parallelismo stichorum satis apertam habuisse. Similia ex hoc fortasse loco Hieronymus haud semel edisseruit. — Interpres ex ambone loqui videtur in parenthesi, et codicem digito ostendere coram apertum: ὡς [ὁ] τοῦτο ἀντίγραφον γράψας.

VIII.

Psalmus CXVIII, v. 127.

Ἔκφρασις τοῦ Τοπαζίου ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ· Ξενοκράτους Λιθογνώμων.

Descriptio Topazii ex libro inscripto, Xenocratis *Lithognomon.*

Περὶ δὲ τοῦ Τοπαζίου λίθου τοιαῦτα εὕρομεν ἱστορούμενα ἐν τῷ ἐπιγεγραμμένῳ Ξε-

Cæterum de Topazio lapide hæc narrata invenimus in libro qui inscribitur: *Xenocratis*

VIII. Ex Vat. 1685, f. 186 et Ottob. 398, f. 272, ex quo prior describitur. Gemmula de Topazio esto illa Xenocratis ἔκφρασις, unicum, nisi fallor, Xenocratis fragmentum, quod græce in lucem venerit, eoque jucundius quod idem Ambrosius primus nobis dedit latine legendum (Ambros. *in ps.* 118, hom. 16, n. 41, 42, t. II, p. 690 novæ edit. Mediolan. 1877). — Cito tamen notandum jam græca præpropere cecidisse sepelienda in notulam Maii, *Bibl. N. PP.* t. III,

νοκράτους Λιθογνώμων· Ὅτι γίνεται τῆς Θηβαΐδος περὶ πόλιν Ἀλαβάστρων, καὶ προσαγορεύεται ἀπὸ τοῦ φέροντος αὐτὸν τόπου, Τόπαζον. Τὸ χρῶ[μα] δὲ τοῦ Τοπαζίου πρασοειδὲς καὶ χρυσόχρουν, χρυσοπράσῳ παραπλησίως· κατάμφω δὲ ἐπιτέταται τὰς χρόας καταχορέστερον. Ἔστι δὲ καὶ πυρίχρουν καὶ καθαρὸν ἄγαν καὶ χρυσόχρουν· τῷ δὲ μεγέθει καὶ πάντας ὑπεραίρει τοὺς χρυσοπράσους. Ἔστι δὲ καὶ τὸ εἶδος λιπαρὸς, ἐοικὼς καταφλεγομένῳ ὑπὸ ἡλίου. Ἔστι δὲ καὶ ὡραιότατος καθεστηκὼς, καὶ νῦν ἐστιν οὐ πάνυ περισπούδαστος, καὶ ἔλαττον θαυμαζόμενος διὰ τὸ πλῆθος· καίτοι κατὰ τὴν πρώτην εὕρεσιν ἀγαστός τε νενόμισται καὶ περισπούδαστος· φύσιν δὲ ἔχει λιαινόμενον τὸ Τοπάζιον τραχύνεσθαι, καὶ ἐν ταῖς χρείαις μειοῦσθαι· ἔστι δὲ καὶ τῶν λίθων εὔγλυφος.

De Doctrina Lapidum. Nascitur in Thebaide juxta urbem Alabastrorum, et appellatur ex loco ubi fertur, Topason. Color autem Topasii vergit ad porraceum et aureum, affinis chrysopraso. Utrobique habet colores intensiores. Existit etiam species porracea et purissima et auro similis; quæ etiam magnitudine superat omnes lapides chrysoprasos. Exstat insuper species nitore pinguis, quæ apparet uti a sole accensa. Est etiam præterea species quæ splendidissima admittebatur, sed nunc minus exquiritur, ac pauciorem movet admirationem ob abundantiam, quamvis ab initio inventionis eximia reputata fuerit et exquisitissima. Naturam autem habet Topazion, ut, si levigetur, asperetur et usu minuatur. Omnium vero lapidum est sculpturæ aptior.

Apud S. Ambrosium interpretatio.

Nunc de Topazio lapide exprimamus historiam. De quo invenimus scriptum in historia Xenocratis, qui scripsit quasi *Lithognomon* (al. male *Lithosnomon*): « Nasci cum vel veniri circa Thebaidis civitatem Alabastrum vel Topazion, ut aliqui putant; unde et nominatus est ab eo, in quo gigneretur loco.... Duorum colorum est in hoc lapide κρᾶσις (*al.* colorum est similitudo in hoc lapide κρᾶσις), hoc est quædam temperata permixtio. Πρασοειδὴς et

p. 438, nulla face accensa, sine ullo ad Ambrosium respectu, quod miror in Angelo fere Mediolanensi. — Locus, quem Origeni non damus omnino, nullum nomen præ se fert in codd. Sed ipse Ambrosius monere videtur haud procul abesse Origenem, qui statim sequitur in codd.

Xenocrates porro idem est atque Ephesius ille quem Plinius senior dicit « de gemmis egisse, et nuperrime scripsisse (lib. xxxvii, 2). » Alius videtur quam Xenocrates Aphrodisiensis medicus, qui teste Galenio floruit sub Tiberio, cujus plura apud Oribasium et alios exstant. Sed citra quodcumque dubium noster is prorsus est, quem legit vertitque S. Ambrosius, neque aliunde recepit quam ex Origene, ut tot alia. Inde prima nobis ansa datur multa Origenis inter Ambrosiana reperiundi, quod postea investigandum. Cf. Fabric. *Bibl. gr.* t. iii, p. 193 Harl. — Quam Maurini olfecerant, proba sola lectio est *Lithognomon,* male neglecta ab editoribus usque ad novissimos Mediolanenses l. l. — Statim a prima alterius versionis periodo, Ambrosiana quum solita prorsus desideretur elegantia, incidimus in incomptos græcos interpretes, quos antea jam ad Philonem offendimus. — Ambr. legit ἀλάβαστρον. — Cod. τοπαζίου πρασσοειδὲς, tam facile purgandum, quam aliud turpe mendum in edito Ambrosio : Πρασοιδὴς *et Chrysopa*, pro quo suggerit Solinus *Chrysopastus,* græca vero *Chrysochrus*, ut infra; tum etiam ex græco emendavi *parichrus ;* tum dein expuli monstrum amborum codicum πάρυτνον, quod doleo fuisse a Maio tacente receptum, uti supra τὸ χρῶ, sphalma ineptum utriusque codicis, et infra eodem absono consensu καταφθεγγομένῳ. — Tum demum apud Ambrosium expunge barbarum *Chrysocarus*, et lege : *Natura hujusmodi est*, vel *naturam habet*, juxta græcum. — Nota *figurabilis* pro εὔγλυφος, vocabulum vix Ambrosianum, sed facile Græculorum, qui multa rudi latinitati dederunt.

Chrysopa[stus], similis Chrysopraso, secundum utrumque velut quasdam extendens colorum figuras, et plenius quidem a peritis fertur extendere. Est autem purichrus, et satis purus, et Chrysochrus (*al.* Chrysocarus) et pinguis, resplendenti similis, maxime cum solis splendore percutitur. Est etiam pulcherrimus et mirabilis super omnes Chrysoprasos (*al.* Chrysopassus) magnitudine, et ut dixi, visu pinguior. Natura hujusmodi, ut si polire et levigare eum velis, asperetur magis et usu minuitur. Est autem quodam genitali opere naturæ euglyphus, hoc est, bene insignitus (*sola ed. Romana* figurabilis) atque mirabilis.

IX.

Psalmus CXXI.

v. 3. Ἱερουσαλὴμ ᾠκοδομήθη ὡς πόλις ἧς ἡ μετοχὴ ἐπὶ τὸ αὐτό.

Οὕτω φησίν· Ἦν πάλαι ἡ Ἱερουσαλὴμ, ὡς πόλις οὐ διεσπαρμένη ὧδε [καὶ ὧδε], ἀλλ᾽οὕτως ἦν ἡρμοσμένη, ὡς δόξειεν ἄοικος εἶναι τῇ συναφείᾳ καὶ τῇ ἁρμονίᾳ τῶν οἰκοδομημάτων· ἢ καὶ λέγει τὸ μέλλον ὡς παρεληλυθὸς, ὡς ἐν τῷ· Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ τό· Ἔδωκαν εἰς τὸ βρῶμά μου χολήν.

Ἕτεροί φασιν· ὡς ἤδη τῶν πραγμάτων ἀπολαύοντες, τρόπον τινὰ τὴν πόλιν καὶ τὸν ναὸν περιπλέκονται· ἃ γὰρ ἔχοντες οὐκ ᾐσθάνοντο, νῦν ἀπολαύοντες εὐφραίνονται· δίκῃ μὲν ἀποβαλόντες, θείᾳ φιλανθρωπίᾳ δὲ κομισάμενοι.

v. 3. *Jerusalem, quae aedificatur ut civitas, cujus participatio ejus in idipsum.*

Sic ait: Erat civitas Jerusalem, non sicut urbs huc illuc dispersa, sed ita apte cohærens, ut videretur sine domibus esse ex contigua et harmonica ædium fabrica. Vel etiam futurum dicit pro præterito, ut in hoc: « Diviserunt sibi vestimenta mea, » et in isto: « Dederunt mihi in cibum fel. »

Alii dicunt: Ac si jam voti compotes forent, quodammodo civitatem et templum circumplectuntur: quæ enim habebant, quin ea sentirent, his nunc fruentes, lætantur, ea quæ jure amiserant, divina benignitate recuperantes.

IX. Ex Vat. 5. ἢ καὶ λέγει. Revocat in priore scholio Pantæni canonem de futuro prophetico in tempore præterito, de quo Clemens in *Eclogis*, §. 56, Potter, 1002. — Ubi ἕτεροι cod. interponit τοῦ αὐτοῦ, sive Origenis, etsi habeatur statim ἕτεροι, sive anteriores magistri. Ps. XXI, 19.

X.

Psalmus CXXV.

Ἔκφρασις περὶ τοῦ τῷ νότῳ χειμάῤῥου.

Descriptio Torrentis in austro.

v. 4. Ἐπίστρεψον, Κύριε, τὴν αἰχμαλωσίαν ἡμῶν, ὡς χειμάῤῥους εν τῷ νότῳ.

Ὁ χείμαῤῥος οὗτος, περὶ οὗ λέγει ὁ προφή-

v. 4. *Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrentes in austro.*

Hic torrens, de quo propheta loquitur, in

X. Ex Vat. 13. Tam lepida quam nova expositio est, et a methodo Origenis aliena. — Vat.

της, ἐν νότῳ ἐστὶν ἐντὸς τῆς Ῥινοκορούρας, ἥτις ἐστὶν ἀρχὴ τῆς Αἰγύπτου. Τοῦτο οὖν μεμαθήκαμεν παρὰ πλειόνων, καὶ ἡμεῖς γενόμενοι ἐν ταύτῃ τῇ πόλει, αὐτόπται γεγόναμεν τοῦ χειμάῤῥου. Οἱ γὰρ Σαρακηνοὶ κατήρχοντο, ὡς καὶ μέχρι τοῦ νῦν κατέρχονται Ῥινοκόρουραν, καὶ πραιδεύουσιν ἅπερ εὑρίσκουσιν, καὶ ἀνέρχονται εἰς τοὺς τόπους ἑαυτῶν. Ὁ δὲ χείμαῤῥος οὗτος ἐκ τῶν Σαρακηνῶν κατέρχεται· κατὰ βούλησιν οὖν Θεοῦ, ἡνίκα γένηται ὑετὸς λάβρος, πληθύνει ὁ χείμαῤῥος, ὥστε κατέρχεσθαι αὐτὸν σφοδρῶς λαμβάνοντα τὰς σκηνὰς τῶν Σαρακηνῶν, καὶ αὐτοὺς μὲν ἀπόλλυσι, τὰ δὲ αὐτῶν πάντα καὶ ἅπερ διεπράτησαν λαβὼν, φέρει εἰς τὴν Ῥινοκόρουραν.

Λέγει δὲ ὁ προφήτης, ἐκ προσώπου τῶν πιστευσάντων, ὅτι, ὥσπερ ἐκεῖνος τοὺς μὲν αἰχμαλωτίζοντας ἀπόλλυσι, τὰ δὲ σκύλα ἀποκαθίστησιν, ἐξ ὧν καὶ ἐλήφθησαν· οὕτως ποίησον καὶ αὐτὸς, καὶ τὰς ἐναντίας δυνάμεις τὰς ἡμᾶς αἰχμαλωτισάσας θανάτωσον τῷ ὕδατι τοῦ βαπτίσματος· δι' αὐτοῦ δὲ πάλιν τοῦ ὕδατος ἀπόδος ἡμῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν ἐλευθερίαν, ἣν ἀφείλαντο ἡμῖν αἱ τοῦ ἐχθροῦ δυνάμεις. Αὕτη οὖν ἡ διήγησις τῆς ἱστορίας τοῦ χειμάῤῥου, καὶ αὕτη ἡ αἰτία τοῦ εἰρηκέναι τὸν προφήτην.

austro interfluit in Rinocorura, quæ est Ægypti ingressus. Id quippe a multis didicimus, ac nosmet fuimus in eadem urbe, facti ex oculo testes torrentis. Etenim Saraceni descendebant, sicut etiam usque nunc descendunt, in Rinocoruram, et prædantur quæcumque reperiunt, et revertuntur in loca sua. Sed torrens ille descendit ex iisdem locis Saracenorum: favente ergo Dei voluntate, quando fit imber vehemens, torrens inflatur, eo usque ut defluat rapido vortice, tollens tentoria Saracenorum, et eosdem pessumdet, et omnes eorum prædas quas diripuerant auferens, eas deferat in Rinocoruram.

Ait autem propheta, ex persona credentium: « Quemadmodum hic torrens eos qui » captivos faciunt, pessumdat, et spolia re- » stituit rerum ablatarum, sic tu fac, et con- » trarias potestates, quæ in captivitatem nos » abduxerunt, occide in aqua baptismatis, et » rursus per eamdem aquam redde nobis glo- » riam et libertatem, quam a nobis abstulerunt » violenta inimici agmina. » Talis est historica littera de torrente, neque alia causa est prophetici sermonis.

ἐστιν ἐν τε τῇ....? — id. οἱ γὰρ σαρκικοί? — Nota πραιδεύουσιν (sic cod.) et infra διεπράτησαν ex latino *praedari*, quæ barbaries dudum Cangio notata cum longo agmine seriorum, a Conc. CP. a. 536, hic fort. primo exemplo cognoscitur, nisi tamen auctor scripserit κρατεύουσιν, διεκράτευσαν.

XI.

De XII Apostolis.

Τῶν δὲ ἱερῶν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἀποστόλων τε καὶ μαθητῶν, ἐφ' ἅπασαν διασπαρέντων τὴν οἰκουμένην, Θωμᾶς μὲν, ὡς ἡ παράδοσις περιέχει, τὴν Παρθίαν εἴληχεν·

Quum sacri apostoli et discipuli, a Salvatore nostro missi, per universum orbem dispersi essent, Thomas quidem, ut a majoribus traditum est, Parthiam est sortitus; An-

XI. Ex aliquo Vat. cod. Si addideris quæ de apostolorum patria, tribu et civitate, ab Origene fortasse et ex eo ipso loco receperunt Athanasius, Theodoretus, Theodorus Mopsuestenus, Theodorus Heracleotes, in ps. LXVII, v. 28 sqq. antiquiora et magis sincera habebis de historia apostolica.

Ἀνδρέας δὲ τὴν Σκυθίαν· Ἰωάννης τὴν Ἀσίαν, πρὸς οὓς καὶ διατρίψας ἐν Ἐφέσῳ τελευτᾷ. Πέτρος δὲ ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ, καὶ Βιθυνίᾳ, Καππαδοκίᾳ τε καὶ Ἀσίᾳ κεκηρυκέναι τοῖς ἐκ διασπορᾶς Ἰουδαίοις ἔοικεν· ὃς καὶ ἐπὶ τέλει ἐν Ῥώμῃ γενόμενος, ἀνεσκολοπίσθη κατὰ κεφαλῆς, οὕτως αὐτὸς ἀξιώσας παθεῖν. Τί δεῖ περὶ Παύλου λέγειν, ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ μέχρι τοῦ Ἰλλυρικοῦ πεπληρωκότος τὸ Εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ, καὶ ὕστερον ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπὶ Νέρωνος μεμαρτυρηκότος;

dreas vero Scythiam. Joanni Asia obvenit, qui plurimum temporis in ea commoratus, tandem Ephesi diem obiit. At Petrus in Ponto et Galatia et Bithynia, in Cappadocia et Asia, Judæis qui in dispersione erant, prædicasse existimatur. Qui demum Romam veniens, cruci suffixus est, capite deorsum demisso: sic enim ut in cruce collocaretur, ipse oraverat. De Paulo jam dicere quid attinet? Qui ab Hierosolymis usque in Illyriam munus evangelicæ prædicationis implevit, ac postremo Romæ sub Nerone martyrio perfunctus est.

SANCTUS DEMETRIUS

ALEXANDRINUS.

Τοῦ ἁγίου Δημητρίου, εἰς τὸν σεισμόν [1]).

Ex oratione Sancti Demetrii, de Terrae motu.

Jeremiae cap. III, *v.* 18. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, συνελεύσονται οἶκος Ἰούδα ἐπὶ τὸν οἶκον τοῦ Ἰσραὴλ, καὶ ἥξουσιν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀπὸ γῆς Βορρᾶ καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν χωρῶν ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν. *Vat.* 1067, 2.

v. 18. ***In diebus illis, ibit domus Juda ad domum Israel, et venient simul de terra aquilonis et ex omnibus locis ad terram quam dedi in haereditatem patribus eorum.***

Unicus testis superest codex Vaticanus, olim Pii II, nunc inter Reginenses, numero XVIII, fol. 21 a tergo; in quo amplissima continetur Catena in omnes prophetas, partim Olympiodori, partim Ammonii curis confecta, opus affabre tesselatum ac manifesto Alexandrinum. Præter enim duos opifices, qui cooptati clero hujus ecclesiæ passim audiunt, abundant singulis præfixa foliis nomina Origenis, Theophili, Didymi, Cyrilli, Athanasii, Eudoxii, quibus omnibus tempore præeminet S. Demetrius: rarum adeo nomen in litterarum annalibus christianis, ut fere ad Demetrium usque Comatenum sæculi XIII (ne de obscuro melodo Demetrio quem nuper detexi, loquar) excurrere oporteat, si quis minus ignota reperire velit.

[1]) De hoc terræ motu meminisse videtur *Chronicon Alexandrinum* (*Patrol.* XCII, col. 655), quum ad annum 223 referat « vehementes terræ motus in urbe Roma, » quos late in Oriente increbuisse, vix dubitandum. Etiam Orig. infra in ps. LIX, 4, disputat de quadruplici terræ motu.

v. 19. Καὶ ἐγὼ εἶπα· Γένοιτο, Κύριε, ὅτι τάξω σε εἰς ἔθνη [1]), καὶ δώσω σοι γῆν ἐκλεκτὴν, κληρονομίαν Θεοῦ παντοκράτορος ἐθνῶν. Καὶ εἶπα· Πατέρα καλέσετέ με, καὶ ἀπ' ἐμοῦ οὐκ ἀποστραφήσεσθε. *Vat.* 1067, 2.

Τεκνία τοὺς ἀποστόλους, ἐξ Ἑβραίων ὄντας, ἐκάλει Χριστός [2]). Εἶτα γῆν ἐκλεκτὴν τὴν ἐκκλησίαν, ἤτουν τὴν νέαν διαθήκην καλεῖ, ἥπερ [3]) ἐστὶν οὐκ Ἰουδαίων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἐθνῶν· ὁμοῦ δὲ καὶ τὴν ἀπὸ Βαβυλῶνος εἶπεν ἀνάκλησιν, εἰπών· Ἐπὶ τὴν γῆν, ἣν κατεκληρονόμησα τοὺς πατέρας αὐτῶν. Καὶ μεταβέβηκεν εὐθέως εἰς ἑτέραν ἣν ἐκάλεσεν ἐκλεκτὴν, καὶ προσθείς, κληρονομίαν Θεοῦ [4]) παντοκράτορος ἐθνῶν, εἰ μή τις αὐτὴν καὶ τῶν πατέρων εἴποι κυρίως. Καὶ Ἀβραὰμ γὰρ εἶδε τὴν ἡμέραν Χριστοῦ, καὶ ἐχάρη, καὶ τύπος αὐτοῦ γέγονεν Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ καὶ λίθον ἀλείφει, καὶ τῷ φανέντι μυστικῶς προσεπάλαισεν [5])· εἰς τὸν Χριστὸν γὰρ πάντες ἐπίστευσαν.

v. 19. *Ego autem dixi: Fiat, Domine! — quoniam ponam te in gentes, et tribuam tibi terram electam, haereditatem Dei, omnipotentis Domini gentium. Et dixi: Patrem vocabitis me, et a me non avertemini.*

Filiolos vocabat Christus apostolos, ex Judæis ortos. *Electam* deinde *terram* dicit Ecclesiam, novum videlicet Testamentum, quod non dumtaxat Judæorum est, sed et omnium gentium. Verumtamen etiam reversionem ex Babylone respexit, dicens: *In terram quam in haereditatem dedi patribus eorum.* Et statim transiit ad alteram, quam vocavit *terram electam*, et paulo post subdidit: *Haereditatem Dei, omnipotentis Domini gentium:* nisi quis eamdem proprie dixerit terram patrum. Etenim Abraham quoque vidit diem Christi, et gavisus est, ejusdemque typus fuit Isaac, etiam Jacob ungit lapidem, et cum illo per mysterium ostenso colluctatus est: in Christum enim omnes crediderunt.

[1]) τέκνα Demetrius cum Vulg. videtur legisse, ubi Vatic. habet ἔθνη. — [2]) Marc. x, 24; Joan. xiii, 33 etc. — [3]) ἐν ἧπερ (immo ἥπερ liquido) cod. nescio quo lapsu. — [4]) κληρονόμος Θεοῦ id. facile Jeremia duce emendandus. — [5]) In paucis versiculis pergratum est eximiam notare S. Præsulis methodum allegoricam, alienissimam a Philone, consentaneam vero receptæ jam theologiæ, vel apud Alexandrinos, de Verbi in prisco fœdere Theophaniis. — In fine Jo. viii, 56.

CLEMENS ALEXANDRINUS.

I. *In ps. I*, 5. Ἐπειδὴ παιδαγωγίας εἶδός ἐστι καὶ ὁ μακαρισμὸς, καὶ μακαρίζει μὲν ὁ Δαυὶδ τὸν μὴ ταῖς ἀπάταις τῶν ἀσεϐῶν ἐπιπορευόμενον, μηδὲ τῇ πονηρᾷ τρίϐῳ τῆς ἁμαρτίας διὰ βάθους ἐνιστάμενον, μηδὲ ἀκίνητον καὶ καθιδρυμένην ἑαυτῷ τὴν κακίαν ἐπιτηδεύοντα, ἀλλὰ τῷ θείῳ νόμῳ συναπτόμενον, καὶ διὰ μελετῆς τὴν ἀπλανῆ πορείαν κατορθοῦντα ἑαυτῷ, ὡς ἂν ἐνριζωθείη, φυτοῦ δίκην, αὐτῷ ἡ πρὸς τὸ κρεῖττον ἕξις, ταῖς θείαις διδασκαλίαις ἐπαρδομένη· τίθησι δὲ [1]) καὶ τὸ ἐπιτίμιον τῶν ἁμαρτωλῶν ὁ προφήτης, τὸ εὐδιαφόρητον αὐτῶν δείξας καὶ τὸ ὑπηνέμιον, καὶ τὴν κατ' ἀξίαν ἐπανατεινόμενος κόλασιν· ἀποστῶμεν τῆς κακίας (ἡ γὰρ πρώτη πρὸς τὸ ἀγαθὸν εἴσοδος ἡ τῶν ἐναντίων ἐστὶν ἀπόστασις, δι' ἧς γί-

I. Quandoquidem laus beatitudinis forma quoque pædagogiæ sit, quumque ex una parte David beatum renuntiet virum illum, qui non abit in errores impiorum, neque consistit in prava peccati semita, larga sectatus, sed neque studiose sectatur malitiam irremotam et constabilitam; illum scilicet qui divinæ legi adhæret, ac meditatione usus, rectam sibi viam et erroris expertem sternit; ut veluti arbor, radicitus hæreat ad meliora habitudo, divinis irrigata doctrinis: ex altera vero parte quum propheta instituat peccatorum pœnam, dum levem eorum ostendit esse laborem, et a vento dissipatum, dumque illis intentat castigationem pro meritis luendam: a malo declinemus (primus enim ad bonum gradus est aversio a contrariis, qua fit melioris boni assecutio),

I. Ex Palat. 247, f. 11. Similia, sed in paucis, leguntur in *Paedagogi* libro I, cap. I, p. 57 Potter. (*Patrol. gr.* t. VIII, col. 360 A): Ἔτι δὲ καὶ ἄλλο εἶδος αὐτοῦ παιδαγωγίας ὁ μακαρισμός, et adducto psalmi I initio, Clemens ad alia quam nostra excurrens aliquantulum, mox recidit in apodosin nostram parce mutatam. Quæ autem attulimus, iteratis ejusdem, ut opinor, curis concinnius expoliuntur, ac proinde in secundo P. C. sæculo, in quo doctissimus noster Nourrius non dubitat composita fuisse Clementis opera. Gratum erit conferre Discipulum cum Magistro, et Clementi admovere mox Origenem, idem psalmi primi procemium adornantem. — Quin immo adsint nobis duo seniores Alexandrini, quos, post Barnabam, idem nobis huc adducit Clemens, fere venerabundus: « Audivi ego virum in his rebus » doctum, dicentem *consilium impiorum* significare gentes; *viam* autem *peccatorum* judaicam opinionem; et *pestilentiae cathedram* hæreses interpretantem. » Succedit alter, qui proximus videtur Clementis, Pantænus fortasse: « Alius autem dicebat magis proprie (κυριώτερον), » intelligendam quidem esse primam beatitudinem, de iis qui non sunt sceleratas secuti » sententias, quæ a Deo defecerunt; secundam » autem de iis qui in lata via non manent, sive » nutriti in Lege, sive ex gentibus conversi fuerint. *Cathedra* autem *pestilentiae* fuerint et » theatra et tribunalia (τὰ δικαστήρια, alibi Clemens *cathedram pestilentiae* vocat τὰ στάδια καὶ τὰ θέατρα *Paedag.* III, 11, *Patr.* VIII, 653.), ubi » imprimis solent homines sequi improbas et exitiales potestates, et operum earum participes » fieri. » Græca vide in *Strom.* II, 15, *Patrol.* VIII, 1005 B.

1) *Patrol.* 360 B: Τὸ ἐπιτίμιον τῶν ἁμαρτωλῶν καὶ τὸ εὐδιαφόρητον αὐτῶν καὶ τὸ ὑπηνέμιον δείξας ὁ παιδαγωγὸς, ἀπετρέψατο τῆς αἰτίας διὰ τῆς ἐπιτιμίας, καὶ τὴν κόλασιν ἐπανατεινάμενος τὴν κατ' ἀξίαν, τῆς εὐεργεσίας ἐνεδείξατο τὴν εὐποιΐαν τεχνικώτατα ἐπὶ τὴν χρῆσιν ἡμᾶς καὶ τὴν κτῆσιν τῶν καλῶν διὰ

νεται ἡ μετοχὴ τοῦ βελτίονος), καὶ μήτε τὴν ψυχὴν ἐάσωμεν κινεῖσθαι τοῖς ἐνθυμήμασιν, ὅπου βούλοιτο, μήτε στῶμεν ἐν τῷ κακῷ· εἰ δ' οὖν, ἀλλὰ μὴ παγίαν ἕξιν τούτου προλάβωμεν, ἀλλ' ὑπερείσωμεν τὰς θελήσεις ἡμῶν τῷ τοῦ Θεοῦ νόμῳ, καὶ [1]) διηνεκῶς τούτῳ ἐμμελητήσωμεν, ὅπως ἂν ἀφομοιωθείημεν ξύλῳ ἀειθαλεῖ [2])· οὕτω γὰρ γνωσθησόμεθα τῷ Θεῷ, καὶ μεθέξομεν τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος.

neque permittamus moveri animam suis, quo libuerit, desideriis, neque in malo obsistamus. Sin aliter, ne habitum præsumamus in malo obstinatum, quin immo firmemus in lege Dei nostras voluntates, eamque perpetuo meditemur, ut similes efficiamur arbori semper virenti: sic porro noti Deo erimus, ejusque bonitatis participes.

II. *In ps. V*, 7. Ἄνδρα αἱμάτων καὶ δόλιον βδελύσσεται Κύριος. *Vat.* 626 2.

II. *Virum sanguinum et dolosum abominatur Dominus.*

Τὸν μέντοι φονικὸν ὁ προφήτης ἄνδρα αἱμάτων καλεῖ, ὡς τέλειον ἐν κακίᾳ· τὸ γὰρ τέλειον τῇ ἀνδρὸς τετίμηκε προσηγορίᾳ.

Virum videlicet *sanguinum* propheta vocat homicidam, ut qui absolute in nequitia est. Quod perfectum enim est, viri vocabulo insignivit.

III. Ἀμήχανον τὰ μεγάλα πρὸ τῶν μικρῶν παιδευθῆναι.

III. Ineptum est magna prius edoceri quam minora.

IV. Μακάριος ὁ τὸν βίον ὑψηλὸν ἔχων, ταπεινὸν δὲ τὸ φρόνημα.

IV. Beatus, qui vitam habet sublimem, humilem vero mentem.

V. Τὸ εἰδέναι τινὰ ὅτι ἀγνοεῖ, σοφίας ἐστὶν, ὡς καὶ τὸ εἰδέναι ὅτι ἠδίκησε, δικαιοσύνης.

V. Nosse aliquem, ignarum se esse, a sapientia est, veluti a justitia nosse se peccavisse.

VI. Ψυχὴ ἅπαξ ἁμαρτίας ἀπωσαμένη, καὶ ἀναλγήτως διατεθεῖσα, πολλὴν παρέχει τῷ νοσήματι τὴν προσθήκην.

VI. Anima, quæ semel peccata a se amovit, animo tamen remisso vivit, morbo adjicit plurimum incrementum.

VII. Οἱ αἰδεσθέντες ἰατροὺς, σηπεδόνας πεποιήκασιν, πολλοὶ δὲ πολλάκις τεθνήκασι.

VII. Medicos qui erubescunt, nutriunt saniem, et multi multoties interierunt.

VIII. Πεισάτω σε πρὸς ἐργασίαν πένθους κἂν αὐτὸ ἔνδυμα· πάντες γὰρ οἱ νεκροὺς θρηνοῦντες, μέλανα περιβάλλονται.

VIII. Te moveat ad pœnitentiæ actus vel ipsum vestimentum; quicumque enim mortuos lugent, nigris circumteguntur.

IX. Ὁ τῷ τῶν πορνικῶν πάθει δουλεύων, ὥσπερ θυσίαν τινὰ, παρέχει τῷ Σατανᾷ τὴν

IX. Qui fornicatorum libidini mancipatur, veluti quoddam sacrificium, Satanæ semen

ταύτης καλῶν. Nec plura ibi, quæ quum nostris gemina sint, satis est, ut non alius, sed Clemens ipse agnoscatur, eamdem sententiam ita retractans, ut nostra elegantiora et pleniora censeantur. — 1) καὶ δ. τ. ἐμμελ. quatuor verba primum omissa in marg. cod. eadem manu restituuntur.

2) Cf. *Strom.* IV, cap. 28, p. 223 Pott. Migu. 1325 B: ...συνευχόμενοι παραπέμπουσι, τὸν ἄνδρα σὺν καὶ τῷ ἔργῳ μακαρίσαντες· καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται τοῦ ζωτικοῦ ξύλου, τοῦ κατὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων τεθραμμένου. Καρποφόροις δὲ ὁ δίκαιος ἀπεικάζεται δένδροις, οὐ μόνον τοῖς κατὰ τὴν τῶν μεταρσίων θυσίαν κτλ. Obscurus locus est, sed insignis, ob vicina Clementis Romani fragmenta multa, quibus Alexandrinus auctoritatem jam confert et celebritatem.

II. Ex cod. Palat. f. 31 a tergo, in Catena super psalmos.

III. Ex Barber. I, 6 f. 92.

IV. Ex Barber. V, 11 f. 105.

V. Ex Barber. I, 6 f. 117; I, 158 f. 135, ubi tamen Didymo γνώμη ascribitur.

VI. Ex Barber. I, 6 f. 119.

VII, VIII, IX. Ex Barber. V, 18 f. 14.

ἑαυτοῦ σποράν, καὶ ἕως οὗ μετανοήσῃ ἀξίως, ἀκοινώνητος ἔσται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

X. Ὅσον δοκεῖ μᾶλλον εἶναι (καλὸν γὰρ ἀεὶ) τῶν κρειττόνων ἢ τῶν χειρόνων ἀκολουθεῖν διὰ βελτιώσεως ἐλπίδα.

XI. Πᾶσι δὲ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διαμαχητέον ἡμῖν πρὸς τὸν ὕπνον, ὡς εἰς ἐγρηγόρησιν ἀποτεμνομένοις.

XII. Μηδαμῶς τὴν φύσιν αἰτιώμεθα· πάντα γὰρ βίον ἡδὺν ἢ ἀηδῆ ἡ συνήθεια ποιεῖ.

XIII. Οὐδὲν οὕτως τῷ Θεῷ φίλον, ὡς μετὰ τῶν ἐσχάτων ἑαυτὸν ἀριθμῆσαι.

suum offert: ac nisi digne eum pœniteat, abstinere se jubebitur a corpore et sanguine magni illius Dei ac Salvatoris nostri Jesu Christi.

X. Quantum præstare videtur (et hoc semper bonum est) meliora sequi quam deteriora in spem optima capessendi.

XI. At omnibus, ut verbo dicam, cum somno decertandum nobis est, ac si ad evigilandum sepositi et addicti simus.

XII. Ne naturam in causam trahamus unquam: omnem enim vitam suavem aut insuavem consuetudo facit.

XIII. Nihil tam Deo carum quam semet inter ultimos annumerare.

X-XIII. Ex Barber. v, 11 f. 97; I, 6 f. 119. Plura suppetebant, sed magis dubia.

ORIGENES.

In Octateuchum.

Condiderat Origenes, teste Hieronymo, in octo priores Bibliorum libros, centum et quadraginta volumina sive tomorum, sive sermonum, sive scholiorum. Sat multa quidem, sed latine tantum supersunt in undecim supra centum homiliis, quas Rufinus eleganter, utinam fidelius, bonis tamen avibus (parcat Hieronymus) nobis transtulit. Sex alias tenuit Cassiodorus, suisque Vivariensibus legendas commendavit [1]), quæ nullibi comparent, nisi frustula forte excipias, in quodam latino florilegio sparsa, quæ obiter olim colligere nitebar.

Græce autem (et dolendum) exstant multo pauciora. Præter unicam illam concionem ὑπὲρ τῆς ἐγγαστριμύθου, quam integram detexit Allatius in codicibus Vaticanis [2]), cætera omnia fragmenta plus minus mutila et jejuna sunt. Majora retinuit vetus Philocalia, pia et diligenti manu flores colligentibus Basilio Magno et Gregorio Nazianzeno. Leviuscula plerumque Maurini, haud sine fastidio, receperunt ex schedis Combefisii, qui Romanas in primis Catenas excussit. Alia sane non temnenda addiderunt curatores Bibliothecæ Gallandianæ, post obitum eruditi

[1]) *De Institut. Div. litt.* cap. I. — [2]) Vat. 1073, codex fortasse unicus.

viri, qui diligentiori trutina expendisset jam edita, nec tribuisset Origeni quæ potiori jure sunt Cyrilli, Theodoreti, Procopii, aliorum. Curas sane Gallandii minuerit, auxerit vero Maurinorum supellectilem Nicephorus ille monachus, qui anno 1772 ex Dacia intulit Catenam Lipsiensem, si hos antevertisset, illum vero non latuisset omnino. Sublestæ tamen fidei videtur Valachus monachus, qui non raro ex editis potius libris quam ex suis codicibus merces suas nobis invexit [1]). Origeniana in primis levi sustulisset brachio, nisi ad calcem prolixæ Catenæ Maurinos denique revocavisset. Multa hujus furfuris grana codices nostri ignorant, dum omnia ferme Maurinorum scholiola mirum in modum apud nos confirmantur. Quæ tamen cave ne habeas in justum experimentum summi magistri; vix enim cineres sunt immensi corporis, ac sæpius, fortasse ob invidiam nominis, reliquiæ latent, uti ἀδήλου vel ἀνεπιγράφου. Etiam nos pudet pulveri hactenus superstiti, non nisi in sequentibus pulvisculum addere tenuem, exiguum, volatilem.

Catenæ Vaticanæ nobis sunt:

A. Vatic. 1520, in Heptateuchum, cæteris amplior, nec tamen nisi recens et inaccuratum apographon cujusdam codicis Colbertini.

B. Vatic. 1657, sæc. XII, membraneus, olim Cryptæferratæ. Mutilus ab initio et in fine, scholiisque intricatis post Exodum fere destitutus.

C. Palat. 203, sæc XII, membrana optimæ notæ, sed non ultra Numeros progreditur.

D. Vatic. 746, sæc. XII, membraneus, in grandiori forma bipartitus, haud temnendis iconibus per totum illustratus usque ad Ruth libellum.

E. Vatic. 747, sæc. XII, membran. præcedenti, non quidem subtili charactere, sed forma et picturæ methodo, adeo similis, ut in eadem officina exornatus uterque videatur.

F. Vatic. 748, sæc. XIII, bombycinus, cui multa hiant, desunt sæpe interpretum nomina, et ubi adsunt, colore nullo distincta, haud sine fastidio ex contextu extricantur.

G. Vatic. 1684, sæc. XV, chartac. imperfectus, mutilus in nominibus interpretum, ultra Genesim non excurrit.

H. Vatic. 2131, ab Exodo ad Numeros, apographum recens, correctionibus auctum et varietatibus, olim Matthæi Giberti episc. Veron.

I. Regin. 7, chart. sæc. XV, ex optimo et opulento archetypo, sed clauditur in Gen. cap. III [2]).

I. *Ad Genesim,* Maurinis adde ex codd. nostris sequentia, in Catenam Lipsiensem recepta:

Cap. IV, 15: Οὐ διεῖλεν... Cat. t. I, col. 113, Vat. A p. 55, C f. 65, D f. 45, F f. 19.

Cap. VII, 16: Ὅρα πῶς... θεωτέρας... in Cat. 147 ἀδήλου, et Vat. B f. 25, sed Origenis in Vat. A p. 67, C f. 68, F f. 53, Galland. *Patrol.* XVII, col. 13.

Cap. XVI, 11: Χρὴ εἰδέναι... Cat. 218 iterum ἀδήλου, Origenis vero in Vat. A p. 37, F f. 70.

Cap. XXXI, 46: Σημειωτέον... Cat. 388, in Cf. 129 ἀδήλου.

Cap. XXXVII, 8: Σαφῶς... Cat. 427, Galland. col. 15, Vat. A p. 171, B f. 58, C f. 140, F f. 118.

Cap. XLVI, 33: Βδέλυγμα... Cat. 492, Galland. col. 15, Vat. C f. 155, E f. 65, F f. 134. Ignoti in Vat. A p. 191.

II. *In Exodum,* cap. XIV, 7: Τοὺς πρὸς τρεῖς... Cat. 705, Vat. A p. 289, C f. 220, E f. 88.

Cap. XVI, 31: Ἐγὼ δε... Cat. 740, Vat. A p. 308, E f. 93.

Cap. XXIX, 38: Ποία δὲ... Cat. 894, 895, Vat, E f. 102. Quæ exstant in Cat. 578, 582, 607. 609, 669, 670, 674, 676, 678, 806, ea Vat. cum BB ignorant, nisi quod Nazianzeno restituant B, C quæ habet Cat. 669 et 670; ejusdem videntur cætera a col. 674 ad 679.

III. *In Leviticum*, cap. V. 6: Ζητῶ... Cat. 983, Vat. F f. 268.

Cap. XXIII, 15: Πᾶσα... Cat. 1128, Vat. A p. 461, F f. 302, Galland. 20.

Nec nostri codd. neque BB habent scholia Cat. 1096, 1147. In hoc ultimo loco scholium additur Καὶ οὐδέποτε, ut apud BB, sed recte Cyrilli dicitur, cujus cf. t. I, p. I, p. 361.

1) Neque etiam tuto dedit sacra verba ad fidem codicum suorum, quum supina indiligentia satis habuerit chartas suas onerare integra editione Franeckerana Calvinistarum. — 2) Omisimus Ottobon. 141, de quo alibi.

IV. *In Numeros*, cap. XXII, 22: Ἐνανθρωπήσας... Cat. 1324, Vat. A p. 530, F f. 355.

Cap. XXIV, 2: Ἡ θεία γραφή... Cat. 1339, Vat. A p. 534, F f. 537.

Non habent nostri codd. quæ addit Cat. 1234, 1257, 1330, 1349, 1352.

V. *In Deuteronomium*, Cap. IV, 12: Ἐνταῦθα... Cat. 1439, Vat. A p. 566, Gall. 25.

Cap. VIII, 7: Ἡμῖν... Cat. 1462: Vat. A p. 577, F f. 151.

Cap. XII, 32: Οἱ ἄνθρωποι... Οἱ οὖν... Cat. 1488, Vat. A p. 582, F f. 193.

Cap. XIII, 4: Τὸ ἱέναι... Cat. 1490, Vat. A p. 582.

Cap. XIV, 9: Τῶν πτηνῶν... Cat. 1495, Vat. A p. 584, B. f. 194, Galland. 25 multo auctius.

Cap. XVI, 18: Ὥστε... Cat. 1506, Vat. A p. 590.

Cap. XIX, 15: Πλησίον... Cat. 1528, Vat. A p. 590.

Cap. XXI, 18: Οὐχ ἁπλῶς... Cat. 1542, Vat. A p. 603, F f. 200.

Cap. XXII, 23: Τὴν ἤδη... Cat. 1554, 1556, Vat. A p. 609, F f. 201 [1]).

Cap. XXIII, 6: Ἐπειδή... Cat. 1559, Vat. A p. 611.

Cap. XXIV, 6: Ὅτι μονόλιθον... Cat. 1569, Vat. A p. 614.

Cap. XXVII, 5: Ζητητέον... Cat. 1584, Vat. A p. 618. — v. 13: Παρατηρητέον... Cat. 1587, Vat. A p. 620, F f. 208.

Cap. XXXIII, 1: Αἱ γάρ... Cat. 1651, Vat. A p. 640, F f. 213. — v. 2: Σὺν μυριάσι... Cat. 1653, Vat. A p. 640.

In Vaticanis et BB desiderantur quæ habet Cat. 1440, 1441, 1443, 1450, 1468, 1493, 1510, 1635. Quæ vero BB Origeni ascribunt p. 392, eadem quatuor scholia Catena dedit Victori Antiocheno, semel consentiente Vat. A p. 642. Vix autem dubium, quin Severo sint restituenda, tum ea quæ Catena 1508 Origeni tribuit in XIX, 20: Τίς γὰρ τὸ δίκαιον... inscripta εἰς τοὺς θρόνους in Vat. A p. 590, B f. 196, minus bene εἰς θρήνους in E f. 401 (conciones enim habuit Severus, ut videtur, ad episcopos in thronum recens evectos), tum alia quæ Gallandius edidit p. 28 ex epistola τοῦ αὐτοῦ πρὸς Φώτιον καὶ Ἀνδρέαν, inc. Τουτέστι μετὰ τὸ γινώσκειν..., uti jam præmonuit Montefalconius in *Bibl. Coislin.* p. 41, 44, confirmante Vat. A p. 590 cum Coislin. 8. Dubio procul hæc epistola Severi est, minime vero Origenis. — Cyrillo præterea vindicat Cat. 1530, 1531, 1532, 1572, et Procopio 1590, quæcumque Gallandius Origeni dedit p. 28-36 in XIX, 21, XX, 5, 8, 10, 13, XXIII, 14, XXVII, 26.

VI. *In Josue*, præter tria scholia cap. I, 3; II, 1; XIV, 10, Maurini et Catena a bivio usque in finem divagantur. Nectitur autem Catena cum Vaticanis in sequentibus:

Cap. I, 2: Φυλάσσουσι... Cat t. II, col. 3, Vat. F f. 215.

Cap. II, 15 Οὐχ ὅτι... Cat. 16, Vat. F f. 217. In eod. cap. V, 1, 6 et 15, sex alia scholia Cat. p. 9-16 in Vat. A ignoti interpretis sunt.

Cap. IV, 13: Σημειωτέον... Cat. 24, Vat. A p. 657, F f. 219.

Cap. V. 2: Ζητητέον... Cat. 28, Vat A p. 658, F f. 219. — v. 14: Μέμνησθαι... Cat. 33, Vat. A p. 660, F f. 220.

Cap. VI, 7: Αὗται... Cat. 37, Vat. A p. 661, F f. 220. — v. 16: Τὴν μέντοι... Cat. 38, Vat. A ib. — v. 26: Ἐκ τούτου... Cat. 41, Vat. A p. 662, D f. 221.

Cætera Cat. 19, 20, 49, 51, 60, quorum nonnulla Gallandius recoxit ut inedita p. 35, 36, aut ignorantur, aut ignoti auctoris sunt in nostris codicibus. Ex paucis autem quæ Gallandium posthumum auxerunt, deme scholium in VI, 15, 16: Διὰ τί... quod eo ipso initio Theodoretum ad dominum clamat.

VII. *In Judices.* Ex novem Catenæ scholiis Origenianis, tria exstant apud Maurinos, duo tantum apud Gallandium, sequentia vero in Vaticanis:

Cap. XIII, 25: Εἰ πνεῦμα iterum... Cat. 210, Vat. F f. 248.

Cap. XV, 19: Ἀντὶ... Cat. 222, Vat. F f. 250.

Cap. XVI, 17: Δι' ὅλης... Cat. 226, Vat. D f. 247.

Cap. XX, 21: Τίνος... Cat. 247, Vat. A p. 682, Galland. p. 37 auctius.

VIII. *In Reges.* Octateuchi terminum attigimus, quamvis deficiant codices Vaticani superiores, sed huc ducti ex diverticulo in Catenas psalterii, quæ ad calcem reponunt Cantica biblica, referenda ad Exodum, Deuteronomium et Reges.

1) Locus insignis ob nomen perspicuum τῆς Θεοτόκου, ut contra Ruæum notavit Gallandius, et ante eum Nicephorus monachus, Cat. 1552, n. 3: Σημείωσον τὸ Θεοτόκου, καὶ παρ' Ὠριγένει κείμενον, εἴ γε δὴ ἀναμφιλέκτως τοῦ Ὠριγένους ἐστὶ τὸ ὑπόμνημα· οὕτω δὴ ἐπιγράφουσιν ἑκάτερος τῶν ἡμετέρων κωδ. ἔτι δὲ καὶ ὁ β τόμ. τῆς τοῦ Ῥου. ἐκδόσεως. cf. BB. II p. 391.

Sed mirum est tam jejunos hic esse Maurinos quam copiosum Gallandium, etsi fere is nulla retineat ex his quæ attulit Catena Lipsiensis, longe opulenta, videlicet scholia novem in librum primum, octo in secundum, decem in tertium, sex in quartum. Inter Gallandiana scholia, numero XXV, unum est Procopii et auctius in Cat. 454, quatuor saltem Theodoreti ibid. 746, 750, 751. Cæterum ab hisce Catenis, quas dicunt, non discedam, quin fusius memorem Procopium, a quo omnia derivantur, ut qui duplicem compegerit hujusmodi syllogen, unam majorem, in qua testatur se αὐτολεξεὶ recitavisse loca veterum interpretum. Quæ deest in Vaticanis codd. nec integra alibi reperitur, ac inedita maneret, nisi magna ex parte migravisset ex codice Augustano in Catenam Lipsiensem. Minor altera est Procopii in Genesim commentatio, ubi tacitis interpretum nominibus, proprio marte idem disputat. Ex tribus codd. recentibus, æque mutilis, neque ultra Cap. XVIII Geneseos excurrentibus, eam Maius edidit in Classicis auctorib. t. VI, p. 1-347, græce tantum; græce autem et latine, interprete Claudio Clausero (al. Cl. Thrasibulo) prodiit in *Patrol. gr.* t. LXXXVII, p. I, p. 20 cum multis auctariis et notis minime temnendis. De latine editis conf. Fabric. *Bibl. gr.* t. VIII, 545, aliosve bibliographos.

I.

In Genesim.

Cap. I, 26. Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν.

Προδιαληπτέον πρότερον ποῦ συνίσταται τὸ κατ' εἰκόνα, ἐν σώματι ἢ ἐν ψυχῇ. Ἴδωμεν δὲ πρότερον οἷς χρῶνται οἱ τὸ πρῶτον λέγοντες· ὧν ἐστι καὶ Μελίτων, συγγράμματα καταλελοιπὼς περὶ τοῦ ἐνσώματον εἶναι τὸν Θεόν· Μέλη γὰρ Θεοῦ ὀνομαζόμενα εὑρίσκοντες, ὀφθαλμοὺς Θεοῦ ἐπιβλέποντας τὴν οἰκουμένην, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἶναι εἰς δέησιν δικαίων ἐπινενευκότα, καί· Ὠσφράνθη Κύριος ὀσμὴν εὐωδίας, καί· Τὸ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα, καὶ βραχίονα Θεοῦ, καὶ χεῖρας, καὶ πόδας, καὶ δακτύλους, ἀντικρὺς φάσκουσι ταῦτα οὐχ ἕτερόν τι διδάσκειν ἢ τὴν μορφὴν τοῦ Θεοῦ. Πῶς δέ, φασί, καὶ ὤφθη ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Μωσῇ, καὶ τοῖς ἁγίοις μὴ μεμορφωμένος; μεμορφωμένος δέ, κατὰ ποῖον χαρακτῆρα ἢ τὸν ἀνθρώπινον; καὶ συνάγουσι μύρια ῥητὰ μέλη ὀνομάζοντα Θεοῦ. Πρὸς οὓς ἀγωνιστέον, πρῶτον ἀπὸ τῆς λέξεως...

Cap. I, 26. *Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem.*

Prius discutiendum est ubi consistat illud: ad imaginem, in corpore ne an in anima. Et in primis videamus, quibus utantur qui prius asserunt: e quorum numero est Melito, qui scripta reliquit, quibus asserit Deum corporeum esse. Membra enim Dei appellari cum reperiunt, oculos Dei respicientes terram, et aures ejus intentas ad preces justorum, et: « Olfecit Dominus odorem suavitatis, » et: « Os Domini locutum est ista, » et brachium Dei, et manus, et pedes, et digitos, statim inferunt hoc nihil aliud docere, quam formam Dei. Quomodo vero, aiunt, visus est Deus Abraham, Mosi et sanctis, formam non habens? Quod si formam habens, qualem formam, si non humanam? Et coacervant mille loca quibus membra Dei appellantur. Adversus quos certandum est, primum ex ipsa dictione Scripturæ etc.

I. Cap. I, 26. Ex Vat. A p. 18, B f. 6, C f. 40, F f. 19, tum etiam D f. 28, ubi locus multo fusior, ut apud BB p. 25, Cat. Lips. 49. Ignoscar, si pauca ex editis huc reduxerim, ratus haud ineptum esse, concordiam codicum Vaticanorum notare in gravissimo argumento de S. Melitonis *Clari* et doctrina, quæ petulanter insectatur Origenes, ut jam diximus, et disertius ad calcem hujus tomi persequemur. Cujus disputationis hic locus classicum fere est prooemium et fundamentum. — ὤφθη ὁ Κύριος B. — τῷ om. edd. ante Μωσῇ. — συνάγωσι B. — Gen. VIII, 21; Is. I, 20.

Cap. XV, 16. Οὔπω γὰρ ἀναπεπλήρωνται αἱ ἁμαρτίαι τῶν Ἀμοῤῥαίων ἕως τοῦ νῦν.

Τοῦτο θειότερον μέτρον ἐστι μετροῦν, ἕως ὅτε ἄξιοι γένωνται θανάτου οἱ οἰκοῦντες τὴν Παλαιστήνην, τὴν τοῦ Θεοῦ μακροθυμίαν νικήσαντες.

Cap. XXVII, 28. Καὶ εἶπεν· Ἰδοὺ ὀσμὴ τοῦ υἱοῦ μου, ὡς ὀσμὴ ἀγροῦ πλήρους, ὃν εὐλόγησε Κύριος.

Σαφῶς οὐκ αἰσθητὴ ἦν ἡ ὀσμὴ, ἀλλ' ὁποίαν ὁ Παῦλός [φησιν]· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμέν. Ἐγὼ γὰρ οἶμαι καὶ ἑκάστην ἀρετὴν ἰδίαν ἔχειν εὐωδίαν, ἥτις ἐστὶ συμπληρωτικὴ τῶν ἀρετῶν.

Cap. XLIV, 1, 2. Καὶ ἐνετείλατο Ἰωσὴφ τῷ ἐπὶ τῆς οἰκίας αὐτοῦ, λέγων· Πλήσατε τοὺς μαρσίππους τῶν ἀνθρώπων βρωμάτων, ὅσα ἐὰν δυνηθῶσιν ἆραι, καὶ ἐμβάλλετε ἑκάστου τὸ ἀργύριον ἐπὶ τοῦ στόματος τοῦ μαρσίππου. — Καὶ τὸ κόνδυ μου τὸ ἀργυροῦν ἐμβάλλετε εἰς τὸν μάρσιππον τοῦ νεωτέρου, καὶ τὴν τιμὴν τοῦ σίτου αὐτοῦ.

Διὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ, ἢ ὡς τύπος τοῦ ἀποστόλου Παύλου· καὶ Ἰησοῦς δὲ, τῆς φυλῆς ὢν Ἐφραὶμ, διεμέρισεν ταῖς ἄλλαις φύλαις τὴν γῆν.

Cap. XV, 16. *Nondum enim adimpleta sunt peccata Amorrhaeorum usque nunc.*

Hæc maxime divina mensura est, usque dum incolentes Palæstinam morte digni sint, postquam superaverint ipsam Dei magnanimitatem.

Cap. XXVII, 28. *Et dixit: Ecce odor filii mei sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus.*

Aperte non erat sensu percipiendus odor, sed qualem ait Paulus: « Christi bonus odor sumus. » Ego enim opinor, etiam singulis virtutibus suam esse propriam fragrantiam, quæ quoddam est virtutum supplementum.

Cap. XLIV, 1, 2. *Praecepit autem Joseph dispensatori domus suae, dicens: Implete saccos hominum annonis, quantum possunt capere, et ponite pecuniam singulorum in summitate sacci. — Scyphum autem meum argenteum, ponite in ore sacci junioris, et pretium frumenti quod dedit.*

Id propter Jerusalem, vel in figura Pauli apostoli; et ipse Josue, qui erat de tribu Ephraim, cæteris tribubus terram dispertitus est.

Cap. xv, 16. Vat. B f. 69.
Cap. xxvii, 28. Vat. A p. 127, D f. 95, F f. 148. Brevius sane et elegantius, immo sincerius quam BB p. 40. Cf. Cat. col. 336. — II Cor. II, 45.
Cap. xliv. Vat. D f. 731, 754, f. 358. Huc usque deficit vetus cod. Bibl. Vat. ab initio mutilus.

II.

In Exodum.

Cap. XV, 3, 4. Κύριος ὄνομα αὐτῷ, ἅρματα Φαραὼ καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν· ἐπιλέκτους ἀναβάτας τριστάτας κατεπόθισαν ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ. *Vat.* 65, 3.

Ἦν τις ἀόρατος δύναμις στρατιᾶς οὐρανίου, ἡ διὰ τῶν περὶ θάλασσαν θαυμάτων,

Cap. XV, 3, 4. *Dominus nomen illi: currus Pharaonis et fortitudinem ejus projecit in mare — Electos equites tergeminos submerserunt in rubro mari.*

Quædam invisibilis virtus erat superni exercitus, quæ patuit in mare per prodigia, exter-

II. Cap. xv, 3, 4, 5, 6. Vat. 754 ibid. De hoc cod. infra in scholiis Origenis *super psalmos*. — Vat. uncial. κατεπόθισαν, quæ pars versus posterior alias, ut in Vulg. omittitur. — Hab. III, 8.

ἐνεργουσάντων Αἰγυπτίων τὸ ὄλεθρον περὶ ἧς φησιν ὁ προφήτης, ὅτι ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία.

v. 5. Πόντῳ ἐκάλυψεν αὐτούς.

Πόντος, βαθεῖα θαλάσση καὶ πάντοθεν τεταμένη.

v. 6. Ἡ δεξιά σου, Κύριε, δεδόξασται ἐν ἰσχύϊ, ἡ δεξιά σου χείρ, Κύριε, ἔθραυσεν ἐχθρούς.

Δεξιὰν καὶ χεῖρα ἰδίαν ὀνομάζει ὁ Θεὸς τὸν Υἱόν. Τὸ δὲ ἔθραυσεν, ἀντὶ τοῦ συνέκλασεν, καὶ κενοὺς συνέτριψεν.

v. 8. Καὶ διὰ πνεύματος τοῦ θυμοῦ σου διέστη τὸ ὕδωρ.

Καινὴ δὲ αὐτὴ θέα ἐγένετο· δύο γὰρ τείχη ἐπήγνυτο· ἓν μὲν ἐκ δεξιῶν, ἓν δὲ ἐξ εὐωνύμων· ὕδωρ πεπηγμένον ὕδατι, καὶ λόγῳ κρατούμενον, ὡς δύο διαθηκῶν τείχεσιν ὁμοιούμενον, τοὺς μὲν πίστει διερχομένους φυλάττον, ἐθέλοντας ὑπὸ νόμου καὶ εὐαγγελίου τηρουμένους· ἀπίστους [δὲ] ὁρμῇ τῶν ἐντολῶν, ὡς ῥοιζήματι ὑδάτων, κολάζον.

v. 12. Ἐξέτεινας τὴν δεξιάν σου, κατέπιεν αὐτοὺς γῆ. *Vat.* 66, 1.

Ὥσπερ ὑπὸ τοῦ πυρὸς τῆς δυνάμεως αὐτῶν ἐκλειπούσης, ἐλεπτύνθησαν.

v. 15. Τότε ἔσπευσαν ἡγεμόνες Ἐδὼμ καὶ ἄρχοντες Μωαβειτῶν.

Ἐδὼμ καὶ Σεὶρ ὁ Ἡσαῦ ὀνομάζεται, ὁ τοῦ Ἰακὼβ ὁμογάστριος ἀδελφὸς, ἐξ οὗ καὶ Ἰδουμαῖοι κατάγονται· Μωαβῖται δὲ ἀπὸ Μωὰβ, τοῦ υἱοῦ Λώτ. Τούτων οἱ ἡγεμόνες τὴν ὑπερασπίζουσαν τοῦ Ἰσραὴλ ἄμαχον χεῖρα μαθόντες, συνεσχέθησαν φόβῳ, καὶ τρόμῳ πολιορκηθέντες δεινῷ, καὶ κατατρύχοντες τὴν ψυχήν. Τὸ δὲ ἔσπευσαν, ἐθορυβήθησαν ἐκδεδόκασιν ἕτεροι. Περὶ δὲ τοὺς χρόνους ἀδιαφοροῦσα ἡ θεία γραφὴ, πῇ μὲν ἀπαγγέλλει ὡς ἤδη γεγενημένα τὰ πράγματα, τῇ προῤ-

minium invehentia Ægyptiorum, hac de re dicente propheta: « Ascendisti super equos tuos, et equitatio tua salvatio est. »

v. 5. *In ponto operuit eos.*

Pontus est profundum mare et undequaque extensum.

v. 6. *Dextera tua, Domine, magnificata est in fortitudine; dextera manus tua, Domine, percussit inimicos.*

Dexteram et manum propriam vocat Deus Filium. Illud autem *confodit* idem est quod conculcavit, et ad nihilum contrivit.

v. 8. *Et in spiritu furoris tui divisae sunt aquae.*

Novum hoc fuit spectaculum: duo enim muri compacti sunt, unus quidem a dextris, alter vero a sinistris; unda undæ adhæsit, et verbo contenta fuit, quasi similis parietibus duorum Testamentorum, quæ custodiunt eos cum fide interambulantes, ultro servatos sub Lege et sub Evangelio; infideles autem impetu præceptorum, tanquam vortice aquarum, castigans.

v. 12. *Extendisti manum tuam, devoravit eos terra.*

Ac si ignis vim eorum absumpisset, in fumum evanuerunt.

v. 15. *Tunc properaverunt duces Edom et principes Moab.*

Edom et Seir appellatur Esau, uterinus Jacobi frater, ex quo Idumæi descendunt. Moabitæ autem ex Moab filio Lot. Horum duces, probe quum novissent quam invicta manus super Israel extenderetur, correpti fuere timore, ac jam pavore sævo expugnati confossique in anima erant. Illud vero *properaverunt*, alii interpretes edidere *conturbati sunt*. Ad tempora quod spectat, indifferens est sacra Scriptura, aliquando enim renuntiat uti jam peracta negotia, quæ confidit fieri in serie tempo-

v. 5, 6. Vat. 754. Ad Melitonem redit Origenes, in solemni formula *Clav.* I, 10, p. 7.

v. 8. Ibid. f. 359. In fine cod. κολάζοντος.

v. 12. Ibid.

v. 15. Ibid. Aliquid simile, sed truncatum, sub nomine Nysseni, intruditur in Catenam Lipsiensem col. 721, id quod ab Gregorio tam longe distat quam Origeni ad amussim idem aptatur.

ῥήσει τῶν μελλόντων θαῤῥοῦσα, καὶ τὴν ἔκβασιν παντί τε καὶ πάντως ἀκολουθῆσαι πιστεύουσα· πῇ δὲ ὡς μήπω γεγενημένα, ἐσόμενα δὲ διηγεῖται.

v. 19. Ὅτι εἰσῆλθεν ἵππος Φαραὼ σὺν ἅρμασι καὶ ἀναβάταις εἰς θάλασσαν, καὶ ἐπήγαγεν Κύριος τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης.

Γέγραπται, ὅτι ᾧ μέτρῳ μετρεῖτε, μετρηθήσεται ὑμῖν. Οὐκοῦν ὥσπερ Φαραὼ προσέταξε πᾶν ἄρσεν τῶν Ἑβραίων εἰς τὸν ποταμὸν ῥίπτεσθαι, τὸν αὐτὸν τρόπον τὰς τιμωρίας ὑπέστη σὺν πάσῃ αὐτοῦ τῇ στρατιᾷ, ὑποβρύχιος τοῖς ὕδασι γενόμενος.

rum futurorum, creditque executioni mandari per totum et quocumque tempore; aliquando autem ea quæ nondum evenerunt, ut futura enarrat.

v. 19. *Ingressus est enim eques Pharao cum curribus et equitibus in mare, et reduxit super eos Dominus aquas maris.*

Scriptum est: « Qua mensura metiemini, remetietur vobis. » Sicut igitur Pharao præcepit omnem masculum Hebræorum in flumen projici, eodem modo pœnas sustinuit cum omni suo exercitu, præceps quoque sub undas immersus.

v. 19. Ibid. Matth. VII, 2. Exod. I, 22: Εἰς τὸν ποταμὸν ῥίψατε, ut supra v. 4, ἔῤῥιψεν.

III.

In Leviticum.

I. *Ex libro Origenis de Decalogo.* Mox enim dum hujusmodi tribulatio presserit, multitudo innumerabilis angelorum oculis divinis præsto erit.

II. *Ex libro de Ritibus.* Honor revera sanctis impendenda foret angelis, eo quod ministri et mediatores sunt salutis hominum universi.

III. Quanto magis quis viret corpore, tanto magis contritionis et pœnitentiæ tempore, afficiatur amaritudine et dolore.

IV. Sic ex cibo sanctæ Eucharistiæ, quem dum in mentis caligine premimus et sumimus, morbus generatur sempiternus.

V. Quidquid enim nunc pietatis erga (ergo?) defunctorum destinatur supplicium, hoc ipsum in centuplum revenit in futurum.

VI. Mulieres siquidem devotæ, eo quod defunctis transmittunt solatium spirituale, intus sumunt splendorem et radium.

III. Ne de Levitico silerem omnino, veterem huc adduxi sarcinulam, quam olim ego in germanico itinere, dum præpropera manu versarem pulvereos Equitum Teutonicorum codices, Vindobonæ jacentes, nunc forte amissos, in transcursu arripui. Vetera, ut *supplicium*, immo et græca gnarus vir facile olfaciet. Sed hæc et alia diligentius suo tempore ventilabuntur.

IV.

In Numeros.

Cap. XXII, 7. Καὶ ἐπορεύθη ἡ γερουσία Μωὰβ, καὶ ἡ γερουσία Μαδιὰμ, καὶ τὰ μαντεῖα ἐν ταῖς χερσὶν αὐτῶν. *Vat.* 170, 171.

Cap. XXII, 7. *Perrexeruntque seniores Moab et majores natu Madian, habentes divinationis pretium in manibus suis.*

IV. Cap. XXII, 7. Vat. 754, f. 369. Jam vidimus Balaami vaticinia apud veteres excussa, p. 207.

Ἡ ἐναντία δύναμις οὐδήποτε ποιεῖ ἔργον καλὸν, ἀλλὰ πάντα τὰ χείρω ἐνεργεῖ· καὶ ὅπερ ἐνεργήσει κακὸν, οὐ δύναται ἀποκαταστῆσαι εἰς τὸ βελτίον· οὐ γὰρ ἔχει τάξιν τοῦ κρείττονος. Τῇ δὲ κρείττους δυνάμει πάντα δυνατά· ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν ἀλγεῖν ποιεῖ, καὶ πάλιν ἀποκαθίστησιν· ἐνεργῆσαι δὲ κακὸν οὐκ ἔχει, οὐ γὰρ καθ' ἕξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατ' οὐσίαν ἀγαθόν.

Contraria potestas nullo pacto bonum opus operatur, sed pejora quæque efficit; et quod pravum faciet, nunquam restituet in melius. Non habet enim melioris ordinem. Sed melioris [Dei] per potentiam omnia fieri possunt. Deus enim noster dolere facit, atque rursus restituit. Malum autem facere, in eo vacat; haud enim actu tantum, sed et ipsum in substantia bonum Deus est.

v. 18. Ἐὰν δῷ μοι Βαλὰκ πλήρη τὸν οἶκον αὐτοῦ ἀργυρίου καὶ χρυσίου, οὐ δυνήσομαι παραβῆναι τὸ ῥῆμα Κυρίου τοῦ Θεοῦ, ποιῆσαι αὐτὸ μικρὸν ἢ μέγα ἐν τῇ διανοίᾳ μου.

v. 18. *Si dederit mihi Balac plenam domum suam argenti et auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, ut vel plus, vel minus in mente mea loquar.*

Ὅτι ὥσπερ μάνθανε, τὸν μισθὸν αὐτῶν ἔφερον προσαγαγεῖν αὐτῷ.

Sicut noverat, præmium suum attulerant ut mercedem illi offerrent.

Cap. XXIV, 8. Ὁ Θεὸς ὡδήγησεν αὐτὸν ἐξ Αἰγύπτου, ὡς δόξα μονοκέρατος αὐτῷ· Ἔδεται ἔθνη ἐκ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ.

Cap. XXIV, 8. *Deus eduxit illum de Ægypto, cujus fortitudo similis est monocerotis. Devorabunt gentes ex inimicis ejus.*

Δύο πρόσωπα σημαίνει ἐν τούτοις· εἰσὶ δὲ πιστῶν καὶ τῶν ἀπίστων ἐπὶ τοῦ Χριστοῦ.

Duas in hisce personas agit, quæ sunt fidelium et infidelium sub Christo.

Καὶ μετ' ὀλίγον· Ἐν τούτοις μὲν οὖν ἀνατέτραπται, καὶ ἡ τῶν ἐναντιωμένων τοῦ Ἰσραὴλ ἐγχείρησις καὶ ἡ τῆς μαγείας κακοτεχνία.

Et paulo post: Eodem igitur recidunt tum hostium in Israel infensorum conatus, tum magiæ ars pessima.

v. 18. Vat. 754.

Cap. xxiv, 8. Vat. 754.

V.

In Deuteronomium.

Cap. XXXII. 8. Ὅτε διεμέριζεν ὁ Ὕψιστος ἔθνη, ὡς διέσπειρεν υἱοὺς Ἀδὰμ, ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ. *Vat.* 234, 2.

Cap. XXXII, 8. *Quando dividebat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei.*

Τὴν ὑπερβολὴν τῆς τιμῆς τοῦ λαοῦ διὰ τούτων δηλοῖ· ὡς δὴ τῶν μὲν ἄλλων πάντων ἐθνῶν ἀγγέλους ἐπιστατοῦντας ἐχόντων, τοῦ δὲ λαοῦ ὑπ' αὐτοῦ Θεοῦ ἀρχομένου. Κατὰ μέντοι ἀλήθειαν καὶ τούτους ἄγγελος ὁ Μιχαήλ· χάριν μέντοι τιμῆς τοῦτο εἴρηται ἐνταῦθα.

Sublimitatem honoris plebis per hæc verba declarat; ac si videlicet, dum omnibus cæteris gentibus angeli præsides astant, populus ipsummet Deum principem haberet. Re quidem vera et his quoque præerat angelus Michael, sicut agnovimus apud Danielem. Interea honoris gratia id hoc loco dictum est.

v. 21. Αὐτοὶ παρεζήλωσάν με ἐπ' οὐ θεῷ,

v. 21. *Ipsi me provocaverunt in eo qui non*

V. Cap. xxxii, 8. Vat. 754.
v. 21, 22. Ibid. Uterque locus fusior recipitur ac sine ulla varietate in Cat. Lips. col. 1637, sed tacito Origenis nomine. Unde nos horum tantum brevia dare initia satis habuimus. In fine cf. Hebr. xii, 29.

παρώξυνάν με ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν· κἀγὼ παραζηλώσω αὐτοὺς ἐπ' οὐκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτούς. *Vat.* 235. 1.

Τουτέστιν, ὑμεῖς ἄλλοις θεοῖς ἐδουλεύσατε, προτιμῶντες ἐμοῦ τὰ εἴδωλα· κἀγὼ ὑμᾶς ἐν ἔθνεσι τιμωρήσομαι. Τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ κατὰ τὸν δεσπότην Χριστὸν προσήκει λαμβάνεσθαι, ὅτι ὁ πρότερον ἀσύνετος προτετίμηται λαὸς, ὥσπερ οὖν καὶ ὁ ἀπόστολος διδάσκει τοῦτο.

v. 22. Ὅτι πῦρ ἐκκέκαυται ἐκ τοῦ θυμοῦ μου, καυθήσεται ἕως ᾅδου κάτω.

Τὴν δικαίαν κατὰ τῶν ἁμαρτανόντων ἐμφαίνει κίνησιν, οὐ μέχρι παιδείας ὕστερον ὑπαγομένην, ἀλλ' ἕως τῶν τοῦ ᾅδου πυλῶν ἀπάγουσαν εἰς ἀπώλειαν· καθάπερ ἤδη προεῖπεν· Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον τοὺς ἀσεβεῖς.

Ibid. Καταφάγεται γῆν καὶ τὰ γεννήματα αὐτῆς· φλέξει θεμέλια ὀρέων.

Ἀλλὰ καὶ τροπικῶς λεγόμενον πῦρ ἅπαν τὸ γεῶδες γίνεται φρόνημα, καὶ κατεσθίει τοὺς προστετηκότας τῇ γῇ, καὶ τὰ γεννήματα δὲ τῆς γῆς, πορνείαν, μοσχείαν, εἰδωλολατρείαν, καὶ τὰ ἑξῆς.

erat deus, et irritaverunt in vanitatibus suis; et ego provocabo eos in eo qui non est populus, et in gente stulta irritabo illos.

Hoc est: Vos alienos deos coluistis, me idolis posthabentes, et ego vos in gentibus castigabo. Et hoc etiam æquum est assumere respectu ad populum secundum Christum dominum, quia populus prius insipiens antepositus est, quemadmodum quoque docet Apostolus.

v. 22. *Ignis succensus est in furore meo, et ardebit usque ad inferni inferiora.*

Justa se ira moveri adversus peccatores ostendit, quæ tamen usque ad ultimam pœnam non progreditur, sed usque ad portas inferni inducit internecionem, sicut prædixit: « Deus noster ignis est consumens impios... »

Ibid. *Devorabitque terram et germina ejus, montium fundamenta comburet.*

Sed et troporum instar, ignis dicitur terrena quæcumque cogitatio, et consumit omnes qui ex terra nati sunt, et germina terræ quæ sunt fornicatio, adulteria, idololatria, et cætera...

VI.

In Josue.

Cap. VIII, 2. Καὶ ποιήσεις τῇ Γαὶ, ὃν τρόπον ἐποίησας τὴν Ἱεριχώ. *Vat.* 246, 3.

Προνομήσεις σεαυτῷ, ἐπειδὴ οὐκ ἔδει, ὡς ἐν τῇ Ἱεριχῷ, τὰ πάντα ἀνατεθῆναι. — Ἀκυλᾶς· Σὺν τῷ Γέσῳ. Σύμμαχος· Σὺν τῇ ἀσπίδι.

Cap. VIII, 2. *Et facies in Hai eodem modo quam fecisti in Hiericho.*

Tibi met legem præstitues: quando quidem hic non oportebat, sicut in Jericho, omnia sint conservata. — Aquila habet: *In Geso*. Symmachus: *Cum clypeo.*

VI. Cap. VIII, 2. Vat. A p. 664. Silet Field de hac nota Hexapl. t. I, p. 353.

VII.

In Judices.

Cap. XIII, 25. Καὶ ἤρξατο Πνεῦμα Κυρίου συνεκπορεύεσθαι αὐτῷ ἐν παρεμβολῇ Δὰν, καὶ ἀνάμεσον Σαραὰ, καὶ ἀνάμεσον Ἐσθαόλ. *Vat.* 292, 2.

Εἰ Πνεῦμα Κυρίου ἦν τοῦ Σαμψὼν, πῶς ἀπὸ τῶν ἀλλοφύλων γυναῖκα ἔλαβε, τουτέστιν ἀπὸ τῶν Φυλιστιαίων; καὶ τοῦ νόμου ἀπαγορεύοντος, πῶς Πνεῦμα ἅγιον ἦν ἐπ' αὐτόν; Ταύτῃ δὲ τῇ ἀρχῇ παραβάσεως τοῦ Σαμψὼν, ἡ μετὰ τῆς ἀλλοφύλου συνοίκησις ἦν· ὁ γὰρ ἡδονῇ κρατούμενος καὶ ἐπιθύμιος δουλεύει τῇ σαρκὶ, τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια ἐξουθενεῖ, μὴ ἀκούων τὰ ὑπὸ τῶν γενεῶν, δηλαδὴ νομικὰ παραγγέλματα. Ἢ δηλονότι διὰ τὴν τοῦ λαοῦ σωτηρίαν ὁ ἀγαθὸς Θεὸς ἀνέχεται μικροῦ πῶς καὶ παραχαραττόντων· ἵνα ἐν ταῖς συμφοραῖς καὶ ἐν τοῖς μεγάλοις κινδύνοις ἡ αὐτοῦ βοήθεια πρὸς φόβον καὶ πόθον ἄγῃ τοὺς Ἰουδαίους.

Cap. XIII, 25. *Coepitque Spiritus Domini ambulare cum eo, in castris Dan, inter Saraa et inter Esthaol.*

Si Spiritus Domini erat cum Samsone, cur ex Allophylis mulierem recepit, nempe ex Philistæis? et Lege id prohibente, quomodo Spiritus sanctus erat super eum? At illud cum femina alienigena commercium fuit initium lapsus in Samsone. Qui enim tenetur voluptate et cupidus fit, carni inservit, Dei oracula vilipendit, jura paterna non auscultans, Legis nimirum mandata. Vel manifesto Deus bonus, propter salutem plebis, permittit ut paululum transgrediantur, unde in calamitatibus et magna inter discrimina, divinum auxilium Judæos ad timorem et amorem inducat.

VII. Cap. XIII, 25. Prima et ultima verba jam dedit eadem Catena t. II, col. 210.

VIII.

In Libros Regum.

Lib. I, cap. II, 1. Καὶ εἶπεν· Ἐστερεώθη ἡ καρδία μου ἐν Κυρίῳ. *Vat.* 310, 3.

Διδάσκει καὶ διὰ ταύτης τῆς ᾠδῆς τὸν προσερχόμενον τῷ Θεῷ εἰς αὐτὸν μόνον ἔχειν τὰς ἐλπίδας.

Cap. II, 1. *Et dixit: Confirmatum est cor meum in Domino.*

Docet etiam ex hoc cantico, eum qui accedit ad Deum, in ipsum solum spes suas ponere.

VIII. Vat. 754, f. 370.

ORIGENES

IN BEATI JOB LIBRUM.

Quas dicere solent Catenas, si quis solemniori captus fastidio, censuerit, nihil eas esse præter gravia et otiosa pondera, quæ pluteos bibliothecarum usurpant et onerant, nae ille bis se peccare noverit, statim ut unam aut alteram vel obiter versaverit. Primum enim, quo major moles erit, picturas mirabitur, haud semel insignes, singulis ferme foliis, tum a fronte, tum a tergo coruscantes, interdum lepida variegatas alacritate, quæ a marmoreo hoc rigore, quo nimium vapulat ars Byzantina, prorsus recedunt. Unde etiam mirari subit quomodo, dum textile illud opus, ingenti labore et eruditione compactum, cuique, sed maxime theologo commendatur, idem sit plebeium museum pueris, puellisque gratissimum, quale olim domi vocabantur *Biblia familiarum*. Haud sane temnenda erat Byzantina quæque domus aut Græca civitas, ubi grandia illa Patrum volumina doctis indoctisque manibus terebantur. Alterum autem primo quoque occursu emicabit: nemo duas ejusdem argumenti Catenas inter se contulerit, quin deprehendat, tantum esse inter utramque discrimen, ut non solum volumina a voluminibus differant, sed ne unum quidem folium, ad eadem sacra licet verba aptatum, simile unquam alteri inveniatur.

Quod mihi, ut quondam Angelo Maio [1]), in votis erat, aliquando in Vaticanas Catenas excurrere, et in vasto illo campo liberius exsultare, utinam hanc palmam alius, pace, otio et ingenio lætior, mihi prævertat! Pauca interim hic de Vaticanis in Job Catenis, quæ solum retinent Origenis commentarium, dicere aggredior. Ac primum, mira quantumvis varietate id genus libri invicem discrepent, plures nonnullam necessitudinem habent, ex qua duplex potissimum classis institui possit.

Una, quæ Nicetæ dicitur [2]), servatur in codicibus Anglicanis, et doctum, sed paulo jejuniorem habuit interpretem, Patricium Junium, Londini, in typographeo regio, a. 1636. Ex quo sua Maurini scholia fere omnia receperunt.

Sed altera est, tribus saltem sæculis antiquior et multo locupletior, quam ausim referre ad doctum diaconum Alexandrinum Olympiodorum, symbola fortasse conferente Polychronio. Exstat, ne alio recurram, in codicibus Venetis; et quum in eam fauste inciderit Gallandius, nova inde et permulta, uberrimaque excerpta plenis manibus hausit. Nec deest qualiscumque latinus interpres, Paulus Comitolus Perusinus, S. J. qui ex codice Antonii Carafæ, nunc Vaticano 1231, quum Lugduni primum typis opus commisisset, a. 1586, haud sine fœdis

1) *Bibl. N. PP.* t. I, p. 534. De Catenis in Job paucis disputat t. III præf. p. VIII, IX. — 2) De quo argumento Allatius adversus Comitolum prolixe disserit *Bibl. N. PP.* t. IV, p. II, p. 17-21. Nullus codex Vaticanus quem sciam, Nicetæ nomen aut scholia præ se fert, nisi quod recentissima scriptura titulum hunc bis invexit. Sed Catena Junii Anglicana Romanis accedit.

vulneribus confossum, adeo cohorruit, ut male tornatos typos incudi statim reddiderit, in altera editione, Veneta, a. 1587. Sed iterum tela resumpta adeo squallet, ut ignoretur penitus, ac merito negligatur. Liber rarissimus non videtur ad Maurinos pervenisse, quibus quædam dedisset subsidia [1]).

Hujusce classis, opinor, plerumque sunt Catenæ Vaticanæ, quarum pone syllabus texitur. Præ primis notatu dignæ sunt in Vat. 697, 749, 751, 1231, Pal. 230, ob vetustissimas picturas quæ totum theatrum sub oculis ponunt, ubi Idumæus athleta spectaculum Deo, Angelis et Dæmonibus factus est. Quarum iconum vetustiores, haud seriores ævo Iconomachorum, archaica ruditate et ingenuitate eminent, ut in Vat. 749, qui capitali suo charactere movet admirationem [2]). In tot codicibus adhuc multa et egregia Origenis superesse κειμήλια, nil mirum, quum omnes Catenæ, ut dixi, inter se discrepent, neque ulla ex tot Romanis referat ad amussim, sive Anglicanas, sive Venetas, sive Gallicanas, quæ editionibus maxime inservierunt. Adde quod innumera loca, nomen etsi Olympiodori præ se ferant, sæpe purum putum Origenem contineant, et alia non pauciora eumdem dissimulent sub ingrata epigraphe ἀδήλου vel ἀνεπιγράφου.

Quod superius dixi, p. 303, hos commentarios inter prima Origenis opera recenseri posse, confirmatur quidem ex nonnullis locis quæ sævientem aut recentem persecutionem, immo Episcopum Demetrium ac seniores Alexandrinos respiciunt; ita vero non intelligantur ac si nondum Origenes sua fuerit supellectile munitus, nec suis onustus Hexaplis, cæterisque subsidiis locupletissimis. Cæterum alio tempore videtur scholia profligavisse, alio expolivisse fusos commentarios; qui adeo admirationem excierunt, ut eos magnus Hilarius latinos fecerit, ut eosdem plenis amplexibus exceperint Dydimus, Eusebius, Polychronius, Olympiodorus; neque, id si dicere ausim, Gregorius Magnus Constantinopoli versatus penitus eosdem ignoraverit. Sed quæ Adamantini certa, at vix nota, laus summa est, hanc illi dedit os aureum Joannis, qui non solum in immortali Paraclesi περὶ τῶν ἀνδριάντων, et in præstantissima ad Matthæum Parænesi, tam Antiochenos quam Byzantinos Jobi exemplo erexit; sed, neque fallor, in amplo et splendido commentario totum drama sacrum proposuit, nec jam unus aut alter pannus purpureus exstat, sed resarcienda toga, Hexaplis intertexta, effulget adhuc aut latet in Catenarum laciniis; quas memini me jussisse saltem ex Juniana compagine in nuperrimam Patrum bibliothecam Parisiensem inserendas [3]). Sed hæc, et quot alia Patrum incrementa tardos nepotes exspectant, si sequentes codices sedula manu versaverint!

1. Vat. 338, XI sæc. membran. Scholia in marginibus subtiliter congeruntur, plura in prioribus foliis sunt sæc. XIV.

2. Vat. 346, XIV sæc. bombycin. inter plura, f. 79-121, Job cum scholiis brevibus anepigraphis, immo et cum notis et obelis Hexaplorum.

1) Quin græca Comitolo non desunt, marginibus allita passim, quorum plura ad Origenem pertinent, ut p. 307, 380, etc. Etiam illi duo Veneti codd. unus Pinelli, alter Trevisani memorantur, neque unus Vatic. videtur excussus; sed interpres laxior sæpe alucinatur. — 2) Specimen grandioris scripturæ dedit Maius in B. N. t. III, tab. 2, loco 1°, nec dubitavit codicem ad sæculum VIII referre. A peculiari excursu in priscam hanc syllogen biblicam, omnium quas novi antiquissimam, nequivi paulo infra abstinere me. — 3) *Patrol. gr.* t. LXIV, col. 505-656. Ex quibus haud pauca videntur Origenis, alia aliorum. Lapis Lydius ad aurum Chrysostomi secernendum diligenti et alteri Montefalconio erit fortasse in cod. Laurent. XIII, Plut. IX, de quo Bandinius in *Anecd. gr.* p. 182. Sed multum vereor ne hic tantum teneamus majoris commentarii breve et exsangue compendium, ex quo tamen utinam lux oriatur!

3. Vat. 697, XII sæc. membran. post plura, f. 135 usque in finem, Catena in Job variorum.

4. Vat. 745, XI sæc. membran. compendio pleraque refert, suppressis fere interpretum nominibus præter Olympiodorum; ab initio codex mutilus in eodem verbo incipit quam sequens, quamvis prior sit truncatus capite.

5. Vat. 749, facile VIII sæc. Splendidum exemplar bipartitum, unciali charactere. De quo fusius infra ad calcem.

6. Vat. 750, XI sæc. membran. cum Hexaplis in margine, manu vetere emendatus.

7. Vat. 751, XI sæc. membran. Picturæ partim erasæ, partim inceptæ haud inficeto calamo, ut colorem penicilli excipiant, rudimenta studiosis disciplinæ veterum pictorum commendanda præbent.

8. Vat. 1231, sæc. XII, membran. Antonii Carafæ stemmate præfixus, picturis ornatus, qui Comitolo inserviit; etiam aurea tinctura interpretum nomina insigniuntur.

9. Vat. 2227, sæc. XIII, chartac. Desinit in medio cap. XI.

10. Pal. 230, sæc. XI, membran. picturis olim illustratus, nunc vero fœde detritis. Nomina rursus auro et purpura insigniuntur.

11. Reg. II, 1, sæc. XIII, membran. grandioris formæ. Catenam post fol. 154 plura excipiunt.

12. Ottob. 9, XV sæc. chartac. qui integrum videtur apographum Vat. 1231, Ruggerio recentius plura annotante [1]).

13. Ottob. 24, sæc. XV, chartac. ex eod. codice Carafæ descriptus, ut videtur.

[1]) Solus Ruggerius duobus postremis codd. nomen Nicetæ præposuit. Cod. tamen 1231 Carafæ, et alii incipiunt eodem modo ac Juniana Catena Nicetæ, cujus interea nusquam vidi nomen inter interpretes, quod Junio non semel occurrebat. Cæterum ante Nicetam exstitisse aliquam Catenam, liquido constat ex vetustioribus ipso codicibus Vaticanis.

In beatum Job.

Κεφ. Α', β'. Καὶ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος ἀληθινὸς, ἄμεμπτος, δίκαιος, θεοσεβὴς, ἀπεχόμενος ἀπὸ παντὸς πονηροῦ πράγματος. *Vatic.* B, 769, 2.

Οἱ γὰρ φαῦλοι ἄνθρωποι ψευδεῖς, ὥσπερ οἱ ζωγραφούμενοι τὸν Θεόν. Τὸν Θεὸν φοβοῦ, τὰς ἐντολὰς φύλαττε, ὅτι τοῦτο πᾶς ἄνθρωπος. Ἄμεμπτος, ἐπειδὴ δίκαιος. Θεοσεβὴς,

Cap. I, 2. *Et erat ille homo verus, integerrimus, justus, pius, abstinens ab omni re mala.*

Etenim pravi homines sunt mendaces, ut illi qui arte Deum pictura referunt. « Deum time, et mandata ejus serva, quoniam hoc est omnis homo. » Sine vitio est, quia justus. Pius:

In Job. Duodecim sunt codices Romani ex quibus hæc scholia derivantur, sic porro significandi: Vatic. I=338, II=749, III=750, IV=1231, V=Pal. 230, VI=Reg. II, 1, VII=Vat. 745, VIII=697, IX=751, X=2227, XI=Ottob. 9, XII=Ottob. 24.

In Vat. I f. 2, II f. 3 et 238, VIII f. ult. legitur: Εἰσὶ δὲ ἐν τῇ δὲ τῇ βίβλῳ διάλογοι νβ'· ἐν περιοχαῖς λε' οὕτως· Ἐξηγητικοῦ μὲν Πνεύματος διάλογοι ς'· Κυρίου θ'· διαβόλου δ', ἀγγέλου δ', Ἰὼβ ιε', γυναικὸς α', Ἐλιφὰζ γ', βαλδὰδ γ', Σοφὰρ β', Ἐλιοὺς ε', ὁμοῦ νβ'. Videat lector an hæc Origenes, de more suo subtili et moroso, distinxerit.

Cap. I, 2. Vat. I f. 5, III f. 1. Eadem sub Origenis nomine legit Comitolus in cod. Veneto Pinelli, ac prima tantum verba fecit latina p. 51 in marg. Haud negandum in Vat. II f. 5, nomen apponi *Chrysostomi*, ac nonnulla scholii verba occurrere in prolixo Chrysostomi commentario apud Jun. p. 3. Sed sedulo hæc et similia hinc inde conferenti patebit, primum, facundam Chrysostomi concionem nostri esse scholii paraphrasin expeditam; deinde, in hoc brevi loco emicare genus dicendi Origeni solemne, pressum, concisum, neque deesse ejus tesseram de *gnosi* perpetuam. — Τὸν Θεὸν bis non legebat Comitolus, nec fortasse Chrysostomus, facili omissione, sed truncato sensu, ex quo omnes pictores fierent mendaces, dum sententia restituta etiam vetus scriptoris ævum signat.

βίος γὰρ καλὸς τὸν Θεὸν ἐπιγνῶναι ποιεῖ, καὶ ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις τοῦ βίου γίνεται φυλακή.

ιϛ', ιζ' Πῦρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ κατέκαυσε τὰ πρόβατα... Καὶ ἐκύκλωσαν τὰς καμήλους, καὶ ἠχμαλώτευσαν αὐτάς... *Vat.* 770, 2,

Τὰς μὲν καμήλους πεποίηκε γενέσθαι ὑπὸ τοὺς ἱππεῖς· τὰς ὀνάδας καὶ τοὺς βόας, τοὺς ἀροτριῶντας καὶ τὴν γῆν ἐργαζομένους, πεποίηκε γενέσθαι ὑπὸ τοὺς αἰχμαλωτίζοντας· τὰ πρόβατα δὲ ἐμίσησιν, διὰ τοῦτο πῦρ κατήγαγεν ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὰ πρόβατα...

Κεφ. Β', θ'. Χρόνου δὲ πολλοῦ προβεβηκότος, εἶπεν αὐτῷ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. *Vat.* 771, 2.

Ὅρα τὸ κακοῦργον, ὅτε πολὺς διῆλθε χρόνος, τότε ἐπιτίθεται· τότε γὰρ μάλιστα τὰ τῆς ἐλπίδος ἐλέγχεται, τότε μάλιστα τὰ τῆς δυνάμεως ἐξασθενεῖ. Διπλᾶ τε τῷ Ἰὼβ τὰ τῆς ἀσθενείας ἦν· αὐτός τε γὰρ ἀσθενέστερος γέγονε τῷ μήκει τοῦ χρόνου, καὶ ἡ ἐλπὶς μᾶλλον ἀπέγνωστο.

Κεφ. Ζ', α'. Πότερον οὐχὶ πειρατήριον ὁ βίος ἀνθρώπου ἐπὶ τῆς γῆς, ὥσπερ μισθίου αὐθημερινοῦ ἡ ζωὴ αὐτοῦ; *Vat.* 775, 2, 776, 1.

Δίκην μισθωτοῦ, ἅπαντες περὶ τὴν ἑαυτῶν πονοῦνται ζωήν· ἄλλως γὰρ γεωργὸς συλλέγει τροφήν, καὶ ἄλλως ὁ τὴν βάναυσον μετιὼν τέχνην, καὶ οἱ ἐν ἀξιώματι ἑτέρως.

vita enim proba Deum agnoscere facit, et Dei scientia vitæ est custodia.

Ibid. v. 16, 17. *Ignis cecidit de coelo et combussit oves... Et circumdederunt camelos, et captivarunt eos...*

Camelos quidem Diabolus fecit esse in potestate equitum; asinas et boves, qui aratro et agris inserviunt, addixit prædonibus. Oves autem odio sprevit; ideo ignem de cœlo immisit in oves... (*vide sqq. apud BB.* p. 500, *Galland.* p. 60).

Cap. II, 9. *Tempore autem multo procedente, dixit ei uxor ejus.*

Observa astutam vafritiem: cum multum temporis intercederet, tunc Job impetitur. Tunc enim maxime spei rationes refelluntur, tunc præcipue virium robur debilitatur. Duplex autem ipsi imbecillitas erat: temporis enim diuturnitate languidior factus est, ac spes potissimum evanuerat.

Cap. VII, 1. *Numquid non tentatio est vita hominis super terram? Et sicut quotidiani mercenarii vita ejus?*

More mercenarii, omnes circa ea quæ ad vitam pertinent, laborant: Aliter enim agricola victum sibi colligit, aliter qui rusticam et illiberalem exercet artem, et aliter etiam qui

v. 16, 17. Vat. I f. 10, II f. 17, III f. 14, V f. 7, VII f. 25, VIII f. 43, IX f. 17, X f. 19. Initium dedimus tantum; cætera habent BB post Junium, sed paulo integriora Gallandius, qui ex aliqua varietate totum sæpe locum redintegrat; id quod minus licet nobis ἀνάλεκτα promentibus. — Τὰς ὄνους καὶ τὰ ζεῦγα βοῶν edd. cum Vat. VII, X, XI. — Ἀροτριῶ frequens apud LXX et Alexandrinos, ut novum notatur apud Lobeck Phryn. 254; quam pericopen omiserant edd. — Vatic. uncialem B in versiculis sacris pergimus religiose sequi, nisi quod præter accentus et commata addita, etiam necessaria taciti, nec nisi raro, emendemus, ut αἰχμαλώτευσαν.

Cap. II, 9. Vat. I f. 15, II f. 26, III f. 24, IV f. 71, V f. 43, VII f. 42, VIII f. 150. Quæ Gallandius p. 60 mutila dedit, haud quidem memor integriora esse apud Jun. p. 85, sed falso *Olympiodori* nomine inscripta in Vat. V, *Chrysostomi* in Vat. VI, illa reliqua cedimus Gallandio, neque aliter porro acturi sumus. Ex hoc loco a Catenis fere omnibus Origenes exsulat usque ad cap. XIX. Quæ vero interposuit Gallandius, licet ampla satis, ne uno quidem scholio excepto, omnia legebantur apud Junium, neque immerito jure Olympiodoro et Chrysostomo ascripta. Pauca nos et nova manu parca subinde ex codd. nostris decerpsimus.

Cap. VII, 1. Vat. VIII f. 184. Eadem Polychronius fuse persequitur, *Jun.* p. 182, quia in hisce Origenes non agnoscatur. Vat. male προνοοῦνται. — Polychr. ἀξιώμασι, has varietates negligimus, quæ multo pauciores apud Origenem occurrent in Catenis, quam de cæteris serioribus. Priscos scriptores christianos Catenæ religiosius servarunt.

Ἔστι δὲ ὅλως οὐδείς, ὃς οὐ τῶν ἀναγκαίων φροντίζει.

Κεφ. Ι', η'. Αἱ χεῖρές σου ἔπλασάν με, καὶ ἐποίησάν με. *Vat.* 779, 1.

Πέπλασται μὲν τὸ σῶμα ἐξ ὑποκειμένου τῆς γῆς, ἤτοι τῆς γυναικός· πεποίηται δὲ ἡ ψυχή, μὴ προϋποκειμένου τινός, ὡς γὰρ ἀσώματος καὶ ἀμέριστος. Ἱκετεύω δὴ μνησθῆναι καὶ τοῦ τῆς φύσεως εὐτελοῦς καὶ ὀλιγοχρονίου.

Κεφ. ΙΒ', ε'. Εἰς χρόνον γὰρ τακτὸν ἡτοίμαστο πεσεῖν ὑπὸ ἄλλων. *Vat. corr.* ἄλλους *supra lin.* 780, 1.

Ἐνταῦθα οἱ τὴν εἱμαρμένην δοξάζοντες, φασὶν ὅτι ἰδοὺ ἡ γραφὴ λέγει ὅτι εἵμαρτο αὐτῷ παθεῖν. Ἀλλ' οὐ τοῦτο ἡ γραφὴ λέγει, μὴ γένοιτο! οὐ γὰρ ὑπὸ ἀνάγκην τὰ ἡμέτερα· ἀλλ' ὅτι πάντα ἐν μέτρῳ διοικεῖ τὰ καθ' ἡμᾶς ὁ Θεὸς τοῖς τῆς αὐτοῦ προνοίας λόγοις, οἶδε καὶ μέχρι πόσου συμφερόντως δεῖ πάσχειν ἡμᾶς, καὶ κατὰ μέτρον ἐπάγει τοὺς πειρασμούς. Τοῦτο δὲ εἶπεν ὁ Ἰώβ, ἵνα τὸ κρίμα τῷ Θεῷ παράσχῃ, μονονουχὶ λέγων· Μὴ γελάσθωσαν οἱ δίκαιοι πάσχοντες· ἐπὶ τοσοῦτον γὰρ πάσχουσιν, ἐφ' ὅσον ὁ Θεὸς βούλεται.

Κεφ. ΙΓ', α'. Ἰδοὺ ταῦτα ἑώρακέν μου ὁ ὀφθαλμός, καὶ ἀκήκοέν μου τὸ οὖς, καὶ οἶδα ὅσα καὶ ὑμεῖς ἐπίστασθε, καὶ οὐκ ἀσυνετώτερός εἰμι ὑμῶν. *Vat.* 780, 2.

Καὶ εἰ τῇ ἡλικίᾳ ἐλάττων ὑμῶν εἶναι δοκῶ, ἀλλὰ κατ' οὐδὲν εἰς σύνεσιν λείπομαι,

dignitate præstant: sed nemo hominum omnino est, qui de vitæ necessariis sollicitus non sit.

Cap. X, 8. *Manus tuae plasmaverunt me, et fecerunt me.*

Plasmatum quidem est corpus ex humi materia, id est ex muliere; anima vero facta est, quin ulla ejus res præexisteret, utpote corporis expers et divisionis. — Sane oro supplex, [ait Job], ut recorderis naturam exigui pretii et temporis.

Cap. XII, 5. *In tempus enim statutum paratus fuerat, ut caderet ab aliis.*

Hic dicunt illi qui de fato tenent opinionem: Ecce etiam Scriptura asserit, quod illi fato decretum est ut pateretur. Scriptura autem hoc non dicit, absit! Minime enim nostra sub necessitate sunt: sed quum Deus omnia quæ spectant ad nos, cum mensura gubernet ex providentiæ suæ rationibus, novit quo demum usque ad utilitatem nostram pati oporteat, et juxta hunc modum tentationes infert. Hoc vero Job dicit, ut judicium Deo committat, tantum non aiens: jam non derideantur justi mala patientes. Eo enim usque patiuntur, quantum Deo placet.

Cap. XIII, 1. *Ecce haec vidit oculus meus, et audivit auris mea, et novi quaecumque et vos scitis, et non sum minus intelligens quam vos.*

Et licet ætate minor vobis videar, prudentia nihilominus minime deficio, tum maxime

Cap. X, 8. Initium Didymo apud Junium tribuitur p. 229. Cætera nova sunt, nec totum omnino ab Origene abhorret, nec tamen falsæ præexistentium animarum opinioni suffragatur. cf. Vat. I f. 47, VI f. 64. III f. 97 assignat Olymp.

Cap. XII, 5. Rursus initium Olympiodorus apud Junium p. 250 potius incremento quam compendio mutavit, ultima vero suppressit. In Vat. VI f. 69 Origenis nomine; Olympiodori vero in Vat. I f. 52, IV f. 199 cum solita varietate; at sicut supra, sed sine nomine in Vat. III f. 109, V f. 114. Junius genuinam dedit Olympiodori glossam, p. 251, ex nostro Origene manifeste expilatam. Et hoc ad similia sexcenta regerendum.

Cap. XIII, 1. Vat. VIII f. 218. Certatim illud sibi vindicant Olympiodorus et Polychronius apud *Jun.* p. 259. Sed etiam dictio, uti καταδεέστερος, nostro vox assueta, Origenem sapit. Cf. cap. XX, 1. Singulare autem est Jobum hic de juventute cum amicis contendere, quem alibi Noster plusquam septuagenarium facit, cap. XLI, 16 infra. Sed cap. XV, 10, Eliphaz urget Jobi ipsum parentem esse juniorem senibus adhuc viventibus.

καὶ οὐχ ἥκιστα εἰς τὴν τῶν θείων εἴδησιν, καὶ οὐδὲν ὑμῶν εἰμι καταδεέστερος.

κη'. Ὁ παλαιοῦται ἴσα ἀσκῷ, ἢ ὥσπερ ἱμάτιον σητόβρωτον. *Vat.* 781, 2.

Οὐ κατὰ βούλησιν τὴν ἑαυτοῦ ταῦτα λέγει, ἀλλὰ πρὸς τὸ ὑποτιθέμενον, ὅτι πᾶς θλιβόμενος ἁμαρτὼν ταῦτα ὑφίσταται.

Κεφ. ΙΔ', α'. Ἢ ὥσπερ ἄνθος ἀνθῆσαν ἐξέπεσεν· ἀπέδρα δὲ ὥσπερ σκιά, καὶ οὐ μὴ στῇ. *Vat.* ibid.

Καὶ σκιᾶς δίκην, παρελθὼν τὸν βίον, οὐδὲ μνημόσυνόν τι τοῖς ζῶσιν ἀφίησιν. Τὴν τῶν ἀνθρώπων πρόνοιαν ἐνταῦθα σαφηνίζει· οὐχ ὡς εἰκαίως καὶ ἔτυχεν ἐν τῷ βίῳ παραμένοντα, ἀλλ' ἐκ ῥήσεως Θεοῦ, οὐχ ὑπερβαίνοντος τὸν παρ' αὐτοῦ τεταγμένον βίον. Ταῦτα δὲ οὐχ ὡς εἱμαρμένης κρατούσης λεκτέον, ἀλλ' ὡς τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ ὅροις καὶ μέτροις ἕκαστα διαταξαμένου.

Κεφ. ΙΕ', ζ', η'. Τί γάρ; μὴ πρῶτος ἀνθρώπων ἐγεννήθης; ἢ πρὸ θινῶν ἐπάγης; ἢ σύνταγμα Κυρίου ἀκήκοας; *Vat.* 782, 2.

Ἀντὶ τοῦ· μὴ πρὸ πάντων ἀνθρώπων ὑπέστης, καὶ ἄχρι τοῦ νῦν διατείνας τὸν βίον, πλειόνων πραγμάτων πεῖραν ἔσχηκας παρὰ τοὺς ὁμοφυεῖς. — Θεοδωτίων· Ἵνα ἐστὶν ὁ ὑψηλὸς τόπος καὶ δύσβατος, ἤτοι ψαμμώδης. — Ὁ Ἑβραῖος· Συνελήφθης. — Θῖνας ἐκεῖ λέγει τοὺς βουνούς, ἵνα εἴπῃ, μὴ τὰ πρὸ τῆς κτίσεως ἐπίστασαι.

Κεφ. ΙϚ', ιη', ιθ'. Γῆ, μὴ ἐπικαλύψῃς ἐφ' αἵματι τῆς σαρκός μου, μηδὲ εἴη τόπος τῇ κραυγῇ μου· καὶ νῦν ἰδοὺ ἐν οὐρανοῖς ὁ μάρτυς μου, ὁ δὲ συνίστωρ μου ἐν ὑψίστοις. *Vat.* 784, 2.

Ἀπορούμενος πρὸς τὴν γῆν διαλέγεται,

in rerum divinarum cognitione, nec vobis ulla in his ratione deterior sum.

Ibid. v. 28. *Qui inveterascit sicut uter, aut velut vestimentum quod a tinea comestum est.*

Non juxta suam ipsius opinionem hæc dicit, sed ob propositum argumentum, scilicet quemcumque afflictum hominem hæc propter peccatum sustinere.

Cap. XIV. 1. *Aut tanquam efflorescens flos decidit; aufugit autem velut umbra, et non stabit.*

Ac velut umbra transiens per vitam, nullum sui monimentum viventibus relinquit. Hic datam hominibus providentiam declarat, qui non temere et casu in vita consistunt, sed ex decreto Dei, qui vitam, qualem esse statuit, non prætergreditur. Hæc vero dicantur, non quasi fatum dominetur, sed quod divina voluntas in terminis et mensuris singula disponat.

Cap. XV, 7, 8. *Quid enim! Numquid primus homo natus es? Aut ante colles concretus es? aut constitutionem Domini audisti?*

Pro hoc sermone: minime omnes ante homines exstitisti, neque ita usque nunc produxisti vitam, plurium rerum quam tui generis similes, experientiam adeptus. — Theodotion: *Quia locus est excelsus et invius*, id est arenosus. — Hebræus habet: *Conceptus es.* — Θῖνας hic vocat colles, ac si dicat, nescire te ea quæ sunt ante creationem.

Cap. XVI, 18, 19. *Terra, ne operias super sanguinem carnis meae, nec sit locus clamori meo. Et ecce nunc in coelis est testis meus, et conscius meus in excelsis.*

Nesciens quo se vertat, terram alloquitur,

v. 28. Id. Vat. f. 224.

Cap. XIV, 1. Id. Vat. f. 225. Ultima Junius Dydimo ascribit, p. 273, ut rivulum qui fontem non obstruit. Id sæpe recolendum.

Cap. XV, 7, 8. Vat. VIII f. 234. Vereor, ne locus Theodotionis lubricus sit; nullam facem attulit Fieldius *Hexapl.* II, 28, ubi tantum *Hebraicus* memoratur.

Cap. XVI, 18, 19. Ex Vat. I f. 71, VI f. 83. Olympiodori paraphrasis est in Vat. III f. 147. Cf. Jun. 308, Comitol. 291. Variant. εἰς συμπάθειαν δὲ ἐγκαλούμενον Vat. I, III ...διὰ τῶν ἐπ' ἐμοὶ πειρ... φθάσοι ἐμῆς φωνῆς.

καὶ εἰς συμπάθειαν ἐκκαλούμενος λέγει ῥήματα, ἃ καὶ εὐκτικῶς εἴρηται. Λέγει δέ· Μὴ σιωπήσῃς, ὦ γῆ, τὰ κατ' ἐμὲ, μηδὲ συγκρύψῃς τὸ ἀδίκως ἐκχεόμενον αἷμα ἐκ τῆς σαρκός μου διὰ τῶν ἰχώρων· μηδὲ στῇ ἐν τόπῳ καὶ ἀποκρυβῇ, μηδὲ εἰς λήθην ἔλθῃ τὰ κατὰ τοὺς ἐμοὺς ὀδυρμούς· πολλοὶ δὲ, φησὶν, οἰκοδομήθωσαν διὰ τῶν ἐμῶν πειρασμῶν. Ἢ μὴ γῆ κρύψῃ μου τὸ αἷμα, ἀλλ' ἐκκαλέσηται τὸν Θεὸν εἰς ἐκδικίαν, αὐτοὺς τοῦ σώματος τοὺς ἰχῶρας ἔχουσα μάρτυρας. Καὶ ὁ ἀὴρ μὴ ἐπισχοίη μου τὴν κραυγὴν, ἀλλ' εἰς οὐρανοὺς φθάσοι τῆς φωνῆς ὁ τόνος, ἵνα ὁ Θεὸς τῶν γινομένων κακῶν ἔκδικος καταστὰς, καὶ τοὺς αἰτίους ἀμυνόμενος, οὕτω γοῦν ἅπασι δείξῃ τῶν ἐμοὶ βεβιωμένων τὸ ἄμεμπτον. Τὸ δέ· Ἰδοὺ ἐν οὐρανοῖς ὁ μάρτυς μου, καθαρωτάτης ἐστὶ συνειδήσεως.

Κεφ. ΙΘ', γ'. Γνῶτε μόνον ὅτι ὁ Κύριος ἐποίησε με οὕτως. *Vat.* 785, 2.

Εἰς φόβον αὐτοὺς καταφέρει, οἱονεὶ λέγων· Μὴ οὕτως ἐπεμβαίνετέ μοι κάμνοντι, μηδὲ ὑμεῖς τοῖς αὐτοῖς περιπέσητε, τὴν αὐτὴν ἔχοντες φύσιν.

δ', ε'. Ναὶ δὴ ἐπ' ἀληθείας ἐγὼ ἐπλανήθην· παρ' ἐμοὶ δὲ αὐλίζεται πλάνος, λαλῆσαι ῥήματα ἃ οὐκ ἔδει, τὰ δὲ ῥήματά μου πλανᾶται, καὶ οὐκ ἐπὶ καιροῦ. — Ἔα δὲ ὅτι ἐπ' ἐμοὶ μεγαλύνεσθε, ἐνάλλεσθε δέ μοι ὀνείδει. *Vat.* 786, 1.

Δεδόσθω, φησὶν, καθ' ὑπόθεσιν ὅτι πεπλάνημαι. Παρ' ἐμοὶ δὲ αὐλίζεται πλάνος· πλάνος ὁ διάβολός ἐστιν. Τίς ὑμῖν, φησὶν, ἐκ τούτου βλάβη, ποία δὲ ἀνάγκη κρίνειν ὡς ἀσεβῆ, καὶ ἐπεμβαίνειν πάσχοντι; δέον συγγινώσκειν ὑπὸ ἀλγηδόνων φθεγγομένῳ. — Εἰ καὶ τοιαῦτα ἐπεποιήκειν οἷα οὐκ ἔδει,

et ad misericordiam excitandam verba profert quæ supplicis instar pronuntiat. Ait autem: Ne taceas, o terra, quæ patior, neque abscondas sub te carnis meæ sanguinem injuste effusum per ulcera mea, neque in uno loco maneat aut lateat, aut abeat in oblivionem quidquid est in meis ærumnis; multi autem, ait, ædificentur ex meis tentamentis. Vel, nolim terra celet cruorem meum, sed in vindictam Deum invocet, testimoniis utens ipsis corporis ulceribus: at neque aer cohibeat clamorem meum, immo ad cœlos usque properet oris mei vociferatio, ut Deus malorum ingruentium vindex consistens, ac reos ulciscens, sic quibuscumque ostendat vitæ meæ exactæ integritatem. Illud vero: *Ecce in coelis testis meus*, purissimæ conscientiæ signum est.

Cap. XIX, 3. *Scitote tantum quia Dominus fecit me sic.*

Metum illis incutit, ac si diceret: Nolite mihi misero insultare, ne vos in eadem involvamini, eamdem ac meam qui conditionem habetis.

Ibid. v. 4, 5. *Etenim esto, in veritate ego erravi: immo apud me fallax moratur, ad loquendum verba quae non oportuit. Sine autem, quia super me magnificamini, ac mihi insultatis opprobrio.*

Hoc detur, inquit, ex supposito me erravisse. At juxta me degit erro: qui erro Diabolus est. Quæ autem vobis, ait, ex hoc jactura, qualisve fuit necessitas me ut impium judicandi, et insultandi patienti? Oportuit compati verba facienti præ vi ægritudinum. — Etiamsi fecissem ea quæ minus oportuit,

Cap. XIX, 3. Ex Vat. VI f. 18, plus minus integre in Vat. I f. 78, II f. 121, III f. 159, IV f. 259, V, f. 133, VIII f. 257, IX f. 91, X f. 129. Emendavi ἐπεμβαίνεταί μοι... αὐτὴν περικεῖσθε... — Nostra excipit locus prolixus, quem post Junium et BB, Gallandius fuse retractavit, cui nostri codd. astipulantur, haud sine bona varietate: τῶν λόγων οὐ κακῶς, ἀλλ' ἤτοι ὀνειδιστικῶς... ὑπὸ Βαλδὰδ εἰρημένων, ὑπὸ τῶν ἄλλων δύο μετὰ Βαλδὰδ ἐληλυθότων. Inde tandem incipiunt Origeniana in edd. et Cat. fere omnibus, ac si fere excidissent commentarii in superiora capita. Cf. Jun. 327, Comitol. 307.

v. 4, 5. Vat. VI f. 89. Huc respicit Olympiod. apud Jun. 330, Comitol. 309.

ἆρ' οὖν ἐχρῆν ὑμᾶς οὕτω μοι ὀνειδίζειν; — Καὶ δέον με, φησί, πάλαι εὐσεβείας ἐπιμελούμενον, νῦν τὴν ἐκ τῶν ἔργων ἔχειν παῤῥησίαν. Τοῦτο μὲν οὐ πεποίηκα, κρίνομαι δὲ ὡς πλάνος. Ἐπιβάλλει καὶ ὧδε·

ϛ', ζ'. Γνῶτε οὖν ὅτι ὁ Κύριός ἐστιν ὁ ταράξας· ὀχύρωμα δὲ αὐτοῦ ἐπ' ἐμὲ ὕψωσεν. Ἰδοὺ γελῶ ὀνείδει, οὐ λαλήσω. Κεκράξομαι, καὶ οὐδαμοῦ κρίμα.

Διαλογίζεσθε, φησίν· οὐκ ἀπὸ σκοποῦ ἀλγύνομαι, καθάπερ τειχίῳ τινὶ τοῖς δεινοῖς κυκλούμενος. Λέγω, φησὶν, μετὰ ἀληθείας, ὡς ἔχει τὰ κατ' ἐμὲ, καὶ οὐ παραδέχεσθε τοὺς λόγους. Τὸ γὰρ ἐν ὀνείδει, ἵνα εἴπῃ τὰ πράγματα. Τὸ δὲ οὐ λαλήσω, ἀντὶ τοῦ· διὰ τὸ ἀντιλέγειν μοι ὑμᾶς δοκῶ μηδὲν εἰρηκέναι. — Εἰ δὲ καὶ πρὸς τὸν Θεὸν βοήσω, εἰς φανερὸν ἅπασιν ἐνέγκαι τὰ κατ' ἐμὲ, οὐ τυγχάνω τῆς ἱκεσίας. Οὐδεὶς ἀκούει, οὐδεὶς δικάζει, οὐδένα βλέπω, οὐκ ἔχω ποῖ ἀπελθεῖν. Ταῦτα ἐλεῆσαι οὐ χρῆ; — Τοιγαροῦν ἀφήσητε, οὕτως ἀκρίτως μου κατηγοροῦντες, μήποτε Θεὸς εἰς κρίσιν καταστήσῃ, εἰς πράξεσθαι ὑμῖν δίκην ἀλόγου θρασύτητος. — Οὐ γὰρ ἀνεύθυνα, φησὶ, τὰ τοιαῦτα καταλιμπάνει Θεός. Ἔσεσθαι γάρ φησιν, εἴτε κινηθείη καθ' ὑμῶν, ὡς ἀνονήτως ὑμῖν ἐμφαίνεται ἡ ἐπὶ γνώσει τοῦ καλοῦ οἴησις, καὶ ἡ ἐπὶ τοῖς προσοῦσιν ἄδεια. — Α. Σ. Τί φατε [ὅτι] ἐν πονηρίᾳ ὢν ταῦτα πάσχω, καὶ ὑμεῖς τὰ αὐτὰ φοβεῖσθαι ὀφείλετε. — Ἐσπεύσατε ἂν, φησὶ, τότε καίτοι πραγμάτων μαρτυρούντων ἐν λόγοις· ἐν λόγοις οὖν λάβεσθε ὡς ἂν μηδὲ ὑπὸ τῆς ἀληθείας ψηφίσασθαι ἀνεύθυνον. — Ὁ γοῦν ἑβραῖος καὶ ἁμάρτημα λόγου ἔχει.

Κεφ. Κ', ι'. Τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ὀλέσαισαν ἥττονες, αἱ δὲ χεῖρες αὐτοῦ πυρσεύσαισαν ὀδύνας. *Vat.* 787, 2.

siccine oportebat vos me conviciis proscindere? Atqui jus meum erat, inquit, religioni quum palam studuerim, ex operibus justam habere me fiduciam. Sed quod dicitis, non feci, et sententia erronis mulctor. Subjungit etiam ibidem:

v. 6, 7. *Scitote igitur quia Dominus est qui conturbavit. Munitionem autem suam super me exaltavit. Ecce ego rideo opprobrio, et non loquar; vociferabor, et nusquam judicium.*

Argumentamini, ait. Extra rem ego non patior, dum veluti aliquo muro, sum calamitatibus circumcinctus. Enuncio, pergit, cum veritate, prout sunt, quæ ad me spectant. Sed non accipitis meos sermones. — Illud enim *in opprobrio*, id est: non accipitis actus meos. Hoc vero *non loquar*, id est, ad redarguendum vos videor nihil dixisse. — Si enim ad Deum clamavero, ut quæ mihi contingunt, in apertum producat, voti compos non fio. Nemo qui audiat, nemo judicat, neminem video, non habeo quo me vertam. Horum misereri nonne oportuit? — Cæterum parcite demum, qui me tam inique accusatis, ne forte vos Deus in judicium adducat, ut de vobis agat vindictam insanæ arrogantiæ. — Haud enim impunita, ait, Deus talia relinquit. Addit fore ut, si ille adversus vos moveatur, tanquam insana vobis met videatur opinio vestra de bono æstimando, ac fiducia de commodis rebus. — Aquila et Symmachus: *Quid dicitis quod quum ego sim in malitia, haec patiar?* Sed vos eadem formidare debetis. — Præpropere fecistis, inquit, quamvis facta verborum essent testimonia. Quibus verbis ergo retinete, vos in insontem extra omnem veritatem tulisse sententiam. — Hebræus autem habet: *et sermonis peccatum.*

Cap. XX, 10. *Filios ejus disperdant inferiores, manus vero ejus succendant dolores.*

v. 6, 7. Vat. II f. 121, 126. Incidimus in loca Jobi obscurissima et scholiorum lacinias misere sparsas et truncatas. Neque etiam in Hexaplis tenebræ desunt aut tumultus testium. Silet Field. II, 35.

Cap. XX, 10. Vat. II f. 128. Cf. cap. XIX, v.

Καὶ οἱ πρότερον, φησὶν, ὑποδεέστεροι, τῶν τοῦ παρονόμου παίδων καθέξουσι.

ιε'. Πλοῦτος ἀδίκως συναγόμενος ἐξεμεθήσεται, ἐξ οἰκίας αὐτοῦ ἐξελκύσει αὐτὸν ἄγγελος.

Πάντα μὲν ὁ ἀσεβὴς πράττει ὥστε τὰ ἀλλότρια λαβεῖν, καὶ πρὸς τοῦτον βλέπει τὸν σκοπὸν τὰ γενόμενα· ἐπειδὰν δὲ ἐγκράτης τῶν ὅλων δόξῃ, τότ' αὐτὸν εἰς ἑτέρους μεταφερόμενον ὄψεται.

ιη'. Ὥσπερ στρεῖφνος ἀμάσητος, ἀκατάποτος. Ib. 2.

Οἱ λόγοι καὶ τὰ δόγματα [ἀσεβοῦς] στρίφινα καὶ νόσχυα, οὐδὲν γὰρ ἔχει γλυκὺ ἐκεῖνα, τὰ κατὰ τοῦ Θεοῦ γινόμενα.

κβ'. Ὅταν δὲ δοκῇ ἤδη πεπληρῶσθαι, θλιβήσεται, πᾶσα δὲ ἀνάγκη ἐπ' αὐτὸν ἐπελεύσεται.

Ταῦτά φησιν· Ἕνεκα τῆς αἰτίας, ἀπόλλυνται τὰ κτηθέντα, καὶ εἰς προγόνους οὐ παραπέμπεται.

κγ'. Ἐπαποστεῖλαι ἐπ' αὐτὸν θυμὸν ὀργῆς, νίψαι ἐπ' αὐτὸν ὀδύνας.

Ἀντὶ τοῦ, ἐκ Θεοῦ καὶ ἐξ οὐρανοῦ ὑποστήσεται δεινά· ταῦτα δὲ ἔφη, ἐπειδὴ ὁ Ἰὼβ φήσας ὑπὸ Θεοῦ πεπλῆχθαι, ἐμνημόνευσε καὶ ὡς ὑπὸ ἀνθρώπων ἠδικημένος· κατασκευάζει οὖν ὅτι πάντα δι' ἁμαρτίας ἐπ' αὐτὸν ἐπηνέχθη.

κε'. Ἄστρα δὲ ἐν διαίταις αὐτοῦ περιπατήσαισαν. *Vat.* 787, 2.

... Ἐν ἀγνοίᾳ γάρ εἰσιν· ἐξέβαλον γὰρ τὸ φῶς ἀφ' ἑαυτῶν οἷς ἔλεγεν· Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου.

κς'. Κατέδεται αὐτὸν πῦρ ἄκαυστον. *V.* ib.

Κατὰ δὲ τὸ κρυπτόμενον, ἄκαυστον πῦρ

Et qui prius, inquit, erant minores, in filios impii dominabuntur.

Ibid. v. 15. *Divitiae inique congregatae evomentur: de domo ejus extrahet eum angelus.*

Cuncta quidem impius agit ut aliena capiat, et ad scopum illum dirigit omnes actus: sed postquam videtur omnium votorum compos, tunc semet videbit ad aliam rerum mutationem translatum.

Ibid. v. 18. *Tamquam striphnus, qui nec comedi, nec deglutiri potest.*

Vocat aspera et horrida sermones et dogmata impii; nihil enim dulce habent, quæcumque contra Deum fiunt.

Ibid. v. 22. *Cum autem putaverit se jam fuisse repletum, coarctabitur, et omnis necessitas irruet in eum.*

Hæc dicit: Propter peccatum destruuntur ejus possessiones, et ad primogenitos non transmittuntur.

Ibid. v. 23. *Immittat in eum furorem irae, pluat super eum dolores.*

Id est, ex Deo et cœlitus dira subruent supplicia. Hæc vero dicit Eliphaz, postquam Job asseruit se a Deo percuti, simulque meminit etiam se hominum passum esse injurias: se igitur accingit ad dicendum omnia propter peccatum in eo evenisse.

Ibid. v, 25. *Sidera autem in tabernaculis ejus obambulent.*

[Aliter de impiis]. Nam in ignorantia versantur: ejecerunt enim lumen a se, quod illis dixit: « Ego sum Lux mundi. »

v. 26. *Comedet eum ignis qui non accenditur.*

Respectu ad sensum reconditum, ignis est

v. 15. Vat. x f. 350.

v. 18. Vat. II f. 130. Striphnus describitur ex Origene apud Galland. p. 73 et Jun. p. 352. Liquido in Vat. prisco στρίφινα καὶ νόσχυα, nova verba, insolitæ nisi sint corruptelæ, pro edd. στριφνὰ καὶ πυκνά.

v. 22, 23. Vat. VIII f. 268.

v. 25, Vat. I f. 86, VI f. 95. VIII f. 269. Jo. VIII, 12. Transiit partim locus apud Olympiodor. Jun. 356. Latine habet sub nomine Orig. Comit. 329.

v. 26. Vat. I f. 87, II f. 135, III f. 174, IV f. 279. V f. 144, VIII f. 269, IX f. 96. Cætera Galland. persequitur col. 76.

ἐστιν, ἤτοι τὸ κατὰ συνείδησιν, ἢ καὶ τὸ ἀποκείμενον ἐν τοῖς μέλλουσιν δικαιωτηρίοις. Καὶ ὡς ὑπὸ πυρὸς, φησὶν, ἀναλωθήσεται, ἵνα εἴπῃ· Οὐδὲ ταφῆς ἀξιοῦται.

κθ'. Αὕτη ἡ μερὶς ἀνθρώπου ἀσεβοῦς παρὰ Κυρίου, καὶ κτῆμα ὑπαρχόντων αὐτῷ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου. *Vat.* ibid.

Καθ' ἣν ἡ θεία κατ' αὐτοῦ κινεῖται δίκη· εἴτε τοῦ ἐκ περιτομῆς διὰ Χριστὸν εἰς Θεὸν ἀσεβήσαντος, εἴτε τοῦ παραδόξου, εἴθ' ὅπως ποτὲ ἀσεβοῦς, αὐτῷ μερίς ἐστιν ἡ δηλουμένη. — Μάνθανε τίς ἐπίσκοπος ἐνθάδε ὠνομάσθη· ὅτι Θεὸς ἐπίσκοπος εἴρηται, καὶ οἱ ἐπίσκοποι ἐκείνου τὴν εἰκόνα παντὶ τῷ τρόπῳ φιλοτιμοῦνται, οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ, φορεῖν. Καὶ ὥσπερ ὁ μιμησάμενος εἰκόνα βασιλικὴν, τιμᾶται ἐπὶ τῷ καλῶς αὐτὴν μιμήσασθαι· τιμᾶται δὲ καὶ ἐπὶ τῷ αὐτὴν κεκοσμηκέναι· οὕτως μακάριος ἐπίσκοπος ὁ νοήσας τὸν τἀληθινὸν ἐπίσκοπον, καὶ ζηλῶν αὐτὸν, καὶ γινόμενος ὡς ἐν ἀνθρώποις Θεὸς, ἢ ὁ ἔχων ἐπίσκοπον τὸν ποιοῦντα αὐτὸν ἀληθῶς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ ἐπίσκοπον, ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Κεφ. ΚΑ', ια', ιβ'. Τὰ δὲ παιδία αὐτῶν προσπαίζουσι, ἀναλαβόντες ψαλτήριον καὶ κιθάραν, καὶ εὐφραίνονται φωνῇ ψαλμοῦ. *Vat.* 788, 1.

Ἰδοὺ καὶ τὰ μωρὰ παιδία αὐτῶν ἑαυτοῖς προσπαίζονται. Λέγουσι γὰρ αὐτοὶ ψαλμοὺς Οὐαλεντινοῦ καὶ ᾠδὰς Βασιλείδου, καὶ τοιαῦτά τινα φθέγγονται, εὐφραινόμενοι φωνῇ ψαλμοῦ.

qui non comburit, nimirum conscientiæ, vel aliús qui reservatur in futuris judiciis. Ac veluti per ignem, ait, funditus destruetur, ut dicat: neque etiam tumulo dignus censebitur.

v. 29. *Haec est pars hominis impii a Domino, et possessio bonorum ejus a supervigilante.*

Propter hanc partem adversus eum divina vindicta movetur, sive fuerit ex circumcisione adversus Deum ob Christum impie rebellans, sive insaniens, aut alio quocumque modo impius, ipsi portio declarata est. — Edocetor quis inspector aut episcopus hic nominatus sit? Deus episcopus dictus est, et episcopi illius imaginem omnimodo, si boni probique sint, ferre annituntur. Et sicut qui imitatur imaginem regiam, honoratur tum ex eo quod pulchre imitatus sit; tum etiam honoratur, quia imaginem exornavit: ita beatus episcopus qui novit verum episcopum, eumque æmulatur, fitque ceu inter homines Deus; vel qui habet episcopum eum qui ipsum re vera fecit episcopum in Christo Jesu; cui gloria sit et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

Cap. XXI, 11, 12. *Et infantes eorum exultant lusibus, tenentes tympanum et citharam, et gaudent ad sonitum psalmi.*

Ecce stulti eorum filii inter seipsos ludunt. Ipsi quoque pralmos dicunt Valentini et odas Basilidis, et quædam hujusmodi pronuntiant, lætantes voce psalmi.

v. 29. Habes, teste doxologia et insigni paræнesi, homiliam Origeni habitam, uti par est, coram quodam episcopo, quem, si hic tenemus, ut opinor, unum ex primis Adamantini commentariis, suspicor fuisse sanctum Demetrium. — Ex Vat. I f. 87, III f. 174, VIII f. 270, præeuntibus partim Junio 358, partim Gallandio col. 76, Hunc vero locum conferre præstat cum altero, quem Gallandius primus edidit p. 77, de quadam hierarchia apud hæreticos, Christianorum mimos, consentiente sine ulla varietate vetusto Vatic. III f. 178.

Cap. XXI, 11, 12. Ex Vatic. I f. 89, III f. 178, VI f. 97, Pauca dederat Comitol. 345, plura Gallandius. Hæc vero Fabricius quum apud Junium non invenisset, frustra arguebat hic desiderari Origenem. Nec frustra id legerit Melodorum græcorum diligens inquisitor.

Κεφ. ΚΒ', β'. Πότερον οὐχὶ ὁ Κύριός ἐστιν ὁ διδάσκων σύνεσιν καὶ ἐπιστήμην; *Vat.* 789, 1.

Ἴδωμεν τί φησιν ὁ Ἐλιφὰζ πρὸς τὸν δίκαιον· Πότερον κτλ... Τοῦτο τοῦ Ἰὼβ εἰρηκότος, συντρέχει τῷ λόγῳ καὶ ὁ Ἐλιφὰζ, καί φησιν· Οἶδα κἀγὼ ὅτι τοὺς λόγους, δι' ὧν ὁ μέν τις ὢν ἀσεβὴς εὐθυνεῖται, ὁ δὲ κολάζεται, ὁ μόνος σοφὸς οἶδε Θεός· οἶδα δὲ καὶ τοῦτο ὅτι Θεὸς μὲν, ὡς καὶ αὐτὸς ἔφης, τῶν ἀγαθῶν ἐστι δοτήρ· ἡ δὲ κακία τὰς κολάσεις δίδωσιν. — Ὑγιὲς τὸ δόγμα... — Ἐπιστήμη, ἡ περιοχὴ τῶν ὡσαύτως ἐχόντων θεωρία, σύνεσις δὲ ἡ διάκρισις.

Cap. XXII, 2. *Numquid non Dominus est, qui docet intellectum et scientiam?*

Videamus quid Eliphaz ad justum dicat: *Numquid* etc... Id quod superius est quum Job dixisset, cum eo consentit Eliphaz, et ait: « Intellexi et ego illud, nempe rationes propter quas ex hominibus impiis unus quidem prosperatur, alter vero castigatur, eas soli esse Deo sapienti cognitas. Verum intellexi etiam hoc, nempe Deum, ut tu ipse fassus es, bonorum esse largitorem, malitiam vero pœnarum esse munificam. » — Optimum quidem dogma etc. — Scientia est comprehensio theoretica rerum similium, intellectus vero earum discrimen.

ε'. Πότερον οὐχ ἡ κακία σου ἐστὶ πολλὴ, ἀνκρίθμητοι δέ σου εἰσιν αἱ ἁμαρτίαι; *Vat.* 789, 1.

Εἰκότως οὖν φημὶ οὐχ ἁπλῶς γεγονέναι σε ἄδικον, ἐπεὶ πάσχεις τοιαῦτα, οἷα οὐδεὶς τῶν κακῶν, ἀλλ' ἐν τούτοις γεγεννῆσθαι, δηλονότι πλείονα κακίαν [τῶν κακῶν] ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἐσχηκέναι. Κακία ἐστὶν ἐν τῇ ψυχῇ κακὴ ἕξις, οἷον λύπης, ὀργῆς, καὶ ἐπιθυμία ἀπρεπής· ἁμαρτία δὲ ἡ ἐνέργεια· διὸ πρῶτον εἶπεν τὴν κακίαν, εἶτα τὴν ἁμαρτίαν, τὴν μὲν πολλὴν, τὰς δὲ ἀναριθμήτους. Πάνυ πολλοὺς ὁρῶ ἁμαρτωλοὺς, καὶ οὐδεὶς αὐτῶν τηλικούτοις περιπέπτωκεν οἷος σύ.

Ibid. v. 5. *Numquid non improbitas tua est multa, et innumerabilia sunt tua peccata?*

Merito igitur te non simpliciter fuisse injustum dico, quia talia pateris, qualia nemo inter improbos, sed etiam in his peccatis natum esse te, quippe qui majorem cæteris improbis habueris improbitatem. Malitia est habitus malus in anima, ut mœstitiæ, iræ, aut velut concupiscentia indecora; peccatum vero est actus. Ideo primum nominavit malitiam, deinde peccata, illam quidem multam, ea vero sine numero. Sane video ego multos peccatores, sed nemo horum tantopere cecidit, quam tu. Æ-

Cap. XXII, 2. Nostra si Gallandio addideris, deinde Maurinos adduxeris, integrum habebis et elegantem Origenis commentarium in prooemium cap. xxii. Incipit Gallandius p. 80: Τὰ οἰκονούμενα. Consentiunt Vat. i f. 93, iii f. 282, iv f. 295, v f. 151, vi f. 99, ix f. 102, haud sine varietate quadam: Τὰ γὰρ οἰκον. iv, ix... Ὅρα δὲ τὸ ὑπαίτιον ix... Τὸ ἐπιλήψιμον iv, τὸ ἔγκλητον Gall. Triplex varietas in eumdem sensum recidit... Τῶν λόγων αὐτῶν i.. Συμβαίνειν ἀνθρώποις τοιαῦτα πάθη. Εἰ τοίνυν ἐπ' ὠφέλειαν ἡμῶν ἀναγέγραπται, ἐξετάσωμεν καὶ τὰ προκείμενα· πότερον iv... ἀλλ' ἴδωμεν v... Huc nostra inseruntur ex Vat. ix f. 102. Verba posteriora scholii Vatic. iv brevius simul et uberius præbet: Καλῶς λέγει ὅτι ἀληθὴς διδάσκαλος ἀρετῆς καὶ γνώσεως μόνος ὁ Θεός ἐστιν· ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν (Ps. xciii, 10). Διδάσκει δὲ ὁ Θεὸς ἐλλάμπων τῇ ψυχῇ τοῦ μανθάνοντος. Λέγει γοῦν τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτήρ· Μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς. Εἷς γάρ ἐστιν ὑμῶν διδάσκαλος ἐν τοῖς οὐρανοῖς (Matth xxiii, 8). Quorum plura vix non sincerissima.

v. 5. Vat. i f. 94, iii f. 183, 184, iv f. 296, v f. 152, 153, vi f. 100, 109, ix f. 102. More Catenarum, quædam variantur in iv et v: οὐ πρότερον δὲ ὠνόμασε τὴν ἁμαρτίαν, εἶτα τὴν κακίαν· ἀλλὰ πρῶτον τὴν κακίαν, τὴν φαύλην ἕξιν, εἶτα τὰ ὑπὸ τῆς φαύλης ἕξεως ἁμαρτανόμενα, ἃ καὶ ἀνάριθμά φησιν εἶναι, τίθησι δὲ αὐτὰ καὶ κατ' εἶδος. Hæc latine dedit Comitol. 348. Partim autem græce Gallandius, etiam Junius, sed ut Olympiodori, p. 377. — τῶν κακῶν interpollatio est.

Εἰκὸς γάρ, διὰ τὸ ἀναρίθμητόν σου τῶν ἁμαρτημάτων καὶ τὸ πλῆθός σου τῶν πταισμάτων, ταῦτά σοι ἐπεληλυθέναι.

ϛ'. Ἠνεχύραζες δὲ τοὺς ἀδελφούς σου διακενῆς· ἀμφίασιν δὲ γυμνῶν ἀφεῖλου. *Vat.* 789, 1.

Πρόσχωμεν, οἱ τοκογλύφοι· μήποτε ἐνεχυράζωμεν διακενῆς. Ὠφέλιμα τὰ ῥήματα, κατὰ τοῦτό ἐστι τὸ λέγειν κατὰ λόγον ἁμαρτήματα ἀληθῶς, ψεκτῶς γινομένων ἐν ἀνθρώποις. Ὑπολαμβάνει τοῦτο ὁ Ἐλίφας περὶ τοῦ Ἰώβ, ἐπειδὴ ᾔδει αὐτὸν πλούσιον, καὶ ὑπώπτευσεν ἀπὸ τοιούτων τινῶν πόρων πλουτεῖν αὐτόν· διό φησιν· Ἠνεχύραζες διακενῆς, τουτέστιν μηδὲν ἐποφειλόμενος. — Εἰ δὲ ἐδάνεισα, καὶ μὴ πιστεύων τῷ δανεισαμένῳ, ἔλαβον ἐνήχυρον ἀξιόχρεων πρὸς ὃ ἔχρησα, ἔλαβον ἐνήχυρον, οὐ διακενῆς δέ. Εἰ μέντοι, συκοφαντῶν αὐτὸν, καὶ λέγων ὀφείλειν μοι μὴ δυνάμενον ἀποδοῦναι, ἀπαιτῶ καὶ λαμβάνω, ἐνήχυρον [λαμβάνω] διακενῆς.

Προσεπιτείνει δὲ πάλιν, ἄλλην αὐτοῦ ἁμαρτίαν οἰόμενος γεγονέναι. Ἔστι ποτὲ λαβεῖν ἀμφιάσματα, οὐ τοῦ γυμνοῦ, ἀλλὰ πλουσίου, ἔχοντος ἕτερα ἀποκείμενα ἐνδύματα πολλὰ λαβεῖν, τρία δή· ὧν τῶν πολλῶν ἐκεῖ ἔλαβον ἀμφίασιν· ἄλλα γυμνοῦ, ἄλλα πλουσίου. Ἐὰν μέντοι γε χιτῶνα ἔχῃ τις ἕνα, καὶ τοῦτον τὸν χιτῶνα, προφάσει τοῦ ἀπαιτεῖν τὸ ἐμὸν, ἐκδύσω, μὴ ἐλεήσας ἐκεῖνον τὸν γυμνὸν, ἀμφίασιν τοῦ γυμνοῦ ἀφειλόμην.

Πολλὰ δὲ τοιαῦτα ἐν ἡμῖν γίνεται, ὅταν δανείζωμεν, ὅταν πρὸς ὀφειλέτας ἐρχώμεθα· πολλάκις ὀφειλέτης ἡμῶν εἰς ὑπερβολὴν πένεται, μὴ δυνάμενος ἀποδοῦναι· καὶ ἡμεῖς τὰ σπλάγχνα ἡμῶν ἀποκλείσαντες, ἀνελεεῖς καὶ ὠμοὶ γινόμεθα, μὴ βλέποντες ὅτι γυναῖκα τρέφει καὶ τέκνα, καὶ μόλις τρέφεται

quum esse aio, propter innumera tua peccata ac multitudinem iniquitatum tuarum, talia tibi advenisse.

Ibid, v. 6. *In pignus accepisti fratres tuos in vanum, et nudos spoliasti vestibus.*

Attendamus, quicumque fenera sculpimus; fortasse pignus in vanum accepimus. Proficua verba sunt, quibus dicere est ex ordine sermonis, de peccatis quæ inter homines vere, turpiter aguntur. Supponit hoc Eliphaz de Job: norat enim eum divitem, ac suspicatus est eum ejusmodi rationibus factum esse locupletem. Ideo: *Pignus*, inquit, *in vanum accepisti*, id est, quum nihil tibi deberetur. — Quod si mutuum feci, nec mutuanti fidem habens, accepi pignus justi pretii juxta præstita, accepi pignus, sed non in vanum. Sin autem, calumnians eum, et asserens eum esse meum debitorem, qui restituere non potest, exigo et pignus accipio, accipio in vanum.

At urget iterum (Eliphas), aliud peccatum ab eo admissum fuisse opinatus. Licet aliquando accipere indumenta, haud nudi hominis, sed divitis, videlicet qui multa alia habeat reposita vestimenta, tria saltem. Harum multarum vestium hic unam recepi. Alia est nudi causa, alia divitis. Quod si quis interea singularem tunicam habet, et hac tunica ego, prætextu exigendi quod meum est, eum spolio, non misertus nuditatis ejus, vestimentum a nudo abstuli.

Multa hujusmodi apud nos fiunt, quando mutuo damus, quando ad debitores pergimus. Sæpe contingit ut debitor noster extrema paupertate laboret, reddere non valens. Et nos viscera nostra claudentes, immisericordes et crudeles fimus, non attendentes quod uxorem alit et filios, ac vix sustentatur a paucis quæ

Ibid. v. 6. Vat. I f. 94, III f. 184, IV f. 296, V f. 153, VI f. 100, 109, IX f. 102, 103, X f. 146, XI f. 177. Plura, sed confuso ordine dederunt BB p. 303 et Gallandius col. 81, cui haud immerito impeditur is locus, prout ipsi jacet: ἐνδύματα πολλὰ λαβεῖν. Τρία (hic puncta ponit)... δὴ ὁ τῶν πολλῶν ἐκεῖ ἔλαβον ἀμφίασιν, ἀλλὰ γυμνοῦ, ἀλλὰ πλουσίου. Sic ille. Hæc legebat Comitol. plus minus integra p. 349, respicit Olymp. apud Jun. 377. Nota μήποτε pro τάχα, ἴσως, more Alexandrino, cf. Sturzii *De dial. Maced.* p. 184, Mingarelli *Ægypt. codd. reliquiae* p. XCVI.

ἀπὸ τῶν ποριζομένων αὐτῷ ὀλίγων ὀβολῶν· ἀπαιτοῦμεν πικρῶς, ἔσθ' ὅτε καὶ περισσὰ ἔχοντες παρ' ἑαυτοῖς.

Τοιαῦτα γίνεται ἐν ταῖς πικραῖς ἀπαιτήσεσιν, ἐνίοτε αὐτὸν τὸν ψωμὸν ἔχει τις ἕνα, κἂν μὴ ἔχῃ ἄρτον ὁλόκληρον, ἀφαιροῦμεν ἀπ' αὐτοῦ, λέγοντες· ἀλλ' ὀφείλεις. Ταῦτα οὖν λέγει, ἐγκαλῶν τῷ Ἰὼβ, ὅτι ἀμφίασιν γυμνῶν ἀφεῖλεν.

ζ'-θ'. Οὐδὲ ὕδωρ διψῶντας ἐπότισας, ἀλλὰ πεινώντων ἐστέρησας ψωμόν· Ἐθαύμασας δέ τινων πρόσωπον, ᾤκισας δὲ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς. Χήρας δὲ ἐξαπέστειλας κενὰς, ὀρφανοὺς δὲ ἐκάκωσας. *Vat.* 789, 1.

Οὐκοῦν οὐ μόνον τὸ ἀδικεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ μὴ εὐεργετεῖν ὑπεύθυνον· ἐπισημαίνει δὲ μέχρι τοσούτου εὐεργεσίας ἐκτείνειν ὀφείλομεν, ὅποτε ὑπεύθυνον τὸ μὴ ποτίσαι διψῶντας. Ὥσπερ οὖν διὰ τὸ ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος μισθὸν λαμβάνομεν, πολλὴν μέντοι ἀπηνίαν τοῦ Ἰὼβ καταψηφίζεται, ὡς μηδὲ ὕδωρ τὴν ἀδάπανον χάριν παρέχοντος, καὶ τὸ μεῖζον κακὸν, τῷ διψῶντι.

Ἀλλὰ πεινώντων ἐστέρησας ψωμόν.

Τί λέγω, φησὶν, ὅτι οὐ παρέσχες τῷ δεομένῳ; ὅποτε καὶ τὴν μικρὰν παραμυθίαν τοῦ ἄρτου παρὰ τοῦ πεινῶντος ἀφεῖλου· ψωμὸν γὰρ λέγει τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου, ὥσπερ καὶ ἐν τῇ Ῥοὺθ κεῖται· Βάψαι τὸν ψωμόν σου ἐν τῷ ὄξει.

Ἐθαύμασας δέ τινων πρόσωπον.

Τουτέστι καὶ τὰς κρίσεις οὐ δικαίως, οὐδὲ ἀπαθῶς, ἀλλ' ἀνθρωποπαρέσκως ἐποίησας, προσωπολήπτης γὰρ γέγονας· καὶ δικάζων οὓς μὲν ἐξῆρες, οὓς δὲ ἐταπείνους, τοὺς μὲν ταπεινοὺς βιαζόμενος, τοὺς δὲ ἐν δυναστείαις θαυμάζων καὶ τιμῶν.

Ὤκισας δὲ τοὺς ἐπὶ τῆς γῆς.

Τινὰ δὲ τῶν ἀντιγράφων ἀντὶ τοῦ ᾤκισας ἐκοίμησας ἔχει· ἵνα εἴπῃ καὶ αὐτὴν τῶν πτωχῶν τὴν στρωμνὴν ἀφεῖλου, ὡς ἐπὶ τοῦ

sibi superant obolis. Exigimus acriter interdum, tametsi superflua penes nos teneamus.

Similia occurrunt in sævis exactionibus, quotiescumque, si quis unam habet buccellam, etiamsi integrum panem non possideat, eam tamen ab illo auferimus, dicentes: Tu debes! Hæc igitur dicit, Jobum accusans, quod vestem nudorum abstulit.

Ibid. v. 7-9. *Neque aqua sitientes potasti, sed famelicorum subtraxisti buccellam. Et admiratus es quorumdam personam. Habitare autem fecisti pauperem super terram. Et viduas dimisisti inanes, et pupillos afflixisti.*

Non solum igitur injuriam inferre, sed beneficium non præstare, crimini obnoxium est. Significat autem quousque nostra beneficentia extendi debeat, quum sitientes non potasse, crimine non vacet. Sicuti et pro calice aquæ frigidæ mercede remuneramur, summam igitur Jobi inhumanitatem condemnat, quia aquam quidem, donum sine sumptu, et quod gravius malum est, sitienti non præbuerit.

Sed esurientium abstulisti buccellam.

Quid dico, inquit, quod egenti non ministraveris, quum exiguum etiam panis solatium ab esuriente abstuleris? Panis enim frustum, buccellam vocat, prout in libro Ruth habetur: « Tinge in aceto buccellam tuam.»

At quorumdam vultum admiratus es.

Id est neque juste et sine affectu, sed ut hominibus placeres, judicia decrevisti; personarum enim acceptor factus es. Et dum judicia ferres, alios attollebas, alios sternebas humi, humiles per vim opprimens, illos vero potentes suspiciens ac venerabundus.

Habitare autem fecisti pauperes super terram.

Quædam autem exemplaria pro *habitare fecisti*, habent *cubare fecisti:* ac si diceret: ipsum etiam lectum pauperum abstulisti, ita ut nihil

v. 7-9. Vat IX f. 102, 103. Cf. Matth. VII, 9. Ruth II, 14.

ἐδάφους αὐτοὺς ἐξ ἀνάγκης κοιμᾶσθαι, μηδὲν ἔχοντας ὑπεστορεσμένον...

Χήρας δὲ ἐξαπέστειλας.

Ἢ τῶν προσόντων αὐτὰς ἐγύμνωσας, ἢ μᾶλλον προσελθούσαις καὶ ἐλεημοσύνην ζητούσαις οὐδὲν δέδωκας, ἀλλ' ἀπεπέμψω μηδὲν λαβούσας ἀπὸ σοῦ...

Ὀρφανοὺς δὲ ἐκάκωσας.

Τὸ δὲ τοὺς ὀρφανοὺς καὶ ἀβοηθήτους κακοῦν, ἐσχάτης κακίας γνώρισμα. Οὐδένα μὲν γὰρ δεῖ κακοῦν, ἐξαιρέτως δὲ χρὴ φείδεσθαι τῶν ὀρφανῶν· περὶ γὰρ τῶν ἀβοηθήτων ψυχῶν πολεμεῖν ὁ Θεὸς ἐνετείλατο. Πλέον δὲ παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους, πτωχοί, χῆραι, ὀρφανοὶ δέονται βοηθείας.

ιη'. Βουλὴ δὲ ἀσεβῶν πόῤῥω ἀπ' αὐτοῦ. Ἰδόντες δίκαιοι ἐγέλασαν. *Vat.* 789, 2.

Ἃ οἱ ἀσεβεῖς βουλεύονται, πόῤῥω ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἰδόντες [δίκαιοι] τὴν βουλὴν τῶν ἀσεβῶν, κατεγέλασαν αὐτούς.

κβ'. Ἔκβαλε δὲ ἐκ στόματος αὐτοῦ ἐξηγορίαν, καὶ ἀνάλαβε τὰ ῥήματα αὐτοῦ ἐν καρδίᾳ σου. *Vat.* ib.

Τὴν ἐξηγορίαν ἐζήτουν κατ' ἐμαυτὸν, τί σημαίνει; Καὶ εὗρον ἐν ἄλλῃ ἐκδόσει, παρὰ τῷ Συμμάχῳ, ἀντ' αὐτῆς, τὴν ἐξομολόγησιν. Παρὰ δὲ τῷ Ἀκύλᾳ· Νόμον. Φησὶν οὖν κατὰ μὲν τὸν ἕνα· Ἐξομολόγησαι περὶ τῶν ἁμαρτημάτων σου· τὸν δὲ τρόπον τῆς ἐξηγορίας παρὰ τοῦ Θεοῦ διδάχθητι. Κατὰ δὲ τὸν ἕτερον· Δέξαι παρὰ Θεοῦ νόμον, καὶ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἐγκαρδίους ποίησαι. Εἰ δίκαιος εἶ καὶ ἄξιος, ὑπαγορεύθητι παρὰ Θεοῦ, καὶ δέξαι θεῖα ῥήματα ἐν σῇ καρδίᾳ, ὡς ὕστερον Ἱερεμίας ἤκουσεν· Ἰδοὺ δέδωκα τοὺς λόγους μου εἰς τὸ στόμα σου. Ἢ ἐξηγορίαν τὴν ἐξομολόγησίν φησιν, προτρέπων εἰς μετάνοιαν τὸν δίκαιον. Ἢ τοῦτο λέγει, ὅτι μετάβαλε τὸν τρόπον, καὶ ἀνάλαβε τοὺς θείους νόμους.

sibi substratum habentes, præ necessitate humi cubare cogantur.

Et viduas dimisisti inanes.

Vel bonis quæ possidebant, eas exuisti, vel potius accedentibus et stipem petentibus nihil largitus es, sed vacuas amandasti, nihil a te recipientes.

Et pupillos afflixisti.

Extremæ autem improbitatis indicium est, orphanos et auxilio destitutos affligere. Neminem sane damno afficere oportet, præcipue vero orphanis parcendum. Pro animabus enim quæ omni ope carent, Deus bellum nos gerere præcepit. Majore autem auxilio quam reliqui homines indigent inopes, viduæ, pupilli.

Ibid. v. 18. *Et consilium impiorum longe est ab eo; videntes justi irriserunt.*

Consilia quæ impii tenent, longe a Deo absunt; justi hæc pravorum consilia videntes, deriserunt eos.

Ibid. v. 22. *Excipe autem ex ore illius enarrationem, et assume verba ejus in corde tuo.*

Enarrationem, quærebam apud me, quid significat? Et inveniebam in altera editione, apud Symmachum, pro hac voce, *Confessionem.* Apud autem Aquilam, *Legem.* Ait igitur, ex illo uno interprete: Confiteare de peccatis tuis, modum autem hujusce enarrationis a Deo edoceare. Ex hoc autem altero: *Legem* a Deo recipe, et sermones ejus cordi fac insertos. Si justus es, ac merearis, instinctu utere Dei, et recipe divina verba in corde tuo, ut in posterum Jeremias id audivit: « Ecce dedi verba mea in ore tuo. » Vel *enuntiationem* dicit *confessionem*, provocans justum ad pœnitentiam. Vel hoc dicit: Immuta mores, et assume divinas leges. Vel: Declara quæ tua peccata sint, ac de cætero sermones Dei custodi. Cujus

v. 18. Vat. I f. 96, III f. 187.

v. 22. Vat. I f. 96, III f. 187, IV f. 301, VI f. 101, VIII f. 182. Cf. Jerem. I, 9. Ad hæc novus Hexaplor. editor Field habet (t. II, p. 43): *Thora,* legem. Ο' Ἐξηγορίαν. Α. νόμον. Σ. ἐξομολόγησιν, In not. *Olympiod. Colb. reg. unus.* Haud pœ-

Ἢ ὅτι ἐξαγόρευσον τὰ ἡμαρτημένα σοι, καὶ τοῦ λοιποῦ τοὺς λόγους τοῦ Θεοῦ φύλαττε. Τῆς διπλῆς δὲ ταύτης ἐννοίας ἐκεῖθεν ἔσχον τὰς ἀφορμὰς, τὴν ἐξηγορίαν.

κδ'. Θήσῃ ἐπὶ χώματι ἐν πέτρᾳ, καὶ ὡς πέτρα χειμάῤῥου Σωφέιρ. *Vat.* 789, 2.

Βαλεῖς εἰς γῆν, καὶ οἱονεὶ κακώσεις αὐτόν.

Κεφ. ΚΓ', β'. Καὶ δὴ οἶδα ὅτι ἐκ χειρός μου ἡ ἔλεγξίς ἐστιν, καὶ ἡ χεὶρ αὐτοῦ βαρεῖα γέγονεν ἐπ' ἐμῷ στεναγμῷ. *Vat.* 790, 1.

Τουτέστι τὸν κατήγορον μετ' ἐμαυτοῦ περιφέρω, τὸν ἔλεγχον, τὴν ἀπόδειξιν τῶν κακῶν οἴκοθεν ἔχω. — Οἶδα, φησὶν, ὅτι ἐκ τῶν ἐν χερσὶ, τουτέστιν ἐκ τῆς πληγῆς, καὶ οὐκ ἀφ' ὧν ἔπραξα, δοκεῖτε τοὺς ἐλέγχους ἐπάγειν· καὶ γὰρ βαρέως ἐπέθετό μοι Θεὸς, ὥστε με στενάζειν. — Οἶδα, φησὶν, ὅτι ἐκ τῶν πράξεων τῶν ἀνθρώπων, αἱ κρίσεις αὐτοῖς· πλὴν ὑπὲρ τὴν ἰσχύν μου ἐπετέθη μοι, ἤτοι ἔξω τῆς πράξεώς μου, ὁ ἔλεγχος.

ς'. Καὶ ἐν πολλῇ ἰσχύϊ ἐπελεύσεταί μοι, εἶτα ἐν ἀπειλῇ μοι οὐ χρήσεται. *Vat.* ib.

Καὶ γὰρ εἰ ἐν πολλῇ ἰσχύϊ χρήσεταί μοι καὶ ἀπειλῇ, ἀλλ' ὅμως οἶδα ὅτι ἀλήθεια παρ' αὐτῷ ἐστιν.

ζ'. Ἀλήθεια γὰρ καὶ ἔλεγχος παρ' αὐτοῦ· ἐξαγάγοι δὲ εἰς τέλος τὸ κρίμα μου. *Vat.* ib.

Τοῦτο ηὔξατο, τοῦτό ἐστιν ὅ φησιν, ὥστε πέρας ἐπιτεθῆναί μου τοῖς δεινοῖς· εἶτα, φησὶν, ὅτι ταῦτα ἤθελον γενέσθαι, ὥστε ἀποθανεῖν, οὐχ ὡς νῦν μέλλοντος αὐτοῦ κρίνειν. — Παρ' Ἑβραίοις, τὸ τέλος καὶ ἡ νίκη διὰ μιᾶς σημαίνεται λέξεως.

ι'. Οἶδεν γὰρ ἤδη ὁδόν μου. *Vat.* ib.

Οἶδε, φησὶ, τὴν ὁδόν μου, καὶ ὅτι ἐσπούδασα ἀεὶ ὑπακούειν αὐτῷ· ἀλλὰ τίς, ὅταν κρίνῃ, ἀντερεῖ αὐτῷ;

quidem duplicis sententiæ occasiones habui ab hoc verbo ἐξηγορίας.

Ibid. v. 24. *Pones super aggerem in petra, et tanquam petra torrentis Sophir.*

Projicies in terram, ac si dicat: Pessumdabis eum.

Cap. XXIII, 2. *Et quidem scio, quia de manu mea est increpatio, et manus ejus gravis facta est super gemitum meum.*

Id est: accusatorem mecum ipse circumfero, increpationem, declarationem malorum intus habeo. — Novi, inquit, quod ex manibus meis, nimirum ex hac plaga, minime vero ex factis meis, arguite criminationes. Etenim Deus graviter in me manum imposuit, ita ut gemitus edam. — Novi, inquit, quod ex hominum actibus eorum judicia repetuntur. Verum tamen contradictio mihi imposita est, præter meam virtutem, id est, extra meam agendi rationem.

Ibid. v. 6. *Et in multa virtute superveniet mihi, deinde in minis me non utetur.*

Etenim etiamsi erga me multa virtute, multisque minis utatur, verumtamen novi apud eum esse veritatem.

Ibid. v. 7. *Veritas enim et increpatio ab eo sunt, educat autem in finem judicium meum.*

Ita oravit, ita est quod ait, fore ut finis imponatur meis diris calamitatibus. Deinde pergit: Hæc evenisse placuit mihi, eousque ut moriar, ipso non sicut nunc, me olim judicaturo. — Apud Hebræos significatur *Finis* et *Victoria* per unam eamdemque lectionem.

Ibid. v. 10. *Novit enim jam viam meam.*

Novit, inquit, viam meam, et quantum studuerim semper obedire illi: sed quis, quando judicabit, contradicet illi?

nitenda igitur subsidia addidimus. Quædam colligit Comitol. p. 154, congessit confuse Olympiodor. Jun. 384.

v. 24. Vat. III f. 188.

Cap. XXIII, 2. Vat. II f. 144. Ultima Junius p. 388 tribuit Olympiod. — Ἐφ' ᾧ με στένειν Vat.

v. 6, 7. Vat. II f. 146. Silet Fieldius de lectione hebraica. Origenem juvabit pluries comminisci ad psalmos, ut videbitur infra.

v. 10. Vat. II, ib. Scholion etiam respicit v. 13.

ιε'. Ἐπὶ τούτῳ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ κατασπουδασθῶ· κατανοήσω, καὶ πτοηθήσομαι ἐξ αὐτοῦ. *Vat.* 790, 2.

Ibid. v. 15. *Idcirco a facie ejus turbabor; considerabo, et timebo ab eo.*

Οὐχ ἥμαρτον, φησί, καὶ τί τοῦτο; οὐ γὰρ μόνον ἀπὸ τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἐξουσίας ἔξεστι κολάζειν Θεῷ, ἀλλὰ καὶ τοῦτο χωρὶς ἁμαρτημάτων λέγω.

Non peccavi, inquit, sed quid est hoc? Haud enim dumtaxat permittentibus peccatis, Deo licet castigare, sed etiam hoc dico, absque peccatorum respectu.

ιζ'. Οὐ γὰρ ᾔδειν ὅτι ἐπελεύσεταί μοι σκότος, πρὸ προσώπου δέ μου ἐκάλυψεν γνόφος. *Vat.* ib.

Ibid. v. 17. *Non enim noveram quod supervenient mihi tenebrae, sed ante faciem meam operuit caligo.*

Οὐ κατ' ἀκολουθίαν ἀνθρωπίνην γέγονε τοῦτο, φησὶν, ἀπροσδόκητον τὸ κακόν· στοχάζομαι τῆς τοῦ Θεοῦ χειρὸς εἶναι τὴν πληγήν. Καὶ καλῶς εἶπε, πρὸ προσώπου μου· οὐ γὰρ κοινὸν τὸ σκότος ἐστὶν, ἀλλὰ τῆς ἐμῆς ἀθυμίας.

Non enim humano more, inquit, accidit hoc malum inexspectatum. Suspicor a Dei manu plagam illatam esse. Recte enim dicit: *Ante faciem meam*, non enim communes tenebræ sunt, sed tristitiæ mei ipsius propriæ.

Κεφ. ΚΔ', ιγ'. Αὐτὸς δὲ διὰ τί τούτων ἐπισκοπὴν οὐ πεποίηται; ἐπὶ γῆς ὄντων αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐπέγνωσαν. *Vat.* 791, 2.

Cap. XXIV, 13. *Ipse autem cur horum inspectionem non fecit, quum super terram ipsi essent, et non agnoverunt?*

Τουτέστιν πάντων κατεφρόνησαν, πάντων κατεγέλασαν· οὐδεὶς αὐτοὺς ἀδικεῖ, οὐδὲ κακῶς ποιεῖ· αὐτὸς δὲ οὔπω ἐπισκοπὴν πεποίηται τούτων, ὥστε ποίησει μετὰ ταῦτα, καὶ ἐξετάσει τὰ πεπλημμελημένα αὐτοῖς, καὶ οὐ παρόψεται· ἐπιθυμητικῶς κατέφαγον ὀρφανούς.

Id est, omnia contempserunt, omnia habuerunt ludibrio, attamen nemo eos mulctavit, nemo male habuit. Deus autem ipse nunquam hos homines visitavit: ita post hæc facinora, tandem ipse faciet, et inquiret quæ ab illis commissa sunt, neque intueri negliget: violenter comedebant orphanos.

ιδ'. Γνοὺς δὲ αὐτῶν τὰ ἔργα, παρέδωκεν αὐτοὺς εἰς σκότος. *Vat.* ib.

Ibid. v. 14. *At qui novit eorum opera, tradidit eos in tenebras.*

Τουτέστιν, μαθὼν τὰ ἔργα, ἢ ὅτι ἐξετάσας καὶ βασανίσας, τουτέστι γνούς.

Id est, haud ignorans opera, utpote qui ca expenderit et castigaverit, hoc est qui novit.

Κεφ. ΚΖ', δ'. Οὐδὲ ἡ ψυχή μου μελετήσει ἄδικα. *Vat* ib.

Cap. XXVII, 4. *Neque anima mea meditabitur injusta.*

Τουτέστιν ἐπὶ τῆς αὐτῆς στήσομαι ψήφου, οὐδείς με παρατρέψαι δυνήσεται, οὐδεὶς εἰσκροῦσαι, οὐδεὶς παραγαγεῖν τοῦ προκειμένου.

Id est: in ejusdem sententiæ suffragio manebo, nemo me poterit pervertere, nemo persuadere, nemo abducere ex proposito.

ε'. Μή μοι εἴη δικαίους ὑμᾶς ἀποφῆναι

Ibid. v. 5. *Absit a me justos vos pronun-*

v. 15. Ibid. f. 147. — τούτων Vat.

v. 17. Ibid. f. 148. — Similia Junius Chrysostomo tribuit p. 394, duce Comitolo p. 362.

Cap. XXIV, 13, 14. Vat. II f. 148. — In v. 13 Vat. ἐποίησεν, in loco perturbato.

Cap. XXVII, 4, 5. Vat. II f. 158. Scholion in v. 4, 5 partim Comitol. Chrysostomo dedit p. 381, partim refudit Jun. p. 418 in glossam Olympiod. ac legit ἐκκροῦσαι, ἀπαγαγεῖν. — Alterum scholion ibidem est, haud sine lacunis et interpollatione.

ἕως ἂν ἀποθάνω, οὐ γὰρ ἀπαλλάξω ἀκακίαν μου. *Vat.* 792, 2.

Τουτέστιν, οὐ κατηγορήσω ἐμαυτοῦ, οὐδὲ μεταθήσομαι, κἂν μυρία λέγητε· οὐ προήσομαι τῆς ψήφου, εἰ καὶ δοκεῖτε παῦσαι τὸν κατ' ἐμοῦ ἔλεγχον. Κἂν συγκαταθῶμαι εἰς ἃ λέγετε, ὅτε νενοήκατε διὰ τί ταῦτα πέπονθα, δικαίους ὑμᾶς ἀπεφηναίην. Οὐκ ἀπώσομαι τὴν ἀκακίαν μου, ἕτερα νοῶν περὶ ὑμῶν, καὶ ἕτερα λέγων.

ι'. Ἢ ἐπελθούσης αὐτῷ ἀνάγκης, μὴ ἔχει τινὰ παῤῥησίαν ἔναντι αὐτοῦ; *Vat.* 792, 2.

Ὃ λέγει τοιοῦτόν ἐστιν· Ὅτι, φησὶν, ὁ ἀδικῶν οὐκ ἔχει παῤῥησίαν, οὐδὲ φθέγξασθαι, οὐδὲ εἰπεῖν ταῦτα ἅπερ ἐγὼ νῦν, ἀλλ' ἀφήρηται καὶ ἐπεστόμισται· ἐγὼ δὲ τοῦτο οὐκ ἔπαθον, ἀλλὰ λέγω καὶ ἀντιλέγω. Οἱ δὲ ἄδικοι οὐχ οὕτως.

Κεφ. ΚΗ', α'. Ἔστι γὰρ ἀργυρίῳ τόπος κτλ. *Vat.* 793, 2.

Τοῦτό φησιν, ὅτι ὁ ἐν τοῖς τυχοῦσιν τάξιν ὁρίσας, πολλῷ μᾶλλον ἐν τοῖς ἀνθρωπίνοις.

β', γ'. Σίδηρος μὲν γὰρ ἐκ γῆς γίνεται, χαλκὸς δὲ ἴσα λίθῳ λατομεῖται. Τάξιν ἔθετο σκότει, καὶ πᾶν πέρας αὐτὸς ἐξακριβάζεται. *Vat.* 793, 1.

Ὅτι προνοεῖ καὶ μέλει τῶν πραγμάτων αὐτῷ, καὶ οὐδὲν ἁπλῶς, οὐδ' εἰκῇ παρέρχεται. Ἢ μᾶλλον ἐκεῖνό φησιν, ὅτι τὰ μὲν ἄλλα δῆλά ἐστιν, ἡ δὲ οἰκονομία τοῦ Θεοῦ ἀτέκμαρτος καὶ ἄγνωστος.

Καὶ μετ' ὀλίγα· Καλῶς εἶπε· Τάξιν ἔθετο σκότει, δεικνὺς ὅτι οἶδε παραχωρεῖν καὶ ὑπερεξίστασθαι. Τίς ἀπελαύνει τὸν ζόφον

ciare, donec moriar: sane a me non amovebo innocentiam meam.

Id est: memetipsum non accusabo, neque commutabor, sexcenta licet verba dixeritis, non recedam a sententia, etiamsi videamini exhaurire adversus me redargutionem. Si enim iis quæ a vobis dicta sunt, consentirem, dum causas cur hæc paterer, recogitavistis, justos vos pronuntiarem. Meam non abjiciam innocentiam, alia super vos animo revolvens, et alia ore locutus.

Ibid. v. 10. *Aut si evenerit ei necessitas, habet ne fiduciam coram eo?*

Quod asserit, ejusmodi est: Injustus, inquit, non habet fiduciam, neque ut loquatur, neque ut ea pronuntiet, quæ ego nunc, sed tollitur et ore obstruitur. At ego non id passus sum, sed dico et contradico. Iniqui autem non sic.

Cap. XXVIII, 1. *Est enim argento locus*, etc.

Hoc dicit, quod qui vilibus quibuscumque rebus ordinem præscripsit, multo magis humanis in rebus hoc faciet.

Ibid. v. 2, 3. *Etenim ferrum quidem de terra fit, aes autem similiter, ut lapis caeditur... Ordinem posuit tenebris, et omnem finem ipse perscrutatur.*

Ait quod providet Deus et rerum omnium curam gerit, nihilque temere aut fortuito evenit. Vel potius hoc dicit, cætera quidem manifesta esse, divinam autem œconomiam omnem conjecturam et cognitionem longe superare.

Et post pauca. Recte dicit: *Ordinem posuit tenebris*, ut ostenderet solere eas cedere et iterum recedere. Quis tenebras illas fugat?

v. 10. Vat. II f 159.

Cap. XXVIII, 1. Vat. II f. 161. Huc respicit Olympiod. apud Jun. 424.

v. 2, 3. Ib. Quæ vero ibi Junius congessit sub nominibus Olympiodori et Chrysostomi, videntur ex iis quæ codex Vatic. retinet, et instanter urget, omnia esse Origenis. Cf. Comitol. p. 386. — Ab hoc cap. XXVIII non discedam, quin lepidam meminerim ἀϐλεψίαν Gallandii in v. 18: Ἔοικε δὲ ἐπὶ δυναμένων τάχθαι, οἱονεὶ γιγαρτικῶν. Bene emendavit in nota τετάχθαι, sed confidentius cætera retinet ac vertit: *Videtur pro valentibus positam fuisse dictionem, puta acinaceis (!)*. Atqui cito recipe ex nostris codd. γιγαντικῶν et lege: *pro valentibus... puta gigantibus.*

ἐκεῖνον; πόθεν εὐταξία τοσαύτη ἐν πράγματι τοιούτῳ; εἶτα τὴν δύναμιν, εἶτα τὴν σοφίαν αὐτοῦ διηγεῖται, πείθων μὴ θέλειν ἀπαιτεῖν αὐτὸν εὐθύνας.

Unde in tali re tantus ordo? Deinde potentiam ejus, deinde sapientiam enarrat, persuadens se nolle ab eo rationes exigere.

Κεφ. ΚΘʹ, γʹ. Ὡς ὅτε ηὔγει ὁ λύχνος αὐτοῦ ὑπὲρ κεφαλῆς μου, ὅτε τῷ φωτὶ αὐτοῦ ἐπορευόμην ἐν σκότει. *Vat.* 794, 1.

Cap. XXIX, 3. *Sicut cum lucebat lucerna ejus super caput meum, quando cum lumine ejus ambulabam in tenebris.*

Ὅτι γὰρ διὰ τοῦτο ἐζήτει τὴν προτέραν εὐπραγίαν, ἵνα δειχθῇ τοῦ Θεοῦ ἡ πρόνοια, δῆλον ἐκ τοῦ λέγειν· Ὅτε ὁ Θεὸς ἐφύλαττέ με.

Ait enim quod ideo repetebat anteriorem prosperitatem, ut ostenderetur Dei providentia, nimirum dicendo: Quando Deus custodiebat me.

δʹ. Ὅτε ὁ Θεὸς ἐπισκοπὴν ἐποιεῖτο τοῦ οἴκου μου. *Vat* 794, 1.

Ibid. v. 4. *Cum Deus visitationem Domus meae faciebat.*

Ὁ δὲ Σύμμαχος· Ὁπότε περιέφρασσεν ὁ Θεὸς τὴν σκηνήν μου. Ὁρᾷς ὅτι τοῦτο ἐπεθύμει, τὴν ἐπισκοπὴν καὶ τὴν πρόνοιαν δεῖξαι τοῦ Θεοῦ. Νέος διότε εἶχον ἐγὼ, δίκαιος ὢν, φησὶν, τὴν χρήσιμον ἐμοὶ ὕλην πεποίηκα ἀρετήν· πᾶσι γὰρ καλῶς ἐχρώμην.

Symmachus vero: *Quando circumsepiebat Deus tabernaculum meum.* Vides desiderium ejus esse ut visitationem et providentiam Dei manifestam faciat. Junior quando eram ego, jam justus, inquit, proficuam mihi copiam comparavi, virtutem. Quacumque enim re optime utebar.

ζʹ. Ὅτε ἐξεπορευόμην ὄρθριος ἐν πόλει, ἐν δὲ πλατείαις ἐτίθετό μου ὁ δίφρος. Ibid.

Ibid. v. 7. *Cum exibam matutinus in civitate, et in plateis ponebatur mihi sella.*

Οἷα γάρ τις ἄρχων καὶ διδάσκαλος ἀρετῆς, οὐχ ὕπνῳ καὶ μέθαις ἐσχόλαζεν, ἀλλ' ἐξ ἀγάπης ἑωθινὸς ἐν ταῖς πλατείαις καθῆστο, νόμος καὶ τύπος τοῖς ἐν τῇ πόλει γινόμενος.

Instar enim principis alicujus et virtutis magistri, non somno et ebrietatibus vacabat, sed civibus lex et exemplar factus, summo mane caritate accensus in plateis sedebat.

ιγʹ. Εὐλογία ἀπολλυμένου ἐπ' ἐμὲ ἔλθοι.

Ibid. v. 13. *Benedictio pereuntis super me veniat.*

Σευήρου, ἐκ τῆς πρὸς Ἰουλιανὴν διάκονον ἐπιστολῆς.

[Severi, *ex epistola ad Julianam Diaconissam.*

Ὁ Κύριος ἐν εὐαγγελίοις φησὶν, περὶ τῶν τῷ κόσμῳ νεκρούντων ἑαυτοὺς, ἢ πρὸς τὸ τοῦ μαρτυρίου στάδιον τὸ σῶμα ἐκδιδόντων, ἢ πρὸς τοὺς τῆς ἀσκήσεως πόνους, καὶ ταύτῃ δοκούντων ἑαυτοὺς ἀπολλύναι καὶ ἀποκτεῖναι τῷ στερίσκεσθαι τῆς βιωτικῆς ἀπολαύσεως· Ὁ ἀπολέσας τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, εὑρήσει αὐτήν. Τοῦ οὖν οὕτως ἀπολλυμένου, κατὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος φω-

Dominus dicit in evangeliis, de his qui mundo semet mortuos efficiunt, sive dum in martyrum stadio corpus tradunt, sive quum, inter asceticos labores, et in illis videntur se ipsos perdere et interficere, abstinendo se a vitæ deliciis: « Qui perdit animam suam propter me, inveniet eam.» Qui igitur sic perditur juxta vocem Salvatoris, et invenit animam suam, profecto hujus viri oratio et benedictio

Cap. XXIX, 3, 4. Vat. II f. 167. Cf. Jun. p. 439, Comit. 399; ambo ultima Olympiodoro assignant, sed mutila.

v. 7. Vat. II f. 168; in Vat. I f. 117 dicitur Olympiodori, ut apud Junium p. 440. et Comitol. 400, sic alia Olympiodori multa.

v. 13. Hoc parergon lubens inserui, quod Severo fortasse suggerit Origenis dicta quædam de martyrio, aptissime translata ad ascetarum solatium. Ex Vat. II f. 169. Matt. x, 39.

νὴν, καὶ εὑρίσκοντος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἡ εὐχὴ καὶ ἡ εὐλογία μεγάλη τίς ἐστιν, καὶ ταύτην εὔξαιτο ἄν τις τῶν εὐφρονούντων ἐπελθεῖν αὐτῷ, καὶ ἐμφρόνως ἐρεῖ τό· Εὐλογία κτλ.

ιε'· Ὀφθαλμὸς ἤμην τυφλῶν, ποὺς δὲ χωλῶν. *Vat.* 794, 2.

Πρὸς δὲ νοῦν, τυφλὰς διανοίας διήνοιγε, καὶ ὠφείλει τοὺς πεπηρωμένους τὴν ψυχὴν καὶ αὐτὸς αὐτῶν ἐγίνετο ὀφθαλμός· πόδας δὲ ἐχαρίζετο τοῖς κεχωλευμένοις τὰς βάσεις τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ λόγῳ ἐγίνετο αὐτῶν πούς, καὶ ἐχειραγώγει ἑκατέρους· εἴληπται δὲ ὁ μὲν ὀφθαλμὸς ἐπὶ τῆς νοητικῆς ὁδηγίας· ὁ δὲ πούς ἐπὶ τῆς ἐθικῆς.

ις'. Ἐγὼ ἤμην πάτερ ἀδυνάτων. Ibid.

Ἐν τούτοις φωναὶ δηλοῦνται τοῦ ὠφελοῦντος τοὺς ἀδυνάτους, τοὺς ἀσθενεῖς.

ις'. Δίκην δὲ ἣν οὐκ ᾔδειν, ἐξιχνίασα.

Ὁρᾷς τὴν προστασίαν· οὐ μέχρι χρημάτων, οὐδὲ μέχρι τροφῆς καὶ ἐνδυμάτων, ἀλλὰ καὶ μέχρι κινδύνων ἀλλοτρίας προϊστάμην μάχης.

ιζ'. Συνέτριψα δὲ μύλας ἀδίκων.

Ὅρα τὴν δυσχολίαν τοῦ πράγματος· καθὰ πόθεν, φησίν, ἤδη καὶ προληφθὲν τὸ πρᾶγμα ἀνώρθωσα. Ἀληθῶς ὁ Χριστὸς ἐλθών, τὰς μύλας τῶν ἀντικειμένων ἐνεργειῶν συνέθλασε· τὰς μύλας τῶν λεόντων συνέτριψεν ὁ Κύριος, καὶ ἐν τῷ προφήτῃ γέγραπται· Ἐκ μέσου ὀδόντων αὐτῶν ἅρπαγμα ἐξήρπασα.

ιη'. Εἶπα δέ· Ἡ ἡλικία μου γηράσει, ὥσπερ στέλεχος φοίνικος.

Ὅρα δὲ μετὰ πόσον χρόνον ταῦτα λέγει, οὐχὶ καυχώμενος, οὐδὲ μεγαλοφρονῶν, ἀλλ' ἀναγκαζόμενος εἰπεῖν τοῦ Θεοῦ τὴν πρόνοιαν, καὶ ἐπὶ τίσιν ἀπέλαυεν αὐτοῦ, καὶ ἐν τίσιν ἐστὶ νῦν.

Κεφ. Λ', α'. Νυνὶ δὲ κατεγέλασάν μου

aliquid magnum est. Et erit aliquis inter recte sapientes, qui petat ut super se hæc oratio veniat, atque ex animo dicat illud: ***Benedictio pereuntis super me veniat.***]

Ibid. v. 15. ***Oculus fui caecorum et pes claudorum.***

Respectu ad mentem, cæcos cogitatus aperuit, et adjuvit eos qui anima cæcutiebant, et illis oculus ipse factus est. Pedes vero largiebatur his quibus claudicabat in basibus anima, ac verbo suo factus est pes eorum, ac singulos manu duxit. Intelligitur quidem oculus de spirituali manuductione, pes autem de morali ductu.

Ibid. v. 16. ***Ego fui pater impotentium.***

Inter hæc declarantur voces adjuvantis imbecilles ac debiles.

Ibid. ***Et judicium quod non noveram, exquisivi.***

Vides tutelæ studium: non tantum ad pecunias usque erogandas, aut victum usque et vestitum, sed usque ad pericula, alieno me certamini inserui.

Ibid. v. 17. ***Confregi autem molas iniquorum.***

Vide quam arduum opus sit; quomodo, undenam, inquit, jam incœptum negotium recte restituerim. Re ipsa Christus veniens molas adversarum potestatum confregit; molas leonum confregit Dominus, et in propheta scriptum est: « De medio dentium eorum rapinam eripui. »

Ibid. v. 18. ***Dixi autem: Aetas mea senescet, sicut truncus palmae.***

Vide quantum post tempus sic loquatur, nec gloriosus, nec magno cum supercilio, sed necessitate coactus dicere Dei providentiam, et quibus bonis illius gauderet, et in quo statu nunc sit.

Cap. XXX, 1. ***Nunc deriserunt me minimi,***

v. 15. Vat. IV f. 342, VI f. 378. Latine Comitol. p. 403.

v. 16. Vat. I f. 118, II f. 169, III, f. 217.

v. 17. Vat. I f. 188, II f. 169. Priora verba Jun. Chrysostomo ascribit p. 447. — Cf. Zachar. IX, 7

v. 18. Ex eod. Vat. ibid.

Cap. XXX, 1. Vat. II f. 171, locus proph. fugit.

ἐλάχιστοι· νῦν νουθετοῦσί με ἐν μέρει, ὧν ἐξουδένουν τοὺς πατέρας αὐτῶν. *Vat.* 794, 2.

Οὐ χρώμενος τῇ ἐξουδενώσει, ἀλλὰ σαφῶς εἰδὼς αὐτούς, ὥσπερ ὁ προφήτης ἔλεγεν· Ἐξουδενοῦται ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶς πονηρευόμενος· τοὺς γὰρ τοιούτους οὐδὲν ἡγεῖτο.

β', γ'. Καί γε ἰσχὺς χειρῶν αὐτῶν, ἱνατί μοι; ἐπ' αὐτοὺς ἀπώλετο συντέλεια. Ἐν ἐνδείᾳ καὶ λιμῷ ἄγονος, οἱ φεύγοντες ἄνυδρον ἐχθὲς συνοχὴν καὶ ταλαιπωρίαν.

Ὀλυμπιοδώρου, Ὠριγένους. Ἀλλ' οὐδὲ ᾔτησά τινα ἐπικουρίαν, φησί, παρ' αὐτῶν, ἵνα διὰ τοῦτο τοιούτοις πρὸς ἐμὲ χρήσωνται ῥήμασιν· οἵ γε πάλαι δίκην ἐχρεώστουν, πονηροὶ ὄντες, καὶ τρόπον τινὰ ἀπέπτη ἀπ' αὐτῶν ἡ τιμωρία. Ἢ ὅτι θανάτου ἐπιθυμοῦντες διὰ τὴν ἄκραν πενίαν, οὐκ ἔτυχον, καὶ οὐδὲ ὑπὸ τῆς ἐνδείας ἐσωφρονίσθησαν γεννηταὶ γενέσθαι τοῦ καλοῦ, ἀλλ' ἔμειναν ἄγονοι, οἱ ἐχθές που καὶ πρὸ ὀλίγου, τῆς ἐρήμου καὶ τῶν συμφορῶν ἐκπεφευγότες· ἔοικεν δὲ ὡς ἀγεννεῖς αὐτοὺς διαβάλλειν, καὶ ἐξ ἀδόξων ὄντας χωρίων καὶ πατέρων πενήτων.

Ἐπ' αὐτοὺς ἀπώλετο συντέλεια.

Ἀντὶ τοῦ, οὐδέποτέ τι χρηστὸν συνετέλεσαν.

δ'. Οἱ περικυκλοῦντες ἅλιμα ἐπὶ ἠχοῦντι, οἵτινες ἅλιμα ἦν αὐτῶν τὰ σῖτα.

Ἅλιμα βοτάνη τις ἐστίν, ὥς φασι, ταχὺ πληροῦσα τὸν ἐσθίοντα. — Ἐπὶ ἠχοῦντι δέ, τουτέστιν ἐπὶ φάραγξι καὶ πετρώδεσιν· εὔηχοι γὰρ οἱ τοιοῦτοι τόποι, καὶ ἀντηχοῦσι τοῖς φθεγγομένοις. Ἢ καὶ ἠχοῦντα λέγει τὸν ἀλσώδη τόπον ἐν ᾧπερ ἡ πνοὴ τῶν ἀνέμων, κινοῦσα τὴν ὕλην, ἦχον ἀποτελεῖ. Φησὶν οὖν ὅτι περιενόστουν οὗτοι τὰς ὕλας καὶ τὰς φάραγγας καὶ τοὺς τόπους παρ' οὓς ὕδατα ῥέοντα ἠχεῖ τε καὶ κελαρύζει, ὑπὸ τῆς ἄγαν ἐνδείας, τὰς βοτάνας ἀνερευνώμενοι, καὶ τὰς ῥίζας τῶν ξύλων περιξέοντες εἰς τροφὴν [λιμοῦ] παραμυθίαν.

nunc monent me in parte, quorum spernebam parentes.

Non quod utatur simili contemptu, sed quod perspicue quales sint videt, ut aiebat propheta: Contemnitur in ejus conspectu quicumque depravatus. Tales enim homines nihili faciebat.

Ibid. v. 2, 3. *Et quidem virtus manuum eorum, quid ad me? Super eos peribat consummatio. In egestate et fame sterilis: qui fugiebant inaquosam heri pressuram et miseriam.*

Olympiodori, Origenis. Neque ab illis, inquit, ullum quæsivi auxilium, unde propterea talibus me verbis insectentur. Qui vero aperte pœnam merebantur, utpote improbi, aliquo tamen modo ab eis avolavit castigatio. Vel ait, quod interitum exoptantes propter summam inopiam, voto exciderunt, neque ex paupertate sapientes ita facti sunt, ut genitores fierent operis boni, sed remanserunt steriles, qui heri fortasse et per breve tempus a desolatione et calamitate aufugerunt. Videtur eos insimulare, uti ignobiles, et oriundos obscuris ex locis et ab egenis parentibus.

Ibid. *Super eos periit consummatio.*

Ac si dicat, nihil unquam boni absolverunt.

Ibid. v. 4. *Qui circuibant alima in resonante, quorum cibi erant alima.*

Alima herba quædam est, ut aiunt, quæ celeriter implet comedentem. — *In resonante* vero, id est in convallibus et locis saxosis. Ejusmodi enim loca apte personant, loquentibusque respondent. Vel *resonantem* dicit locum nemorosum, in quo ventorum spiraculum sylvam quatiens susurrum efficit. Dicit igitur id genus hominum lucos et convalles ac loca in quibus aquæ fluentes sonum et strepitum edunt, obambulasse, extrema coactos inopia, ut herbas investigantes, corrasisque arborum radicibus, famem solarentur.

v. 2, 3, 4, 5. Vat. II f. 172. Cf. Jun. 452-453. Vix poeticam non gustaveris pericopen, ὕδατα ῥέοντα ἠχεῖ τε καὶ κελαρύζει, ea maxime si Graiorum ore rotundo pronuntiaveris.

δ'. Ἄτιμοι δὲ καὶ πεφαυλισμένοι, ἐνδεεῖς παντὸς ἀγαθοῦ. *Vat.* 795, 1.

Ἑτέρα πονηρία, τὸ καὶ ἐν πενίᾳ τοιούτους εἶναι.

κδ'. Εἰ γὰρ ὄφελον δυναίμην ἐμαυτὸν χειρώσασθαι. *Vat.* 795, 2.

Ὁρᾷς ὅτι τὸ εἰ δυναίμην, οὐ διὰ ἀσθένειαν λέγει, ἀλλὰ διὰ τὸ κεκωλῦσθαι.

κη'. Ἕστηκα δὲ ἐν ἐκκλησίᾳ κεκραγώς. Ib.

Διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῶν δεινῶν, οὐδὲ πλῆθος συνόδου αἰσχυνόμενος.

κθ'. Ἀδελφὸς γέγονα Σειρήνων, ἑταῖρος δὲ στρουθῶν. Ibid.

Εἰς τὴν ὀρνίθων θηριωδίαν ἐξέπεσα, φησίν· ἠγνόησα τὴν φύσιν τὴν οἰκείαν, οὐδὲν ἐκείνων ἀμείνων διάκειμαι.

Κεφ. ΛΑ', ς', ζ'. Ἕσταμαι γὰρ ἐν ζυγῷ δικαίῳ, οἶδε δὲ ὁ Κύριος τὴν ἀκακίαν μου, εἰ ἐξέκλινεν ὁ ποῦς μου ἐκ τῆς ὁδοῦ... *Vat.* 796.

Βαβαὶ τῆς ἀκριβείας! οὐκ ἔχοι τις εἰπεῖν, ὅτι τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς ἀγαθοῖς τοῖς ἔμπροσθεν εἰς ῥᾳθυμίαν καὶ διάχυσιν ἀποχρησάμενος τοιαύτην τίνω δίκην, καὶ μεταβέβλημαι, τοῦ Θεοῦ κατάλληλόν μοι φάρμακον ἐπιθέντος. Τὸν μὲν γὰρ φιλόγελω καὶ φιλοπταίσμονα καὶ τρυφῇ προσεσχηκότα, εἰκότως ἀντιθεὶς, τὴν ἐναντίαν καταστήσειεν ἕξιν, γοερῷ τινι καὶ πολυθρηνώδει παραδοὺς αὐτὸν βίῳ· τὸν δὲ καὶ πρὸ τούτων φεύγοντα μὲν κώμους, διώκοντα δὲ ἀνθρώπους παίζοντας καὶ γελωτοποιοῦντας, ποῖον ἂν ἔχοι λόγον ἐμπεσεῖν εἰς σκύθρωπον καὶ κατηφῆ βίον; ἐπειδὴ κατεσκληκὼς ἤμην καὶ κατεστυμμένος, οὐκ ἐπὶ τὰς διαφορούσας ἐκείνῳ τῷ βίῳ κακίας κατέπεσα.

Ibid. v. 5. *Inhonorati autem et abjecti, egentes omni bono.*

Alia [contumeliæ] improbitas, hujusmodi [derisores] inopia laborare.

Ibid. v. 24. *Utinam possem mihi ipse manus afferre!*

Vides quod ait: *Utinam possem*, non propter debilitatem, sed propter prohibitionem.

Ibid. v. 28. *Et steti in conventu vociferatus.*

Nimiam ob vim calamitatum, clamitavit, ne cœtus quidem multitudinem erubescens.

Ibid. v. 29. *Frater factus sum Sirenum et socius struthionum.*

Transivi, inquit, in avium sylvestrium conditionem, propriam ignoravi naturam, haud illis melior constitutus sum.

Cap. XXXI, 6, 7. *Steti enim in statera justa. Novit autem Dominus innocentiam meam; si declinavit pes meus de via* etc.

Proh! quanta verborum diligentia! Nemini id profiteri fas est, quod, quum divitiis et bonis quibus ego dudum fruebar, ad socordiam et mollitiem abusus fuerim, supplicium hoc patiar, mutata rerum fortuna, ac Deo idoneam mihi medicinam adhibente. Qui merito quidem id responderet, si quis fuerit risui, lusibus ac deliciis deditus, eumque in contraria sorte Deus constituens, traderet vitæ acerbæ ac luctuosæ. Qua autem ratione, qui comessationes antea vitavit, amovitque a se joculares homines et risum aliis excientes, in tristem ac mœstum vitæ statum incidere debet? Quandoquidem obduratus manens et asperatus, haud abii præceps in vitia quæ ad illam vitam pertinent.

v. 24. Vat. II f. 174. Ipsa verba inseruntur apud Junium p. 459 in scholium anonymi, quod totum fortasse Origenis fuerit; alterum vero quod sequitur ibidem, æque prolixum, potius esse Chrysostomi videtur, quamvis in Vat. II dicatur Origenis.

v. 28, 29. Vat. II f. 174. Nota ἀδελφὸς γέγονα pro hoc: *Similis factus sum.* Fere eadem ex Olympiod. Junius habet, p. 461, sed corrupta: legit enim ὀρνίθων θρηνῳδίαν et οὐδὲν ἄμεινον. Idem Comitol. habuit sub Chrysostomi nomine, p. 416.

Cap. XXXI, 6, 7. Vat. II f. 175. Similia apud Olympiodorum p. 463, his præmissis in v. 1, 2: Διὰ τί οὖν, φησί, μετὰ τοσαύτην ἀκρίβειαν, τοιαύτην μοι μερίδα καὶ τοιοῦτον κλῆρον, ὁ δυνατὸς καὶ ὕψιστος ἄνωθεν ἐπεμέρισεν, ἀγνοῶ τοὺς λόγους. Cætera plane referunt Origenis indolem, verba ejus composita, dicendique genus Alexandrinum. Quamvis primo intuitu et ab exordio facile de Chrysostomo aliquis cogitaverit. Cf. ἐπεσκληκὼς p. 388.

λα'. Εἰ δὲ καὶ πολλάκις εἶπον αἱ θεράπαιναί μου· Τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ πλησθῆναι, λίαν μου χρηστοῦ ὄντος; *Vat.* 797, 1.

Ἀντὶ τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἀπολαῦσαι, ὅτι ἤμην αὐταῖς γλυκύς.

λβ'. Ἔξω δὲ οὐκ ηὐλίζετο ξένος, ἡ δὲ θύρα μου παντὶ ἐλθόντι ἠνέῳκτο. Ibid.

Οὐ γὰρ ἐθεράπευεν αὐτοὺς ὑποδεχόμενος μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐφόδια τῆς μετὰ ταῦτα πενίας παρεῖχεν.

Κεφ. ΛΒ', α'. Καὶ ἐπαύσατο Ἰὼβ ῥήμασιν. Ibid.

Ἡσύχασεν μὲν ὁ Ἰὼβ, διδοὺς αὐτοῖς λόγον εἰπεῖν· ἐνεῖδε δὲ, καὶ τὸν Θεὸν ἐκάλεσε μάρτυρα, καὶ ἑαυτῷ ἐπηράσατο ὅτι ἐπεστομίσθησαν οἱ φίλοι.

ια'. Ἐρῶ γὰρ, ὑμῶν ἀκουόντων, ἄχρις οὗ ἐτάσητε λόγους, καὶ μέχρι ὑμῶν συνήσω. *Vat.* 797, 798.

Ἢ τοῦτό φησιν, ὅτι οὐδὲ ὅτε ἠλέγχετε, ὡς ἔδει, ἠλέγξατε· ἢ ὅτι ὕστερον ἐσιωπήσατε. Οὕτω πρὸς τό· Ἐρῶ γὰρ, ὑμῶν ἀκουόντων.

Κεφ. ΛΓ', ιβ'. Πῶς γὰρ λέγεις· Δίκαιός εἰμι, καὶ οὐκ ἐπακήκοέ μου; *Vat.* 799, 1.

Τί οὖν ἐγένετο; οὐχὶ τοῦτο ἐνόμιζεν· τοῦτο μὲν γὰρ ὑπελάμβανεν ὁ Ἐλιοὺς, ἀλλ' οὐχὶ τοιαύτῃ γνώμῃ ὁ Ἰὼβ εἶπεν, ὅτι οὗτος δικαιότερός ἐστι τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' ὅτι ταῦτα μὲν αὐτῷ πέπρακται, οὐ μὴν ἀδικίαν ἐνεκάλει τῷ Θεῷ. Ὁ δὲ Ἐλιοὺς τοῦτο ὑπέλαβεν· ἐκείνοις δὲ δικαίως ἐνεκάλει, προσδεδωκόσι τοῦ Θεοῦ τὸ μέρος καὶ ἠρνημένοις.

Ibid. v. 31. *Quod si et saepe dixerunt ancillae meae: Quis det nobis ut carnibus ejus satiemur? cum valde bonus essem.*

Pro hoc, vita ejus frui, quia illis gustu dulcis eram.

Ibid. v. 32. *Et foris non manebat hospes, et ostium meum omni venienti patuit.*

Nec solum exceptis hospitibus serviebat, sed et insuper viatica inopiæ præstabat.

Cap. XXXII, 1. *Et cessavit Job a verbis.*

Siluit quidem Job, venia loquendi illis data; intellexit autem et Deum testem invocavit, atque sibi imprecabatur, quod ora amicorum obturarentur.

Ibid. v. 11. *Dicam enim, vobis audientibus, quoadusque exquiratis sermones, et usque ad vos intelligam.*

Aut ait hoc, nempe quando vos accusationem sustinuistis, minime uti oportebat, accusavistis. Aut illud, nimirum in ultimum siluistis. Sic ad hæc verba: *Loquar enim, vobis audientibus.*

Cap. XXXIII, 12. *Quomodo enim dicis: Justus sum, et non exaudivit me.*

Quid ergo factum est? Nullatenus Job id cogitavit. Equidem hoc Elius intellexit, sed minime in hoc sensu Job dixit se esse Deo justiorem, sed ait quod postquam illi talia acciderunt, nullam Deo injustitiam addicebat. Id ipsum Elius assumebat, amicos vero jure accusavit, qui Deo partem dabant simul et abnuebant.

v. 31, 32. Vat. II f. 177. Origeni ibidem ascribitur scholium in v. 33 nomine Chrysostomi editum. ap. Jun. 479.

Cap. XXXII, 1. Vat. II f. 180, sed Chrysostomi Vat. III f. 233.

v. 11. Ib. f. 183.

v. 20. Vat. IX f. 131. Gall. 99.

Cap. XXXIII, 12. Vat. VIII f. 310. Ad hujus cap. v. 4, Comitolus græce et latine dedit, et post eum Junius, scholium Severi tam egregium de processione Spiritus sancti a Filio, ut ex tumulo duplici locus erui mereatur: Ἐκ μέντοι τῶν προειρημένων διδασκόμεθα, ὅτι Θεὸς τὸ Πνεῦμα καὶ δημιουργὸν, ὡς Υἱός. Εἰ γὰρ καὶ δι' Υἱοῦ τὰ πάντα ὁ Πατὴρ ἐδημιούργησεν, ἀλλ' ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ὃ κατὰ φύσιν ἴδιόν ἐστι τοῦ Μονογενοῦς. *Ex iis quae dicta sunt docemur, Spiritum esse Deum, et sicut Filium, rerum opificem. Etsi enim per Fi-*

κ'. Λαλήσω, ἵνα ἀναπαύσωμαι ἀνοίξας τὰ χείλη.

Ὁ τυγχάνων συνετοῦ ἀκροατοῦ, καὶ ὢν πλήρης λόγων, λαλῶν ἀναπαύεται, τὴν περιττότητα οἷον κενώσας καὶ ἀποβάλλων, καὶ λέγει· Λαλήσω ἵνα ἀναπαύσωμαι.

Κεφ. ΛΔ', ιθ'. Ὃς οὐκ ἐπαισχυνθῇ πρόσωπον ἐντίμου, οὐδὲ οἶδε τιμὴν θέσθαι ἁδροῖς. *Vat.* 800, 1.

Εἰ γὰρ καὶ μὴ οἶδας, ἀλλ' ὀφείλεις πολλὰ παραχωρεῖν αὐτῷ, καὶ τῇ δόξῃ αὐτοῦ, ὥστε μὴ πάντα ζητεῖν μανθάνειν.

κγ'. Ὅτι οὐκ ἐπ' ἄνδρα θήσει ἔτι. Ib.

Ἔοικε τοῦτο λέγειν, ὅτι νῦν μὲν ἐν ἡμῖν κεῖται τὸ καλὸν καὶ τὸ φαῦλον, ἐν δὲ τῷ μέλλοντι αἰῶνι οὐκ ἔτι.

λα'. Ὅτι πρὸς τὸν ἰσχυρὸν ὁ λέγων· Εἴληφα, οὐκ ἐνεχυράσω, ἄνευ ἐμαυτοῦ ὄψομαι· σὺ δεῖξόν μοι. *Vat.* 800, 2.

Τινὲς οὕτως ἡρμήνευσαν·. ὅτι μὴ τολμᾷ τις εἰπεῖν τῷ ἰσχυροτέρῳ, ὅτι ἀδίκως εἴληφας τὰ ἐμά, οὐκ ἐνεχύρου χάριν, ὡς ὑποφειλόμενα, καὶ παρὰ γνώμην ἐμὴν εἴληφας· ἐπίδειξον ὅτι εὐλόγως τοῦτο δέδρακας. Εἰ δὲ τῷ δυνατῷ ταῦτα οὐδεὶς εἰπεῖν τολμᾷ, πῶς σύ, φησί, τοιαῦτα θρασύνῃ κατὰ Θεόν; — Ὁ δὲ Σύμμαχος οὕτως ἐκδέδωκεν, ὅτι πρὸς Θεὸν ῥῆσιν ἀνέλαβον, οὐχ ἔξω ἀκωλύτως ἐρῶ...

Ibid. v. 20. *Loquar, ut requiescam aperiens labia.*

Cui contigit intelligentem habere auditorem, et qui plenus est sermonum, loquens requiescit, evacuans, pene dicam, et emittens suam redundantiam, ac dicit: *Loquar, ut requiescam.*

Cap. XXXIV, 19. *Qui non est veritus faciem honorati, neque novit honorem ponere potentibus.*

Etsi enim non intelligas, tamen ei debes cedere in multis et gloriæ ejus, ita ut discas jam non omnia inquirere.

Ibid. v. 23. *Quoniam non super virum ponet amplius.*

Hoc est quod videtur dicere: Nunc quidem in nostra potestate est bene vel male agere, in futuro autem sæculo, non amplius.

Ibid. v. 31. *Quoniam ad fortem qui dicit: Occupavi, non pignus sumam. Sine me videbo. Tu ostende mihi.*

Quidam interpretes sic intellexerunt: « Nemo » potentiori dicere audet: tu mea injuste ab» stulisti, quæ non pignoris loco debita erant, » et invito mihi eripuisti: id te jure fecisse, » ostende. Si autem validiori nemo hæc di» cere sustinet, qua audacia, inquit, talia tu » contra Deum præsumis. » — At Symmachus ita reddidit: *Quia ad Deum locutionem assumpsi, nemine prohibente, dicam. Tu vero ostende*

lium Pater cuncta fabricatus sit, at fecit in Spiritu sancto, qui natura sua Unigeniti proprius et peculiaris est. Comitol. 443, Jun. 493.

v. 20. Vat. II f. 188.

Cap. XXXIV, 19. Vat. II 193, 194. Ubi additur in v. 21, 22 ut Origenis, scholium Junio anepigraphum, οὐ δύνανται, p. 506.

v. 23. Vat. II ib. brevis, sed optima sententia, quam idem Origenes, nec fallor, fusius prosequitur apud Junium p. 506, in scholio anonymo ad h. v. Illic enim habitat Origenes.

v. 31. Vat. VIII f. 339. Obscurus locus a Theodotione sumitur et obelis circumcingitur apud Origenem in Hexaplis. Hebraice brevius et minus ambigue: *Quia ad Deum dixi: Pertuli, non prave agam.* Triplex explanatio proponitur. Primam per me licet ascribas *Senioribus Alexandrinis*, quos ideo non sequitur Origenes, ut opinor, quia veteres illi interpretes cœperunt ἐνεχυράσω pro secunda persona aoristi medii; inde scholium ὅτι ἀδίκως εἴληφας κτλ. quod Montefalconio minus apte visum est varietas Hexaplaris. Secunda expositio a Symmacho pendens, magis ad hebraica accedit. In tertia demum Origenes pressius græca urget. Nonnulla dedit Junius p. 508, 509, sed vexata multum et mutila. Nec sat lucis affert Field. II, 62. Vulgata demum omnia perspicue exponit: *Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoque non prohibebo. Si erravi, tu doce me.*

λύτως, σὺ διασάφησόν μοι. Ὁ δὲ ἐνόησεν οὕτως, τουτέστιν· ἐπειδὴ τὴν ὑπὲρ Θεοῦ ῥῆσιν ἀνέλαβον, φησὶν Ἐλιοὺς, οὐκ ἐπέχω, ἀλλ' ἀκωλύτως ἐπεξέρχομαι τῷ λόγῳ. Εἰ δὲ μὴ καλῶς λέγω, σὺ διασάφησον, ἀντὶ τοῦ, ἔλεγξον τὸν λόγον. — Οἶμαι δὲ μᾶλλον οὕτω νοεῖσθαι τὸ κείμενον, ὅτι οὐκ ἐπειδὴ τὸ ὑπὲρ Θεοῦ λέγειν εἱλόμην, παρὰ τοῦτο δεῖ σε καὶ συνομολογεῖν ἁπλῶς, οἷα δὴ χρέος ἀπαιτῶ· ἄνευ δὲ ἐμαυτοῦ ὄψομαι, σὺ δεῖξόν μοι, ἀντὶ τοῦ· χωρὶς τοῦ ἐμοῦ λόγου εἰδέναι θέλω, εἴ τι καὶ ἀντειπεῖν ἔχοις· ἵνα εἴπῃς ὅτι ἡσυχίαν παρέχομαι, καὶ ἐπιλαμβάνου τὸν λόγον, εἰ δύνασαι.

Κεφ. ΛΕ', ε'. Ἀνάβλεψον εἰς τὸν οὐρανόν. *Vat.* 800, 2.

Οὐδεὶς φιλόκοσμος ἀναβλέπει εἰς τὸν οὐρανόν· μὴ ἀγαπῶμεν τὸν κόσμον, μηδὲ τὰ ἐν τῷ κόσμῳ. Εἰ τὰ ἐνθένδε ἀγαπῶμεν, οὐκ ἀναβλέπομεν εἰς τὸν οὐρανόν.

ς'. Εἰ ἥμαρτες, τί πράξεις; Ibid.

Τουτέστιν οὐδὲ αὐτὸν ἀδικήσεις, ἀλλ' οὐδὲ ὠφελήσεις, δίκαιος ὤν· ἐπειδὴ γὰρ ἔλεγεν· Εἰ ἥμαρτον, τί δύναμαι πρᾶξαι; τί ποιήσω, φησίν; τοῦτο ἵνα εἴπῃ· Διὰ τί; μὴ γὰρ ἀδικούμενος φροντίζει σου ἁμαρτάνοντος; μὴ γὰρ ὡς βλάβην ὑπομένων;

ι'. Ὁ κατατάσσων φυλακὰς νυκτερινάς. *Vat.* 801, 2.

Θέλεις ἰδεῖν πῶς κατατάσσει φυλακὰς νυκτερινὰς ὁ Θεός; ὅλος ὁ αἰὼν οὗτος νύξ ἐστι, σκότος ἐστί. Τὸ φῶς τηρεῖταί σοι· ὃ βλέπεις νῦν φῶς, δι' ἐσόπτρον βλέπεις. Καί· Ἐν τῷ φωτί σου ὀψόμεθα φῶς· μέλλομεν ποτὲ βλέπειν αὐτό. Οὐκοῦν νύξ ἐστι πᾶς ὁ αἰών; ἐπεὶ νύξ ἐστι, πολέμιοι πολλοὶ, πολλὰ θηρία περιέρχονται. Ἐπεὶ οὖν νύξ ἐστὶ τὰ ἐν τῇ σκοτίᾳ τοῦ βίου πράγματα, χρεία ἐστὶ φυλάκων τεταγμένων εἰς τὴν νύκτα ταύτην,

mihi. Ita quidem ille intellexit, videlicet: Quando quidem assumpsi, inquit Elius, pro Deo verba facere, non abstineo me, sed libere dicere pergo. Sin minus recte loquor, tu hoc ostende, scilicet meum confuta sermonem. — Ego vero sic potius propositum locum puto intelligendum: Haud propterea quod Dei causam dicere elegerim, ideo oportet te simpliciter etiam mecum consentire, ac si debitum exigam: *Absque me videbo, tu mihi ostende,* ac si diceret: quamvis nulla mea prorsus oratio esset, numquid ad me reprehendendum habeas, videre cupio: unde mihi jubeas, ut silentium agam, et assume tibi sermonem, si potes.

Cap. XXXV, 5. *Aspice in coelum.*

Nemo mundi amator aspicit in cœlum. Nec mundum, neque ea quæ in mundo sunt, diligamus. Quod si amamus quæ exinde sunt, jam non aspicimus in cœlum.

Ibid. v. 6. *Si peccasti, quid ages?*

Id est: nullam ei injuriam facies, sed neneque illi proderis, justitiam exercendo. Quoniam enim dixerat: Si peccavi, quid possum facere? Quid faciam, inquit? Ut hoc dicat: Quid ergo? Num tanquam injuriam passus, [Deus] peccantem te considerat sollicitus? Numquid erit quasi damnum sustinens?

Ibid. v. 10. *Qui distribuit custodias noctis.*

Vis scire quomodo Deus nocturnas vigilias distribuat? Totum hoc ævum nox est et tenebræ. Lux tibi reservatur. Quam nunc vides lucem, vides per speculum. « Et in lumine tuo videbimus lumen. » Erit quando illud videbimus. Nox igitur nonne est totum vitæ sæculum? et quum sit nox, hostes multi, multæ belluæ circumeunt. Nox igitur quum sint omnia negotia quæ in tenebris vitæ aguntur, opus est custodibus ob hanc ipsam noctem dispositis,

Cap. XXXV, 5, 6. Vat. I f. 146, II f. 195, III f. 252, IV f. 385, VI f. 203.

v. 10. Vat. I f. 147, II f. 196, III f. 254, V f. 203. Etiam cf. tum BB 507, et Galland. col. 96,

ἵνα οἱ φύλακες, οἱ ἐπὶ τῶν νυκτῶν, φρουρῶσι τοὺς ἐν νυκτὶ, καὶ ἔλθωσι καὶ φυλάξωσιν ἡμᾶς ἀπὸ τῶν λῃστῶν. Τίνες οὖν οἱ φύλακες, οἱ τεταγμένοι παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐν ταῖς φυλακαῖς ταῖς νυκτεριναῖς; Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου κύκλῳ τῶν φοβουμένων αὐτὸν, καὶ ῥύσεται αὐτούς· οὗτοι οἱ ἄγγελοι οἳ ἐν νυκτὶ φρουροῦσιν ἡμᾶς.

Κεφ. ΛΗ', ε'. Τίς ἔθετο τὰ μέτρα αὐτῆς, εἰ οἶδας; ἢ τίς ὁ ἐπαγαγὼν σπαρτίον ἐπ' αὐτῆς; *Vat.* 803, 2.

Ἠθέλησαν μὲν εἰπεῖν ἕλληνές τι περὶ τοῦ μέτρου τῆς γῆς· ἡ διάμετρος τῆς γῆς, φασὶν, εἰκόσι πέντε μυριάδων στάδια. Ἔοικε δ' ὁ λόγος δεικνύναι, ὅτι ἄληπτόν ἐστι τὸ μέτρον τῆς γῆς παντί· μόνος δὲ ὁ Σωτὴρ οἶδεν αὐτὸ, ὁ καὶ δημιουργός. Μέτρα δὲ, καὶ οὐ μέτρον εἶπεν, ἵνα τὰς διαφορὰς τῆς γῆς παραστήσῃ. Μέτρον τί ἐστι τῆς τοιᾶσδε, φέρε εἰπεῖν, τῆς φερούσης τὰ ἀρώματα Ἀνατολῆς; μέτρον τῆς φερούσης τὸ πέπερ ἢ τὰ ζῶα; οὐ γὰρ πάντα πανταχοῦ γίνεται· ταῦτα οὖν τὰ μέτρα παρὰ τῷ Λόγῳ τοῦ Θεοῦ εἰσιν. — Ἄρα οὐχ ἁπλῶς τοσαύτη γεγένηται ἡ γῆ, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν, ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ, εἰ καὶ τὸ τυχὸν προσετέθη, ἄκαιρον εἶναι, καὶ εἴπερ ἀφῃρέθη, ὁμοίῳ τῷ λόγῳ πᾶσαν αὐτὴν λυμήνασθαι· καὶ τοῦτο αἰνίττεται τὰ μέτρα καὶ τὸ σπαρτίον.

ς'. Τίς δέ ἐστιν ὁ βαλὼν λίθον γωνιαῖον ἐπ' αὐτῆς; *Vat.* ibid.

Τίς δέ ἐστιν ὁ βαλὼν λίθον γωνιαῖον ἐπ' αὐτῆς, ὅτι οὕτως ἕστηκεν ἑδραία, ὡσπερεὶ ἐπῳκοδόμησεν ἐπ' ἀσφαλείᾳ βεβηκυίᾳ θεμελιώσεως; τῇ βουλήσει τοῦ Θεοῦ, ἐν τῇ γὰρ χειρὶ αὐτοῦ πάντα τὰ πέρατα τῆς γῆς. — Λίθον γωνιαῖον· τοῦτο δύναται καὶ εἰς τὸν Μονογενῆ τοῦ Θεοῦ Υἱὸν, δι' ἡμᾶς σαρκω-

ut vigiles, qui per noctes sunt, custodiant versantes in nocte, et accurrant, et tueantur nos a prædonibus. Quinam ergo sunt custodes a Deo dispositi in nocturnis hisce vigiliis? « Castrametabitur angelus Domini in circuitu timentium Dominum, et eripiet eos. » Hi angeli sunt qui nos in nocte tuentur.

Cap. XXXVIII, 5. *Quis posuit mensuras ejus, si nosti? Aut quis est qui induxit super eam funiculum?*

Voluere quidem Græci aliquid asserere de mensura terræ: diametrum dicunt esse viginti quinque myriadum stadiorum. At innuit palam hic sermo, mensuram terræ esse incompertam cuicumque homini; solus vero novit eam Salvator, utpote creator. *Mensuras* autem, non vero mensuram dixit, ut telluris varietates explicaret. Qualis est mensura istiusmodi orbis, ut ita dicam, qui edit Orientis aromata? quæ mensura ferentis piper vel animalia? Omnia namque in omnibus locis non gignuntur. Tales ergo mensuræ penes Dei Verbum sunt. — Non igitur temere et fortuito tantæ molis facta est terra, verum meo judicio, si vel tantillum ei adderetur, nimia et immodica esset; ac pari ratione si quid detraheretur, tota corrumpi videretur, et hoc est quod *mensurae* et *funiculus* significant.

Ibid. v. 6. *Quis est autem qui misit lapidem angularem super eam?*

Quis porro ille *est qui super terram posuit lapidem angularem*, quandoquidem sic firmam eam statuit, quasi eam ædificasset in stabili fortitudine fundamenti? Dei scilicet voluntate, etenim in manu ejus sunt omnes fines terræ. — *Lapidem angularem.* Id quoque potest intelligi respectu ad Unigenitum Dei Fi-

qui plura hinc et inde addunt; tum Junium p. 514, ubi nostra Chrysostomus partim sua palam fecit. Respicit I Cor. XIII, 12; Ps. XXXIII, 7.

Cap. XXXVIII, 5. Vat. VI f. 144, II f. 215. De hac mensura terræ apud veteres amplus pateret per orbem excursus, sed notarum vela contrahere jam præstat.

v. 6. Vat. II f. 215. In eod. Vat. f. 216 Origeni tribuitur scholium in v. 9: Μὴ δὴ τοῦτο — τὸ μέτρον δυναμένη, quod Junius anepigraphum dedit p. 543, 544: tum etiam tertium scholium in v. 10: ἐνταῦθα, ibidem ascriptum Chrysostomo.

θέντα, νοεῖσθαι· κατὰ τὸ ἐν ψαλμοῖς· Λίθον, ὃν ἀπεδοκίμασαν, ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας. Εὐδοκίᾳ γὰρ τοῦ Πατρὸς ἐλθὼν ἐπὶ γῆς, συνῆψεν ἐν ἑαυτῷ τοὺς δύο λαούς, τῶν Ἰουδαίων τε καὶ ἐθνῶν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ ὁ γωνιαῖος λίθος ἀμφοτέρους συνδεῖ τοὺς τείχους.

ια'. Εἶπα δὲ αὐτῇ· Μέχρι τούτου ἐλεύσῃ, καὶ οὐχ ὑπερβήσῃ. *Vat.* 803, 2.

Ὁ δὲ Σύμμαχος· Ἕως ὧδε τετάχθω τὸ ἔπαρμα τῶν κυμάτων σου. Οὕτω μὲν γὰρ ἀσφαλῶς κατέχει αὐτὴν ὡσανεὶ κλείθροις· οὕτω δὲ εὐκόλως, ὡσανεὶ ἐπὶ τάξει. Εἶπα γάρ, φησί, καὶ οὐκ ἔστιν ἀντειπεῖν, ὅταν, μηδεμίας ἀνάγκης ὠθούσης, τοῦτο γίνηται· ἅμα καίτοι πολλῆς τῆς βίας καὶ τῆς ῥώμης αὐτὴν μαστιζούσης· διὰ γὰρ τοῦτο οὐκ ἀφῆκεν αὐτὴν εἶναι γαληνιαίαν, οὐδὲ ἥμερον, ἵνα κηρύττῃ τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν, τῆς φύσεως τῷ προστάγματι μαχομένης, καὶ τοῦ προστάγματος πανταχοῦ νικῶντος. Εἰ γὰρ ἥμερον ἦν τὸ ὕδωρ, τῇ φύσει τοῦ ὕδατος τὴν εὐταξίαν ἂν ἐλογίσαντο πολλοί· νῦν δὲ ταραττομένη, μαστιγουμένη, ὠθουμένη ἔνδον, καὶ τὰ ὅρια ὑπερβῆναι μὴ δυναμένη, διὰ τῆς ταραχῆς κηρύττει τοῦ Θεοῦ τὴν ἰσχύν.

μα'. Τίς δὲ ἡτοίμασε κόρακι βοράν; *Vat.* 804, 1.

Λέγεται γὰρ μὴ ἐκτρέφειν τὰ ἔκγονα· ἀλλ' αὐτοὶ μὲν εἰκότως, ἅτε μεγάλοι ὄντες, πορίζουσι τροφήν. Τὰ δὲ ἔκγονα τίς ἐκτρέφει; οὐχ ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος; καθὰ καὶ τὸ εὐαγγέλιόν φησιν· Τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ οὐ σπείρουσιν, οὐδὲ θέρουσι, καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τρέφει αὐτά.

Κεφ. ΛΘ, κζ'. Ἐπὶ δὲ σῷ προστάγματι

lium, qui propter nos caro factus est: secundum illud in psalmis: « Lapidem quem reprobaverunt, is factus est in caput anguli. » Qui enim voluntate Patris in terram venit, in seipso conjunxit duos populos Judæorum et Gentium, quemadmodum nimirum et angularis lapis utrumque parietem connectit.

Ibid. v. 11. *Et dixi ei: Huc usque venies, et non ibis ultra.*

At Symmachus: *Huc usque statuatur elatio fluctuum tuorum.* Adeo enim secure continet mare, ac si claustris cohibeat, tamque facili negotio, ac si solo usus mandato. Dixi, inquit enim, nec fas contradicere, quippe quum id fiat, nulla alia necessitate impellente, quin immo etiam quum vis magna et immanitas fluctuum mare flagellat. Idcirco noluit illud tranquillum et pacatum esse, ut dum natura ejus cum mandato pugnat, et mandato ubique prævalente, Dei robur proclamaret. Si enim aqua marina pacata fuisset, naturæ hunc pulchrum ordinem vulgus ascripsisset: nunc vero quum turbata, quum verberibus cæsa, quum intus compulsa, limites suos transgredi non valeat, tumultu suo Dei vires annuntiat.

Ibid v. 41. *Quis autem praeparavit corvo escam?*

Dicitur enim corvus pullos suos non alere; corvi autem, uti par est, quum sunt adulti, cibum sibi parant. Sed prolem, quis enutrit? Nonne Dei Verbum? uti etiam Evangelium asserit: « Volatilia cœli neque serunt, neque metunt, sed Pater vester cœlestis nutrit ea. »

Cap. XXXIX, 27. *Tuo ne praecepto exal-*

v. 11. Vat. II f. 216. Cf. Jun. f. 544, Olympiodori nomine. Sed Origenem ab initio Symmachus revocat. Neque desunt elegantes varietates et emendationes. — ἐπιτάξας Jun. male: εἶπεν. cod. Jun. emendavit. — Post ἀντειπεῖν idem pergit: καὶ τοῦτο γίνεται, οὐ μόνον μηδεμίας ἀνάγκης αὐτὴν ὠθούσης, ἀλλὰ καίτοι... Alia quæ Origeni dantur in codd. nostris recolat, cui libuerit in v. 12, 22, 23, 26, 37, 38; quæ anepigrapha apud Junium p. 545, 548, 549, 553, 554, plerumque omnino sapiunt Origenem; ac dubio procul summus interpres non siluit de his præstantissimis capitibus XXXVIII et XXXIX, quæ apud Maurinos et Gallandium in gravi lacuna prorsus desiderantur. Cf. Field. II, 70.

v. 41. Vat. II f. 221. Παραφραστικῶς Olympiod. apud Jun. p. 555. — Cf. Matth. VI, 28.

Cap. XXXIX, 27. Vat. II f. 225. Ab initio

ὑψοῦται ἀετός; γὺψ δὲ ἐπὶ νοσσιᾶς αὐτοῦ καθεσθεὶς, αὐλίζεται ἐπ' ἐξοχῇ πέτρας καὶ ἀποκρύφῳ; *Vat.* 805, 2.

.....Εἰ ἐν τοῖς σαρκοβόροις τινα λογικὴν σοφίαν, ἀπὸ τῆς κατὰ φύσιν ἐπιστήμης ἐνοῦσαν ἑκάστῳ, καὶ πρὸς γνῶσιν, τῷ μὲν πολέμου, τοῖς δὲ τῶν ἀποθανόντων, ὁρᾷς καὶ ἕνα ἀεροφορούμενον τὸν γῦπα.

λδ'. Τί ἔτι ἐγὼ κρίνομαι, νουθετούμενος καὶ ἐλέγχων Κύριον, ἀκούων τοιαῦτα, οὐθὲν ὤν; Ibid.

Τί ἔτι, φησὶν, ἐγὼ κρίνομαι, εἰς προοίμιον; καὶ ἐξ ἀρχῆς παρεχώρησε τῶν πρωτείων. Ἥττημαι, φησί, παρὰ σοὶ τὸ δικαίωμα· τί πορρωτέρω τὴν δίκην ἐπεξάγεις; τί γὰρ δυνατὸν ἀποκρίνασθαι; πῶς δὲ χρὴ πρὸς τοιοῦτον ἀντοφθαλμεῖν δεσπότην; Ἐγὼ, φησί, διετέλουν, τὴν αἰτίαν τῆς γενομένης ἐπ' ἐμὲ πληγῆς ζητῶν· εἰς δὲ δημιουργίαν οὐδὲν ἐνεκάλεσα, καὶ πρὸς τὰ λεχθέντα οὐδὲν ἔχω λέγειν. — Λείπει, ὡς οὐδ' ἐλέγχων Κύριον, νουθετούμενος ὁ ἄθλιος.

Κεφ. Μ', β'. Ἀλλὰ ζῶσαι, ὥσπερ ἀνὴρ, τὴν ὀσφύν σου, ἐρωτήσω δέ σε, σὺ δέ μοι ἀπόκριναι. *Vat.* 805, 2.

Οἱ γὰρ περιουσίᾳ δικαιωμάτων θαῤῥοῦντες, οὐδὲ φεύγοντες τοὺς ἀντιδίκους, ἀφίασιν, ὥστε ἐκ περιουσίας, γενέσθαι τὴν νίκην. Εἶτα αὐτῷ καὶ ἀπολογεῖται, ὅτι μέλει μοι περὶ τῶν ἀνθρώπων· δῆλον ἐκεῖθεν, τίνος δὴ ἕνεκεν τοῦτον ἐπήγαγόν σοι τὸν πειρασμόν. Δίδωμί σοι παῤῥησίαν, ἐγώ σε ἐρωτήσω, σὺ δέ μοι ἀπόκριναι.

γ'. Οἴει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα ἀναφανῇς δίκαιος; *Vat.* 805, 2.

Τὸν παρόντα λέγει χρηματισμόν· οὐχ ἵνα δὲ κατακρίνω, λέγω ταῦτα, φησὶν, ἀλλ' ἵνα δείξω δίκαιον. Ἢ περὶ τοῦ πειρασμοῦ φησιν,

tatur aquila? Aut vultur, super nidum suum sedens, moratur in summitate petrae et in abscondito?

Si in vulturibus [norunt] aliquam intelligendi sapientiam, quæ ex innata generi cuique scientia insit ad cognoscendum, huic nempe in rebus belli, illis vero de morientibus, vides etiam unum vulturem in aera sublatum.

Ibid. v. 34. *Quid adhuc ego judicor, commonitus et arguens Dominum, audiens talia, quum nihil sim?*

Quid adhuc ego judicor? inquit in prooemio. Et ab initio congressus, primas detulit. Victus sum, ait, tibi est judicium. Cur ulterius litem protrahis? Quid enim responderi potest? Haud enim fas est talem Dominum contrario intueri oculo. Ego, inquit, moram feci, quærens causam plagæ quæ mihi inflicta est. Rerum vero creationem nullo pacto in causam vocavi, et post ea quæ dicta sunt, nihil habeo dicere. — Cessat, ne Deum redarguat, qui commonitus est infelix.

Cap. XL, 2. *Sed accinge, sicut vir, lumbum tuum, interrogabo autem te, et tu mihi responde.*

Etenim qui in copia justorum argumentorum confidunt, nec fugiunt adversarios, permittunt quasi ex abundanti jure fieri victoriam. Tum etiam ipsi Deus patrocinatus ait: Sane hominum me cura tenet. Palam inde est, quæ causa sit, cur hanc tibi tentationem attulerim. Do tibi fiduciam, *ego te interrogabo, responde mihi.*

Ibid. v. 3. *Putas ne me aliter tibi respondisse, quam ut appareas justus?*

Responsum vocat hanc concionem. At illa dico, inquit, non ut te condemnem, sed ut justum te esse ostendam. Vel respectu ad tenta-

aliquid desideratur; in fine autem cod. male ἐριφορόμενον, nisi sit Alexandrina scribendi varietas. Alludit Olympiodorus apud Jun. 564: Σὺ δὲ τοὺς τῶν γυπῶν νεοσσοὺς ἐδίδαξας, ἔτι μικροὺς ὄντας σαρκοβορεῖν καὶ αἱμάτων ἀρᾷν;

v. 34. Vat. II f. 226. Huc respexit Olympiod. Jun. 565.

Cap. XL, 2. Vat. I f. 170, II f. 228.

v. 3. Vat. II f. 229, IV f. 422, V f. 225, X f. 209.

χρηματισμὸν τὴν συγχώρησιν λέγων, τουτέστι προτεταχέναι με δι' ἄλλο τι τοῦτο γενέσθαι· οὐκ εἶπεν, ἵνα γένῃ, ἀλλ' ἵνα φανῇς σὺ ὅπερ ἦς, ἵνα τοὺς ἄλλους παιδεύσῃς. Ὅρα δέ· οὐκ εἶπεν, ἵνα γένῃ δίκαιος (ἣν γὰρ ἀκριβῶς τὴν δικαιοσύνην ἤσκησας), ἀλλ' ἵνα φανῇς. Μὴ ἀναφανῶμεν ἄδικοι, μηδὲ ἀσεβεῖς. Τούτων μνημονεύωμεν ἐν τοῖς τῶν περιστάσεων καιροῖς, καὶ δόξωμεν τοῦ Θεοῦ ἀκούειν παρόντος καὶ λέγοντος ἡμῖν· Οἴει δέ με ἄλλως σοι κεχρηματικέναι, ἢ ἵνα τοῖς ἀγνοοῦσιν δήλη ἡ σὴ δικαιοσύνη γίνηται;

ε'. Ἀνάλαβε δὴ ὕψος καὶ δύναμιν, δόξαν δὲ καὶ τιμὴν ἀμφίασαι. Ibid.

Στεφάνωσαι, ἔνδυσαι δόξαν, ἔνδυσαι τιμὴν, ἔνδυσον εὐπρέπειαν. Ὁ ὑβριστὴς ἐστρατεύσατο κατὰ σοῦ· σὺ δὲ τὸν ὑπερήφανον ἐταπείνωσας, καὶ μακρὰν μετ' αἰσχύνης ἀπέστρεψας τὰς αὐτοῦ φάλαγγας. — Ἔλεγξον ἁμαρτωλοὺς, δεικνὺς αὐτοὺς ἁμαρτωλούς· πλήρωσον τὰ πρόσωπα αὐτῶν ἀτιμίας, διὰ τοῦ ἐλέγχου τοῦ ἐν σοί. — Οὐκ ἄρα πρὸς ἐπίδειξιν ἢ πρὸς καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ἢ καὶ πρὸς θεογνωσίαν. Ὅρα δὲ ὅσον τὸ ταπεινὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως ἐλέγχει αὐτὸν, καὶ οὐ λέγει ὅτι ταπεινὸς σὺ, ἀλλ' ὅτι μέγας ἐγὼ, καὶ οὐ δύναται ἅπερ ἐγώ.

ι'. Ἀλλὰ δὴ ἰδοὺ θηρία παρὰ σοί.

Ὡς ἀθλητὴς, μάνθανε τὰ περὶ τοῦ δράκοντος τοῦ ἀνταγωνίστου. — Παρὰ σοὶ οὖν, φησὶ, καὶ παρὰ παντὶ τῷ ὑπομονητικῷ τὰ θηρία ταῦτα ἐξημεροῦται καὶ ὑποτέτακται· ἔστι μέντοι κτλ.

κ'. Ἄξεις δὲ δράκοντα ἐν ἀγκίστρῳ, περιθήσεις δὲ φορβαίαν περὶ ῥῖνα αὐτοῦ;

Δύνασαι οὖν, φησὶν, ὦ Ἰώβ, ποιῆσαι ὅπερ ὁ Μονογενὴς ὕστερον εἰργάσατο; Ὥσπερ γάρ τι δέλεαρ αὐτῷ τὴν οἰκείαν σάρκα προβαλλόμενος διὰ τῶν οἰκείων ἥλων, ὡς δι' ἀγκίστρων, ἰχθὺν ἤγρευσεν Λευιαθάν. Οὕτω γὰρ τὸ ἑβραϊκὸν ἔχει, καὶ σημαίνει τὸν δράκοντα.

tionem, responsum dicit, permissionem intelligens, videlicet quod ego præstitui id erga te aliam ob causam fieri; non inquit, ut fias, sed *ut appareas* id quod eras, ut cæteros edoceas. Vide ergo, non dicit: ut fias justus (quam justitiam probe exercuisti), sed ut ostendaris. Ne manifestemur injusti, neque impii. Hæc recordemur in angustiarum tempestatibus, ac opinemur audire Deum præsentem nobis et aientem: *Putas ne me aliter tibi respondisse*, quam ut ignorantibus patens tua integritas fiat?

Ibid. v. 5. *Assume jam altitudinem et virtutem, gloriam vero et honorem indue.*

Cinge te corona, indue gloriam, indue honorem, indue magnificentiam. Conviciator iste castra contra te movit: tu vero superbum humiliasti, et cohortes ejus procul cum dedecore fugasti. — Confuta peccatores, patefaciens peccatores illos esse. Imple vultus eorum ignominia, ob illam adversum te contradictionem. — Haud igitur id solum propter spectaculum aut quæcumque alia, sed pro Dei ostensione. Vide quantum ex humili tua conditione hostis confutetur, neque jam dicit te esse humilem, sed me magnum, neque illum posse quanta ego possim.

Ibid. v. 10. *Sed jam bestiae apud te.*

Ut athleta, disce quæ spectant ad draconem, tuum antagonistam. — Apud te ergo, ait, ac penes quemcumque patientem illæ bestiæ mansuescunt et subjectæ sunt. Præterea etc.

Ibid. v. 20. *Duces autem draconem in hamo? et circumpones capistrum circa nasum ejus?*

Poteris ne, inquit, o Job, facere quod postea Unigenitus opere complevit? Carne enim sua, sicut esca ei obiecta, et clavis suis, hamorum instar, piscem venatus est Leviathan. Sic enim habet hebraica scriptura, et significat draconem.

v. 5. Vat. I f. 171, IV f. 427, VIII f. 381. Cf. Galland. col. 100. Verba alexandrina hic congeruntur. — Codd. 2. Τῆς αὐτοῦ φάλαγγος.
v. 10, 20. Vat. I, IV, VIII, l. l. Cf. Jun.

κζ'. Ἐπιθήσεις δὲ αὐτῷ χεῖρα, μνησθεὶς πόλεμον τὸν γινόμενον ἐν σώματι αὐτοῦ [καὶ μηκέτι γινέσθω]; *Vat.* 806, 2.

Πόλεμον ἐνταῦθα λέγει τὴν ταραχὴν, τὴν ἀγριότητα, τὸ χρίμψασθαι αὐτοῦ. Πῶς γίνεται, φησί; τοιοῦτόν ἐστι θηρίον ἄγριον καὶ δυνατὸν καὶ ἀπόπληκτον. Δύνασαι δὲ αὐτὸν, φησὶ, τῇ σῇ δυνάμει καταδῆσαι; ἢ ὅλως μνησθῆναι καὶ ἐννοῆσαι τὸν μέλλοντα γίνεσθαι ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ πόλεμον; Σῶμα δὲ αὐτοῦ δαίμονας λέγει, ὡς αὐτοῦ κεφαλὴ ὄντος· τοῦτον δὲ τὸν πόλεμον ἐνίκησε διὰ τοῦ τροπαίου τοῦ σταυροῦ ὁ Κύριος. — Τὸ δέ· μηκέτι γινέσθω, ἐπειδήπερ ἅπαξ γέγονεν ὁ σταυρός· ὃς γὰρ ἀπέθανε τῃ ἁμαρτίᾳ, φησὶν, ἀπέθανεν ἐφάπαξ.

Κεφ. ΜΑ', δ'. Τίς ἀποκαλύψει πρόσωπον ἐνδύσεως αὐτοῦ;

Τὸ πρόσωπον ὃ ἐνεδύσατο, τίς ἱκανὸς ἐλέγξαι; τίς ἱκανὸς ἀποκαλύψαι καὶ δεῖξαι ὅ τι ἔνδον δράκων ἐστί;

Καὶ μετ' ὀλίγα. Πρὸς τὴν μνήμην ἀνέδραμον τῶν ἱερῶν γραμμάτων, τούτῳ θεοπνεύστῳ βιβλίῳ τοῦ Ἰὼβ ἐγκειμένων, καὶ ὡς ἐν σωματικῇ διαπλάσει τὸ λίαν ἀνειδὲς καὶ ποικίλον κεκρυμμένον τῶν ἐπινοιῶν καὶ τῆς τῶν ἔξωθεν προσωπείων ἀπαλλαγῆς, ἀπογράφων τοῦ διαβόλου καὶ δαιμόνων ἀρχεκάκου καὶ πονηρῶν. Φησὶ γάρ· Τίς ἀποκαλύψει πρόσωπον ἐνδύσεως αὐτοῦ; — Καὶ ἐπείπερ ἔριζε τῆς ἔξωθεν φαινομένης ταύτης ποικιλίας, ὡς ἔκ τινος βάθους τῆς ἀφανοῦς κακίας ἀνίσχουσι, ἐπενήνεκται τοῖς εἰρημένοις καὶ ταῦτα· Τις ἀποκαλύψει πρόσωπον ἐνδύσεως αὐτοῦ, τουτέστι τίς ἱκανὸς εἰσελθεῖν εἰς τὰ νοήματα τῆς καρδίας αὐτοῦ, διότι συνεπτυγμένα τυγχάνουσι;

ιδ', ιε', Οὐ σαλευθήσεται, ἡ καρδία αὐτοῦ

Ibid. v. 27, *Impones autem ei manum, recordatus belli quod fit in corpore ejus, et non ultra fiat?*

Bellum in hoc loco vocat belluæ perturbationem, sævitiam, impetum ferocem. Quomodo fit, inquit? Talis est fera agrestis, et valida, et insano furore percita. Poteris vero, ait, eam viribus tuis vinculari? Vel omnino recordari et excogitare quale futurum sit bellum in ejus corpore agendum? Corpus autem ejus dæmones significat, cujus caput ille est. At in hoc bello Dominus victor fuit in crucis tropæo. — Id vero, *et non ultra fiat*, dicitur quia semel crux facta est. « Qui enim mortuus est peccato, inquit, mortuus est semel. »

Cap. XLI, 4. *Quis revelabit faciem indumenti ejus?*

Larvam quam induit, quis evincere possit? Quis possit detegere ac ostendere quid intus draco sit?

Et post nonnulla. Tandem memoria succurrit sacrarum litterarum, in hoc Jobi libro divinitus afflato, qui legitur nunc: ac veluti corporea in specie [patuit] subtilitas summa et varietas latens sententiarum, in amovendis externis larvis eorum qui imitantur diabolum et pessimum ducem dæmonum et improborum. Ait enim: *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* — Et contendit adversus illam varietatem quæ foris emicat; quoniam [hæretici] ex quadam profunditate arcanæ malitiæ confortantur, prædictis adjecta sunt et ista: *Quis revelabit faciem indumenti ejus*, id est, quis potest ingredi in penetralia cordis ejus, utpote quæ complicatis conceptibus latent?

Ibid. v. 14, 15. *Non commovebitur, cor*

v. 27. Vat. VI f. 155, 156. Rom. V, 10. Anonymus apud Jun. prima verba habet, p. 582. Cod. διὰ τοῦ τρόπου σταυροῦ cum apertis compendiis. Cf. Rom. VI, 10.

Cap. XLI, 4. Vat. X f. 336. Erit sane qui ad hæc oggeret: Τίς ἀποκαλύψει? Plura corrasit Gallandius, quæ veterum in theatro larvas refricant, nec nisi tamen obscure cernuntur hæretici, quos una cum Satana, Tertullianus vocat *simios* veritatis.

v. 15. Vat. I f. 176, IX f. 159. Cf. Exod. XXVIII, 36. — Tertiam hic habemus clausulam

πέπηγεν ὡς λίθος, ἕστηκεν δὲ ὥσπερ ἄκμων ἀνήλατος. *Vat.* 807, 1.

Ἀπελιθώθη, φησίν, ἡ καρδία αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἐλαθῆναι δύναται· ἀλλ' ὅλος ἐστὶν ἀπεσκληκὼς καὶ ἰταμός· οὐκ ἐλαυνόμενος, οὐκ ἀκολουθῶν λόγῳ, οὐκ εἴκει· ὁ δὲ σκληρός ἐστιν, ἀνήλατος, ἀνένδοτος. Καὶ εἴ τις ἀπὸ τοῦ διαβόλου ἀπέσπασε δύναμιν, καὶ τούτου δράκοντος αὐτὸς ἔχει τὴν καρδίαν ἀνήλατον καὶ οὐκ ἐλαυνομένην. Εἰ δέ τις χρυσός ἐστιν ἀκολουθῶν τῷ λόγῳ, τῷ χρυσοχοϊκῷ οὗτος εἴκει ἕως ἂν γένηται πέταλον χρυσοῦν, καὶ δέξηται τοὺς τύπους τῶν γραμμάτων τοῦ Θεοῦ, ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας αἰώνων. Ἀμήν.

ejus induratum est ut lapis, stetit autem sicut incus immota.

Cor ejus, inquit, in saxum versum est, nec moveri potest. Sed callum Draco totus obduxit, et asper evasit. Non impellitur, non rationi obsequitur, nulli cedit; durus est, immobilis, inexorabilis. Et si quis a Diabolo potestatem avulserit, hic etiam draconis habet cor flecti nescium aut impelli. Si quis vero aurum est, obsequens verbo, quod est aurum terrenum, hic arti fusoriæ cedit, donec fiat bractea aurea, et suscipiat notas litterarum Dei, in Christo Jesu, cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Κεφ. ΜΒ', ι'. Ἔδωκεν δὲ ὁ Κύριος διπλᾶ ὅσα ἦν ἔμπροσθεν Ἰὼβ εἰς διπλασιασμόν. *Vat* 808, 1.

Cap. XLII, 10. *Dedit autem Dominus dupla quaecumque antea erant Job, in duplicationem.*

ιβ'. Ὁ δὲ Κύριος εὐλόγησε τὰ ἔσχατα Ἰὼβ, ἢ τὰ ἔμπροσθεν· ἦν δὲ τὰ κτήνη αὐτοῦ, πρόβατα μύρια τετρακισχίλια, κάμηλοι ἑξακισχίλιαι, ζεύγη βοῶν χίλια.

Ibid. v. 12. *Et benedixit Dominus novissima Job, prae iis quae antea. Et fuerunt pecora ejus, oves decies et quater mille. cameli sexies mille, juga boum mille, asinae pabulantes mille.*

ιγ'. Γεννῶνται δὲ αὐτῷ υἱοὶ ἑπτὰ καὶ θυγατέρες τρεῖς.

Ibid. v. 13. *Et nascuntur ei filii septem et filiae tres.*

Εἰ πάντα τὰ ὅσα ἦν ἔμπροσθεν τῷ Ἰὼβ, διπλᾶ δέδωκεν ὁ Κύριος, μετὰ τὴν πληγήν, καθὰ τὸ ἱερόν φησι γράμμα, ἔδει καὶ τοὺς παῖδας διπλῶς εἶναι. Σκόπει γὰρ ἐπὶ τῶν κτηνῶν· πρόβατα, φησίν, ἦν αὐτῷ μύρια τετρακισχίλια, ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ εἶχεν ἑπτακισχίλια· καμήλων ἑξακισχίλια, ἐν γὰρ τῇ ἀρχῇ εἶχεν τρισχίλια· ζεῦγα βοῶν χίλια, πρῶτον γὰρ ἦσαν πεντακόσια. Τὸ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν νομάδων ὄνων.

Si quæcumque Jobi erant antea, ea Dominus dupla dedit post ulcera, ut sacra habet littera, oportuit etiam filios duplo esse numero. Considera enim jumenta. Erant illi, inquit, oves decem et quatuor millia; nam ab initio habuit septem millia. Camelorum erant sex millia, ab initio enim habuit tria. Juga boum mille, etenim primum habuit quingenta: idem factum est de asinis pascua sequentibus.

homiliæ ad populum. Pleraque Olympiodoro ascribuntur apud Jun. p. 593 et Comitol. p. 525, qui tamen in margine monet ex uno codice hæc esse Origeni vindicanda, quod maxime confirmatur ex doxologia haud omissa apud Gallandium p. 106, qui partem scholii priorem et plura intermedia nescivit. — Cf. ἀπεσκληκὼς cum cap. XXXI, v. 1, p. 379, ubi κατεσκληκώς, eodem fere sensu quam κατεκληρωκώς. — οὐκ εἴκει ὁ δὲ in cod. nihil est, pejus οἰκειοῖ δὲ apud Galland conjicientem οἰκείως, sed retinendum εἴκει, quod infra recurrit. — An leg. χρυσῷ χοϊκῷ, an vertendum *aureae concioni?* Respicit Levit. VIII, 9.

Cap. XLII, 10, 12, 13. Vat. VI f. 160. Dum numeros morose extricat interpres, inexspectatum ingerit argumentum de resurrectione mortuorum, quod velim expendant docti academici qui nuper Hebræorum, immo Jobi fidem in vitam futuram impetere non dubitarunt. Nec temnendus testis est Origenes.

Γεννῶνται δὲ αὐτῷ, φησὶν, υἱοὶ ἑπτὰ καὶ θυγατέρες τρεῖς, ὅσοι ἦσαν καὶ πρότερον· ἔδει δὲ τοὺς μὲν δεκατέσσαρας εἶναι, τὰς δὲ ἕξ, ἵνα εἶεν διπλοῖ τῶν ἀπολωλότων παίδων. Λέγομεν οὖν, ὅτι τὰ μὲν πρόβατα ἀπολώλονται, καὶ τὰ κτήνη· οἱ δὲ υἱοὶ καὶ αἱ θυγατέρες τεθνήκασιν, οὐκ ἀπώλοντο. Ἔδωκεν οὖν αὐτῷ ὁ Θεὸς καὶ ἕτερα τοσοῦτα τέκνα, ὥστε ἐν τῇ ἀναστάσει διπλᾶ ἔχειν αὐτὰ, ὥστε καὶ πατέρα διπλασίων παίδων αὐτὸν πεποίηκεν ὁ Θεὸς, ὧν ἦν πρότερον πατήρ. Εἰ δὲ ἡ ψυχὴ ἐσβέννυτο μετὰ θάνατον, καὶ τὰ τῆς ἀναστάσεως οὐκ ἦν ἀληθῶς, ἔδει υἱοὺς δοθῆναι δεκατέσσαρας καὶ θυγατέρας ἕξ. Διὸ ἱερῶς ἡ γραφὴ τετήρηκε περὶ τοῦ ὅτι ἔλαβεν υἱοὺς ζ'· εἰ δὲ ἐγεγόνεισαν αὐτῷ δέκα τέσσαρες υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἕξ, σωζομένου τοῦ περὶ τῆς ἀναστάσεως λόγου, οὐκ εἰσὶν αὐτῷ διπλᾶ δεδομένα τὰ τέκνα, ἀλλὰ τριπλᾶ, ἢ ἦσαν δὲ πρῶτον.

ις'. Ἔζησε δὲ Ἰὼβ μετὰ τὴν πληγὴν ἔτη ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, τὰ δὲ πάντα ἔτη ἔζησεν διακόσια τεσσαράκοντα [*Alex. addit.* ὀκτώ]. *Vat.* 808, 2.

Πῶς νοεῖται ὁ Ἰὼβ ζήσας μετὰ τὴν πληγὴν, ἔτη ρο', τῶν πάντων ὄντων τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἐτῶν σμη'; Φαμὲν τοίνυν λεπτολογοῦντες, ὅτι πάντα τὰ ἀγαθὰ διπλᾶ ἀπολαβὼν, ἐὰν καὶ τὰ τῆς προτέρας εὐημερίας ἔτη διπλᾶ ἀπείληπται, οὕτως ἀριθμῆσαι προσήκει. Ἔζησεν ἐν τῇ προτέρᾳ εὐθηνίᾳ ἔτη οζ', καὶ ἀφ' οὗ τὴν πληγὴν ἐδέξατο, ἔμεινεν ἐν τῇ κακοπαθείᾳ ἔτη ιδ'. Οὕτως νοητέον τὸ μετὰ τὴν πληγὴν, οὐκ ἀφ' οὗ ἡ πληγὴ ἐπαύσατο, ἀλλ' ἀφ' οὗ ἤρξατο· μετὰ δὲ τὰ τέσσαρα καὶ δέκα ἔτη, χρόνον τῆς νόσου,

Nati *autem illi fuerunt*, inquit, *septem filii et tres filiae*, quot quoque ab initio erant. Necesse autem, fiant hi quidem quatuor decem, illæ vero sex, ut duplum fiat interfectorum liberorum. Dicimus ergo quod oves quidem et jumenta destructa sunt, sed filii et filiæ morti dati fuerunt, non perditioni. Deus ergo illi reddidit alios totidem liberos, ita ut in resurrectione duplo eos habeat, et Deus eum fecerit patrem numeri filiorum duplo majoris, quam pater antea fuerat. Quod si anima post mortem evanuit, neque vera sint ea quæ de resurrectione creduntur, oportuerat dari filios quatuordecim, sexque filias. Idcirco haud sine sacramento Scriptura servavit illud, nempe accepit filios septem. Quod si autem fuissent ei quatuordecim filii ac sex filiæ, salvo proinde resurrectionis dogmate, ipsi minime dati forent in duplo numero filii, immo triplicatus fuisset eorum numerus, quot prius fuerant.

Ibid. v. 16. *Et vixit Job post plagam annos centum septuaginta, omnes autem annos vixit ducentos quadraginta octo.*

Quomodo intelligitur Job vixisse, post plagam, annos septuaginta supra centum, et omnes vitæ annos fuisse ducentos quadraginta octo? Dicimus igitur, calculo minutatim exacto, quod cum dupla resumserit omnia bona, si ergo anni vitæ prius actæ feliciter duplicantur, sic computare congruum est. Vixit in hac priore felicitate annos septuaginta septem, et ab hoc tempore quo plagam subiit, mansit in calamitate annos quatuordecim. Ita intelligendum est tempus plagæ posterius, haud quidem a cessatione plagæ, sed ab ejus

v. 16. Vat. VI f. 161. Cumulata hic annorum supputatio tum a Vulgata recedit quam a synopsi Athanasiana. Quas tricas solvere, longum est, in quibus gnave insudavit bonus Comitolus, *praef.* p. 29-34. Rarissima sunt veterum de hoc argumento testimonia. Unde haud ineptum erit huc revocare apocryphum libellum *Testamenti Job*, ex cod. Vatic. 1238, quem detexit Maius, ediditque; in cujus coronide sic ad rem legitur: Ἔζησε δὲ πρὶν τῆς πληγῆς ἔτη πε', μετὰ δὲ τὴν πληγὴν, λαβὼν πάντα διπλᾶ, τουτέστιν ρο'. Τὰ δὲ πάντα ἔτη τῆς ζωῆς αὐτοῦ σμη'. Καὶ ἴδεν υἱοὺς τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἕως τετάρτης γενεᾶς. Γέγραπται δὲ ἀναστῆναι αὐτὸν, etc. ut Job XLII, v. 17. Cæterum mox plura *De Testamento* et ejus codice Vaticano. Pluries autem *Testamenti* pseudepigraphi scriptor asserit Jobum in ulcere suo vixisse septem annos.

ἔζησεν ἕτερα ρνς'· τῶν γὰρ τῆς προτέρας εὐημερίας οη' ἐτῶν τυγχανόντων, ὁ διπλοῦς χρόνος τῆς ὕστερον εὐπραγίας ρνς' ἔτη συνάγει· προτιθεμένων δὲ καὶ τῶν ιδ' ἐτῶν τῆς πληγῆς, συνάγονται ἔτη ρο', καὶ οὕτως εὑρίσκεται ζήσας, μετὰ τὴν πληγὴν, τουτέστιν ἀφ' οὗ ἡ πληγὴ ἐνήνεκται, ἔτη ρο' κατὰ τὴν γραφήν. Σώζεται δὲ οὕτω καὶ ἡ διπλασίων τῆς εὐθηνίας ἀνταπόδοσις. Συνελὼν τοίνυν, ἀριθμήσεις οὕτως· ἔζησεν ἐν πλούτῳ καὶ εὐπαιδίᾳ ἔτη οη'· ἐν τῇ πάντων ἀποβολῇ καὶ τῇ κακίᾳ τοῦ σώματος ἔτη ιδ'· ἐν τῇ δευτέρᾳ εὐπραγίᾳ ἔτη ρνζ', ὡς εἶναι τὸν πάντα τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνον, ἔτη σμη', καθά φησιν ἡ κατ' αὐτὸν ἱερὰ βίβλος.

ιζ'. Καὶ ἐτελεύτησεν Ἰὼβ πρεσβύτερος καὶ πληρὴς ἡμερῶν. Γέγραπται δὲ, αὐτὸν πάλιν ἀναστήσεσθαι μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνίστησιν. *Vat.* 808, 2.

Ἀκύλας καὶ Σύμμαχος ἐλθόντες συνεπέραναν τὸ βιβλίον, ὡς δὴ τῷ ἑβραϊκῷ ἀκολουθοῦντες· ὁ δὲ Θεοδοτίων συμπεραίνει τοῖς Ο', οὐδὲν ἔχων ἐλλεῖπον, οὐ χρόνον, οὐ βίον. Γέγραπται δὲ πάλιν ἀναστήσεσθαι αὐτὸν, μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνίστησιν, τῶν δικαίων δηλονότι· οἱ γὰρ ἀσεβεῖς, φησὶν, οὐκ ἀναστήσονται ἐν κρίσει, οὐδὲ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. Καὶ ταῦτα δὲ ῥήματα δεχόμεθα, εἰ καὶ μὴ ὡς τοῦ παντὸς ὕφους ὄντα, ἀλλά γε ὥς τινος τῶν ἁγίων αὐτὰ συνυφήναντος τῇ βίβλῳ· πλὴν ὅμως πάντα δεχόμεθα, οὕτως ἐκ τῶν πατέρων τὸ βιβλίον παρειληφότες.

ιη'. Οὗτος ἑρμηνεύεται ἐκ τῆς συριακῆς βίβλου. *Vat.* ibid.

Συριακὴν νῦν τὴν Ἑβραίων διάλεκτον κα-

v. 17. Vat. VI f. 161 Ps. I, 5.

v. 18. Ib. cf. Herodot. II, 34, 37, 104, qui tamen *Aethiopes*, non Arabes inter recutitos annumerat,

initio. Post ergo quatuor et decem annos, quod tempus fuit ægritudinis, vixit annos centum quinquaginta sex. Prioris enim felicitatis quum transacti fuerint septuaginta et octo anni, duplex tempus posterioris beatitudinis complectitur centum quinquaginta sex annos. Accedentibus autem quatuordecim annis ulcerum, conflantur anni centum septuaginta; et re quidem vera invenitur vixisse post ulcera, nimirum a tempore quum plaga incœperit, annos centum septuaginta, juxta Scripturam. Sic incolumis est retributio duplicatæ felicitatis. Summam interea cogens, computabis in hunc modum: vixit inter opes et lætam familiam annos septuaginta octo; in rerum omnium ruina et corporis calamitate annos quatuordecim; in altera autem prosperitate annos centum et quinquaginta septem, ut totum vitæ suæ ævum sit annorum ducentorum quadraginta octo, prout habet de illo sacratus liber.

Ibid. v. 17. *Et mortuus est Job senex et plenus dierum. Scriptum est autem ipsum rursus surrecturum esse cum illis quos suscitat Dominus.*

Aquilas et Symmachus pari consensu finem libro imponunt, utpote hebraica secuti. Theodotion vero consentit cum LXX, eumdem finem habens, nullam retinens lacunam, neque in tempore, neque in vita. *Scriptum autem est* iterum *surrecturum esse cum his quos suscitat Dominus*, cum justis videlicet. « Impii enim, inquit, non resurgent in Judicio, neque peccatores in consilio justorum. » Atque hæc ipsa verba recipimus, non quod sint totius ejusdem contextus; sed quæ libro subtexuit aliquis sanctorum. Verum enimvero omnia sic recipimus, prout a patribus liber transmissus est.

Ibid. v. 18. *Haec interpretatio redditur ex libro syriaco.*

Syriacum hoc loco dialectum vocat Hebræo-

nisi Orig. aliter in suo exemplari legerit. Fuse et erudite disserit Huetius de circumcisione apud Gentes ad Orig. in Hierem. cap. III, t. II, p. 159 BB.

λεῖ, ἐπειδὴ καὶ Συρίαν τὴν Ἰουδαίαν, καὶ Σύρους οἱ πολλοὶ τοὺς Παλαιστινοὺς ὀνομάζουσιν· καὶ Ἡρόδοτος ὁ ἱστοριογράφος φησί· Περιτέμνονται δὲ Ἰνδοὶ, καὶ Αἰγύπτιοι, καὶ Ἄραβες, καὶ οἱ ἐν Παλαιστίνῃ Σύροι· τοὺς Ἰουδαίους οὕτω καλοῦσιν.

rum, quia et Syriam cæteri vocant Judæam, et Syros dicunt Palæstinos; atque Herodotus, historiarum scriptor, ait: « Circumciduntur autem Indi et Ægyptii et Arabes et Syri qui sunt in Palæstina, sic Judæos appellant.»

De Beati Job Testamento.

In codice, unico fortasse, Vaticano sub num. 1238, asservatur vetus liber apocryphus, hunc titulum præ se ferens: Διαθήκη τοῦ ἀμέμπτου καὶ πολυάθλου μακαρίου Ἰὼβ, fol. 340-349. — Quum in nullo hactenus codice pseudepigrapho veteris Testamenti libellus locum invenisset, haud indignus Angelo Maio visus est, qui græce saltem et quidem integer luci daretur in *Collectione nova veterum scriptorum* (tom. VII, p. 180-190). Cui plausum, opinor, haud ægre fecerint, quotquot maxime in hisce temporibus nostris, vetera apocrypha suspiciunt atque exosculantur. Neque ille refragabitur, quem meminerit, in vetere illo decreto Gelasiano, sæculi V et fortasse IV (si ad Damasum usque recurrat, uti voluere plures) insertam esse seriem apocryphorum, facile ad tempora antenicæna referendorum, inter quæ haud ultimum recensetur *Jobi Testamentum* (Mansi t. VIII, p. 169). Sed ardua quæstio subest, num videlicet eumdem in hac membrana Vaticana libellum habeamus, quem obelo confixit decretum Gelasianum; num præterea libellus primigenius ad nos non pervenerit, quin eundo creverit et insulsa acceperit τῶν μεταφραστῶν auctaria.

Equidem statim ab initio olet furfur alienus ac prurigo Byzantina: Βίβλος Ἰὼβ τοῦ καλουμένου Ἰωβὰβ, καὶ βίος αὐτοῦ, καὶ ἀντίγραφον διαθήκης αὐτοῦ, ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ νοσήσας καὶ ἐγνωκὸς (lege cum Maio ἐγνωκὼς) τὴν ἀποδημίαν αὐτοῦ ἐκ τοῦ σώματος, ἐκάλεσε τοὺς ἑπτὰ υἱοὺς αὐτοῦ καὶ τὰς τρεῖς αὐτοῦ θυγατέρας, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Περικυκλώσατε, τέκνα, περικυκλώσατέ με κτλ.

Inde Testamentum si ordiatur, perrexerit usque ad Jobi verba συντακτήρια, quibus filiis et filiabus valedicit et bona sua distribuit. Succedit vero Epilogus, in quo novus ignotusque apocryphorum scriptor, sed umbratilis sane et furfuraceus, Nereus nomine et Jobi frater, si membranæ fides, hæc tibi præbebit:

Ἐγὼ Νηρεὺς ὁ ἀδελφὸς Ἰὼβ ἐκαθεζόμην πλησίον τοῦ Ἰὼβ κειμένου αὐτοῦ, καὶ ἤκουσα τὰ μεγαλεῖα τῶν τριῶν θυγατέρων τῶν ἀδελφοῦ μου, μιᾶς ὑποσιωμένης (l. ὑποσιωπωμένης) τῇ μιᾷ καὶ ἀνεγραψάμην τὸ βιβλίον τοῦτο, πλὴν τῶν ὕμνων καὶ τῶν σημείων τοῦ ῥήματος.

Cantica Nereus ille ita non omisit, quin moneat ea ad manum suam esse, ac penes se habere alios libros quos semel et iterum vocat *Paralipomena Eliphae*. Ibi, inquit, insunt sermones Eliu, quos Satanas insufflavit; ibi planctus et threni civium super obitum uxoris Jobi; ibi *poema Coelorum*, et hymni angelici *Cassiae; ibi in dialecto Cherubim* preces et vota (εὐχαὶ) *Amaltheae cornu*, uti et *Cassiae*, ambarum Jobi filiarum.

Apage nugas! Verum ipso hoc loco interpollator palam fit, inepte a præcedentibus discedens, quum in Testamento, Job ipse sibi alium fratrem nomine *Naor* (Naὼρ) assignaverit.

Ad codicem ut revertar, crassa membrana est sæculi XII, crassa et pinguis scriptura, abnormis prorsus cacographia, quam liberius identidem editor emendavit. Dictio potius Calabrorum ruditatem olet quam fæces Alexandrinas: τὰ παλαιστρικὰ ...τὰ γαβριάματα (ποταμῶν) ...ἐσπαίτην ...γόμους etc.

Alexandrina non desunt: Σκωληκόβρωτος ..ἐπανακάμψω ...ἐγερθήσῃ ...ἄρχεσαι (pro ἄρχῃ) ...παῦσαι etc. ...γαλεάγρα ...διαλοχευόμενα ...μεσοπελαγίσας ...ἀντικαταλλάσσει...

Sub hoc lutoso stercore reperire alicui lubebit gemmulas, quæ, nobiliora libelli incunabula prodere possint, ut obitus prioris uxoris Jobi, postquam versa ad Orientem, decem suos filios et filias redivivos vidit, in gloria coronatos. Brevem locum rescribere juvat. Rem ipse Jobus enarrat, ut fiduciæ speique suæ amicis daret pignus simul et testimonium.

Ἐγὼ δὲ εἶπον αὐτοῖς· Ἐπεγείρατέ με, ἵνα στῶ.

Quibus autem ego dixi: Sublevate me, ut stem.

Οἱ δὲ ἐγείραντές με [cum Maio l. ἔγειράν με], ἑκατέρωθεν βραχίονας ὑποστηρίζοντες.

Hi vero erexerunt me, ex utroque latere brachia sustinentes.

Καὶ σταθεὶς, ἐξωμολογησάμην τῷ Θεῷ πρῶτον, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν, εἶπον αὐτοῖς·

Utque steti, confessionem Deo primum solvi, et post preces, dixi illis:

Ἀναβλέψατε τοῖς ὀφθαλμοῖς ὑμῶν πρὸς ἀνατολάς.

Considerate oculis vestris ad Orientem.

Καὶ ἀναβλέψαντες εἶδον τὰ τέκνα μου ἐστεφανωμένα παρὰ τῆς δόξης τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως.

Sublatis oculis, videbant filios meos coronatos juxta gloriam cœlestis regis.

Ἡ δὲ γυνή μου Σίτης ἰδοῦσα ταῦτα κατέπεσεν εἰς τὴν γῆν, προσκυνοῦσα τῷ Θεῷ καὶ λέγουσα· Νῦν ἔγνων ὅτι ὑπάρχει μοι μνημόσυνον παρὰ Κυρίου.

Uxor autem mea *Sitis*, eadem videns, cecidit in terram, adorans Deum et dicens: Nunc cognovi quia superest mihi memoriale apud Dominum.

Καὶ ταῦτα εἰποῦσα, ἑσπέρας καταλαβούσης, ἐπορεύθη εἰς τὴν πόλιν, πρὸς τοὺς κυρίους αὐτῆς, οἷς ἐδούλευεν [τοῖς κυρίοις αὐτῆς ἐν οἷς *Cod.*] καὶ ἐκοιμήθη περὶ τὴν φάτνην τῶν βοῶν, κἀκεῖ ἐτελεύτησεν εὐθυμήσασα.

Hæc ubi dixit, vespere occumbente, recedebat in oppidum, apud heros quorum famula erat, et obdormivit juxta boum præsepe, et ibi exspiravit lætabunda [*Cod. et A. M.* ἀθυμήσασα, *desperata*].

A quo simplici candore cætera toto cœlo distant. Vox latina *Sitis* auctorem in Latium fere revocaret: sed idem videtur esse nomen quod supra vidimus filiæ Jephte datum, *Seid*, *Saida*. In ultima operis clausula: Γέγραπται δὲ ἀναστῆναι αὐτὸν μεθ' ὧν ὁ Κύριος ἀνέστησε. Τῷ Θεῷ εἴη [δόξα], notavit Maius: « Heic auctor opusculi Christianum se demonstrat.» Sed ipsa verba sunt, præter doxologiam, libri Job XLII, 17. Vix clarior erit alius locus p. 189: Υἱός ἐστι τοῦ σκότους καὶ οὐχὶ τοῦ φωτός, an respectu ad Luc. XVI, 8; Jo. XII, 36; Ephes. V, 8; I Thess. V, 5. Sed trita verba sunt in omnibus apocryphis. Quæ tamen Novi Testamenti rara vestigia suadent libellum primitus fuisse antiquum.

Ad manum A. Maii libellus tum videtur incidisse, quum, urgente typotheta, quam cito reliquæ fasciculi paginæ impleri juberentur. Hinc nonnulla exciderint παροράματα, quibus, collato codice Vaticano, suppletur in sequentibus varietatibus, omissis typorum apertis sphalmatibus, ut καυχωμένοῳ pro recta emendatione καυχωμένῳ, ubi cod. male καυχωμένου etc. p. 347, col. 2, v. 9.

Cod. f. 340, *edd.* p. 180, *col.* 1, v. 9. Ἐν-τέκνα μου *(sic) linea codicis omissa. Lege* ὁ ἐν πάσῃ ὑπομονῇ γενόμενος δόκιμος, γινώσκετε οὖν ἑαυτούς, τέκνα μου...

ib. v. 12. Μήτηρ δὲ ὑμῶν...

col. 2, v. 3. Εἰδώλου τινὸς θρησκευομένου...

ib. v. 7. Ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας...

p. 181, *col.* 1, v. 5. Βασιλεὺς ὢν...

v. 12. Ἀκούσωμαι καὶ πράξω...

v. 14. Τὸν τόπον...

v. 17. Ἐπιφέρει σοι (fut. em. M. ἐποίσει)...

v. 22. Προσκαρτερῶν...

Cod. f. 341, p. 181, *col.* 2, v. ultimo. Χιλιάδας ζ' τοῦ εἶναι...

p. 182, *col.* 1, v. 4. εἶχον δὲ καμήλους ͵θ (*novem millia*, cod. καμίλους)...

v. 9. Ἠφόρησα sic cod.

v. 12. Ἀπάντησιν...

v. 22. Ἀνάγκην εἶχε τρέφεσθαι...

Cod. f. 342, p. 183, *col.* 1, v. 17. Ἐδίδουν ἐκ περιττοῦ...

col. 2, v. 12. Τυραννούντων αὐτῶν...

v. 20. Καὶ οἱ συμπολῖται...

v. 25. Ἄνδρες εὐτελεῖς καὶ ἄτιμοι (minus recte

M. em. Ἄνδρας ἀτελεῖς καὶ ἀτίμους retine εὐτελεῖς)...

Cod. f. 343, p. 185, *col.* 1. v. 3. Εἰπόντος μοι δός μοι...

v. 14. Σίτης ἡ γυνή...

Cod. ib. v. 23. Νῦν δίδωσιν αὐτή...

col. 2, v. 6. Ἵνα τί ἐλάλησας ὡς μία τῶν ἀφρόνων γυναικῶν διὰ τί δέ... *linea iterum omissa.*

v. 10. Μακροθυμήσωμεν...

v. 15. Διὰ τί οὐκ ἄρχεσαι (em. M. ἄρχῃ)...

p. 186, *col.* 2. v. 25. Πᾶσι ποῦ νῦν τυγχάνει ἡ δόξα σου...

v. 32. Θυμιατήρια τῆς ᾠδῆς (sic cod. lege τῆς εὐωδίας)...

v. 42. Ταραχήν, καταπαύσας οὖν ἐγὼ τὴν ταραχὴν αὐτῶν, εἶπον αὐτοῖς... *linea fere omissa ob similia.*

p. 187, *col.* 1, v. 30. Ἐν μεγάλῃ λύπῃ...

col. 2, v. 17. Ἐρωτήσω σε...

v. 39. Ἀνατέλλοντα...

p. 189, *col.* 1, v. 6. Δείξῃ...

Cod. f. 349, p. 190, *col.* 1, v. 5. Ἀδυνάτους...

v. 22. Τὸ δακτύλιον...

v. 25. Τρεῖς χορδὰς περιζώματα (em. M. Τρία χορδῶν περιζώματα)...

v. 29. Δέδωκεν ἀναχορδὴν μιᾶς ἑκάστης (em. M. Δέδ. χορδὴν μίαν ἑκάστῃ)...

col. 2, v. 1. Κύριος ἐν ἡμέρᾳ ὅτε ηὐδόκησεν ὁ Κύριος ἐλεῆσαι...

v. 35. Δυνήσεται εὑρεῖν ἐν τοῖς ὕμνοις Κασσίας [1])...

1) Κασία quoque dicitur in libro sacro. Illi vero *Cassiae* cur potissimum ascribantur *hymni angelici*, nonne in causa erit fama doctissimæ hujus nominis hymnographæ sæc. IX, qua fortasse ætate, operis interpolati consarcinator vixerit.

De codice Vaticano 749.

Codex Vat. 749, de quo jam dictum supra pag. 360, 361, constat foliis in majori forma consignatis num. 259, ex membrana rigida et crassa, duabus columnis exarata, in charactere unciali majore et inclinato, ubi verba sacra, minori vero et recto in commentario variorum, qui reliquam paginam implet in toto ambitu sacri textus, amplis tamen marginibus relictis ex omni parte, vacuis et nitidis. Sæpius autem series rumpitur, ut locus detur vetustis iconibus, in area aurea depictis, accedente epigraphe quam ipse pictor videtur apposuisse; altera certe est apponentis epigraphas manus, indiligentior, maxime in neglectis accentibus, et rudior quam optima altera, quæ totum codicem sive rubro, sive nigro colore pinxit. Utriusque manus, utriusque librarii et pictoris ætas eadem est, quam Angelus Maius sæculo VIII referendam censuit, quæ vix multo post Iconomachos sine injuria ascriberetur. Utraque scriptura, interior et exterior, continua est, sine ullo verborum intervallo, his tantum instructa accentibus qui vetustiores sunt, sine ullo fere respectu ad *enclitica* quæ dicuntur. Nomina interpretum plerumque minio emicant, plenisque litteris exprimuntur, nisi quod frequentius nomen Origenis solo Ω, leviter minuto ρ addito, distinguatur.

Interpretis nomine appellati in decursu commentarii sunt: Apollinarius, Athanasius, Basilius, Chrysostomus, Cyrillus Alexandrinus, Didymus, Dionysius Alexandrinus, Ephræm Syrus, Eusebius Cæsariensis, Evagrius, Gregorius Theologus, Isidorus, Julianus Halicarnassensis, Methodius, Nilus, Olympiodorus, Origenes, Polychronius, Severus Antiochenus, Theodoretus.

Nonnulla ab initio folia desunt: codex enim incipit abrupto: ἢ κατὰ τὰ ἑβραϊκὰ αὐτό τε τοῦτο τὸ βιβλίον, quæ leguntur in *Catena* Junii *Prol.* col. 13 gr. paulo circa medium.

Iconum seriem una cum singulis epigraphis texere haud incommodum erit, neque inopportunum, ob tantam codicis antiquitatem:

f. 6. Ἰὼβ καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. *Job sedet, aureo vestitus pallio et in regio throno; sedet quoque uxor, purpura insignis.*

f. 6 v.° Ἰὼβ καὶ γυνὴ αὐτοῦ, οἱ υἱοὶ καὶ θυγατέρες. *Decem liberi cum stolis et palliis variegatis parentibus circumastant.*

f. 7. Τὰ θρέματα [*sic*] Ἰώβ. *Pastores more classico pecudibus invigilant cum fistula et tibicine.*

f. 7 v.° Ἐνθάδε συμπαραλαμβάννουσιν (sic) οἱ υἱοὶ τὰς ἀδελφὰς αὐτῶν. *Iidem decem ad convivium procedunt.*

f. 8. Ἐνθάδε προσφέρει Ἰὼβ ὑπὲρ τῶν τέκνων θυσίας. *Job aspiciens manum benedicentem ritu graeco decem hostias offert.*

f. 12 v.° Ἐνθάδε οἱ ἄγγελοι ἦλθον παραστῆναι ἐναντίον Κυρίου, καὶ ὁ διάβολος ἦλθεν μετ' αὐτῶν. *Chorus novem angelorum, coram manu et triplici iride; in obscura nebula teter Diabolus innititur aureae bipenni.*

f. 13 v.° Πρώτη κατὰ Ἰὼβ τῷ διαβόλῳ ἐξτ (sic, ἐξέτασις?). *Procul ab expansa manu fugit Diabolus cum cuspide, serpentem calcans.*

f. 16. Ἐνθάδε ἐξῆλθεν ὁ διάβολος κατὰ Ἰώβ. *Idem fere.*

f. 16 v.° Ἐνθάδε οἱ υἱοὶ Ἰὼβ καὶ θυγατέρες ἤσθιον καὶ ἔπινον. *Convivium in stibadio et cum famulis solitis.*

f. 17. Ἐνθάδε ἐν μαχαίραις ἔκτειναν τοὺς παῖδας Ἰώβ. *Caedes pastorum.*

f. 18 v.° Πῦρ ἔπεσεν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καὶ κατέφαγεν τά τε πρόβατα, καὶ τοὺς ποιμένας Ἰώβ. *Stabuli incendium.*

f. 19. Ἐνθάδε οἱ ἱππεῖς ἀπέκτειναν Ἰὼβ τοὺς παῖδας, καὶ τὰς καμήλους ἠχμαλώτωσαν. *Altera strages.*

f. 20. Ἡ οἰκία ἔπεσεν ἐπὶ τὰ παιδία Ἰώβ, καὶ ἐτελεύτησαν. *Ruina domus convivii, duobus daemonibus tubam ventorum inflantibus.*

f. 20 v.° Ἐνθάδε οἱ ἄγγελοι τῶν πονηρῶν ἀποφασαίων (sic). *Quinque nuntii coram Job lugenti.*

f. 21. Ἐνθάδε διέρρηξεν Ἰὼβ τὰ ἱμάτια καὶ ἐκείρεσται (*lege* ἔκειρε) τὴν κεφαλήν. *Job ter in luctu inclinatus, coram manu superna.*

f. 21 v.° Ἀναστὰς Ἰὼβ προσηύξατο. *Job orans.*

f. 23. Ἐνθάδε ὁ διάβολος κατὰ τοῦ Ἰὼβ ἐξαιτεῖται. *Diabolus, cuspidi curvae innixus, manum supernam audacter alloqui videtur.*

f. 24 v.° Ἐνθάδε ἔλαβεν ὁ διάβολος τὴν κατὰ τοῦ Ἰὼβ ἀπόφασιν. *Tres angeli aurea sceptra gerunt, currit Diabolus, cuspide humeris imposita.*

f. 25. Ἐνθάδε ἔπεσεν ὁ διάβολος τῷ Ἰὼβ ἕλκει πονηρῷ. *Anguis triceps virus in Job evomit, luget uxor.*

f. 25 v° et 26. Πόλις Αὐσίτις. Ἔνθαδε τὸν ἰχῶρα τῷ ὀστράκῳ Ἰὼβ ἀποξέει. *Job in stercore, uxor spargit herbas odoriferas, famuli a foetore refugiunt in urbem.*

f. 27. Ἐνθάδε ὁ διάβολος διὰ τῆς γυναικὸς ἐπῆλθεν τῷ Ἰὼβ βλασφήμοις ῥήμασι. *Mulier, facie immutata, recedit a viro eam signo manus repellente* [1]).

f. 28 v.° Ἐνθάδε ἀπεστράφη τῷ Ἰὼβ ἡ γυνὴ αὐτοῦ. *Idem.*

f. 29. Ἐνθάδε ἀπέρχονται οἱ τρεῖς βασιλεῖς εἰς ἐπίσκεψιν τοῦ Ἰώβ. *Rex equitat, praeeunte signifero equite.*

f. 29 v.° Ἐνθάδε οἱ βασιλεῖς διέρρηξαν τὰς ἑαυτῶν στολάς. *Palliis positis, tres reges stolas lacerant.*

f. 30. Ἐνθάδε συνεκάθισαν τῷ Ἰὼβ ἐπὶ τῆς κοπρίας οἱ βασιλεῖς. *Tres reges sedent coram Job, astante Eliu.*

f. 38, Ἐνθάδε Ἰὼβ ἰδὼν τοὺς φίλους κατηράσατο τὴν ἡμέραν ἐν ᾗ ἐγεννήθη. *Job, nimbo coronatus, manum attollit coram tribus regibus.*

f. 50, 63 v°, 68 v°, 80. 84 v°, 119, 120, 138 v°, 144, 152, 153 v°, 157, 166, 179 v°, *tres Reges et Job colloquuntur, cum aliqua et perpetua spectaculi varietate.*

f. 181 v°, 190, 198, 209. *Eliu, stans coram Job et regibus sedentibus, loquitur.*

f. 226. Πρώτη τοῦ Κυρίου τῷ Ἰὼβ διάλεξις διὰ λέλαπος (l. λαίλαπος) καὶ νεφῶν. *Job, mirabundus et palliatus, in horto stat, coram manu, radiis fulgurante, duobus geniis turbinem flantibus.*

f. 227. Ἰὼβ διαλεγόμενος τῷ Κυρίῳ. *Idem.*

f. 238. *Sine epigraphe Leviathan anguiformis, stylo grandiore depictus, totam fere paginam implet.*

f. 241. Ἰὼβ διαλεγόμενος τῷ Κυρίῳ. *Ut in f.* 227.

f. 243. Ἐνθάδε ὁ Κύριος διαλέγεται τῷ Ἐλιφάζ. *Eadem manus superna, rex unus, diademate redimitus, manus sub pallio attollit.*

f. 245. Ἐνθάδε προσήνεγκαν τῷ Ἰὼβ οἱ τρεῖς βασιλεῖς μόσχους ζ' καὶ κριοὺς ζ' ὑπὲρ τοῦ ἐξιλασμοῦ ἑαυτῶν. *Tres reges munera et victimas offerunt.*

f. 245 v.° Ἐνθάδε ἀκούσαντες οἱ ἀδελφοὶ καὶ ἀδελφαὶ καὶ πάντες οἱ γνωστοὶ τοῦ Ἰὼβ [ἔρχονται] ἰδεῖν τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ. *Concursus virorum et mulierum.*

f. 246. Ἐνθάδε συνέσθιαν [l. συνεσθίει] Ἰὼβ μετὰ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ καὶ φίλων. *Convivium.*

f. 247 v.° Ἐνθάδε εὐλόγησεν ὁ Κύριος τὰ κτήνη Ἰὼβ [εἰς] διπλασιασμόν. *Omnigenae pecudes.*

f. 249 v.° Ἐνθάδε Ἰὼβ ἀπέλαβεν υἱούς τε καὶ θυγατέρας, καλέσαι καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν. *(Ultimae picturae multum attritae sunt).*

[1]) In commentario haud unus interpres opinatur Diabolum ipsum, sub larva mulieris, Jobum impulisse ad desperandum et blasphemandum.

ORIGENES

IN PSALMOS.

I.

De Origenis commentariorum in psalmos indole et virtute.

Hieronymum ante omnes audire præstat: « Psalmos, inquit, apud Græcos interpretati sunt multis voluminibus, *primus Origenes*, secundus Eusebius, tertius Theodorus Heracleotes, quartus Asterius Scythopolitanus, quintus Apollinaris Laodicenus, sextus Didymus Alexandrinus... Apud Latinos autem Hilarius Pictaviensis et Eusebius Vercellensis episcopi *Origenem* et Eusebium transtulerunt, *quorum priorem* et noster Ambrosius in quibusdam secutus est [1]). »

Hæc ille. At *primus* ne Origenes? Jam præivere haud immerito Seniores Alexandrini, ipso monente nos Origene, nec semel infra recurrent. Præterea Hippolyti commentarium in plurimos saltem psalmos Theodoretus legit [2]) et excerpsit, neque ignoravere Catenæ, neque spes deest ut mox novæ tanti viri reliquiæ prodeant.

Nihilominus egregia si expendantur verba Hieronymi, Latinos inter et Græcos Origenes quasi columna et turris erigitur, ex qua pendent omnes fere commentarii psalmorum. Præter enim latinos interpretes, quorum satis est magna revocare nomina, Ambrosium, Hilarium, Eusebium (nec duo posteriores mihi videntur Cæsariensem aliter attigisse, quam ut passim in eo latentem Origenem compendio reciperent), vix unus est inter sex Græcos ab Hieronymo recensitos, qui ab Origene, tamquam ex fonte, non pleno amni derivetur.

Eusebium Montefalconius, Theodorum Heracleotam Corderius, pro viribus e tenebris eruerunt, quibus etiam Maius haud exigua addidit incrementa [3]). Uterque autem, Cæsariensis et Heracleotes, adeo pressis vestigiis Adamantinum sequuntur, ut tria statim notaverim: primum

1) *Epist.* CXII, n. 20, t. I, 753 Vall. — 2) Perpetuum fuisse Hippolyti commentarium suadent tam ea quæ primus edidit Bandinius in ps. LXXVII, ubi continuo exponuntur v. 45-49: tum Theodoretus qui seriem subdidit ps. XXII et XXIII, tum demum ea quæ subjiciemus mox ex prolegomenis in ps. I et II; de posteriore etiam idem Theodoretus quædam excerpsit in Dialogo II Ἀσύγχ. p. 167. — 3) De Eusebio cf. *Patrol.* XXIII, XXIV, Maii *Nova Bibl. PP.* IV, 65. Neque exhausta messis est. Theodorum Heracleotam inscius primum Corderius dedit in t. I Caten. in psalmos. Postmodum detecto cod. Barberino, nomen restituit in t. II et III, sed omnia furfure seriori scatent ac potius habentur variorum stromata. Cf. D. Garnier in præfat. ad Basilii psalmos. Codex Barberin. (num. 21) est quidem antiquissimus, sed inscriptio addita fuit recenter, quando codicem Eminentissimus Card. Ludovisius Urbano VIII obtulit.

est, aut spurios esse commentarios horum nomine vulgatos, aut plagii fraude ambos Arianos immunes non esse, ut qui tacito furto, plenis ulnis, e penu Origenis suas merces expilati sunt. Alterum est, neminem, qui nostra versaverit, tædere oportere, si ambos eosdem, maxime ab initio, singulis ferme versiculis recolamus. Postremum denique ultro spondemus, serius ociusve a nobis, etiam post A. Maium, esse edenda haud pauca in psalmos Eusebii nomine inscripta, quæ luci danda videntur, ipsi ut satis Origeni fiat.

Asterium Arianum, quod licuit, ab orco revocavit Maius, post Eusebium, in quo fortasse hic sepelitur, ubi non jacet Origenes [1]).

Apollinaris autem, liberiori quamvis et uberiori ingenio luxurietur, quantum nos edoceant ea quæ supersunt [2]), ita elegantiæ non indulsit, quin acriter in Hexapla incumberet, et scholia Alexandrina suis ornaret leporibus.

Didymus tandem, qui cæcitate quadam lyncea actus, neque impeditus, immensum Origenis opus videtur a culmine ad calcem cribravisse, eumdemque totius Scripturæ sacræ perlustravisse ambitum, nostrum adeo recoxit, ut sive ob similia, sive Catenarum errore, sexcenta ejus nomine inscripta, Origeni restituenda merito censerentur [3]).

Athanasium Hieronymus siluit: nec dubio caret, psalmos ab eo fuisse continuo opere expositos, duo licet commentarii magno cum apparatu circumferantur. Verum enimvero quis magni viri τὸ σεμνὸν καὶ τὸ δριμὺ agnoverit in laciniosis fimbriis scholiolisque exsanguibus, quæ ex uno alterove codice recentissimo doctus vir Antonellius eruit? Sed neque Montefalconius senex multi æstimavit quæ junior ægre et propere tanto nomini commiserat [4]). Sane nostra duplo augerentur, si a vulgato Athanasio recipere licuisset omnia quæ ex fide Vaticanorum codicum Origeni restituenda sunt. Verum enimvero, si quis fuit Athanasii commentarius perpetuus, quod negare præfracte nolim, nullibi amplior et opulentior exstat, quam in Romanis Catenis, ubi summum Magistrum non pudet Origenis aperta sequi vestigia.

Idem fere statuendum de vulgato Basilio, de Theodoreti centone, de Hesychio seriore, de dubio Georgio Alexandrino [5]), de authentico et larvato Chrysostomo, ne excepto quidem illius magistro Mopsuesteno, agmen quantumvis ducat Alexandrinis infestissimum. Quocumque enim pervenit spissum opus Hexaplorum, ibi floruit biblica palæstra, cujus, etiam inter hostes, antesignanus fuit Origenes.

Si quis igitur integrum in psalmos commentarium Origenis inveniret, ille Orientem universum simul et veterem Occidentem uno sonantem ore audiret. Sed quam pauca ad nos pervenerunt! Ubi quadraginta illa versuum millia, quæ Hilarius solus in Job et in psalmos transtulit [6])? Ubi saltem illud *enchiridion* « strictis et necessariis interpretationibus adnotatum, » quod duo pseudo-Hieronymi aiunt se in communi legisse [7])? Ubi centum et quinquaginta tractatus in Psalterium, quod suo ævo, suisque oculis, Trithemius audacter vidisse se asseverat [8])? Ubi demum tot libri, tot homiliæ quas certe Hieronymus vidit, recensuit, versavit, sive in suo Bethleemitico recessu, sive Hierosolymis, sive Cæsareæ, excerptorum nempe

1) Cf. Euseb. *in ps.* IV, 9, 10. Maii *Bibl. N. PP.* t. IV, etc. Multa edenda supersunt. — 2) Nec pauca sunt Corderianis addenda, ac multo plura ibidem emendanda. — 3) Maii *Bibl. N. PP.* VII, p. II, p. 131. *Patrol.* XXXIX, 1155. — 4) Omnia collegit *Patrol.* XXVII, 52 et 591. — 5) Exstat apud Corder. et in Vatic. codd. Sed jam notarunt BB. Origenis scholia data fuisse ignoto illi Georgio, facili lapsu ex litteris ὠρ et compendio γεωργίου. — 6) Hieron. *apol. adv. Rufin.* l. I, n. II, t. II. 459. — 7) Hieron. *opp.* t. II, 121 BB. — 8) Trithemius quasi αὐτόπτης loquitur. BB in præf. ad Orig. in ps. p. 512. Qui tamen sæpe plus asserit quam vidit.

libri quatuor quinque, et viginti libri in singulos psalmos, atque centum et quindecim homiliæ, et scholia denique in totum Psalterium [1]?

Tantum enatant ex immenso naufragio novem tabulæ, sive homiliæ, quas in tres psalmos digestas Rufinus Latio donavit [2]. Pauca et manu satis incauta Corderius ex una Catena corrasit, quæ nimio fortasse cum fastidio Maurini ita respuerunt, ut futuro Origenis editori non distulerim infra longam parare seriem scholiorum, quæ a Corderio non transierunt in vulgatum Origenem, etiam addito, raro tamen, indiculo codicum Vaticanorum, qui Corderiana confirmant. Maurini vero jejuna tantum excerpta corraserunt, partim ex Grabii et Combefisii schedis, partim ex duobus tantum codicibus Colbertino et Coisliniano.

Quibus, post obitum Gallandii, curatores posthumæ ejusdem Bibliothecæ haud pauca ex Venetis Catenis feliciter addiderunt. Sed præter laciniam duplicem in ps. LXXX et CL, ultra quinquagesimum, multisque retro omissis, non progrediuntur; immo, inter eundum, non pauca jam apud Corderium trita, aut alio nomine edita, recoxerunt, quæ Gallandius, vir emunctæ naris, severiori trutina expendisset [3].

Agedum, quum præsto nobis sint, in sola hac opulentissima Vaticani palatii bibliotheca, haud minus quam sex et decem priscæ Catenæ, locupletes, et hactenus, in his quæ ad Origenem spectant, a nemine quem sciam in censum receptæ, nil mirum, si multa adhuc nova nobis occurrerint. Quorum codicum nullum sane non excussit Angelus Maius frequentissime; inde si quidem exluderit, ut dixi superius, Didymum, Cyrillum, Eusebium, Apollinarium [4]. Cur vero Origenem vir πραγματώδης non solum respicere omiserit, sed ne sero quidem promiserit editurum se esse Origenis aliquid, in ambitiosis programmatibus, quæ ad quindecim usque volumina anhelans, prompta manu circumscripsit, ut candide loquar, dicendo non sum. Sed non omnia possumus omnes. Corderius fortasse et Gallandius eum deterruerunt, quum animadvertisset utrumque centena et amplius fragmenta dedisse, quæ apud Maurinos desiderantur. Mihi vero acta agere nullus animus est, sed jure meo utar, si præter multa omnino nova et anecdota, quædam post alios attigerim, quæ aut mutila, aut fœde corrupta quum jacerent, suæ tandem integritati et nitori restituuntur.

Sed quæ tandem Catenarum fides? Ea sane quam religiose tenuerunt omnes sive majorum, sive minorum Patrum editores, etiamsi in uno tantum codice hujusmodi collectanea reppe-rissent. Quanto ea majori pollent auctoritate, quum in tot codicibus congeruntur, inque vetustis membranis sæculorum X, XI, XII? Neque omittendum, nullum ex nostris codicibus ab alio esse ex integro rescriptum, sed singulos sui juris esse; unde ubi eumdem scriptorem, eademque ejus fragmenta referunt, nemo non concedet, consensum hujusmodi magnum esse sinceritatis argumentum. Accedit aliud sat inexspectatum: fragmenta inter tot codices inserta, respectu ad Origenem, cæterosque antiquiores, haud ita magna varietatum copia discrepare, sed tantum prolixiora aut breviora esse, ab initio vel ad calcem nonnullis commatibus additis aut resectis. Adde quod prisca illa apographa redhibent alia multo vetustiora archetypa, quæ ad sæculum VII aut VI ascendunt, quum Catenarum conditores manum operi admoverent. Inde est quod apud illos recentiora testimonia fere nulla suppetunt; ac sane non nisi cum archaico delectu et quodam sapore antiquitatis, suas messes collegerunt Olympiodorus, Ammonius, Polychronius, Œcumenius. Eamdem servavere legem alii paulo recen-

1) *Epist. ad Paul.* t. III. *Spicil. Sol.* p. 314. — 3) *Patrol.* XVIII 105-150. — 4) Cf. *Bibl. N. P.* t. VII.
— 2) In ps. XXVI, XXVII, XXVIII. BB. p. 655-700.

tiores, et aliquo modo Nicetas Serrarum, nisi quod doctus ille vir, locupletissima instructus bibliotheca, ex qua nobis transmisit amplissimam in psalmos Catenam, suum condiderit commentarium potius ex aliis et notis Patrum operibus, quam ex peculiari singulorum in psalterium tractatu [1]).

Idem nonne timendum periculum in priscis Catenis? Equidem parvi refert, dummodo analecta vera et nova sint. Sed non diffitendum haud exiguam creari molestiam anecdotorum venatoribus, ut certa indagine in mole veterum scriptorum detegant, quid sit novum, quid coctum recoctumve. Neque jam æquum esset, adeo stomachari, si inter longa et conferta anecdota subrepat una ant altera lacinia, quæ investiganti vasta volumina lassum citatumve oculum fugerit. Cæterum ad psalmorum commentarios quod spectat, ex ipsa versiculorum successione indolem retinent peculiarem, qua facile ab aliis lucubrationibus secernuntur. Qui vero Catenas condiderunt, tot veterum in psalmos commentariis abundabant, immo obruebantur, ut in alia diverticula vix unquam fugere debuerint. Quæ si pro exiguo scriptore hæc latibula petierint, certe tantus erat tamque immanis Origenes in solo psalmorum argumento, ut Catenarum collectoribus ne suspicio quidem venerit alia ex ejusdem cæteris operibus subsidia repetundi.

Tenemus igitur Origenem, verum sincerumque interpretem psalmorum; ac res per se patet, tum ex illo Hexaplorum apparatu in quibus jure suo habitat; tum ex verborum sacrorum copia, maxime in homiliis congesta; tum ex similitudine et necessitudine inter plurima nostra et ea quæ nobis latine servarunt Rufinus, Hilarius, Ambrosius; tum ex catechetica indole scholiorum, qua missis ampullis et calamistris, circumcisa et acuta, telorum instar, verba stringit. Neque illic deest quædam tessera magistri; ac sicut paulo supra in Hippolyto, deprehendere juvit romanum quoddam supercilium in prompto interrogandi et respondendi magisterio, ita doctori Alexandrino solemnis est mos, sive inchoandi a sermone decretorio, λεκτέον, ῥητέον, ἰστέον, ἀκουστέον, ζητητέον, τηρητέον, παρατηρητέον κτλ. sive dividendi perpetua partitione fecundissimas expositiones, ac suspendendi audientium animos festiva quadam et inexhausta argumentorum ubertate. Unusquisque id experiri poterit, cui spondeo fore ut post paucas paginas, eumdem semper magistrum agnoscat, sibi cohærentem et consentaneum. Neque etiam fastidiat, quem supra paulo durius agitavi, singularis pruritus ad γνῶσιν, ad scientiam, ad philosophiam actuosam et theoreticam: hæc sane jam catechesi Alexandrinæ inserta et inolita Origenes invenit. Quidni potius placeat familiaris illa sermocinatio, qua juvenes juvenis magister, quacumque capta occasione, acuit et calcaribus premit, ut coram Deo et hominibus scientia et sapientia cum ætate proficiant? Nihil enim aliud per me licet quæratur in *gnostico* illo magisterio.

Cæterum si scholia breviora fuere, ut opinor, adolescentis magistri primus fetus, plus minus immaturus et ἄωρος, homilias scimus et commentarios serum et grave opus esse jam prope sexagenarii scriptoris, quum certis constet argumentis, pleraque intra annos Christi 241 et 247 primam in lucem venisse. Quum vero hanc molem commentariorum primus ac fere unus ad hoc fastigium duxerit, extemporali plerumque concione usus, parcendum anhelanti magistro, si ea quæ ad manum erant, communia, obvia, nova tum quidem et recentia, sed trita postmodum, adhibuerit, quæ fortasse notarii et librarii exiliora redhibuerunt.

Haud enim dissimulandum, quod jam non semel diximus candide, nimis multa esse mutila,

[1]) Vide quæ infra notantur p. 406, 407.

fœde circumcisa, inepte conjuncta, capite non semel pedibusque misere truncatis, pendente et rupta serie solœca et ambigua. Adde quod Catenarum codices vel antiquissimi horrent insolitis et inexspectatis compendiis, adeo proterve cumulatis in angusto margine, et cum minuto charactere, ut vix litterarum media pars supersit, ex apice vero volatili vocales, similes, ultimas, alias litteras ægre expiscari oporteat. Nemo ergo minus æquus aut asperior sit, sive Origeni tantas inter molestias obstetricato, sive fossori tam horrida sepulchreta post sexdecim et amplius sæcula luci utcumque restituenti.

II.

Excursus in quaedam Prooemia psalmorum.

Montefalconius, dum Romæ pluteos Vaticanos lustraret, incidit in duos codices, quorum unum suo distinxit numero 754, alterum vero signare neglexit, quod miror, quum statim agnoverit eum ita similem esse alteri Regio codici, sub num. 1807, ut non modo ambos esse sæculi X, sed asserere non dubitaverit utrumque scriptum fuisse una eademque manu, ac non modo paginas, sed lineas singulas ab eadem semper voce incipere, raro et unico in Catenis exemplo, et in tanta antiquitate. Quem suspicor, haud ita certus, esse Vat. 1422, nisi forte sit num. 398 inter Ottobonianos, qui nondum tunc temporis numeris consignabantur.

Ex quibus eidem contigit omnia recipere prolegomena, quæ primum Hexaplis præfixa, inde in procemia Commentarii ad psalmos, Maurinis curantibus, transierunt in hunc ordinem:

1.° Διὰ τοὺς ἐπιγεγραμμένους ψαλμοὺς, usque ad καὶ σὺ ἐπιστήσῃς. BB p. 513-516. Quæ satis abrupte agunt de psalmorum epigraphis et de *Diapsalmate*. Nullibi nomen Origenis inscriptum doctus Maurinus repperit, sed certissimum esse opus Origenis detexit ex duplici testimonio Hieronymi, qui ultima de Diapsalmate verbo tenus retulit, neque obscure memoravit judaicas traditiones, quas ibidem Origenes a quodam patriarcha Judæo Jullo repetiit [1]). Quod egregie confirmarunt laudati Maurini in quatuor Hilarii locis, ex hoc ipso procemio aperte deductis.

2.° Οἱ ἐπιγεγραμμένοι — πεποιημένων κεκαθαρμένην. BB p. 516-524. Pergit Origenes psalmorum titulos excutere præcipuos. Partem hanc alteram ex uno cod. Vatic. Montefalconius retulerat, valde mutilam, quam sodales restituerunt, ope schedarum Grabii et Combefisii: iterumque Hilarii prologus confirmavit haud frustra nomen Origenis esse appositum.

3.° Alia ex iisdem fontibus Montefalconius hausit, quæ suo Eusebio præfixit, de quibus mox suo loco.

Eosdem porro codices Vaticanos, ut opinor, quos versavit doctus peregrinus, et alios non paucos, ego tempore magis, sed animo et otio minus expeditus, ita perlustravi, ut neque eadem dumtaxat, sed plura et nova deprehendisse me viderer, quæ minutatim sunt discutienda.

I. Sollicitum ante omnia tenuit me codex 754, quem digito mihi cl. Maurinus monstraverat; nec parum me tæduit versare dissoluta ab initio folia 60; nescio a quo bibliopega susdeque versa, quorum hæc tandem est legitima et continua series:

1) Vide procem. BB. in Orig. psalm. p. 514, et de Jullo cf. procem. in Ezechiel.

Amissis a multo tempore duobus foliis prioribus, insunt in sequentibus:

1.° Ἐπιγραφαὶ καὶ ἀρχαὶ τῶν ρν' ψαλμῶν κατὰ τοὺς Ο', τῶν ψαλμῶν προγραφαὶ τὰ πολλὰ τῇ καθ' Ἑβραίους ἐκδοχῇ συμφωνοῦσαι ἀνεπίγραφοι, fol. 3, 4, 7, 8, 9, 10. Sunt tituli et initia CL psalmorum, nudo indiculo recensita juxta LXX vulgatos, quæ aptum codici exordium facere queunt, et optime cum sequentibus cohærent.

2.° Ὅσαι κατὰ τοὺς Ο' τῶν ψαλμῶν προγραφαὶ οὔτε ἐν τῷ ἑβραϊκῷ, οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς φέρονται, f. 10, 5. Sunt tituli qui apud solos LXX exstant, nudo et brevi indiculo excussi, uti infra habentur.

3.° Ἰωσήπου, ἐκ τοῦ Ὑπομνηστικοῦ κεφ. ρνα', τίνα ἐστὶ τὰ μνημονευόμενα ἐν ταῖς γραφαῖς βιβλία, ὡς ὄντα, οὐχ εὑρισκόμενα δέ, f. 5. Ut in edd. Cap. CXX, *Patrol.* CVI, 121. Quæ huc inserta sunt ob tria millia psalmorum memorata in III Reg. IV, 32. Sed capitis ρνα', CLI numerus pro CXX, aut mutilum esse opus Josephi Christiani, aut alio olim in ordine fuisse significat.

4.° *a)* Εὐσεβίου εἰς τοὺς ψαλμούς, f. 5, 6, 26, 19. *Patrol.* XXII, p. 71-75. Incipit: Ὁ μὲν ψαλμὸς usque ad παρατηρητέον, et brevi scholio interposito πᾶσαν δὲ — ἐσχάτων, pergit usque ad hæc verba ἐν τοῖς προφήταις.

b) Inde sine ullo titulo vel intervallo, succedit Origenis primum procemium: Διὰ τοὺς ψαλμοὺς usque ad finem epigraphæ εἰς τέλος, sive ὁ σύμπας κόσμος. Unde suspicio oritur, hic latere verum Origenis exordium, quod suum Eusebius fecerit, suppresso tantum scholio de divisione psalterii, quam alio in p. 70 transtulerat, nisi fortasse tam Eusebius quam Origenes idem procemium ex alio vetustiore interprete receperint, ut infra notatur.

c) Suppresso iterum qualicumque nomine et discrimine, continuo recitantur alia quæ neutrius esse videntur, et in alio codice inscribuntur: Τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν ἤδε ἂν εἴη διαίρεσις ὡς τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων, αὐτό τε τὸ ἑβραϊκὸν περιέχει. Inc. Τοὺς δὲ πάντας ψαλμοὺς usque ad ψαλμοὶ ρν'. Quæ quo planius et magis perspicue considerentur, necessarium omnino visum est omnia ex ordine codicis instaurare, uti fecimus infra n. III.

5.° Γνῶσις τοῦ διαψάλματος. Πολλάκις — καὶ σὺ ἐπιστήσῃς. Quibus nomen Origenis restituit Hieronymus, ut dictum est. BB p. 515, 516. Sed inde statim absque ulla intercapedine, codex transit ad judaicas traditiones jam memoratas: Ἐγὼ μὲν φημι usque ad Ἰωσίας ὄνομα αὐτῷ, sicque perficitur primum vulgati Origenis procemium.

6.° Quibus absolutis, sub hoc titulo: Ὅπως ἀναχθείσης τῆς κιβωτοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ συνέστη τὸ ψαλτήριον, f. 19, 20, 21. Prolixa videlicet disputatio de psalterio et titulis psalmorum nonnullis, quæ tum primum mihi visa est Origene antiquior. Ego lectori cum Origene dicam, καὶ σὺ ἐπιστήσεις, aut cum Hieronymo: *tuo judicio derelinquo.*

7.° Sequitur prolixa Athanasii ad Marcellinum epistola, f. 22, 23, 24, 27, 28, 29, 30, 31, 34, 35, 36, ut in edd. opp. t. III, p. 11-46, *Patrol.* XXVII.

8.° Ὑποθέσεις Εὐσεβίου εἰς τοὺς ψαλμούς, f. 36, 33, 11, 25, ut in vulgato Eusebio p. 67-71. Accedit syllabus canticorum ecclesiasticorum, ut infra.

9.° Iterum ex Josepho Christiano: Ποῖαι παραδόσεις εἰσὶ τῆς θείας γραφῆς, ἤγουν ἀπὸ τοῦ ἑβραϊκοῦ εἰς τὸ ἑλληνικὸν ἑρμηνεῖαι, καὶ τίνες οἱ ταύτην ἑρμηνεύσαντες, καὶ πότε, edd. cap. CCXII, *Patrol.* CVI, 124, quibus adduntur quædam de S. Luciano martyre, edita apud Galland. cf. *Patrol.*

10.° Gregorii Nysseni: Ὅτι ἀνακολουθεῖ τῇ ζωῇ τοῦ Δαυὶδ ἡ τῶν ψαλμῶν ἀκολουθία, f. 25, 14. Idem *De titulis psalmorum* lib. II, c. XI: Ἀλλὰ καὶ τοῦτο usque ad κατορθουμένην. *Patr.* XLIV, 541-548.

11.° Ὑπόμνημα Ὠριγένους εἰς τοὺς ψαλμούς. Οἱ ἐπιγεγραμμένοι — πλάνης, f. 14, BB 516, 517, fere ubi stetit Montisfalconii apographum, testantibus Maurinis hiatum immanem in codice occurrere usque ad τὸν Ἀκύλαν δι' ἁπάσης, p. 522. Cætera vero sub finem legi in eodem Vaticano, quod me omnino fugit hactenus, aut mihi valde ambiguum est.

12.° Seriem claudit Nyssenus sub hoc titulo notatu dignissimo: Συλλογαὶ ἀπὸ βιβλίου διεφθορότος, ὑπὸ Βρυχίου [1]) γεγονότος, τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου ἐπισκόπου Νύσσης εἰς τὰς ἐπιγραφὰς ψαλμῶν. Sunt duo fragmenta: Χρὴ τοίνυν — γλυκαινόμενον, f. 16, 17, lib. I, cap. V, *Patrol.* XLIV-436, et Καιρὸς ἂν εἴη — τρόπον νικᾷ, f. 15, 16, lib. II, cap. IV, *Patr.* p. 445.

II. Novus rerum ordo in Vaticano 1422, ac series multo præstantior, quæ raptim describatur.

f. 1. Epiphanius *De LXX interpretibus, et*

[1]) Ex hoc Nysseni codice dissoluto, in palatio Bruchii reperto, nonne derivatur opus de Titulis psalmorum, mancum adeo et dissolutum? Quod quidem A. Maius restituere moliebatur.

his qui perperam interpretati sunt, quem rescripsit Montefalconius, quamvis fusius exstaret in libro *De ponderibus et mensuris*, n. 9, 15, 16, 18, *Patrol.* XLIII, p. 250, 262, 264, 267.

f. eod. col. 4, ex Josepho de interpretibus, ut supra, cum appendice de S. Luciano.

col. ead. Sine titulo, sed continua serie, primum Origenis prooemium: Διὰ τοὺς ἐπιγεγραμμένους. BB 513-516.

f. 2. Sine nomine auctoris: Εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν γραφῶν ἑρμηνεία τινῶν... Est primum Eusebii prooemium: 'Εκατὸν etc. p. 65.

Ibid. Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου. Τῆς βίβλου etc. alterum ejusdem prooemium, *ibid.*

f. 2, 3. Eusebii *Argumenta psalmorum*, ut supra n. 8. Accedunt, præter cantica biblica, duo scholia, de multiplici psalmorum divisione, 'Ιστέον... 'Ιστέον... quæ eduntur infra.

f. 4. *Tituli et initia psalmorum* et canticorum (n. 1, Vat. 754).

f. 4. Ex Josepho (n. 3 *ibid.*)

Item. Eusebii prooemium in ps. I (*ibid.* n. 4 *a*).

Item. Divisiones psalmorum (*ibid.*).

f. 5. De arca, et psalterio etc. (*ibid.* n. 6).

f. 6-10. Athanasius ad Marcellinum (*ibid.* n. 7).

f. 11-12. Nysseni tria fragmenta (*ibid.* n. 12).

f. 13. 'Ιωσήπου τίνα ἐστὶ τὰ τῷ Δαυὶδ πεπραγμένα καὶ εἰς αὐτὸν θαύματος ἄξια πραχθέντα πρὸς τῷ τέλει. Πᾶσαν — Βασιλείαν. Josephi cap. LXXIII, *Patrol.* CVI, col. 78.

Ibid. Nysseni *De Diapsalmate*, lib. II, c. X, Χρὴ δὲ μηδὲ — διδάσκει. *Patr.* XLIV, col. 533-535.

Ibid. 'Ιππολύτου ἐπισκόπου 'Ρώμης ὑπόθεσις διηγήσεως εἰς τοὺς ψαλμούς. *Patrol.* X, col. 608.

f. 13-24. Theodoreti *argumenta* in ps. CL, ut edd. *Patrol.* LXXX *per totum.*

III. A quibus haud multum recedunt prolegomena Ottobon. 398, nunc recensenda.

f. 1-12. Athanasius ad Marcellinum : pauca ab initio desunt usque ad verba: ...[ὀνό]ματι Κύριος καὶ Θεός.

f. 12-14. Eusebii *prooemium* in ps. I, ut infra n. IV, et *argumenta psalmorum* CL: Κανόνες ψαλμῶν κτλ.

f. 15. Josephus, *De interpretibus*, cum auctario de S. Luciano.

f. 16. De arca, psalterio, etc. ut supra.

f. 17-20. 'Εν δὲ ταῖς ἐπιγραφαῖς (Vat. 754, n. 4 *c*).

f. 20-27. 'Υπόμνημα 'Ωριγένους integerrimum. BB p. 516-524 (cf. 754, n. 4).

f. 27. Josephus (*ibid.* n. 9).

f. 27-36. Nysseni tria fragm. eadem ac supra.

f. 36. Hippolytus, ut supra cum eadem epigraphe.

Ibid. Eusebii (immo Origenis) de Diapsalmate, Πολλάκις, ut alibi.

Ibid. 'Εν ὅσοις... Eusebii de Diapsalmate.

Succedunt varia schemata, in quibus alphabeti græci elementa, variique numeri, insertæque cruci precatiunculæ videntur superstitiose consociata, nominato quodam Gregorio, cui forte ascribendum sequens epigramma, haud ineptum, fortasse novum:

f. 37. 'Ακουε Δαυὶδ τοῦ παρ' ἡμῖν 'Ορφέως...

f. 38. Tituli qui apud solos LXX exstant. ut n. 2, Vat. 754.

IV. Pauciora quidem, sed optima præbuit Vat. 1789, ex aliis fontibus partim derivata.

1.° Mutilo codicis capite, pergit prooemium ab hisce [ἀποσ]τόλων βίβλος, et videntur Origenis, cujus nomen in marg. f. 2 inscribitur.

2.° f. 3. Epiphanius, ut apud Montefalconium.

3.° Didymi prooemium ab Ang. Maio editum.

V. Mitto alios codd. Vat. 744 cujus fol. 1 pauca et mutila retinuit, et folia ultima 159-163, ad initium revocanda, continent Athanasii epist. ad Marcellinum, et quædam Josephi, Nysseni et Hippolyti, ut alias. — Vat. 752, qui plura e superioribus plebeio sermone expressit, et multis inseruit picturis haud temnendis. Nec locus est accersendi Nicetam Serrarum, e codice Palatino 247, qui maluit vulgata Patrum opera in censum adducere, quam annosa illa Catenarum refricare prolegomena.

VI. Aliam vero ac singularem viam tenet Vatic. 342, elegans membrana minor, sæculi XI, anepigraphis onusta scholiis, his prooemiis præfixis:

f. 1, 2. Athanasii ad Marcellinum excerptum.

f. 2. Manu recentiore, epistola apologetica cujusdam patriarchæ ad metropolitas, partim evanida, parergon a psalmis alienum, fortasse ad aliud opus mihi reservatum.

f. 3, 6. Pseudo-Chrysostomus: Πᾶσαι αἱ θεῖαι γραφαί. BB V, p. 542, cum multis interpolationibus.

f. 6, 7. Basilii prologus: Πᾶσα γραφή. BB. I, 90.

f. 7. Cosmæ Indicopleustæ prologus: Μετὰ τὸν Μωσέα... *Patrol.* LXXXVIII, col. 243. Id vero partim ex vetere interprete, quem habes infra n. IV.

f. 8, 9. Eusebii canones, sive ὑποθέσεις, ut supra.

f. 9. Excerpta anepigrapha partim ex Eusebio vulgato sumpta.

f. 10, 15. Excerpta ex Origene de titulis, de psalmis anepigraphis, de Diapsalmate, de Canticis graduum, de Alleluja, etc. Nonnulla inde juvabit saltem in nostros margines adornandos excutere, tacito ubique Origenis nomine.

f. 16. Sub hoc procemio rubro, tituli instar: Διὰ τί δὲ καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀναβαθμῶν ιε' ψαλμῶν ὑπάρχει, λέξωμεν, nonnulla quæ sapiunt vel Hippolytum, vel qualemcumque veterem scriptorem n. V. Vide infra n. VI.

f. 16. Psalmi quos in luctu David recitavit. Incipiunt a ps. apocrypho CLI. Hæc utpote brevia infra ponuntur.

f. 16, 17. Anthimi patriarchæ CP. canon antiphonarum, quem dedimus in *Jur. eccl. Graecor.* t. II, p. 209.

f. 17, 20. Περὶ τοῦ εὑρεῖν τὰς ἰσομερίας, sunt canones horarum elegantissimi.

f. 20-23. Canones LXXII paschales ab a. 1038 ad 1159, quos putem edidisse cl. v. Ferdinand Piper, *De Kalendariis paschalibus* etc.

f. 23. Μέθοδος δι' ἧς ἔστιν εὑρεῖν τὸ νομικὸν πάσχα, cum subtilissima pictura orbiculari, qualem Petavius in *Uranographia* S. Maximo ascripsit [1]).

Præterea ad calcem rejiciuntur plura de psalmis generica argumenta, scilicet:

f. 278. Λέξεις τῶν ρν' ψαλμῶν καὶ ἑρμηνεία. Inc. ἀλληλούϊα — αἰνεῖτε τὸν ὄντα ὄντως τὸν Κύριον.

f. 279. Λέξεις τῶν ᾠδῶν, ᾠδὴ α'. Τριστάτας — τρίτης μοίρας ἄρχοντες.

f. 280. Iterum de turbato ordine chronologico psalmorum, fere ut f. 10.

Ibid. De sacris libris qui memorantur et non reperiuntur, ex Josepho Christiano.

f. 281. De psalterii interpretibus, ex eodem.

Ibid. Iterum de Diapsalmate, psalterio, decachordo.

Ibid. Epigramma. Ἡ μουσικὴ μὲν, ut infra. Quæ excipiunt ludi de litteris, cruce inserta, etc. ut in Ottoboniano.

Quibus utcumque cribratis, tum demum quid statuendum? Tria emergunt, singulariter in themate nostro notanda: alia enim Origene antiquiora videntur, ab illo quidem non neglecta; alia vero ab ipso proficiscuntur; alia, quamvis ab eo pendeant, recentiora manifesto sunt.

Inter vetustiora censeo ea quæ veluti nascentis interpretationis rudimenta sunt, ac necessitudine quadam communique indole conjuncta, in iisdem videntur orta incunabulis. Videlicet:

1.° Ἐπιγραφαὶ καὶ ἀρχαὶ... καὶ προγραφαί, quæ totum agmen proœmiorum ducunt in Vat. 753, neque vel in titulo deest peregrina affectatio, insolitaque etiam apud Alexandrinos vocabula, ut προγραφαί, quod in sequentibus frequentatur. Infra vide nostrum num. 1.

2.° Ὅσαι κατὰ τοὺς Ο' τῶν ψαλμῶν προγραφαὶ κτλ. num. II. In nudis hujusmodi indiculis arduum est subodorari quidquam de origine, auctore et ætate nomenclaturæ. Primævam

1) Ejusdem argumenti sunt prolegomena quæ servat codex Casanatens. G. II, 1. olim O. I, 10, spissus bombycinus sæc. XI, ab initio mutilus ac multum ævo, udore detritus, et fortasse toxico chymico ambustus, offuscatus, conglutinatus. Omissis marginalibus scholiis quæ homiliam sapiunt, continetur f. 1, 2 fragmentum Athanasii ad Marcellinum, ab his verbis τὴν θεότητα, χρίσις γάρ... f. 2 fragm. Josephi Christiani, Eusebii, Origenis (de Jullo patriarcha Judæo) Ἐγὼ μὲν ἔφην.... f. 3 ex Nysseno plura, quæ excipiunt parerga Ottoboniana cujusdam Gregorii cum eadem cruce Φῶς-Ζωὴ etc. et metrico epigrammate novo: Δαυιτικὴ πέφυκε δέλτος... Post miscellanea f. 5 Hippolyti breve proœmium, cui sine intervallo neque alio titulo consociantur Origenis, Basilii etc. plura, Hippolyto exinde data apud de Magistris, *Acta MM. Ostiens.* app. p. 439. f. 6 Josephus de variis interpretibus cum loco fusiore quam antea de S. Luciano.... f. 7 Theodoreti proœmia. Prætermitto inserta folia ex aliqua Catena in Evangelistas, quæ etiam ad calcem recurrit cum rarissimo Salomonis psalteriolo. — Ad saturam adde veterem Catenam in psalmos, servatam in Bibliotheca Barberina sub siglis IV, 37, quæ prolixo superbit proœmio cum ambitioso titulo: Ἀκριβολογία περὶ τῶν ἐπιγραφῶν, atque non sine decretorio exordio: Χρὴ εἰδέναι ὡς αἱ τῶν ψαλμῶν ὑποθέσεις... et pergit per septem circiter spissa folia, quæ denique tandem nihil aliud sunt quam proœmium Euthymii Zigabeni, multa ex nostris corradentis. Vid. *Patrol.* CXXVIII, col. 42. — Et quum tot nomina sæpissime desiderentur, vide quot latibula et decipulæ cogant aberrare venatores anecdotorum vel prudentissimos.

tamen sapit imperitiam fastidiosa series ἐπὶ τοῦ ψαλμοῦ... πρόκειται, προγέγραπται, quæ morose singulis versiculis succedunt.

3.° Τῶν ᾠδῶν, n. III. Possit altera esse appendicula adjectitia. Sed placuit vetustioris codicis 1422, X sæculi, scripturam referre, jam in Vat. 754 XI sæculi auctam, ut ferunt in uncinulis inclusa, etiam notatu dignissima. Placeat in primis prisca series IX canticorum, quæ sola sunt numeris diligenter instructa, ac si jam juberetur ea esse ὁρμάς, unde oporteret proficisci novem odas canonum, qui tantopere in ecclesia Græca fruticarunt.

4.° Τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν διαιρέσεις κτλ. infra n. IV. Diu postquam inquisierim an alicubi occurrerent inconcinna illa schemata, stupenti mihi tandem subiit pagina syriaca, nomine inscripta S. Hippolyti Romani, inter *Analecta* cl. v. Pauli de Lagarde; meisque vix confidi oculis, quum intuerer ad amussim sibi respondere Græcorum, Syrorumque periochas, tanto locorum et temporum intervallo sejunctas. Quorum annosam antiquitatem ipse confirmat Hilarius, qui plura sibi latina fecit, cunctaque hæc prolegomena legisse propemodum testatur. Nec plura: cito velit lector in hunc conflictum amice conspirantium descendere.

5.° Ὅτι πῶς ἀναχθείσης τῆς κιβωτοῦ κτλ. infra n. V. Subhorrui primum, ne illud diffitear, nec nisi ægre perrexi in perlustrandam illam prolixam lucubrationem. Ineptum insonare mihi exordium, subolere spuria pseudo-Chrysostomi, anhelare quassatam homiliam, quales effuderunt tot Italo-græci, quorum ruditatem solœca et barbara verba proderent. Sed tenacem me quum fastidia calcaribus premere soleant, vadum volui firmo et lento pede transilire. Verba quidem insolita superius jugulata iterum transfixi. Quæ rudia primum horruerant, evasere asperæ antiquitatis tentamina. Movit me suspensum veteris disciplina arcani, veteris theologiæ symbola, Christus verbis Antenicænis salutatus: Θεοῦ παῖς, ὁ Μονογενής, ὁ ἀγαπητὸς περὶ οὗ ὁ ἀπ' οὐρανοῦ κέκραγε κτλ. Nulla recentiorum hæreticorum indicia; sed ecce Valentinus, quasi recens, vapulat. En passim tessera illa Hippolyti e tripode interrogantis, objecta ex abrupto prementis solventisque: Τίνα ἄρα σημαίνει;... ἀλλ' ἢ...
— ὑπὲρ τῆς ὀγδόης. Ποίας ὀγδόης; οὐκ εἶπε καθὼς Οὐαλεντῖνος βούλεται τεχναζόμενος λέγειν... — Τίνες δ' ἂν εἶεν ληνοί; ἀλλ' ἢ οἱ μακάριοι προφῆται... — Ψαλμὸς τῷ ἀγαπητῷ. Τίς δ' ἂν εἴη ὁ ἀγαπητὸς ἄλλος; ἀλλ' ἢ ὁ παῖς τοῦ Θεοῦ... Quid plura? Etiam ἀκροατὰς Hippolytus solet compellere eodem suavi nomine, eademque extemporali alacritate concitare, ἀγαπητοί. Recole quæ supra græce et armenice prostant. Adde quod tam præfractus concionator alterius vestigia nullibi terere videtur, et tamen si cum illo Eusebium, Origenem in multis contuleris, tibi altera utraque sententia erit: aut priscum illum effutiisse turpiter et prolixe quæ alii breviori elegantia dixerant, aut compendia Eusebii et Origenis ex uberiore illo et antiquiore archetypo fluxisse. Sub judice lis esto.

6.° Superiori numero V° affinis germanaque videtur in num. VI, brevis et quadam singularitate insignis ἔκφρασις *de Canticis graduum*, rejecta in Vat. 342, inter plura et anonyma. Idem concionator eosdem auditores videtur alloqui, ἀγαπητοί, ut supra.

Quam gratum fuisset, ne quid de magno Hippolyto omittam, incidere in copiosum hujusmodi procemium, quod illi ascripsit primus Simeon de Magistris, inventorique fasces submittere et plaudere. Incidi quidem: codex enim Casanatensis, quem designavit, sed ex siglis antiquatis O. I. 10, diu et ægre perquisitus in hoc tumultu Romanarum bibliothecarum, quum jam desperarem, ad me usque benignissime venit, ac statim spolia opima de Magistris, uti fere semper, in auras evanuerunt, ut jam id supra notavi. Ex Hippolyto nihil, præter tritum ἀποσπασμάτιον decem versiculorum, quos sine intervallo, nec sine fallacia,

tacitis nominibus, statim excipiunt fragmenta Origenis et Basilii. Ex alia decipula, quam idem mihi struxerat de Magistris, dum falso numero 1769 ad Vaticanos codices provocaret, fauste exivi, quum detexi certo indicio hunc codicem esse Vatic. 1789.

IV. Nunc transeo et revertor ad meum Origenem. Quo magis revolvo mecum seriem procemiorum, hactenus ejus nomine editorum, acrius doleo, multa ab initio deesse, nec justo ordine poni pauca quæ innotuere. Si quid ausim in obscura nocte palpando, proponere hæc maluerim:

1.° Quod Eusebio datur in exordium psalmi primi, cum ejus nomine ea destituantur in codd. Vatic. duobus, in alio autem proxime cohæreant cum primo Origenis procemio, ac simul augeantur in Vat. 744 pericope de divisione psalterii, quæ omnino ad priora id genus prolegomena pertinent, censerem primum exordium Origenis fuisse hoc fragmentum vulgati Eusebii, quod ne totum cum cæteris exigerem, ut primum statueram, vix a me obtinui. Sed edita passim exstant [1]).

2.° Postquam Origenes rem historicam et didacticam exposuerit, pro indole sua debuit eadem ad leges anagogicas, quas tantopere sectatus est, revocare; tum varias psalterii persequi partitiones, et psalmorum distinctiones. Ea aptissime leguntur in primis foliis Vat. 1789, cujus initium, importune excisum, nomen fortasse Origenis sustulit, quod tamen circa medium procemium, in margine substitit. Immo paulo altius restituit cod. Barberinus, in quo haud procul ab initio loci legitur: Τοῦ Ὠριγένους, διὰ τί εἰσὶν οἱ ψαλμοὶ ρν'. Sed pauca is codex excerpsit, deficitque ubi immani lacuna hiat Vaticanus. At fausta sorte succurrit mihi codex Casanatensis plenior, in quo statim ab initio, ubi Hebraica excientur, aperte Origenes exsurgit, quem præterea Hilarius, more suo, salutat fere et digito ostendit.Quæ ad integritatem restituta posui sub num. VII.

3.° Sic explanatis, ut libuit, allegoriis quæ ad totum psalterium pertinent, Origeni pronum erat, currente rota, exspatiari in titulos singulares psalmorum, a longe quidem præeunte prisco superiore interprete, sed æstu anagogico in alia, toto cœlo diversa, novum ferente magistrum, qui tamen eumdem fere titulorum ordinem persequitur. Satis erat horum sub n. VIII initium, exempli gratia, dare, ut ex vetustis membranis Vaticanis recognoscerem insignia Aristotelis et Herophili, rarissimi scriptoris, fragmenta, quæ ludendo et cum Socratica ironia Origenes recoluisse per me existimetur.

V. Pauca supersunt, quibus quasi exhauriuntur hæc vetera psalmorum prolegomena, prout jacent in Vaticanis codicibus. Et quamvis seriora tempora attingamus, haud tamen multum recedimus ab Origene. Subdidimus ergo, mantissæ instar:

1.° Sub num. IX et X, ultima, ne pereant, anecdota duo scholia, quæ non solum antiquissima, sed Antenicæna per me licet censeas.

2.° Retinet num. XI seriem historicam psalmorum qui ad Davidis tempora et ærumnas pertinet.

3.° Lectorem recreandi ergo, haud abstinui a nonnullis iambis, quos nobis servaverunt ve-

[1]) Adeo inter se commiscentur de psalmis Eusebius et Origenes, ut, cum Venetus editor Theophylacti, Buongiovannius, in ultimo tomo adderet Euthymium Zigabenum in psalmos, neque ejus procemium versare posset quin plura ex Eusebio recepta adverteret, interim nactus codicem Venetum in quo Eusebius *de Diapsalmate* auctior videretur quam apud Montefalconium, illico et lætus novos sibi quatuor versiculos in medio posuerit: at eosdem a primo apice ad ultimum Maurinus recte Origeni dederat, vade Hieronymo, qui hos eosdem auctori latine vindicavit.

tustissimi codd.; sed vereor ne eosdem jam occupaverit aliquis eorum, qui catalogos dum describunt, aut græcum texunt psalterium, solent similia annectere epigrammata.

Nil igitur novi edendum superest ex hisce in psalmos prolegomenis, quæ adeo vetusta sunt, præter hæc ultima, ut nullum scriptorem contineant sæculo IV recentiorem. Seclusis enim Theodoreto et Cosma, qui in uno codice et secundis curis adduntur, habentur ex ordine temporum Hippolytus, Origenes, Eusebius, Athanasius, Gregorius Nyssenus, Epiphanius et Josephus Christianus. Quem postremum cave ne ad sequiora tempora referas: scio equidem a nonnullis collocari in undecimo, ab aliis in decimo post Christum millenario; sed et Caveus eumdem reduxit ad a. 426, et docti continuatores Gallandii, sigillatim expensis temporum notis in ipso *Hypomnestico* signatis, ultra annum 362 opus non esse transferendum evincunt [1]; immo parum est quin Judæum nostrum faciant eumdem ac Josephum Comitem, amicum S. Epiphanii, hospitem S. Eusebii Vercellensis, quondam apostoli munus obeuntem sub patriarcha judæo Hillele, natum circa annum 286, Origenis ergo fere coæqualem, neque remotum ab illo Jullo (Hillel?) patriarcha cæterisque doctis Judæis, quos non semel nostri Alexandrini adire non timebant, neque etiam in scenam adducere [2]. Quæ tandem ad umbilicum deduxisse, jam non me pœniteat.

III.

Catenae Vaticanae in psalmos.

Antequam brevi syllabo retexantur sex et decem Vaticanæ in psalmos Catenæ, nonnulla præmittere juvabit. Ac generatim ne ulla quidem negligenda erat, quum singulæ a singulis sint diversissimæ, neque ulla sit ab aliis descripta. De quarum indole et dotibus, utinam disserendi aliquando detur copia et otium, ut collatis simul tot cyclicis voluminibus in Heptateuchum, in Jobum, in David, in Salomonem, in prophetas et apostolos, iterum, iterumque exsultem in amplissimo campo, spolia inde opima reportaturus.

Vaticanus 617 ad minutas syllogas pertinet quæ, tacitis fere omnibus nominibus, scholiisque cæsim et concise exactis, margines in exiguos congerunt ingentes commentarios, quorum fragmenta aliunde nota in promptu est recognoscere.

1) Gallandii *Bibl. PP.* t. XIV, prol. p. III *Patrol.* CVI init. — 2) Cum multa et gravia argumenta non desint, quibus Josephus Christianus sæculo IV restituitur, lubricum illud videri potest a Gallandio ex silentio Josephi de S. Luciano petitum. In nostris enim codd. scholium de S. Martyre tam constanter annectitur fragmentis certis ejusdem Josephi, ut facile existimandum sit ad Hypomnesticon olim pertinuisse. Re quidem vera curatores Bibliothecæ Gallandii, in parte posthuma, exsultavisse videntur, quum in duplici codice Bessarionis longam invenerunt paginam, hoc idem scholium continentem, quam Josephi capiti CXXII adjungere festinarunt. Sed illud ἱρμαῖον *in via*, ecce totum legitur in Synopsi Athanasiana, Ποῖαι καὶ πόσαι παραδόσεις etc. qualem auxit et ornavit Montefalconius t. III, p. 155, 156 *(Patrol.* XXVIII, 433). E diverticulo non dimovear, quin obiter inquiram, quæ causa sit, cur Josephi *liber Memorialis* censeatur quatuor continere libros, quorum quidem primus, secundus, quartus exstant, tertius vero nullibi compareat, neque ab ullo quem sciam homine fuerit requisitus, fallente perpetua serie capitulorum CLXVII. Jam suspicionem movi hanc seriem mutilam esse, ac mutatam fuisse. Quid si tertius ille liber fuerit optima et merito celebrata Synopsis Athanasiana, si magno tandem Athanasio vindicanda jam non sit? Dignus sane Josephus Christianus est qui accuratum suum *Memoriale* hac immortali appendice augeat. Sed ἅλις ταῦτα.

Ejusdem fere generis est Vatic. 752, nisi quod primum, decurrente codice, nomina paulatim emergunt, crescunt, minio emicant, inter quæ frequentior Origenes. Tum etiam insigne aliud et rarum discrimen est, picturis hunc codicem insigniri, uti supra plures ad Heptateuchum et in Jobum mirati sumus. Ibi vero quo acrius et penitius introspiciuntur imagines, quas ævum non offuscavit, eo reperiuntur elegantiores. Accedit quod amœnus pictor, suo ingenio potius indulgens quam doctis commentariis, non solum cum David adducit colloquentes prophetas, apostolos, confessores, S. Sylvestrum in primis, S. Amphilochium, S. Aretham quemdam, plures Stylitas, alios; sed et lepidas singulis iconibus epigraphas allevit, quarum præcipuas infra colligere, avocandi animum gratia, non displicuit.

Vat. 744 et 1617, multo ævo distantes, ab archetypo derivantur, in quo frequentia erant Arethæ, Cæsariensis archiepiscopi, scholia, quæ in textum transierunt. Gratus mihi est, celebriorque esse meretur doctus ille S. Basilii successor, a quo fortasse usque in sæculum X hæreditariam recepit bibliothecam, neque neglexit suos codices ornare scholiis, quæ in apographa cum elegantissima unciali scriptura transmeasse, non semel notavi et suspexi [1]).

Vat. 754 id peculiare habet, quod innumera Origenis scholiola retinuit sub siglis affectatis latitantia, nec nisi ex prioribus litteris ὠρ, plus minus truncatis obvia. Certe aut ita res est, aut spuria sunt maxima ex parte scholia, tam apud Maurinos quam in aliis codicibus diserte Origeni ascripta. Montefalconio codex notatus fuit ob ingentem Hexaplorum messem, quam intactam fere, nec nisi ægre, doctus vir reliquit.

Vat. 1422, ab eodem Maurino videtur excussus fuisse in prolegomena psalmorum, ac sæculo X relatus, immo, nisi fallor, similis habitus alteri Parisiensi cum eadem paginarum, linearum, verborumque collectione, ut dixi, opera eo magis stupenda quod ingens tomus est membraneus, per totum psalterium et cantica biblica productus. Tædet nomina interpretum in pallido atramento latere ac sensim in fine evanescere.

Vat. 1677 et 1678, æqua mole chartacea pingues, ejusdem corporis sunt, prior a ps. LIV ad LXXII, posterior a ps. LXXIII ad ultimum canticum. Deest igitur tomus primus, si opus unquam fuit integrum. Notare cogor, Palatinum 247, in quo turget copiosa Catena Nicetæ Serrarum, desinere in ps. LXXVI. Quin immo vetus Vat. 1789 desinit mutilus in ps. LI. Quæstio erit an post quatuor fere sæcula opus incœptum in sæc. XII aut XI maneat continuatum in duobus Vatic. XV sæculo exaratis.

Rursus Vatic. 1682, sæc. XV, abrumpitur in ps. LXVIII, eodem fere in loco ubi exorditur Vat. 753, qui est membraneus sæculi XII, incipiens a ps. LXVII. Utrum hæc dato consilio, an temere cohæreant, sententia majoris otii et subsellii esto. Sed addendum codicem Venetum, a quo sua Gallandius auctaria recepit, ultra ps. LXXVIII, ni fallor, excurrisse, nec multum dissimilem fuisse a Vat. 1682 et 1789, in quibus eadem fere scholia leguntur.

Vat. 1789, ultimo loco memoratus, omnium facile princeps emineret, nisi fato suo interciperetur abrupte in ps. L, multis præterea inter eundum amissis foliis. Optimæ notæ, optimæ manus est XI sæculi, nec nisi prolixa loca veterum, et quæ in primis sincera et integra commendantur, teste Eusebio Montefalconii, cujus amplissimæ paginæ ex integro hic recitantur.

Ejusdem indolis est Palatinus 247, qui apertum habet Nicætæ Serrarum nomen, solusque

[1]) Incidi in hos codices, dum Mosquensem bibliothecam synodalem lustrarem, ac nisi fallor, haud unus eorumdem transiit usque ad Vaticana κειμήλια.

continet ejusdem in psalmos prolegomena. Sed caute Nicetæ Catenis utendum est, quia vir doctus a trita Catenarum semita recessit, ut plena manu reciperet sua ex patrum operibus cujuscumque argumenti; unde periculum est perpetuum acta agendi et cocta recoquendi, de qua re non semel, nec frustra Angelus Maius ingemuit [1]).

Ottobonianus 398, tum forte ætate superaverit omnes antea memoratos codices, tum difficultate scripturæ oculos vel lynceos deterruerit. Quamvis enim ad initia sæculi X ascendat, nec omnino ab unciali recedat, post prolegomena majusculo caractere aucta, innumera admisit compendia omnium fere vocalium et clausularum, quæ in flava membrana et flavescenti atramento ita pinguntur, ut potius latere quam legi voluisse subtilis librarius videatur, in primis sollicitus ne candidæ et amplæ codicis oræ obnubilentur.

Lectorum quoque crux et desperatio possit esse Reginensis 40, quamvis multo recentior. Exiguus est bombycinus, qui, quasi certamine facto, grandiora volumina ita continet, ut etiam multo plura in suis compendiis rectissime expolitis congerat. Non desunt nec temnendi sunt bombycini hujusmodi, quos licet horridulos aspectu, ac pretio viles, viri docti olim videntur majoribus tomis anteposuisse. Nunc brevis esto syllabus.

1.° Vatic. 342, membraneus in forma minori, sæc. XI, psalterium et cantica biblica continet cum scholiis perpetuis in marginibus. Ad calcem aliena plura accedunt.

2.° Vatic. 744, XI sæculi, membraneus, ab initio mutilus, quædam prolegomena mutila tantum in fol. 1 retinet, Hexaplis auctus passim, sed nominibus interpretum plerumque destituitur.

3.° Vatic. 752, sæc. XII, membraneus, bipartitus, integerrimus, prolegomenis præfixis, et innumeris insignitus imaginibus; a fol. 450 cantica prostant ornata similiter.

4.° Vatic. 753, sæc. XII, membraneus a ps. LXXVII in finem, alienis et recentioribus foliis suppletus.

5.° Vatic. 754, sæc. XI, membraneus, cum prolixis ac perturbatis procemiis et uberrimis Hexaplorum notis.

6.° Vatic. 1422, sæc. XI, membraneus, amplissimus et integerrimus, a prolegomenis ad cantica ecclesiastica.

7.° Vatic. 1617, sæc. XV, chartac. cum canticis a fol. 279, haud omnino integer.

8.°, 9.° Vatic. 1677, 1678, sæc. XV aut XVI, prior a psalmo LIV ad LXXIII, posterior a ps. LXXIV ad cantica omnia; uterque passim ex antiquiore exemplari aut a docto censore in margine emendatus; idem fortasse διορθωτὴς notas ad calcem græce scripsit.

10.° Vatic. 1682, sæc. XV, chartac. desinit in ps. LXVIII.

11.° Vatic. 1683, sæc. XVI, chartac. incipit a ps. LXIX pergit ad ultima cantica, et videtur ex Vat. 1677 partim descriptus et emendatus.

12.° Vatic. 1685, XV sæc. chartac. incipit a ps. LI, et desinit ut præcedens in canticum Ezechiæ.

13.° Vatic. 1789, sæc. XI, membraneus, mutilus ab initio et in fine, et post fol. 208. Prolegomena rara, sed truncata continet, abrumpitur sub finem ps. L.

14.° Ottobon. 398, X sæc. membraneus, bipartitus, integerrimus, multis auctus Hexaplorum procemiis et notis, quorum plura alibi non comparent.

15.° Palatin. 247, sæc. XII, membraneus, cum Nicetæ Serrarum egregia in psalmos præfatione, desinit in ps. LXXVI.

16.° Reginens. 40, sæc. XIV, bombycin. præter densissima scholia, a ps. XXXVI textus intricatur glossulis, quæ solæ accedunt, omissis marginum scholiis, usque ad ps. LI. Plurima folia susdeque versa sunt a ps. LXVIII ad LXXII; ultra ps. CL non progreditur, omissis Canticis.

1) Totam dedit hujus Catenæ præfationem A. Maius B. N. t. II, p. I, p. 139; p. II, p. 87.

IV.

Epigraphae quaedam picturarum in Vat. 752.

Picturæ christianæ non solum augent decus et emolumentum codicis imaginibus adornati, non modo humaniorum artium, quas semper Ecclesia fovit, arcanas leges priscasque origines detegunt, sed theologo simul et historico non pauca præbent subsidia, a nemine posthabenda. Haud omisit S. Nicephorus, dum Iconomachos debellaret, egregie vindicare τὸ ἐν γραφαῖς εὐαγγέλιον [1]), ejusque virtutem, quo simpliciorem, eo luculentiorem commendare. Ac nisi fallor, a victoria sanctarum imaginum in primis repetenda sunt psalteria et evangelia tot adhuc picturis splendentia. Celebritate merito potitur, inter hujusmodi cimelia, psalterium Barberinum (III, 91), in quo bis S. Nicephorus pingitur, semel f. 40 coram Iconomachorum conciliabulo, et iterum f. 85 ubi calcatur sub pedibus ejus sectæ dux, Ἰάννης ὁ εἰκονομάχος, cujus nummi, Mammonæ signum, humi sparguntur. A Studitis, hujus belli vexillariis, oriuntur ortasse hi codices pugnaces; et inde in eodem psalterio, inter innumeros sanctos, ejusdem tempestatis testes et martyres, qui ibidem emicant, SS. Stephanum juniorem, Theodorum Graptum etc. non omittitur Theodorus Studita, qui solus appellatur ὁ ἅγιος πατὴρ ἡμῶν. Erit fortasse cui in sequenti indiculo lubebit quærere latentes rei historicæ et polemicæ, immo apocryphæ rationes, quas illi relinquo.

Prooem. f. 9. Κάστρον ἡ Σινώπης. Ἡρμήνευσαν τὴν θείαν γραφήν. *Tres scribae in turri.*

Ps. VII, f. 29. Ὁ Χριστὸς βαπτίζων τοὺς Ἑβραίους. *Christus aspergit aqua hominem in baptisterio marmoreo mersum.*

f. 30. Οἱ μέλλοντες ἐλεηθῆναι. *Christus benedicit, librum tenens; turba splendide vestita faces tenet erectas,*

Ps. VIII, f. 33. Ἅγιος Παῦλος διδάσκων τοὺς ὄχλους. *Paulus ter pictus praedicat, in ultimo manus lavat, capite retro verso ad sacerdotem et turbam, ut videtur, incredulam.*

Ps. IX, f. 42. Ὁ Χριστὸς ὑπὸ νεφελῶν ἐν δόξῃ. *Infra* Χορὸς ἁγίων ἱεραρχῶν. 3° *loco* Ὁ παράδεισος. *Unus Seraphim, Christus in horto sedens, inter candidos pueros, quorum tenet unum in gremio. Inferius* Χορὸς ἁγίων μαρτύρων, χορὸς ἁγίων ἀποστόλων.

Ps. X, f. 44. Ὁ Ἀδάμ, ἡ Εὔα καὶ οἱ νεκροὶ ἐν Χριστῷ ἀναστήσονται. *Triplex imago.*

Ps. XIII, f. 46. Ἀνάληψις. Οἱ κατάσκοποι τοῦ Δαυὶδ ἐμολύνθησαν καὶ ἐβδελύχθησαν.

Ps. XIV, 47. Ὁ Χριστὸς μετὰ τοῦ λῃστοῦ. *Bonus latro seminudus crucem manu extensa tenet erectam.*

Ps. 16, f. 50. Ὁ Ἀμφιλόχιος ἐρωτώμενος ὑπὸ τῆς κατασκοπῆς. *Episcopus cum duobus viris colloquitur.*

f. 51. Ὁ Νειμὰν *(sic)* καὶ Ἰδιθοὺμ ἐρωτῶντες τὸν ἅγιον Ἀρίθαν διὰ τοῦ Δαυίδ. *Duo viri coram episcopo in cathedra sedente.*

Ibid. Οἱ υἱοὶ τοῦ Κορὲ ἐξαγορίαν ποιούμενοι εἰς τὸν ἅγιον Σίλβεστρον [1]). *Tres viri, coram sacerdote thuribulum gerente, sub imagine Deiparae puerulum gestantis*

Ps. XVII, f. 52. Οἱ ἀπόστολοι λέγουσι ὅτι ἔκλινε τοὺς οὐρανοὺς καὶ κατέβη. *Sex viri orantes manus sub pallio attollunt.*

Ps. XXIV, f. 62. Τὰ ἅγια δῶρα...... *Sacerdos confert sacram Eucharistiam cum cochleari, sub iconostasi.*

Ps. XXV, f. 79. *Imperatorum equitatus et convivium.*

Ps. XXVII, f. 82. Πρὸ τοῦ χρισθῆναι. *Rex adstans in clypeo purpureo, sublatus a tribus viris, ungitur a propheta.*

Ps. XXVIII, f. 88. Ἐζεχίας νενικηκώς...... *Rex alloquitur sacerdotes qui libros gestant.*

Ps. XXX, f. 90. Ὁ Φαραὼ καταδιώκων. *Duo equites.*

[1]) *Spicil. Sol.* t. I, p. 463 not. c. cf. infra p. 410 not. de cod. Barber.

Ps. XXXII, f. 100. Καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ὁ Δαυὶδ δαιμονιῶντα καὶ ἀφρίζοντα (cod. ἀφρίξων) ὅπως ἀπάγῃ (sic in titulo legitur ἀπέλυσεν αὐτὸν καὶ ἀπῆλθεν) αὐτούς. Οἱ κατάσκοποι παρέδωκαν Δαυίδ. *Duo exploratores, David humi stratus et contortus.*

Ps. XXXIII, f. 104. Πολεμῶν ὁ Γολιὰθ μετὰ τοῦ Δαυίδ. *Goliath more Gallico aut Normannico armatur et induitur.*

Ps. XXXVI, f. 121. Ὁ Σαοὺλ διώκων τὸν Γολιάθ. *Duo equites currentes.*

Ps. XXXVIII, f. 131. Φεύγει ὁ Δαυὶδ τοῦ Σαοὺλ τοῦ πατραλύα (*sic*, l. πατραλοία) τὴν τυραννίδα.

Ps. XXXIX, f. 134. Ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ὁ προφήτης Δανιήλ. *Ambo regem alloquuntur.*

Ps. XL, f. 137. Ὁ προφήτης Ἐζεχιὴλ λέγει πρὸς τοὺς πένητας. *Propheta coram turba.*

Ps. XLI, f. 139. Οἱ υἱοὶ Κορὲ διδάσκοντες τὸν λαόν. *Duo viri, duo pueri hinc inde considentes.*

Ps. XLII, f. 142. Λέγων ὁ Δαυὶδ [πρὸς] τὸν ἅγιον Σίλβεστρον, ὅτι σὺ ἐβοήθησάς μοι. *Rex coram sacerdote* [1]).

Ps XLIII, f. 144. Μωϋσῆς καὶ οἱ προφῆται διηγοῦνται περὶ τῶν ἐθνῶν.

Ps. XLIV, f. 148. Λέγων ὁ ἅγιος Σίλβεστρος [πρὸς *omitti solet*] τὸν Δαυίδ, γράφων οὗτος περὶ τὰς καρδίας τῶν πιστευόντων εἰς αὐτόν. *Pontifex regem et tres viros alloquitur.*

Ps. XLVI, f. 153. Ἰησοῦς τοῦ Ναυὴ πολεμῶν τοὺς ἀλλοφύλους διώκει. *Allophyli Normannis similes.*

Ps. XLVII, f. 154. Οἱ διάκονοι δ' πρὸς τὸν Δαυίδ. *Quatuor diaconi cum stola coram cruce bigemina.*

Ps. XLVIII, f. 156. Ὁ Χριστὸς [ἀσπάζεται?] τὸν Δαυίδ. *Christi osculum David recipit.*

Ps. XLIX, f. 159. Κατέδειξεν (*sic*) ὁ Χριστὸς τοὺς προφήτας. *Cum Christo viri quinque mensae recumbunt.*

Ps. LII, f. 168. Ὁ μαελὲθ λυτρούμενος ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος. *Inter duos daemoniacos et coram turba vir orans, erectis manibus.*

Ps. LV, f. 176. Τὸν Δαυὶδ ἐπίασαν οἱ ἀλλόφυλοι ἐν Γέθ. *Domum exploratores circumeunt, David equitat.*

Ps. LVIII, f. 183. Καὶ φυλάσσουσι τὸν Δαυὶδ οἱ στρατιῶται, καὶ ἡ γυνὴ ἡ αὐτοῦ ἡ Μελχὼλ διὰ θυρίδος. *David fune suspensus e fenestra descendit.*

Ps. LIX, f. 187. Οὕτως γὰρ ὁ Ἀκύλας ἡρμήνευσεν. Ἐπότισας ἡμᾶς οἴνου καρπώσεως. *Duo viri cum nimbo.*

Ps. LX, f. 189. Οἱ κακοκράξαντες καὶ δαιμονιῶντες ἐν τῷ Θεῷ ἐποίησαν δύναμιν. *Daemoniacus inter Christum et crucem quam diaconi ferunt.*

Ps. LXI, f. 193. Ὁ ἅγιος Σίλβεστρος φωτίζων τοὺς ἐν σκότει καθεζομένους. *Baptismus a S. Silvestro confertur per aspersionem et immersionem.*

Ps. LXII, f. 193. Καὶ ἀπεκρίθη... Ὁ ἅγιος Σίλβεστρος. *Idem sanctus Pontifex Judaeos alloquitur.*

Ps. LXXVI, f. 238. Λέγει ὁ Χριστὸς πρὸς τοὺς ὄχλους, ὅτι πῶς τῆς Αἰγυπτίων δουλείας ἠλευθερώθησαν.

Ps. LXXVIII, f. 252. Λέγει ὁ Χριστὸς τῷ Ἀσάφ· Ἔθεντο εἰς ἀνάλωσιν αἱ ἐναντίαι δυνάμεις τοὺς Ἰουδαίους..

Ps. LXXXI, f. 261. Ἀνθρωπαρεσκεῖται ὡς τὸ ἄρχειν καὶ τὸ κρίνειν πεπιστευμένους Ἰησοῦς Χριστὸς λέγων τὸν Ἀσὰφ καὶ τὸν Κορέ. *Christus alloquitur, sic in ps.* LXXXIV, *f.* 267, LXXXVI, *f.* 272, CVI, f. 336 etc.

Ps. XC, f. 287. Οἱ προφῆται λέγοντες· Καὶ ἐν ταῖς δυσὶν αὐτοῦ διαθήκαις πιστεύσας σωθήσεται. *Duo prophetae trifida corona redimiti.*

Ps. XCII, f. 292. *Christus inter sex apostolos, Paulus ad dexteram, Petrus ad sinistram. Inscriptio evanida.*

Ps. XCIII, f. 294. *Sacerdotum preces pro defunctis in umbra jacentibus.*

Ps. XCIV, f. 297. Ὁ ἅγιος Δοσίθεος λέγων τὸν υἱὸν τοῦ Κορέ· Οὗτοι, φησίν, οἱ πονηροὶ δαίμονες ἐκ παντὸς τρόπου τὴν τοῦ δικαίου ζητοῦσι θηρεῦσαι ψυχήν. *Prope sacellum S. Dositheus in columna alloquitur Coreitam.*

Ps. CVII, f. 342. Ὁ προφήτης Νάθαν λέγων.

Ps. CVIII, f. 344. Ὁ Χριστὸς λέγων τοῖς ἀνθρώποις· Συνέθετο μετὰ τοῦ Ἰούδα λαμβάνειν ἀργύριον παρ' αὐτῶν καὶ παραδοῦναί με.

Ps. CIX, f. 349. Ἀρχάγγελος Μιχαήλ, ἀρχ. Γαβριήλ. *Duos inter archangelos crux erecta.*

Ps. CXII, f. 352. Οἱ φέροντες τὰ δῶρα εἰς τὸν ναόν. *Viri dona ferentes ad sacellum.*

Ps. CXV, f. 360. Οἱ Ἑβραῖοι καὶ οἱ λοιποὶ ἑρμηνεύσαντες. *Duo viri cum lancea in cathedra sedentes.*

Ps. CXVI, f. 361. Οἱ τὰς θυσίας φέροντες εἰς τὸν ναόν. *Ut in ps. CXII.*

Ps. CXVII, f. 362. Ὁ Χριστὸς εὐλογῶν τοὺς υἱοὺς Κορέ. *Christus alloquitur.*

Ps. CXVIII, f. 350. Ὁ ἅγιος προφήτης... *Senex cum nimbo in lecto recumbit, circumstant septem viri monachis similes.*

[1]) Sæpe recurrit S. Silvester, ob ejus acta et quædam scripta, quæ apud Græcos circumferebantur. Cf. Maii *Spicil. Rom.* III, 701; Script. vet. VII, 134, VIII, 20. Class. auct. X, 538.

Ps. CXXIII, f. 390. Λέγοντες οἱ ὄχλοι πρὸς τὸν Χριστόν· Εἰπάτω δὴ οἶκος Ἰσραήλ, εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἦν ἐν ἡμῖν.

Ps. CXXVI. f. 395. Λέγει ὁ Δαυίδ· Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ τὸν οἶκον... Σὺ εἶ Πέτρος. *Sedet vir coram altari, stante rege.*

Ps. CXXVII, f. 396. Ὁ ἅγιος Ἀνδρέας· ἡ ψυχὴ ὡς ἄμπελος γέμουσα πάσης εὐφροσύνης οὕτως ἐστιν ἐν τοῖς μέλεσι τοῦ σώματός σου. *Senex morituro similis adolescentem alloquitur.*

Ps. CXXVIII, f. 398. ......Πρὸς τοὺς μοναχούς. *Stylita monachos alloquitur.*

Ps. CXXXVI, f. 414. Ἐπὶ ταῖς ἰδίαις ἐν μέσῳ αὐτῆς. *Organa a salicibus pendent, tres viri sedent juxta fluvium ab ore monstri in aliud os ferinum defluentem.*

Ps. CXL, f. 420. Λέγει Δαυὶδ πρὸς τὸν Χριστόν. *Rex prostratus coram Christo. Sic pluries.*

Ps· CXLVI, f. 440. Νεκρώσαντες τὰ μέλη ὑμῶν, δοξάσατε αὐτὸν ἐν ἑαυτοῖς, λέγει ὁ Δαυὶδ πρὸς τὸν λαόν.

Ps. CXLIX, f. 445. Ὁ προφήτης Ἡσαΐας λέγει κτλ.

Ps. CL, f. 447. Λέγει Χριστὸς τοῖς ἁγίοις. *Christus sedet, tres audiunt, duo sternuntur.*

Ps. CLI, f. 448. *Inde multae picturae de singulari certamine Davidis et Goliath.*

Cantica incipiunt f. 449. Ἡ Μαριὰμ ἀδελφὴ τοῦ Μωϋσέως, *tum* ᾄσωμεν τῷ Κυρίῳ, *quod repetitur cum sequentibus aliquot cantici versiculis, quae cantare videntur duodecim mulieres in circulo, per totam paginam depicto, saltantes, manibus extensis junctae. In medio tripudiant cantores octo, Asaph primus, ultimus Ethan.*

f. 453. *Canticum Deuteronomii. Moyses calceos solvit.*

f. 462. *Anna in horto.*

f. 465. *Habacuc in agro.*

f. 469. *Isaias cum phylacterio.*

f. 472. Ἰώνας προφήτης εὐχόμενος ἐν τῇ κοιλίᾳ τοῦ ᾅδου.

f. 473. *Tres pueri in fornace super quos angelus alas manusque expandit.*

f. 478. *Iidem in igne, sub diademate triplici suspenso.*

f. 479. *Iidem rore aspersi sub triplici corona.*

f. 481. *Angeli, aqua, sol etc.*

f. 482. *Archangeli duo, media crux.*

f. 487. *Iterum Jonas in ore belluae, infra Leo circuit.*

f. 485. Μήτηρ Θεοῦ ἐν τῷ ἀκούειν τοῦ ἀγγέλου τὸ χαῖρε. *Stans* θεοτόκος. *Jesum in ulnis gerit.*

f. 486. Ὁ προφήτης Ζαχαρίας.

f. 487. Ὁ προφήτης Συμεών. *Senex in horto* [1]).

1) In cod. Barber. III, 91, si cui vacaverit, haud otiosum erit sequentia diligentius intueri: f. 5, S. Basilius, stans coram pulpito, candelam tenens, lecturit. — f. 3, Rex, ut supra in ps. XXVII, eodem modo erigitur in clypeo aureo et ungitur. — f. 50, VII pueri Ephesini. — f. 51, panes, piscesque multiplicantur. — f. 56, Samaritana. — f. 68, Cœna Christi, piscis in catino, ad quem unus discipulus manum extendit. — f. 85, S. Petrus Simeonem Magum dejicit, in fol. verso S. Nicephorus calcat Jannem. — f. 113, Magi equitantes, tum coram Virgine et Jesu venerabundi, adest Isaias. — f. 137, Christus in rupe, inscripta πέτρα, quam percutit Moyses, Hebræi ad bibendum festinant. — f. 145. S. Stephanus Junior. — f. 149. S. Theodorus graptus. — f. 154, ὁ Χρυσόστομος ἑρμηνεύει περὶ τοῦ μονοκέρωτος. Unicornis ad Virginem accedit, eminet imago τῆς Θεοτόκου. — f. 156, Trajanus, S. Ignatius in circo. — f. 166, ἀντίποδες. — f. 195, S. Theodora imperatrix. — f. 206, S. Alexius. — f. 209, S. Gregorius Agrigentinus. — f. 242, Orpheus.

I.

Ἐπιγραφαὶ καὶ ἀρχαὶ τῶν ρν΄ ψαλμῶν κατὰ τοὺς Ο΄, τῶν ψαλμῶν προγραφαὶ τὰ πολλὰ τῇ καθ' Ἑβραίους ἐκδοχῇ συμφωνοῦσαι ἀνεπίγραφοι.

Inscriptiones et initia CL Psalmorum, qui secundum LXX, titulo inscribuntur, sed plerumque in hebraica lectione sunt similes epigraphe destituti.

Ψαλμ. δ΄. Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

ι΄. Εἰς τὸ τέλος τῷ Δαυὶδ ψαλμός.

κγ΄. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ τῆς μιᾶς σαββάτων.

κε΄. Τοῦ Δαυὶδ ψαλμός.

κθ΄. Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς τοῦ ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου τῷ Δαυίδ.

λα΄. Τῷ Δαυὶδ συνέσεως.

λς΄. Τοῦ Δαυίδ.

μα΄. Εἰς τὸ τέλος, εἰς σύνεσιν, τοῖς υἱοῖς Κορὲ ψαλμός.

μζ΄. Ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορέ, δευτέρᾳ σαββάτου.

νθ΄. Εἰς τὸ τέλος τοῖς ἀλλοιωθησομένοις εἰς στηλογραφίαν. Τῷ Δαυὶδ εἰς διδαχήν, ὅποτε ἐνεπύρισεν τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σοβάλ, καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωάβ, καὶ ἐπάταξε τὴν φάραγγα τῶν ἁλῶν δώδεκα χιλιάδας.

ξδ΄. Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ᾠδῆς.

ξς΄. Εἰς τὸ τέλος, ἐν ὕμνοις ψαλμὸς ᾠδῆς.

ο΄. Τῷ Δαυὶδ ψαλμὸς υἱῶν Ἀμιναδὰβ καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων.

οα΄. Εἰς Σολομῶν [1]) ψαλμός.

ος΄. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ [2]), τῷ Ἀσὰφ ψαλμός.

οη΄. Συνέσεως τῷ Ἀσάφ.

πη΄. Συνέσεως Αἰμὰν [3]) τῷ Ἰσραηλίτῃ.

πθ΄. Προσευχὴ τῷ Μωϋσῇ [4]) ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ.

ϟα΄. Ψαλμὸς ᾠδῆς εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

ϟς΄. Τῷ Δαυίδ, ὅτε ἡ γῆ αὐτοῦ καθίστατο.

ργ΄. Τῷ Δαυίδ, ἐπὶ τῆς κόσμου γενέσεως, ἀνεπίγραφος παρ' Ἑβραίοις.

ρθ΄. Τοῦ Δαυὶδ ψαλμός.

ρλς΄. Τῷ Δαυὶδ Ζαχαρίου.

ρλη΄. Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ Ζαχαρίου ἐν τῇ διασπορᾷ.

ρνα΄. Ἀλληλούϊα, οὗτος ὁ ψαλμὸς ἰδιόγραφος τοῦ Δαυίδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ, ὅτε ἐμονεμάχησεν πρὸς τὸν Γολιάθ [5]).

Μικρὸς ἤμην ἐν τοῖς ἀδελφοῖς μου καὶ νεώτερος...

I. Ex codd. Vatic. 5, 6. Ea tantum descripsi, in serie CL psalmorum, quæ recedunt a majore Vat. B et receptis LXX juxta vulgarem editionem Leandri Van Ess a. 1835. Addunt codd. initia psalmorum, quæ omitti satius erat. Minime vero negligenda vel levis varietas, qua secerni solent quæ dicuntur familiæ codicum biblicorum. Sane mirum est, aliquod fuisse exemplar quod toties in hisce titulis a vulgatis LXX differat; nec minus notandum, in vetere Vat. B, duas tantum recipi varietates ex psalmis X et XXXVI.

[1]) Σαλαμῶν sic cod. 5. Habuit B primum Σαλομῶν, sed post primæ manus correctionem Σαλωμῶν, bisque sine accentu, et semper prima manu. — [2]) Ἰδιθοὺμ constanter codd. nostri. Vat. B dat utrumque Ἰδιθοὺμ et ἰδιθούν. — [3]) Αἰμὰν hic et in ps. LXXXVII codd. dum B in duobus locis Αἰμάν, Αἰθάμ, ut vulgares LXX. — [4]) Origenes, teste suo prologo, legebat cum vulg. LXX τοῦ Μωϋσῇ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. Casus obliquus tollit de auctore ambages, quæ adhuc impediunt Euthymium Zigabenum et multos seriores. — [5]) Totum lemma etiam Γολιάθ pro communi Γολιάδ aliquid prodit addititium. Spurium ad hunc psalmum alias non respicit vetus ille scriptor, neque ullibi Origenes. Philocaliæ tamen Athanasianæ antiquissimæ idem psalmus, quantumvis nullius sit auctoritatis, haud omnino ignotus est.

II.

Ὅσαι κατὰ τοὺς Ο′ τῶν ψαλμῶν προγραφαὶ
οὔτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ οὔτε παρὰ τοῖς λοιποῖς ἑρμηνευταῖς φέρονται.

Quotquot sunt juxta LXX psalmorum inscriptiones quae neque apud Hebraeos, neque apud caeteros interpretes inveniuntur.

Ἐπὶ τοῦ ι′ πρόκειται τῇ γραφῇ ψαλμός.
ιδ′ Πρόκειται εἰς τὸ τέλος.
κγ′ Πρόκειται τῆς μιᾶς σαββάτου.
κς′ Πρόκειται πρὸ τοῦ χρισθῆναι.
λ′ Πρόκειται ἐκστάσεως.
λβ′ Προγέγραπται ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.
λζ′ Πρόκειται περὶ Σαββάτου.
μβ′ Προγέγραπται τῷ Δαυὶδ ψαλμός.
μζ′ Προγέγραπται δευτέρᾳ σαββάτου.
υδ′ Πρόκειται πρὸς τὸν οἶκον Σαούλ.
ο′ Προγέγραπται τῷ Δαυὶδ ψαλμὸς υἱῶν Ἰωναδὰβ [1]) καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων.
οε′ Πρόκειται πρὸς τὸν Ἀσσύριον.
οθ′ Πρόκειται ὑπὲρ τοῦ Ἀσσυρίου.
ϟ′ Πρόκειται αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυίδ.
ϟβ′ Προγέγραπται εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε κατῳκίσθη ἡ γῆ· ἐν δὲ ἑτέροις, αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυίδ [2]).
ϟγ′ Προγέγραπται ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ τετράδι σαββάτου.
ϟδ′ Προγέγραπται αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυίδ.
ϟε′ Προγέγραπται αἶνος ᾠδῆς τῷ Δαυίδ.
ϟε′ Προγέγραπται τοῦ Δαυὶδ, ὅτε οἶκος ᾠκοδόμητο, μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν.
ϟζ′ Προγέγραπται ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.
ϟη′ Προγέγραπται ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.
ϟς′ Προγέγραπται τῷ Δαυὶδ ἐπὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως.
ρια′ Πρόκειται τῆς ἐπιστροφῆς Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.
ριδ′ Προγέγραπται ἀλληλούϊα.
ρις′, ριη′, ρλς′, *item*.
ρμβ′ Πρόκειται ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς ἐδίωκεν Ἀβεσσαλώμ.
ρμγ′ Πρόκειται πρὸς τὸν Γολιάθ.
ρμς′ Προγέγραπται ἀλληλούϊα Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.
ρμη′ Προγέγραπται ἀλληλούϊα Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου.

II. Ex codd. Vat. 5, 6.
1) Ἰωναδὰβ sic codd. qui tamen habent Ἀμιναδὰβ in superiore elencho. — 2) Aperte vetus auctor significat plura se exemplaria contulisse. Palam est auctorem *Synopsis* Athanasianæ sub oculis habuisse nostros aut similes elenchos.

III.

[Ἐπιγραφαὶ καὶ ἀρχαὶ] τῶν ᾠδῶν. — *Inscriptiones et initia Canticorum.*

α′. [Ὠδὴ] Μωϋσέως ἐν τῇ Ἐξόδῳ, βιβλίῳ δευτέρῳ τῆς ὀκτατεύχου. Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ...
β′. [Ὠδὴ] Μωϋσέως ἐν τῷ Δευτερονομίῳ, βιβλίῳ πέμπτῳ τῆς ὀκτατεύχου. Πρόσεχε, οὐρανὲ...
γ′. Ἄννης μητρὸς Σαμουὴλ τοῦ προφήτου, ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ τῶν βασιλειῶν

III. Ex codd. 5, 6. Inclusa pertinent ad 6.

[*al.* τοῦ τετραβασιλείου] [1]). Ἐστερεώθη...

δ΄. Ἀμβακοὺμ προφήτου, ἑνὸς τῶν ιβ΄ προφητῶν. Κύριε...

ε΄. Ἡσαΐου προφήτου, ἑνὸς τῶν ιβ΄ [δ΄ τῶν μεγάλων] προφητῶν. Ἐκ νυκτός...

ϛ΄. Ἰωνᾶ τοῦ προφήτου, ἑνὸς τῶν ιβ΄ προφητῶν. Ἐβόησα.

[Προσευχὴ Ἐζεχίου, βασιλέως τῶν Ἰουδαίων. Ἐγὼ εἶπα...

Προσευχὴ Μανάσση βασιλέως τῶν Ἰουδαίων. Κύριε...]

Ζ. Προσευχὴ τῶν τριῶν παίδων [Ἀνανία, Ἀζαρία, Μισαὴλ καὶ εἰς τὸν ἅγιον Δανιὴλ τὸν προφήτην] εἰς τὸν προφήτην τὸν Δανιὴλ, ἕνα τῶν δ΄ προφητῶν τῶν μεγάλων. Εὐλογητός...

Η. Ὕμνος τῶν [αὐτῶν] ἁγίων τριῶν παίδων. Εὐλογητός..

[Προσευχὴ τῶν αὐτῶν ἁγίων γ΄ παίδων. Εὐλογεῖτε...]

Θ΄. [Ὠδὴ] τῆς παναγίας θεοτόκου Μαρίας, εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν [ἅγιον] εὐαγγέλιον. Μεγαλύνει...

Προσευχὴ Ζαχαρίου, τοῦ πατρὸς τοῦ Προδρόμου, εἰς τὸ Λουκᾶν [ἅγιον] εὐαγγέλιον. Εὐλογητός...

Προσευχὴ Συμεὼν τοῦ πρεσβύτου, εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν [ἅγιον] εὐαγγέλιον. Νῦν ἀπολύεις...

Ὕμνος ἑωθινός. [Δόξα ἐν ὑψίστοις...]

Ὕμνος λυχνικός [Φῶς ἱλαρόν].

1) Τετραβασιλείου deest lexicis, ut pleraque sacrorum rituum vocabula, quamvis antiquissima.

IV.

Τῆς βίβλου τῶν ψαλμῶν ἥδε ἂν εἴη διαίρεσις, ὡς τὰ ἀκριβῆ τῶν ἀντιγράφων, αὐτό τε τὸ Ἑβραϊκὸν περιέχει.

Divisio libri psalmorum, quae fieri potest, sicut habent accurata exemplaria et ipsum archetypon hebraicum.

Τοὺς δὲ πάντας ψαλμοὺς καθολικώτερον ὀνομαζομένους τοῦ Δαυὶδ [1]), εἰκότως τῆς ὅλης εἰς αὐτὸν ἀναφερομένης βίβλου, διὰ τὸ αὐτὸν αἰτίαν γεγενῆσθαι τῆς τῶν ᾠδῶν ἐκλογῆς, οὔπω πρότερον ἐγνωσμένης, καὶ διὰ τὸ αὐτὸν ἀρχηγὸν γεγονέναι τοῦ ψάλλειν, ἀκόλουθον κατὰ μέρος διαιρουμένους δηλῶσαι, τίνες τε εἶεν αὐτοῦ, καὶ τίνες ἑτέρων· οὐ γὰρ τοὺς ὅλους αὐτὸς ἔψαλλεν ὁ Δαυὶδ, ἀλλὰ τινὲς μὲν εἰσὶν ὑπ' αὐτοῦ εἰρημένοι, τινὲς δὲ τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἐκλελεγμένων ψαλτῳδῶν, οἷον Ἀσάφ, τῶν υἱῶν Κορὲ, Αἰθὰμ, Ἰδιθοὺμ, καὶ ἑτέρων ἕτεροι, οὓς ἐκ τῶν ἐπιγραφῶν ἔξεστι συνιδεῖν.

Εἰσὶ τοίνυν οἱ μὲν πάντες ἕκατον πεντή-

Omnes autem psalmos, quum generatim Davidis potissimum nuncupentur, toto ad ipsum libro justa ex causa relato, tum quia auctor fuit cur cantica colligerentur in seriem hactenus incognitam, tum quia conditor fuit artis psallendi, consequens est ita psalmos distingui partim, ut innotescat quinam Davidis sint, quinam vero aliorum: haud enim omnes ipse David cecinit, sed quidam fuerunt ab ipso dictati, quidam vero a cantoribus quos elegerat, quales psalmi sunt Asaph, filiorum Core, Ætham, Idithum, et alii aliorum, quos faventibus inscriptionibus, cognoscere fas est.

Sunt psalmi summatim numero centum et

IV. Ex iisdem Vat. 5, 6.

1) Iterum velim recurrat lector diligens ad *Synopsin Athanasianam Patrol.* XXVIII, 351. Sed in primis notatu dignissima sunt quæ incipiunt

κοντα καὶ εἷς [1]). Ἡ δὲ διαίρεσις αὐτῶν (ἡ μὲν κατὰ τὸ ἑϐραϊκὸν, ἵνα πρότερον δηλώσωμεν), ἔστιν ἥδε.

Ἀνεπίγραφοι ιη', ἐπιγεγραμμένοι ρλβ'.

Τῶν δὲ ἐπιγεγραμμένων διαίρεσις ἥδε· τοῦ μὲν Δαυὶδ ογ'. τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ ια'. τοῦ Ἀσάφ ιβ'. Αἰθὰμ τοῦ ἰσραηλίτου α'. Σολομῶνος β'. Μωσέως α'. ὧν τὸ ἀλληλούϊα ιε'. Οἳ ἐπιγραφὰς μὲν ἔχουσιν, οὐ δηλοῦσι δὲ τίνος εἰσὶν, ιζ'.

Εἰσὶ δὲ ἀνεπίγραφοι μὲν οἵδε· α', β', μβ', ο', ϟ', ϟβ', ϟγ', ϟδ', ϟε', ϟς', ϟη', ρις', ριη', ρλς', ρμς', ρμζ'.

Τοῦ δὲ Δαυὶδ οἵδε· γ', δ', ε', ζ', η', θ', ι', ια', ιβ', ιγ', ιδ', ιε', ις', ιζ', ιη', ιθ', κ', κα', κβ', κγ', κδ', κε', κς', κζ', κη', κθ', λ', λα', λβ', λγ', λδ', λε', λς', λζ', λη', λθ', μ', ν', να', νβ', νγ', νδ', νε', νς', νζ', νη', νθ', ξ', ξα', ξβ', ξγ', ξδ', ξε', ξς', ξζ', ξη', ξθ', πε', ρ', ρβ', ρζ', ρη', ρθ', ρλ', ρλβ', ρλζ', ρλη', ρλθ', ρμ', ρμα', ρμβ', ρμγ', ρμδ'.

quinquaginta *unus*. Quorum divisio (saltem juxta Hebræos, ut hanc ante omnia declaremus) sic se habet.

Sine inscriptione decem et octo; inscripti centum et triginta duo.

Quorum quidem scriptorum hæc divisio est: Davidis sunt tres et septuaginta; filiorum Core undecim; Asaphi duodecim; Æthan Israelitæ unus; Salomonis duo; Moysis unus; qui *alleluia* inscribuntur quindecim; qui vero titulos præ se ferunt, quin patefaciant cujusnam sint, decem et septem.

Sine titulo hi sunt *(a)*: I, II, XLII, LXX, XC, XCII, XCIII, XCIV, XCV, XCVI, XCVIII, CXVI, CXVIII, CXXXVI, CXLVI, CXLVII.

Davidis autem sunt ps. III, IV, V, VII, VIII, IX, X, XI, XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII, XVIII, XIX, XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV, XXV, XXVI, XXVII, XXVIII, XXIX, XXX, XXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV, XXXV, XXXVI, XXXVII, XXXVIII, XXXIX, XL, L, LI, LII, LIII, LIV, LV, LVI, LVII, LVIII, LIX, LX, LXI, LXII, LXIII, LXIV, LXV, LXVI, LXVII, LXVIII, LXIX, LXXXV, C, CII, CVII, CVIII, CIX, CXXX, CXXXII, CXXXVII, CXXXVIII, CXXXIX, CXL, CXLI, CXLII, CXLIII, CXLIV.

(a) Hippolytus Syrus. Psalmi quidem sunt omnes 150 numero, ut diximus: quorum duo sunt sine inscriptione, scilicet 1 et 2. Davidi tribuuntur 72, qui quidem sunt: 3-15, 17-24, 28, 29-35, 37, 39, 40, 42, 50-64, 67-70, 85, 90, 92-98, 102, 103, 107, 108, 136-143, qui summatim sunt 72. Ad Davidem diriguntur 8, scilicet 16, 25, 26, 27, 36, 100, 109, 144, id est in summa octo. — Filiorum Core sunt 11. Scilicet: 41, 43, 44-48, 83, 84, 86, 87, hi simul undecim. — Ad Asaphum referuntur 12, scilicet: 49, 72, 73, 74, 75, 76-82. — Idithum duo sunt, scilicet: 38, 61. — Salomonis unus, nempe 71. — Hæmanis Israelitæ duo, 87, 88. — Moysis unus, 89. — Quinque non sunt nominati, 65, 66, 91, 99, 101... — Iterum psalmi *alleluïa* sunt 20, quorum 16 nemini tribuuntur, scilicet: 104, 105, 106, 110-118, 134, 135, 149, 150. Qui autem sunt alicui ascripti, dicuntur Haggæi et Zachariæ, quatuor, scilicet: 145, 146, 147, 148... — Innominati sunt omnes in quorum inscriptione non dicitur ad quem pertineant, quemadmodum 65, cujus inscriptio est *Ode psalmi resurrectionis*, 66 qui inscribitur *Ad finem in laudibus, psalmus laudis*, 91 inscriptus *Psalmus laudis pro die sabbathi*, et 99, cujus inscriptio est *Psalmus de confessione*.

cum Hippolyto Syro consentire. — [1]) Καὶ εἷς suspicor esse subdititium, sicut quæ infra includuntur de eodem CLI. Sed cf. quæ paulo supra notantur in p. 411 n. 5.

Τῶν δὲ υἱῶν Κορὲ οἶδε· μα, μγ', μδ', με', μς', μζ', μη', πγ', πδ', πς', πζ'.

Τοῦ δὲ Ἀσὰφ οἶδε· μθ', ογ', οδ', οε', ος', οζ', οη', οθ', π', πα', πβ'.

Αἰθὰμ τοῦ ἰσραηλίτου πη'.
Σολομῶνος οα', ρκζ'.
Μωϋσέως πθ',
Ἀλληλούϊα ρδ', ρε', ρς', ρι', ρια', ριβ', ριγ', ριε', ριζ', ρλα', ρλε', ρμε', ρμη', ρμθ', ρν'.

Οἳ ἐπιγραφὰς μὲν ἔχουσιν, οὐ δὲ λέγουσι τίνος εἰσὶν, ξε', ξς', ϟα', ϟζ', ϟθ', ρα', ριθ', ρκ', ρκα', ρκβ', ρκδ', ρκε', ρκζ', ρκη', ρκθ', ρλα', ρλγ'.

Ἡ δὲ κατὰ τὴν παραδωθεῖσαν ἔκδοσιν ἐκ τῶν ἑρμηνευσάντων, τὴν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις [1]), τῶν ψαλμῶν διαίρεσίς ἐστιν ἥδε·
Ἀνεπίγραφοι β', αὐτῷ τῷ Δαυὶδ οθ', τοῦ δὲ Δαυὶδ ζ', τοῖς υἱοῖς Κορὲ ια', τῷ Ἀσὰφ ιβ', τῷ Μωϋσῇ α', εἰς Σολομῶν α', τῷ πτωχῷ α', τῷ Ἰσραηλίτῃ α', Ἀλληλούϊα ις', Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου δ', τῶν ἀναβαθμῶν (χωρὶς τῶν αὐτῷ) ιβ', ἀναστάσεως α', εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου α', εἰς ἐξομολόγησιν α', εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ἰδίως α'.

Τῶν δὲ καθ' ἕκαστον ψαλμῶν ἡ κατὰ μέρος ἐκλογή ἐστιν ἥδε·
Ἀνεπίγραφοι μὲν ὁ α' καὶ ὁ β'.
Αὐτῷ δὲ τῷ Δαυὶδ ἰδίως μόνον ὁ λβ', ϟδ', ρβ', ργ', ρλς', ρλζ'.
Ἀποδιδράσκοντι τοῦ υἱοῦ Ἀβεσσαλὼμ ὁ γ'.
Εἰς τὸ τέλος ἐν ψαλμοῖς ᾠδῆς ὁ δ'.
Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης ὁ ε'.
Ὑπὲρ τῆς ὀγδόης ὁ ς', ια'.
Ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ ὁ ζ'.
Ὑπὲρ τῶν ληνῶν ὁ η'.
Ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ ὁ θ'.
Εἰς τὸ τέλος ψαλμοὶ ὁ ι', ιβ', ιγ', ιη', λθ', μ', ξγ', ξδ', ρη', ρλη', ρλθ'.

Filiorum autem Core sunt ps. XLI, XLIII, XLIV, XLV, XLVI, XLVII, XLVIII, LXXXIII, LXXXIV, LXXXVI, LXXXVII.

Asaphi sequentes XLIX, LXXIII, LXXIV, LXXV, LXXVI, LXXVII, LXXVIII, LXXIX, LXXX, LXXXI, LXXXII.

Ætham Israelitæ ps. LXXXVIII.
Salomonis ps. LXXI, CXXVII.
Moysis ps. LXXXIX.
Alleluja ps. CIV, CV, CVI, CX, CXI, CXII. CXIII, CXV, CXVII, CXXXI, CXXXV, CXLV, CXLVIII, CXLIX, CL.

Qui titulos habent, cujusnam vero sint non significant, hi sunt: LXV, LXVI. XCI, XCVII, XCIX, CI, CXIX, CXX, CXXI, CXXII, CXXIV, CXXV, CXXVII, CXXVIII, CXXIX, CXXXI, CXXXIII.

At respectu ad versionem LXX interpretum, circumlatam in ecclesiis, hæc est psalmorum divisio:

Sunt sine inscriptione duo, sunt *ipsi David* septuaginta novem, *ipsius David* septem, *filiis Core* undecim, *Asaphi* duodecim, *Moysi* unus, *in Salomonem* unus, *pauperi* unus, *Israelitae* unus, *alleluia* sexdecim, *Aggaei et Zachariae* quatuor, *Graduum* (exclusis quæ *ipsi Davidi* sunt) duodecim, *resurrectionis* unus, *in diem sabbati* unus, *in confessionem* unus, *in finem in hymnis*, peculiari modo, unus.

Singularis autem psalmorum divisio hæc est:
Sine inscriptione I et II.
Ipsi autem *David*, nec plura, XXXII, XCIV, CII, CIII, CXXXVI, CXXXVII.
Aufugienti a facie Absalonis III.
In finem in psalmis cantici IV.
Super haereditatem capientem V
Super octavam VI, XI.
Super verba Chusi VII.
Super torcularia VIII.
Super occulta filii IX.
In finem psalmi X, XII, XIII, XVIII, XXXIX, XL, LXIII, LXIV, CVIII, CXXXVIII, CXXXIX.

[1]) Hæc rursus et sequentia peculiarem innuunt codicem τῶν Ο' ad usum vet. script. adhibitum.

Ψαλμοὶ αὐτῷ ὁ ιδ', κβ', κδ', μβ', ϛη', ρ', ρθ', ρμ'.

Στηλογραφίας ὁ ιθ'.

Τῆς μιᾶς σαββάτου ὁ κγ'.

Ῥυσθέντι ἐκ χειρὸς πάντων τῶν ἐχθρῶν μου καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ ὁ ιζ'.

Ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως ἑωθινῆς ὁ κα'.

Ἐξοδίου σκηνῆς ὁ κη'.

Ἐγκαινισμοῦ τοῦ οἴκου ὁ κθ'.

Ἐκστάσεως ὁ λ'.

Συνέσεως ὁ λα'.

Ἀλλοιώσαντι τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐναντίον Ἀβιμέλεχ ὁ λγ'.

Τῷ δούλῳ κυρίου ὁ λε'.

Εἰς ἀνάμνησιν περὶ σαββάτου ὁ λϛ'.

Τῷ Ἰδιθοὺμ ὁ λη'.

Ἐλεγχθέντι διὰ Βερσαβεὲ ὑπὸ Νάθαν τοῦ προφήτου ὁ ν'.

Ἐνδειχθέντι ὑπὸ Δοὴκ ἐπὶ Σαοὺλ ἐν τῷ ἐλθεῖν εἰς οἶκον ἱερέως Ἀβιμέλεχ ὁ να'.

Ὑπὲρ συνέσεως Μαελὲθ ὁ νβ'.

Ἐνδειχθέντι τῷ κρυβῆναι ὑπὸ Ζιφαίου τῷ Σαοὺλ ὁ νγ'.

Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις συνέσεως ὁ νδ', ξ'.

Κρατηθέντι ὑπὸ ἀλλοφύλων ἐν Γὲθ ὑπὲρ τοῦ λαοῦ τοῦ ἀπὸ τῶν ἁγίων μεμακρυμμένου ὁ νε'.

Εἰς τό· Μὴ διαφθείρῃς, εἰς στηλογραφίαν ὁ νζ'.

Ὁπότε ἀποστέλλει Σαοὺλ εἰς τὸν οἶκον καὶ φρουρεῖ τοῦ θανατῶσαι αὐτὸν ὁ νη'.

Τοῖς ἀλλοιωθησομένοις, ὅτε ἐμπυρίζεται Συρία ὁ νθ'.

Ὑπὲρ Ἰδιθοὺμ ὁ ξα'.

Ἐν τῇ ἐρήμῳ ὄντι τῆς Ἰουδαίας ὁ ξβ'.

Εἰς τὸ τέλος ψαλμὸς ᾠδῆς ὁ ξζ'.

Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων ὁ ξη'.

Ἐν τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ προσώπου Σαοὺλ εἰς τὸ σπήλαιον ὁ νϛ'.

Εἰς ἀνάμνησιν τοῦ σώζεσθαι ὑπὸ Κυρίου ὁ ξθ'.

Προσευχὴ ὁ πα'.

Αἴνου ᾠδῆς ὁ ϛ', ϛδ'.

Psalmi *ipsi* XIV, XXII, XXIV, XLII, XCVIII, C, CIX, CXL.

Stelographiae XIX.

Primae Sabbati XXIII.

Liberato de manu omnium inimicorum meorum et de manu Saulis XVII.

Super assumptionem matutini XXI.

In exitu arcae XXX.

Dedicationis domus XXIX.

Extasis XXX.

Intellectus XXXI.

Mutanti vultum suum in conspectu Abimelech XXXIII.

Servo Domini XXXV.

In memoriam de Sabbato XXXVI.

Ad Idithum XXXVIII.

Cum redarguit propter Bersabee Nathan propheta L.

Cum detectus est a Doeg, tempore Saulis, dum intrasset in domum Abimelech sacerdotis LI.

Super intellectum Maeleth LII.

Cum Sauli renuntiatus est in occulto a filiis Ziphaei LIII.

In finem in hymnis intellectus LIV, LX.

Cum captus fuit ab Allophylis in Geth, pro populo qui a sanctis longe factus est LV.

Super illud: Ne corrumpas, in stelographiam LVII.

Quando misit Saul in domum, et custodivit ut interficeret eum LVIII.

Immutatis, quando Syria combusta est LIX.

Super Idithum LXI.

Manenti in deserto Judaeae LXII.

In finem psalmus cantici LXVI.

Super immutatos LXVIII.

Quando ipse aufugit a facie Saul in speluncam LVI.

In memoriam receptae salutis a Domino LXIX.

Oratio LXXXI.

Laudis cantici XC, XCIV.

Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου, ὅτε ἡ γῆ κατῳκίζετο ὁ ϟβ'.

Τετράδι σαββάτων ὁ ϟγ'.

Ὅτε ὁ οἶκος ᾠκοδόμητο μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν ὁ ϟε'.

Ὅτε ἡ γῆ αὐτοῦ καθίσταται ὁ ϟϛ'.

Ψαλμῶν ᾠδὴ ὁ ρζ'.

Ἀναβαθμῶν ᾠδῆς ὁ ρκα', ρλ', ρλβ'.

Ἐν τῷ εἶναι ἐν τῷ σπηλαίῳ προσευχὴ ὁ ρμα'.

Ὅτε αὐτὸν καταδιώκει ὁ υἱὸς Ἀβεσσαλὼμ ὁ ρμβ'.

Πρὸς τὸν Γολιὰθ ὁ ρμγ'.

Αἰνέσεως ὁ ρμδ'.

Αὐτοῦ δὲ τοῦ Δαυὶδ, οἵδε· προσευχῆς ὁ ιϛ'· αὐτοῦ ἰδίως μόνου ὁ κε', κζ', λϛ'· πρὸ τοῦ χρισθῆναι ὁ κϛ'.

Ὑπὲρ τῶν υἱῶν Ἰωναδὰβ καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωστισθέντων ὁ ο'.

Μονομαχήσαντι ἰδιόγραφος ὁ ρνα'.

Τοῖς δὲ υἱοῖς Κορὲ, οἵδε· εἰς σύνεσιν ὁ μα', μγ'. — Ὑπὲρ ἀλλοιωθησομένων τοῦ ἀγαπητοῦ εἰς σύνεσιν ὁ μδ'. — Ὑπὲρ τῶν κρυφίων ὁ με', μϛ'. — Σαββάτου δευτέρας ὁ μζ'. — Εἰς τὸ τέλος ὁ μη', πδ'. — Ὑπὲρ τῶν ληνῶν ὁ πγ'. — Ψαλμὸς ᾠδῆς ὁ πϛ'. — Ὑπὲρ Μαελὲθ συνέσεως Αἰμὰν τῷ Ἰσραηλίτῃ ὁ πζ'.

Τῷ δὲ Ἀσὰφ, οἵδε· ψαλμοὶ αὐτῷ ἰδίως μόνον ὁ με', οϛ', οη', πα'· ἐκλειπόντων ὕμνων Δαυὶδ υἱοῦ Ἰεσσαὶ ὁ οβ'· συνέσεως ὁ ογ', οζ'· μὴ διαφθείρῃς ᾠδὴ ὁ οδ'· πρὸς τὸν Ἀσσύριον ὁ οε'· ὑπὲρ τοῦ Ἀσσυρίου ὁ οθ'· ὑπὲρ τῶν ληνῶν ὁ π'. ᾠδὴ ψαλμοῦ ὁ πβ'.

Τῷ Μωϋσῇ προσευχὴ ἀνθρώπῳ τοῦ Θεοῦ ὁ πθ'.

Εἰς Σολομῶν ὁ οα'.

Προσευχὴ τῷ πτωχῷ, ὅταν ἀκηδιάσῃ, καὶ ἐκχέῃ τὴν δέησιν ὁ ρα'.

Συνέσεως Αἰθὰμ τῷ Ἰσραηλίτῃ ὁ πη'.

Ἀλληλούϊα οἵδε· ὁ ρδ', ρε', ρϛ', ρι', ρια', ριβ', ριγ', ριδ', ριε', ριϛ', ριζ', ριη', ρλδ', ρλε', ρμθ', ρν'.

In die ante Sabbatum, quando terra habitata est XCII.

In quarta die Sabbati XCIII.

Quum domus aedificata fuit post captivitatem XCV.

Quando terra constituitur XCVI.

Psalmorum canticum CVII.

Graduum cantica CXXI, CXXX, CXXXII.

Quando erat in spelunca oratio CXLI.

Quando eum persecutus est filius Absalon CXLII.

Ad Goliath CXLIII.

Laudis CXLIV.

Ipsius vero David sequentes: *Orationis* XVI; — *Ipsius* sine addito XXV, XXVII, XXXVI; — *Priusquam liniretur* XXVI.

Super filios Jonadab et primos in captivitatem abductos LXX.

Singulari certamine functo proprius CLI.

Filiis autem *Core* sequentes: *In Intellectum* XLI, XLIII; — *Super immutatos dilecti in intellectum* XLIV; — *Super occulta* XLV, XLVI; — *Sabbati secunda die* XLVII; — *In finem* XLVIII, LXXXIV; — *Super torcularia* LXXXIII; — *Psalmus cantici* LXXXVI; — *Super Maeleth intellectus Æman Israelitae* LXXXVII.

Asaphi sequentes: psalmi *ipsi* peculiariter tantum XLV, LXXVI, LXXVIII, LXXXI; *Deficientibus hymnis David filii Jesse* LXXII; *Intellectus* LXXIII, LXXVII; *Ne corrumpas canticum* LXXIV; *Ad Assyrium* LXXV; *Super Assyrium* LXXIX; *Super torcularia* LXXX; *Canticum psalmi* LXXXII.

Moysi viro Dei oratio LXXXIX.

In Salomonem LXXI.

Oratio pauperi, quando anxius erat et effudit orationem CI.

Intellectus Æltham Israelitae LXXXVIII.

Alleluia sunt hi: CIV, CV, CVI, CX, CXI, CXII, CXIII, CXIV, CXV, CXVI, CXVII, CXVIII, CXXXIV, CXXXV, CXLIX, CL.

Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου ὁ ρμε', ρμς', ρμζ', ρμη'.

Ἀναβαθμῶν δὲ χωρὶς τῶν αὐτῷ οἶδε· Ἀναβαθμῶν ᾠδῆς ὁ ριθ', ρκ', ρκα', ρκβ', ρκγ', ρκδ', ρκε', ρκς', ρκζ', ρκη', ρκθ', ρλ', ρλα', ρλβ', ρλγ'.

Ἀναστάσεως ὁ ξε'.
Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ σαββάτου ὁ ϟα'.
Εἰς ἐξομολόγησιν ψαλμοῦ ὁ ϟε'.
Εἰς τὸ τέλος ἐν ὕμνοις ψαλμοῦ ὁ ξθ'.
Ὁμοῦ πάντες οἱ ψαλμοὶ ρνα'.

Aggaei et Zachariae CXLV, CXLVI, CXLVII, CXLVIII.

Sunt psalmi *Graduum* (exclusis qui *ipsi* sunt): *Graduum cantici* CXIX, CXX, CXXI, CXXII, CXXIII, CXXIV, CXXV, CXXVI, CXXVII, CXXVIII, CXXIX, CXXX, CXXXI, CXXXII, CXXXIII.

Resurrectionis LXV.
In diem Sabbati XCI.
In confessionem psalmi XCV.
In finem, in hymnis psalmi LXIX.
Simul omnes psalmi CLI.

V.

Ὅτι πῶς ἀναχθείσης τῆς κιβωτοῦ εἰς Ἱερουσαλὴμ, συνέστη τὸ ψαλτήριον.

Quomodo, arca in Hierusalem translata, compositum est Psalterium.

Ἀνάγκην ἔχομεν, ἀγαπητοί, δεῖξαι τίς ἡ δύναμις τῶν ψαλμῶν, οὐχ ἑνὸς ψαλμοῦ κλωμένου πρὸς ἀπάτην ψυχῆς, οὐδὲ πλάνης αἱρέσεως καινῆς νομιζομένης· ὁ γὰρ πανοῦργος πάντοτε διάβολος, τὴν ἀπ' ἀρχῆς εἰς ἄνθρωπον ἔχθραν πιθανότητι πλάνης παρεισάγων, βούλεται ἐντέχνῳ ἡδονῇ ἀποκτεῖναι τὸν ἄνθρωπον. Ἔλθωμεν [1]) τοίνυν ἐπὶ τὰ προκείμενα.

Δαυὶδ γέγονε βασιλεὺς Ἰσραήλ· οὗτος βασιλεύσας ἐν Ἱερουσαλὴμ, τὸ πᾶν πλῆθος τοῦ λαοῦ κρατήσας, ὃ ὑπετάγη μετὰ τὴν τελευτὴν Σαοὺλ, δίκαιος ὑπάρχων, ἀνὴρ κατ' ἐπαγγελίαν ἐκλεγεὶς, ἐβουλήθη τὴν κιβωτὸν ἀναγαγεῖν εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἦν δὲ ἐν οἴκῳ Ἀμιναδὰβ πρὸ ἐτῶν εἴκοσιν, ἐπιστρέψασα ἀπὸ Ἀζωτάων· οὗτος ἐλθὼν λαμβάνει τὴν κιβωτὸν, ἣν ἐπιθεὶς ἐπὶ ἅμαξαν καινὴν, ἄγειν ἐπειράθη εἰς Ἱερουσαλήμ. Καὶ δὴ Ὄζα ἀπίστως ἐκτείνας τὴν χεῖρα, πέπτωκε παταχθείς· ἐφ' ᾧ δειλιάσας ὁ Δαυὶδ, εἰσήγαγε τὴν κιβωτὸν εἰς οἶκον Ἀβδαιδὰν τοῦ Γετθαίου· καὶ δὴ τρεῖς μῆνας γενομένη παρ' αὐτῷ, παρέσχε χάριν πρὸς Θεόν· ὅθεν μαθὼν Δαυὶδ ὅτι εὐλογητὸς Ἀβδαιδὰν, κατελθὼν

Necesse habemus, dilectissimi, ostendere quæ psalmorum virtus sit, non jam ex uno psalmo, ad decipiendam animam comminuto, neque fallacia ducti novæ quæ reputetur hæreseos: totius enim fraudis opifex, Diabolus semper suam veterem inimicitiam adversus hominem per suadelam erroris exercens, vult artificiosa voluptate hominem occidere. Sed procedamus ad proposita argumenta.

David factus est rex in Israel: adeptus regnum in Hierusalem, universa potitus multitudine populi, qui post Saulis interitum subjectus est, justus quum esset, vir secundum promissionem electus, voluit arcam adducere in Hierusalem. Quæ autem erat in domo Aminadab a viginti annis, post reditum ab Azotis. Idem ergo abiens sumit arcam, ducere eam enisus, in novum plaustrum impositam, in Hierusalem. Verum Osa, per infidelitatem extendens manum, cecidit percussus. Quocirca formidine David correptus, induxit arcam in domum Abdædam Getthæi; qui, cum apud eum tres menses arca mansisset, a Deo gratiam obtinuit; certior factus David, fuisse Abdædam benedictione auctum,

V. Ex Vat. 5, 6, 14.

[1]) ἤλθομεν 5, 14.

πάλιν ἀναλαμβάνει τὴν κιβωτὸν ἐξ οἴκου Ἀβδαιδὰν, καὶ ταύτην ἄγει εἰς Ἱερουσαλήμ. Ἣν καταστήσας ἐκεῖ, εἰς κλῆρον λαβὼν τὴν φυλὴν [1]) Λευὶ, ἐπιλέγεται τοὺς κληρωθέντας τέσσαρας ἄρχοντας ᾠδῶν [2]). Τέσσαρες οὖν ᾠδοὶ γίνονται, Ἀσὰφ, Αἱμὰν, Αἰθὰμ, Ἰδιθούμ. Τούτοις ἀριθμὸς ᾠδῶν παρακολουθεῖ σπη'.

Ἔστι δὲ καὶ πρὸς τοῦτο ἀπ' ἀρχῆς τὸ προφητευθὲν θεωρῆσαι μυστήριον· ὅπερ ἐπὶ τῶν ᾠδῶν σημαινόμενον ἐπεδείκνυεν τὸ Πνεῦμα· ἑκάστῳ γὰρ ἄρχοντι ἀπονέμονται οβ'. Τὸ δὲ ἦν σύμβολον τῆς ἀρχῆθεν γενομένης οἰκονομίας ἐπὶ πᾶσαν ἀνθρωπότητα· ἡνίκα γὰρ πύργος ᾠκοδόμητο ὑπὸ ἀπίστων ἀνδρῶν, ὁμοφώνων οβ' ἐθνῶν, ὀργῆς δικαίας ἐπ' αὐτοὺς γενομένης, μερισμὸς ἐτελεῖτο γλωσσῶν· οἳ εἰς ἀσυμφωνίαν φωνῆς γενόμενοι, εἰς διασπορὰν ἐχώρησαν [3]), ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἐλαυνόμενοι. Ἦσαν μὲν ἐκ τοῦ Χὰμ λβ', ἐκ δὲ τοῦ Σὴμ κε', ἐκ δὲ τοῦ Ἰαφὲτ ιε', οἱ πάντες οβ'. Ὧν πλήρωμα καθιστᾶν πυρώμενος διὰ

descendens iterum recepit arcam ex domo Abdædan, eamque duxit in Hierusalem. Qua ibi composita, in sortem assumpsit tribum Levi, electosque sorte destinat quatuor duces cantorum. Quatuor igitur melodi statuuntur, Asaph, Æman, Ætham, Idithum: quibuscum aptantur inferiores cantores numero ducenti et quadraginta octo *(a)*.

Ad hæc operæ pretium est considerare mysterium, quod sic cantoribus significatum esse ab initio ostendit Spiritus. Cuique enim principi cantorum ascripti sunt septuaginta duo cantores. Et hoc symbolum erat factæ ab initio œconomiæ super universum genus hominum. Quando enim turris ædificata fuit ab infidelibus hominibus, eamdem linguam loquentibus duabus et septuaginta gentibus, justa ira super eos irrogata, divisio linguarum effecta est. Ob loquelæ discrepantiam dilapsi in dispersionem, exspatiati sunt, a Spiritu expulsi. Erant autem ex Cham gentes triginta duæ, ex Sem vero viginti quinque, ex Japhet au-

(a) HIPPOLYTUS SYRUS. Sunt quidem CL psalmi, qui omnes non sunt Davidis, ut quidam putant, sed etiam pertinent ad alios cantores, quos elegit David et instituit duces cantorum ex tribu levitica, videlicet Asaph, Æman, Æthan et Idithum: quibus quatuor adjunxit ut comites 288 viros, unicuique jungens viros 72 qui cantabant cum musicis instrumentis. Hos 72 cantores prophetice instituit, in memoriam 72 nationum quarum linguæ antiquitus confusæ sunt, ita ut omnes nationes laudarent Deum. Qui enim turrim ædificare tentaverunt, 72 erant nationes fœdere junctæ. Cum vero ira justa super eos cecidisset, 72 linguæ divisæ sunt, gentesque voce discrepantes et subjectæ 288 principibus, hisque ducibus dispersæ. Et illæ quidem dispersæ, ab Oriente, ubi turrim ædificare ausæ fuerant, initium sumentes. Ortæ sunt de Cham 32, de Sem vero 25, de Japhet autem 72. Hoc igitur pacto David prædicebat fore ut in fine temporum omnes linguæ Deum laudarent.

[1]) φυλακὴν 14. — cf. II Reg. VI. — [2]) ᾠδῶν ᾠδοὶ pluries infra, ἄρχοντας ᾠδῶν, ἀριθμὸς ᾠδῶν, ἐπὶ τῶν ᾠδῶν, ἄρχων ἀρχόντων ᾠδῶν. Quibus singulis locis agitur de *cantoribus*, non de *canticis*, de principibus *cantorum*, minime vero *canticorum*. Absurdum enim esset et absonum, ubi ἀριθμὸς ᾠδῶν παρακολουθεῖ σπη', intelligere assignari quatuor ducibus cantica numero 288, dum manifeste singulis assignantur cantores 72, summatim 288. Ita in communi prologo, ut dixi, Eusebii et Origenis, ubi similiter legitur p. 73: ἐπιλέγεται ψαλτῳδοὺς ἄρχοντας ᾠδῶν τέσσαρας, item οἷς ἀριθμὸς ᾠδῶν ἐπετέτακτο ᾀδόντων σπη', perspicuum est ᾠδῶν idem esse quam ᾀδόντων, et mox ibidem thema confirmatur aperte: ἐσκίρτα τὸ Πνεῦμα ἐπὶ τινα τῶν ἀρχόντων τῶν ψαλτῳδῶν. Ac proinde perperam hactenus hæc loca fuere latine versa et lecta: « *Canticorum* principes sibi sorte delegit, queis certus *canticorum* numerus constitutus erat, etc. » Sed a tribus sæculis de hac emendatione nihil dictum. Et quis fando audivit unquam τοὺς ᾠδούς? Silet Cangius, silet Sophocles, silet Struvius, et in toto Stephani thesauro ne γρὺ quidem. — 14 om. τέσσαρες usque ad παρακολουθεῖ. — [3]) ἐχώρησαν om. 14. Ecce igitur jam incidimus in τῶν ἐθνῶν μερισμὸν, quem su-

τοῦ Πνεύματος ὁ μακάριος Δαυὶδ, ἀπεμέρισεν ἑκάστῳ ἄρχοντι ᾠδῶν οβ' ἄνδρας πρὸς ὕμνον Θεῷ, προφητεύων ὅτι πᾶσα γλῶσσα ἐπ' ἐσχάτων τῶν καιρῶν δοξάσει τὸν Θεόν [1]).

tem quindecim, omnes numero septuaginta duæ. Quarum gentium plenitudinem quum studeret constituere beatus David, unicuique duci cantorum assignavit duos et septuaginta viros ad hymnos Deo dicendos, vaticinatus fore ut « omnis lingua in ultimis temporibus confiteatur Deum.»

Οὗτοι τοίνυν ἵστανται ἐνώπιον τοῦ ἁγιάσματος, αἰνοῦντες Θεῷ, ὃς μὲν κυμβάλοις, ὃς δὲ ψαλτηρίῳ, ὃς δὲ κινύρᾳ, ὃς δὲ κιθάρᾳ, ὃς δὲ κερατίνῃ· ὧν μέσος [2]) ἵστατο Δαυὶδ, αὐτὸς ἄρχων ἀρχόντων ᾠδῶν, κρατῶν ἐπὶ χεῖρα τὸ ψαλτήριον· τούτοις παρείπετο ἡ στρατιά. Ἕκαστος δὲ Πνεύματι ἁγίῳ κινούμενος, ὑμνεῖ τὸν Θεόν· ἡνίκα τοίνυν ἐσκίρτα τὸ πνεῦμα ἐπὶ τὸν μακάριον Ἀσὰφ, οἱ πάντες ἡσυχίαν ἦγον, ὑποτασσόμενοι καιρῷ εἰρηνικῷ, Πνεύματι κατηρτισμένοι. Ὑπεφώνουν [3]) δὲ ἀκολούθως τῷ ψάλλοντι, εἰς ὕμνον Θεῷ λέγοντες· Ἀλληλούϊα, ὃ σημαίνει ἐκ τῆς Ἑβραΐδος φωνῆς εἰς τὴν ἑλληνίδα μετατιθέμενον· Αἰνέσωμεν τῷ ὄντι Θεῷ. Πάντες οὖν ὑπήκοοι ἐγίνοντο· ἡνίκα δὲ ἐσκίρτα ἐπὶ τὸν πρῶτον τὸ Πνεῦμα καὶ ἐπεπήδα, οἱ λοιποὶ ἐπαύοντο· ἡνίκα δὲ ἐφ' ἕτερον, πάλιν οὗτοι ἠρέμουν. Τούτῳ τῷ λόγῳ ἀποχρώμενος Παῦλος ὁ ἀπόστολος, βουλόμενος καταστῆσαι τὴν ἐκκλησίαν εὐσταθῶς, ὃν τρόπον ἐν ἀρχῇ εὐτάκτως ἐφέρετο ὁ Ἰσραὴλ, διδάσκει λέγων· Ἐὰν ἑτέρῳ ἀποκαλυφθῇ, ἕτερος σιγάτω· οὕτω γὰρ δύνασθε οἱ πάντες καθ' ἕνα προφητεύειν· καὶ γὰρ πνεύματα προφητῶν προφήταις ὑποτάσσεται [4]).

Isti interea stant coram sanctuario, laudantes Deum, hic nempe cum cymbalis, ille in psalterio, iste in cinyra, is in cithara, hic vero in tuba cornea. Quorum medius stabat David, dux ipse ducum cantorum, manu tenens psalterium. Concentu sequebatur exercitus. Quisque Spiritu sancto motus, hymnum Deo litabat. Quando videlicet Spiritus insiliebat in beatum Asaph, omnes silentium agebant, obsequentes quiescendi tempori, in Spiritu compositi. Consequenter autem succinebant psallenti, Deo in hymno dicentes: *Alleluia*, quæ vox ab hebraica lingua in græcanicam translata significat: *Laus Deo qui vere est.* Omnes igitur prompti ad respondendum erant. Quum autem Spiritus tum primum aliquem excieret et irrueret in eum, cæteri quiescebant. Quando transibat ad alterum, iterum alii cessabant. Eodem sermone usus Paulus apostolus, volens Ecclesiam ab initio constituere simili modo et in pulchro ordine quo gauderet Israel, id docet per hæc verba: « Si alteri revelatum fuerit, alter sileat: sic enim potestis omnes ex ordine prophetiam agere; spiritus enim prophetarum prophetis subjecti sunt. »

Φέρονται οὖν ψαλμοὶ πάντες ρν'· τινὲς δὲ νομίζουσι, μὴ ἐπιπόνως ἐντετυχότες, τοὺς πάντας εἶναι τοῦ μακαρίου Δαυίδ· οὐ σημαίνεται δὲ τοῦτο. Οἱ μὲν γὰρ πάντες ἀναφέρονται [5]) τοῦ Δαυὶδ, ἐν δὲ ταῖς ἐπιγρα-

Circumferuntur igitur psalmi CL: sunt autem qui putant, lecto minus diligenter libro, omnes psalmos esse beati Davidis, quod tamen non indicatur. Equidem omnes referuntur ad David; sed titulis significatur cujusnam sit

pra p. 274, 275 vidimus fuse relatum in Chronico inter Hippolyti opera græce et latine inserto, consentiente etiam Origene infra in n. VI, immo et Eusebio l. l. Unde confirmatur suspicio quam moveram p. 274, has traditiones non fuisse Cæsariensi ignotas. — [1]) Rom. XIV, 11. — [2]) ὃς μέσος Vat. 5. — [3]) Verbo ὑπεφώνουν respondet mox ὑπήκοοι, de qua ὑπακοῇ post Montefalconium plura notavi in tomo superiore ad melodos. p. LXXIV et 159 not. Nonne hic habetur exemplum cæteris omnibus antiquius? — [4]) I Cor. XIV, 28-30. — [5]) ἀναφέρονται om. 6.

φαῖς δείκνυται τίς τίνος ψαλμὸς γεγένηται. Ἔφην γὰρ ὅτι τέσσαρες ἄρχοντες ᾠδῶν ἐξελέγησαν, διακόσιοι δὲ καὶ ὀγδοήκοντα ὀκτὼ αὐτῶν οἱ ἀκόλουθοι· τῶν οὖν τεσσάρων ἀρχόντων παράκεινται οἱ ψαλμοί, ὡς αὐταὶ αἱ ἐπιγραφαὶ διδάσκουσιν· ὁπόταν γὰρ λέγῃ· ψαλμὸς τοῖς υἱοῖς Κορέ, εἶπεν Ἀσὰφ καὶ Αἰμάν· ὁπόταν εἴπῃ· ψαλμὸς τοῦ Ἀσάφ, αὐτὸς εἶπεν Ἀσάφ· ὁπόταν εἴπῃ ψαλμὸς τοῦ Ἰδιθούμ, αὐτὸς ψάλλει ὁ Ἰδιθούμ· ὁπόταν εἴπῃ τοῦ Δαυίδ, αὐτὸς ὁ λέγων ἦν ὁ Δαυίδ· ἐπὰν δὲ [εἴπῃ] λέγων τῷ Δαυίδ, ὑφ' ἑτέρου λέγεται εἰς τὸν Δαυίδ [1]).

Εἰσὶν οὖν οἱ πάντες ρν', ὧν οβ' εἰσὶ τοῦ Δαυίδ, θ' δὲ τῷ Δαυίδ, ιβ' τοῦ Ἄσαφ, ιβ' τοῖς υἱοῖς Κορέ, α' τῷ Ἰδιθούμ, α' τῷ Αἰθάν [2]), α' τῷ Σαλομών, β' Ἀγγαίου καὶ Ζαχαρίου, λθ' ἀνεπίγραφοι, καὶ α' Μωϋσέως, οἱ πάντες ρν'.

Δεῖ τοίνυν θεωρῆσαι τὸ μυστήριον, τίνι λόγῳ ἐκ διαφόρων ᾠδῶν ὑπαρχόντων, καὶ μὴ πάντων τῶν ψαλμῶν ὄντων Δαυίδ, ἀναφέρεται εἰς τὸν Δαυίδ, καὶ τοῦτο οὐ παραδραμούμεθα. Τούτου γὰρ χάριν ἐπεγράφη, ἐπεὶ αὐτὸς αἴτιος γεγένηται τοῦ εἶναι ταῦτα· αὐτὸς γὰρ ἐξέλεξεν [3]) τοὺς ᾠδούς· αὐτὸς τοίνυν αἴτιος γενόμενος, ἠξιώθη τῆς τιμῆς ταύτης, ἵνα πανθ' ὅσα ἂν εἶπαν οἱ ᾠδοί, εἰς τὸν Δαυίδ καταλογισθῇ. Παραθησώμεθα δὲ καὶ

quisque psalmus. Nam dixi quatuor fuisse duces cantorum electos, ducentos vero et octoginta octo sequaces. Horum ergo quatuor choryphæorum prostant psalmi, sicut ipsæ epigraphæ edocent. Quoties enim dicitur *psalmus filiis Core*, loquebatur Asaph aut Æman; quoties vero dicitur *psalmus Asaphi*, Asaph ipse canebat; et quando dicitur *psalmus Idithumi*, Idithum ille psallebat. Quando dicitur *psalmus Davidis*, psaltes erat ipse David. Sin autem dictum: *psalmus ipsi David*, alius recitat respectu ad David.

Sunt igitur omnes psalmi CL, quorum LXXII sunt ipsius David, IX ipsi Davidi, XII Asaphi, XII filiis Core, unus Idithumi, unus Æthani, unus Salomoni, duo Aggæi et Zachariæ, XXXIX anepigraphi, et Moysis unus, omnes CL.

Interea præstat considerare hoc mysterium; qua ratione, quum ex variis hymnographis existant psalmi, neque omnes David opus sint, ad David tamen liber referatur *(b)*, et hoc non licet prætermittere. Hujus porro nomine inscriptum est, quandoquidem ille ut psalmi fierent locum dedit; ipse enim elegit melodos; et quum auctor præcipuus fuerit, hoc merito honore præditus est, ut quodcumque melodi canerent, Davidi recenseretur. Sed ap-

(b) Hippolytus Syrus. Cum igitur diversæ sunt odæ, neque omnes Davidis sunt, forte quidam postulabit, cur omnes ad Davidem referantur, ipsique ascribantur. Atque respondemus, quia ipsa fuit causa psalmorum. Ipse enim cantores elegit, ac propterea in eum honor ille recidit. Præterea quæcumque cantores cecinerint, Davidem respiciebant. Præsto autem erit aliud testimonium, quo id confirmatur, affertur *liber Esther*. Esther autem unum tantum præstitit, reliqua peregit Mardochæus. Attamen liber non ascribitur Mardochæo, sed reginæ Esther, et ob hanc quidem causam, nempe quod, cum esset regina, se totam tradidit pro salute populi. Idcirco in ejus honore [liber] inscribitur *Liber Esther*. Quo igitur modo, cum fuisset Esther causa salutis Mardochæi, inscribitur salus Esther, et ad Esther liber refertur; ita pariter, cum David fuerit causa laudationum illarum in honorem Dei, ad eum refertur liber psalmorum.

1) τοῦ Δαυίδ 6. — 2) Αἰθάμ. 14. Ut supra, sic iterum asseritur psalmos variorum esse; idem tuetur infra Origenes, neque dissentiunt Hilarius, Hieronymus. Sed aliter post Augustinum plerique Latini, quibuscum facit inter Græcos Euthymius Zigabenus in præfatione sui commentarii in psalmos, ubi nostra aperte et acriter insectatur. *Patr.* cxxviii, 54. — 3) ἐξελέξατο 6.

ἑτερά τινα μαρτύρια [1]). Βίβλος ἀναφέρεται Ἐσθήρ. Ἐσθὴρ δὲ μόνον ἕν τι [2]) εἰργάσατο· Μαρδοχαῖος δὲ πολλὰ, καὶ οὐκ ἐπιγράφεται Μαρδοχαίου, ἀλλὰ Ἐσθήρ· τὸ αἴτιον τοῦτο, ὅτι αὐτὴ βασίλισσα ὑπάρχουσα, ἔκδοτον ἑαυτῆς τὴν ψυχὴν ἔδωκεν πρὸς τὴν ἐκδίκησιν τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ, τότε διωκομένων, καὶ ἀντὶ τῆς εὐεργεσίας ταύτης καὶ τῆς πίστεως τῆς εἰς τὸν Θεὸν γεγενημένης, τιμῇ [3]) ταύτῃ ἐλογίσαντο τιμῆσαι τὴν ἀρχηγὸν τοῦ ἔργου. Τούτου χάριν ἐπεγράφη βίβλος [4]) Ἐσθήρ. Ὃν τοίνυν τρόπον αὐτῆς γενομένης σωτηρίας αἴτιον, εἰς αὐτὴν ἀνηνέχθη ἡ βίβλος, τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ἐπὶ τὸν Δαυὶδ, αὐτὸν αἴτιον γενόμενον τῆς δοξολογίας ταύτης τῆς εἰς τὸν Θεὸν, ἀνηνέχθη ἡ βίβλος εἰς αὐτόν. Ταῦτα μὲν οὕτως [5]) ἔχει κατὰ τὴν ἱστορίαν, τὴν ἀποδεδειγμένην.

Παρέστωσαν δὲ οἱ λέγοντες ἑαυτοὺς φιλομαθεῖς, καὶ μὴ τολμάτωσαν ᾄδειν, ἀλλὰ βιαζέσθωσαν λέγειν. Ἀλλὰ, φασὶν, ἤχησα ἐκ νεότητος [6]). Διὰ τί τοίνυν καὶ σὺ μὴ ἐπιχειρεῖς λέγειν ἃ οὐκ ἐπίστασαι μὴ μαθών [7]); Ἡ γὰρ ἀπορία τοῦ ἀγνοεῖν, καὶ τὸ ἐπιχείρημα τοῦ διδάσκειν μὴ μεμαθηκότα, βιάζεται πλάσσειν πλάνην πρὸς ἀπάτην τῶν ἀκροατῶν, δόξης κένης χάριν. Εἰ δὲ φόβος παρῆν, πρότερον ἀσκῇς [8]) μαθεῖν, ἵνα καὶ καλῶς διδάξαι δυνηθῇς. Πρόσχωμεν οὖν τοῖς προκειμένοις.

Ἐπιγραφαὶ γὰρ διάφοροι γίνονται τοῖς ψαλμοῖς· ἃς ἐπιγραφὰς ἐν παραδρομῇ λέγειν οὐκ ἐχρῆν· ἀλλὰ μετὰ πάσης σπουδῆς, ἀναγκαίας γινομένης τοῖς ἀκούουσιν. Ὅτε γὰρ [9]) λέγει· Ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης ψαλμὸς, μὴ ἀργῶς πρόκειται ἡ ἐπιγραφή· μὴ γένοιτο! Αὐτὰ δὲ οὕτω καταρτιζέσθω, ἵνα καὶ περὶ Υἱοῦ λέγεσθαι πιστευθῇ. Ψαλμὸς, φησὶν, ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. Πρόκειται· Τὰ ῥήματά μου ἐνώτισαι, Κύριε! Πρόσχες τῆς κραυγῆς μου, σύνες τῆς δεήσεώς μου, ὁ βα-

ponamus alia quædam testimonia. Profertur liber Esther. Esther tamen unum aliquid operata est, sed multa Mardochæus; neque Mardochæo ascribitur, sed Esther, ut præcipuæ causæ; quia quum esset regina, non dubitavit animam suam dare ad vindicandos filios Israel, tunc persecutione vexatos: et ob memoriam beneficii, et propter fidem quam erga Deum professa est, hanc illilaudem accensuerunt, ut summa quum esset causa operis, propterea liber *Esther* inscriptus fuerit. Et qua ratione, quum illa esset origo salutis, ipsi liber dedicatus est, eodem modo ipsi Davidi, qui auctor fuit initæ hujus doxologiæ in honorem Dei, dedicatus est liber psalmorum. Et hæc juxta historiam, quam exposuimus.

Exsurgant autem illi qui se scientiæ cupidos dicunt; nec jam audeant cantare, sed loqui cogantur. Dicunt autem: « Ego a juventute cantavi.» At quæ causa ergo cur mihi tu dicere nitaris quod non scivisti, edoctus quum non sis? Tam enim ignorantis perplexitas, quam affectatio docendi in eo qui non didicit, cogit ad texendum errorem cum deceptione audientium, vanæ intuitu gloriæ. Id si reformidas, primum exercearis in discendo, ut possis cum decore docere. Attendamus ergo ad proposita.

Inscriptiones enim variæ psalmis dantur: quas epigraphas perfunctorie exponere incongruum est: immo cum omni diligentia necessitas incumbit eas auditoribus pandendi. Quando enim ait: *Super eam quae haereditatem recipit psalmus*, supervacanea non jacet inscriptio, absit! Sed ita rite coaptetur, ut etiam de Filio dicta fuisse credatur. *Psalmus*, inquit, *pro recipiente haereditatem*. Adjacet: « Verba mea auribus percipe, Domine, attende clamori meo, intellige preces meas,

[1]) Cf. *Synopsis Athanas.* l. l. — [2]) ἕν τε 14. — [3]) τῇ γῇ 14. — [4]) βιβλίον 5, 14. — [5]) μὲν οὖν ὄντα 14. — [6]) Locus obscurus unde hauriatur, ignoro. Etiam ob sequentia suspicor ᾔσκησα. — [7]) Pergit nonnulla obscuritas in tribus codd. — [8]) ἤσκεις codd. — [9]) ὅτι γὰρ 14. Ps. v, 1-3.

σιλεύς μου καὶ ὁ Θεός μου. Τίνα ἄρα [1]) σημαίνει κληρονομοῦσαν, ἀλλ' ἢ τὴν ἐκκλησίαν; ἥτις καὶ Κύριον καὶ βασιλέα ἐπέγνω τὸν Χριστὸν, ὃν προσκαλουμένη λέγει· Διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε, εἵλκυσάν σε [2]). αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ κληρονομοῦσα· ἄρα οὖν δικαίως ὁ γραμματεὺς, Πνεύματι κινηθεὶς, προγραφὴν τοιαύτην ἐποίησε· δι' ἧς προγραφῆς τὰ ἀκόλουθα σημαίνεται ὑπὸ τοῦ Πνεύματος δικαίως· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ κληρονομοῦσα, αὕτη ἐστὶν ἡ καὶ Κύριον καὶ βασιλέα ἐπιγνοῦσα, ὡς καὶ ἐν ἑτέρῳ ψαλμῷ λέγει· Ἄκουσον, θυγάτηρ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου, καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου [3]). Διότι αὐτὸς ὁ Κύριός σου, καὶ προσκυνήσεις αὐτῷ. Αὕτη ἐστὶν ἡ κληρονομοῦσα καὶ προσκυνοῦσα τῷ Χριστῷ.

Ἄλλη δὲ προγραφὴ, Ψαλμὸς ὑπὲρ τῆς ὀγδόης [4]). Ποίας ὀγδοάδος; οὐχ εἶπε καθὼς Οὐαλεντῖνος βούλεται τεχναζόμενος λέγειν, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ὀγδόης· ἡ δὲ ὀγδόη σημαίνεται ἡμέρα κρίσεως· ὅτι δὲ κρίσεως σημαντικὸν τὸ γράμμα, ὁ ψαλμὸς διδάσκει· Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.

Ἑτέρα πάλιν ἐπιγραφὴ, Ψαλμὸς ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ Υἱοῦ [5]). Δεῖ οὖν ἡμᾶς ὃν τρόπον ἐπέγνωμεν ἐκεῖνα, καὶ τὰ περὶ τοῦ Υἱοῦ ἐπιγνῶναι· ψαλμὸς γάρ φησιν ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ Υἱοῦ· Ἐξομολογήσομαί σε, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ἀπαγγελῶ τὰ θαυμάσιά σου. Τίς δὲ ἦν ἐξομολογούμενος Πατρί; ἀλλ' ἢ ὁ μετὰ παῤῥησίας βοῶν καὶ λέγων· Ἐξομολογοῦμαί σοι, Πάτερ, Κύριε τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ὅτι ἀπέκρυψας ταῦτα ἀπὸ σοφῶν καὶ συνετῶν, καὶ ἀπεκάλυψας αὐτὰ νηπίοις. Ναὶ, ὦ Πάτερ, ὅτι οὕτως εὐδοκία ἐγένετο ἔμπροσθέν σοι [6]). Ὁρῶμεν οὖν, ἀγαπητοὶ, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ κεκρυμμένον.

Rex meus et Deus meus.» Quam igitur significat hæreditatis capacem, nisi Ecclesiam? quæ Dominum et regem agnovit Christum, quæ dum eum invocat, ait: « Adolescentulæ dilexerunt te, traxerunt te. » Ipsa igitur illa est quæ adipiscitur hæreditatem. Jure ergo scriptor, a Spiritu motus, hujusmodi posuit inscriptionem, quo titulo a Spiritu consequentia apte signantur. Hæres illa est, quæ et Dominum et regem agnovit, sicut in alio psalmo dicitur: « Audi, filia, et vide, et inclina aurem tuam, et obliviscere populum tuum et domum patris tui, et concupiscet rex decorem tuum. Idcirco ipse Dominus tuus est, et adorabis eum. » Hæc est quæ capit hæreditatem, et Christum adorat.

Alia autem inscriptio est: *Psalmus super octavam.* Qua de ogdoade? Minime locutus est, sicut Valentino lubet, haud sine artificio, effutire, sed *de octava. Octava* autem illa dies judicii intelligitur; titulo autem significari diem judicii, psalmus commonefacit: « Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.»

Rursus alia inscriptio est: *Psalmus super occulta filii.* Oportet nos perinde ac novimus superiora, sic illa de Filio nosse. Etenim *Psalmus super occulta filii* dicit: « Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, annuntiabo mirabilia tua.» Quis autem erat is qui confitebatur Patri? nisi ille qui confidenter clamat et dicit: « Confiteor tibi, Pater, Domine cœli et terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita, Pater, quoniam sic fuit placitum ante te.» Intuemur ergo, dilectissimi, Filium Dei qui absconditus est.

1) τί ἄρα 5, 6. — 2) Cant. I, 2. — 3) Ps. XLIV, 11, nota varietatem — 4) Ps. VI, 1, 2. — 5) Ps. IX, 1, 2. — 6) Matth. XI, 25. — Ὁρῶμεν τοίνυν 6. τὸν νῦν τοῦ Θεοῦ 5. κεκηρυγμένον 5, 6.

Ἑτέρα δὲ πάλιν ἐπιγραφὴ, Ψαλμὸς ὑπὲρ τῶν ληνῶν [1]. Τίνες δ' ἂν εἶεν ληνοί, ἀλλ' ἢ οἱ μακάριοι προφῆται; ὃν γὰρ τρόπον ληνὸς, ὑποδεχομένη τὸ γλεῦκος ἐκ θλιβέντος βότρυος, χωρεῖ καὶ ἐν ἑαυτῇ βράσσει ἀναζέον ἀφ' ἑαυτοῦ, τὸν αὐτὸν δὴ [2]) τρόπον ἐν τοῖς προφήταις τὸ ἅγιον Πνεῦμα ἐπιῤῥέει, θλιβέντος ὡς βότρυος Χριστοῦ [3]), καὶ ἀναβράσσον, ὡσεὶ γλεῦκος εὐφραίνει καρδίαν [4]). Ὅτι δὴ οὕτως ἐστὶ θεωρῆσαι, ἡ γὰρ προγραφὴ τῶν Ψαλμῶν δείκνυσι, καὶ ὁ ψαλμὸς τὴν δύναμιν τῶν ἑρμηνευμάτων· προσήει γάρ [5]). Ἐκ στόματος νηπίων καὶ θηλαζόντων κατηρτίσω αἶνον. Χριστὸς δὲ λέγει ὅτι ἀπεκάλυψας νηπίοις θηλάζουσι· προφήταις οὖν λέγει, οἱ μέτοχοι τοῦ Πνεύματος ἁγίου, ὡς νήπιοι, κακίας τε πόῤῥω ὑπάρχοντες, τὸ καλὸν τῆς χάριτος διδασκαλεῖον ᾠκοδόμησαν, ὑπὲρ ὧν ἔψαλλεν πάλαι [6]) δικαίως Δαυίδ.

Ἐν ἑτέρῳ δὲ πάλιν ἐπιγράφει· Συνέσεως Ψαλμός. Ὃ δὲ βούλεται λέγειν συνέσεως, τόδε ἦν· συνιέναι γὰρ τοῦτό ἐστιν, ἀγαπητοὶ, τὸ ἀποτάξασθαι ἁμαρτήμασι, τὸ ἐξομολογήσασθαι Θεῷ, τὸ εἰπεῖν πρῶτον τὰς ἁμαρτίας ἵνα δικαιωθῇς· ὅτι δὲ ἀφέσεως ἁμαρτίας [7]) ἡ προγραφὴ σημαντικὴ, πρόσκειται τὸ ῥητόν· μακάριοι ὧν ἀφέθησαν αἱ ἁμαρτίαι· μακάριος ἀνὴρ, ᾧ [8]) οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν.

Πάλιν [9]) ἑτέρα προγραφὴ, Ψαλμὸς τῶν ἀναβαθμῶν [10]). Τί δὲ βούλεται λέγειν; ποίων ἀναβαθμῶν; μὴ τῶν τοῦ ἁγιάσματος, τῶν διὰ λίθων ᾠκοδομημένων; οὐδαμῶς. Ἀλλὰ ἀναβαθμοὺς λέγει κλήρους, οἵτινες κλῆροι διάδοχοι [11]) τῶν πατέρων ὑπάρχοντες, μυστήριον δοξολογίας ἐνδεικνύμενοι, ὑμνοῦσι τὸν Θεόν. Ὅτι δὲ οὕτως ἔχει, μαρτυρήσει τὸ ῥητόν [12])· Ἐὰν μὴ Κύριος οἰκοδομήσῃ οἶκον, εἰς μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ὅτι

Ecce iterum alia inscriptio: *Psalmus super torcularia*. Quæ jam forent torcularia, nisi beati prophetæ? Quemadmodum enim torcular, recipiens mustum calcato ex racemo, continet illud et in se concutitur, ex seipso fervefaciens, eodem sane more prophetis Spiritus sanctus supereffluit, Christo veluti uva contrito, et succussus, musti instar, « cor lætificat. » Quod certe ita res consideranda sit, et titulus psalmorum patefacit, et simul confirmat psalmus efficaciam interpretationum. Præsto enim est: « Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem. » At Christus ait: « Revelasti ea parvulis et lactentibus. » Prophetis ergo illud ait, quod Spiritus sancti participes, sicut infantes malitiæ omnino expertes, pulchram gratiæ scholam ædificarunt, de quibus juste David olim cecinit.

In alio autem psalmo inscriptio est: *Intelligentiae psalmus*. Quod dicere vult *intellectus*, hoc est. *Intelligere* enim est, dilectissimi, renunciare peccatis, confiteri Deo, sua primum pronuntiare peccata ad justitiam acquirendam. Veniam vero significari in epigraphe, in promptu dictum est: « Beati quorum remissæ sunt iniquitates; beatus vir, cui non imputabit Dominus peccatum. »

En iterum inscriptio alia: *Psalmus Graduum*. Quid jam dicere intendit? Quorumnam graduum? Anne gradus sanctuarii, cum lapidibus constructi? Minime rerum. Sed gradus designat sorte electos. Electi sorte successores sunt Patrum, qui mysterium doxologiæ pandentes, hymnum Deo dicunt. Ita vero rem esse, testabatur effatum: « Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. » Juste autem sortes dici

1) Ps. VIII, 1, 3. — 2) αὐτὸν δὲ 5, 6. — 3) *Christus botrus*, rara elegantia τροπικῶς in tantæ vetustatis theologo, sed vetustior *Clavis Meliton*. p. 36, n. 13. — 4) Ps. CIII, 15. — ὅτι οὕτως ἔχει θεωρ. 5, 14. — 5) πρόσκειται γάρ 14. Ps. VIII, 3. — 6) πάλιν codd. Mox ps. XXXI, 1, 2. — 7) ἵνα ad ἁμαρτίας om. 5. — 8) οὗ οὐ 5, 6. — 9) Tit. in cod. cum majusc. Περὶ τῶν ἀναβαθμῶν, quibuscum cf. num. v. — 10) Ps. CXIX sqq. — 11) διαδοχαὶ 5, 6. — 12) τὸ ῥητὸν τὸ 14. Ps. CXXI, 1.

δὲ δικαίως λέγει τοὺς ἀναβαθμοὺς κλήρους, καὶ ὁ ἀπόστολος τοῦτο σαφῶς δείκνυσι λέγων· Οἱ γὰρ καλῶς διακονήσαντες, βαθμὸν ἑαυτοῖς καλὸν περιποιοῦνται [1]).

Ἐν ἑτέρῳ ἐπιγράφει Στηλογραφίαν. Δηλοῖ δὲ τοῦτο, ὅπερ δέδεικται διὰ τῶν ἁγίων γραφῶν· στήλη δὲ πάντως [2]) πρὸς μνημόσυνον τεθνηκότος γίνεται· στηλογραφία τοίνυν, εἰς ἀνάμνησιν τοῦ τεθαμμένου. Τοῦτο δὲ πάλιν μυστικῶς σημαίνει περὶ θανάτου καὶ ἀναστάσεως Χριστοῦ· ὅτι δὲ οὕτως ἔχει, μαρτυρήσει μοι ἡ προγραφή· αὐτὸς γὰρ ὁ ψαλμὸς περιέχει τάδε· Προορώμην τὸν Κύριον ἐνώπιόν μου, ἐκ δεξιῶν μου ἐστῶτα διὰ παντὸς, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Διὰ τοῦτο ηὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου. Ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι· οὐ γὰρ καταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς τὸν ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν· ὡδήγησάς με ὁδοὺς δικαιοσύνης, ἐμπλήσεις με εὐφροσύνης ἔναντι τοῦ προσώπου σου. Ἄρα οὖν εἰς μνημόσυνον παρὰ Πατρὸς προσγίνεται ἡ στηλογραφία, μέλλοντος ἀνίστασθαι, ἵνα πᾶσαν αὐτοῦ κληρονομίαν κτησάμενος παρὰ Πατρὸς, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων δικαίως κύριος [γίνηται].

Καὶ ἐν ἑτέρῳ δὲ πάλιν· Ψαλμὸς τῷ ἀγαπητῷ [3]). Τίς δ' ἂν εἴη ὁ ἀγαπητὸς ἄλλος, ἀλλ' ἢ ὁ Παῖς τοῦ Θεοῦ Λόγος, ὁ πρὸ ἑωσφόρου γεννηθεὶς, δι' οὗ τὰ πάντα ἐποίησεν ὁ Πατήρ; οὗτος ὁ ἀγαπητὸς, περὶ οὗ ὁ ἀπ' οὐρανοῦ κέκραγε λέγων· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, εἰς ὃν εὐδόκησα· τούτου ἀκούετε [4]). Ὅτι δὲ τοῦτο σημαίνει ἡ γραφὴ, καὶ περὶ τούτου λέγει· Ὁ ἀγαπητὸς οὗτός ἐστιν, βοᾷ ὁ ψαλμὸς καὶ λέγει· Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου Λόγον ἀγαθόν [5]).

gradus, etiam Apostolus aperte ostendit, dicens: « Qui bene ministraverunt, bonum sibi gradum acquirunt. »

Alterum autem psalmum inscripsit *stelographiam*. Hoc designat quod liquet per sacras scripturas. Στήλη omnino fit monumentum mortui. Igitur aiunt *stelographiam* in memoriam viri sepulti. Hoc rursus mystico ritu significat mortem et resurrectionem Christi. Rem vero sic se habere, renunciabit mihi titulus. Ipse enim psalmus habet hæc: « Considerabam Dominum in conspectu meo, a dextris meis stantem omni tempore, ne commovear. Ideo gavisum est cor meum, et exsultavit lingua mea. Adhuc et caro mea requiescet in spe. Non enim derelinques animam meam in inferno, neque dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias justitiæ, adimplebis me lætitia coram vultu tuo. » Igitur a Patre oritur *stelographia* in memoriam ejus qui surrecturus est, ut omnem suam capessens hæreditatem a Patre, merito jure fiat cœlestium et terrestrium et infernorum dominator.

Et in alio psalmo denuo: *Psalmus dilecto*. Quis porro erit alius dilectus, quam Verbum, Puer Dei, ante Luciferum genitus, per quem omnia Pater fecit? ille est dilectus, de quo is qui de cœlo est, clamavit dicens: « Hic est Filius meus dilectus, in quo complacui; ipsum audite. » Quod vero id scriptio innuat, de quo dicit: « Hic dilectus meus est, » clamat psalmus, et ait: « Eructavit cor meum Verbum bonum. »

1) I Tim. III, 13. — 2) πάντως 6, 14. — 3) Ps. XLIV, 1, 2. — 4) Matth. XII, 18. — 5) Ἀγαθόν. Vetus ac fecundissima interpretatio quæ a Petro Damiano et Bernardo uberrime propagata est ad optimos et recentiores theologos qui sacratissimi cordis D. N. arcana scrutati sunt. Cf. Ven. P. Eudes *Le Cœur admirable de la très-S. M. de Dieu* p. 276, 296, ubi texitur catena testium usque ad Augustinum; adde Basilium qui idem excutit, et Eusebium Cæsarien., qui uti Arianus, redarguit, et Origenem paulo infra, et hic fortasse Hippolytum, hæc Romæ docentem, ac tandem Meli-

Τούτων δὴ τῶν ὅρων δικαίως κεκρυμμένων [1]), καὶ τῆς κατὰ τρόπον διδασκαλίας μετὰ πίστεως ἀκουομένης, ἀνάγκην ἔσχομεν, οἱ ἀκροαταὶ, φόβῳ φερόμενοι τῇ πρὸς τὸν Θεὸν πίστει παραλαμβάνειν, μὴ προσέχειν δὲ ἀπατηλοῖς, ἀλλὰ δυνάμει γραφῶν ἀκολουθεῖν. Ἕστηκε γὰρ πᾶς Χριστοῦ μαθητὴς φόβου πλήρης καὶ ἀγάπης, φρίσσων τὰ μετὰ δόξης λεγόμενα Θεοῦ [2]) μυστήρια, καὶ ἤδη ἀναπτάμενος εἰς οὐρανὸν κρύπτειν ἑαυτὸν, οὐκ ἀνατρεπόμενος δι' ἡδονῆς εἰς γῆν, ἀλλ' ὑψούμενος δι' ἀγάπης εἰς οὐρανούς. Δεῖ γὰρ ἀναπτερῶσαι τὴν ψυχὴν ἐκ τοῦ Πνεύματος, ἵνα ἀναφθῆναι ἅμα σώματι δυνηθῇ [3]). Ἐὰν δὲ πάντα εἰς τὰ κάτω φέρηται, εὐθέως ἀπόλλυται· ἐνεδρεύει γὰρ ἐπὶ γῆς λεληθότως, πτέρναν δάκνειν ὁ δυνάμενος. Πάρεστι δὲ ἀπ' οὐρανοῦ ὁ Λόγος ἐκ τῶν κατωτάτων, ἀνεγείρειν σπουδάζων τὸν ἄνθρωπον. Περὶ οὗ βοᾷ καὶ λέγει· Ἀνὴρ, ἀνατολὴ ὄνομα αὐτῷ καὶ ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ἀνατελεῖ. Οὗτος ἀπὸ τῶν κατωτάτων εἰς τὰ ἄνω ἀνέτειλεν, ἵνα οἱ πάντες σπεύδοντες ἐκεῖ, λόγῳ ἀληθεῖ [4]) προσέχοντες, εἰς ὕψος ἀνέλθωμεν ὅπου Χριστὸς ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρός. Ἆρα οὖν παρακολουθήσωμεν τῇ ἀληθείᾳ, τὴν πιθανότητα τῶν ἀνθρώπων παραιτούμενοι, λάβωμεν δὲ τὴν δύναμιν τοῦ Λόγου.

Ταύτης οὖν τῆς ἀποδείξεως γεγενημένης περὶ πάντας τοὺς ψαλμοὺς, ὧν καὶ τὰς ἐπιγραφὰς ἐπέγνωμεν [5]), ἀναγκαίως καὶ διὰ Πνεύματος ἁγίου κατηρτισμένας· ὧν καὶ τὰ μυστήρια ἐπέγνωμεν, ἀναδράμωμεν ἐπὶ τὴν ἀνάγνωσιν τὴν γεγενημένην. Δύο ἡμῖν ἀνεγνώσθησαν ψαλμοὶ, ὧν τὴν αἰτίαν διηγήσασθαι δεῖ, πρώτων τυγχανόντων. Οὗτοι πρῶτοι ψαλμοὶ ἀνεπίγραφοί εἰσι, δηλοῦντες, ὁ μὲν πρῶτος γένεσιν αὐτοῦ· ὁ δὲ δεύτερος, πάθος. Καὶ οὐκ ἦν ἀναγκαῖον ἐπιγράφειν

Quibus ergo sententiis juste absconditis, et doctrina juxta modum cum fide auribus recepta, necesse habemus, o mei auditores, et cum timore moveri ad divinam fidem suscipiendam, nunquam vero attendere fallacibus sermonibus, sed virtuti Scripturarum obsequi. Stat enim quicumque Christi discipulus pavore repletus et charitate, reformidans mysteria Dei revelata in gloria; et jam volatu cœlum petens, ut se ibi recondat, retro in humum non vertitur per voluptatem, sed charitatis impetu tollitur in cœlos. Oportet enim alas addere animæ, vi Spiritus, ut possit una cum corpore sursum evolare. Quod si cuncta deorsum vergunt, cito destruuntur. Insidiatur enim super terram clanculum, ille qui potest mordere calcaneum. Verum adest e superis Verbum, studens hominem ab inferis erigere. Qua de re clamat et dicit: « Vir, oriens nomen ejus, et jacentibus in infernis exorietur. » Ita ille ab inferioribus in superna exortus est, ut nos omnes illuc properantes, Verbo veritatis attendentes, sursum ascendamus, ubi Christus est ad dexteras Patris. Studiose ergo persequamur veritatem, hominumque probabilitatem fallacem declinantes, Verbi robur suscipiamus.

Facta igitur hac generali super psalmos declaratione, quorum titulos necessaria juxta Spiritum sanctum ratione inscriptos recognovimus, horum et mysteria quum didicimus, properemus ad lectionem propositam. Duo nobis lecti fuere psalmi, quorum æquum est causam enarrare, quum primi occurrant. Hi primi psalmi sine titulo sunt, prior quidem Verbi generationem declarat, posterior passionem. Neque opportunum erat titulos præfigere, propterea quod per omnes prophetas

tonem in *Clave* p. 7, n. 7, 9: *In psalmo:* Eructavit cor meum verbum bonum, lingua mea calamus: *Verbum, Domini Filius... Lingua Domini, Spiritus ejus.* — 1) κεκηρυγμένων 6, 14. — 2) Χριστοῦ 14. — 3) δυνηθῶ 6. — 4) Zachar. VI, 12. — ἀληθείας 6. — 5) ἐπεγνώκαμεν ἀναγκαίας 14.

αὐτοὺς, ὁπότε διὰ πάντων τῶν προφητῶν ὁ Λόγος ἐκηρύχθη, ἀρχὴ αὐτὸς, ὄντως [1]) γὰρ βοᾷ καὶ λέγει· Ἐγώ εἰμι ἀρχὴ καὶ τὸ τέλος, καὶ τὸ A καὶ τὸ Ω [2]). Ὁπότε τοίνυν ὁ μακάριος Δαυὶδ Πνεύματι διηγήσατο, οὐκ ἀνάγκην ἔσχεν ἐπιγραφὴν ποιήσασθαι.

Τῆς οὖν ἀποδείξεως ταύτης γεγενημένης τηλαυγῶς, ἐν ἀρχῇ ὁ Παῖς τοῦ Θεοῦ [3]) καταγγελλόμενος, ὁ Λόγος, ἡ Σοφία, ὁ Μονογενὴς, Υἱὸς τοῦ Πατρὸς, διὰ τούτων ἐσημαίνετο. Φησὶν γὰρ οὕτως· Μακάριος ἀνὴρ ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ τὰ ἑξῆς. Καί· Ἵνα τί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ τὰ ἑξῆς.

Verbum prædicatum est; principium est ipsum; etenim vere clamat et ait: « Ego sum principium et finis, et alpha et omega. » Quando igitur beatus David in Spiritu enarrabat, necessitatem non habuit conficiendi titulum.

Quæ quum facta fuerit luculenter hujusmodi expositio, in principio Dei puer annuntiatus, Verbum, Sapientia, Unigenitus, Filius Patris, per hos psalmos significabatur. Ait igitur sic: « Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, » et cætera. Et: « Quare fremuerunt gentes, » et quæ sequuntur.

1) ὄντως 5, 6. — 2) Apocal. I, 8, quam exciere non solent veteres, sed decet Irenæi discipulum. — 3) ὁ παῖς τοῦ Θεοῦ iterum, sed ut Act. Apost III, 13: τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν

VI.

Διὰ τί δὲ καὶ ὁ ἀριθμὸς τῶν ἀναβαθμῶν ιε´ ψαλμῶν ὑπάρχει, λέξωμεν. — Δῆλον πᾶσιν ἡμῖν, ὅτιπερ οἱ κατὰ Θεὸν προκόπτοντες υἱοὶ φωτὸς καὶ υἱοὶ ἡμέρας [εἰσίν], ὡς αὐτὸ τοῦτο λέγει ὁ ἀπόστολος, γράφων Θεσσαλονικεῦσιν, ὅτι πάντες ὑμεῖς υἱοὶ φωτός ἐστε καὶ υἱοὶ ἡμέρας [1]). Καὶ πάλιν μετ' ὀλίγον· Ἡμεῖς δὲ ἡμέρας ὄντες, νήφωμεν. Καὶ πάλιν αὐτὸς ὁ Κύριος περὶ ἑαυτοῦ ταῦτα λέγει ἐν εὐαγγελίοις, ἡμέραν ἑαυτὸν καὶ φῶς διαγράφων, διὰ τοῦ λέγειν· Ἐάν τις περιπατῇ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, οὐ προσκόπτει, ὅτι τὸ φῶς τοῦ κόσμου τούτου βλέπει [2]). Οὐκοῦν, ὡς προείπομεν, οἱ τῷ Κυρίῳ κολλώμενοι, τῆς ἡμέρας καὶ τοῦ φωτός εἰσιν υἱοί. Οἴδατε καὶ τοῦτο, ἀγαπητοὶ [3]), ὅτιπερ ὅταν ἡ νὺξ τὸ τέλειον ἐκλείψῃ, δέκα καὶ πέντε ὡρῶν γίνεται ἡμέρα. Διὰ τοῦτο οὖν καὶ ἀναβαθμοὶ δέκα πέντε εἴρηνται, ἵνα δῆλον ᾖ πᾶσιν, ὅτι περὶ τῆς τελείας ἡμέρας τοῦ φωτὸς, τουτέστι τῆς ἐν Χριστῷ, κατὰ πρόβασιν εἰς τελειότητα φωτὸς ἀνερχόμεθα [4]) ἐν βαθμοῖς·

Cur vero numerus *Canticorum graduum* sit XV psalmorum, dicamus. — Manifestum id nobis omnibus est, quod qui secundum Deum proficiunt, filii lucis sunt et filii diei, perinde ac id ipsum ait apostolus, scribens ad Thessalonicenses, scilicet: « Vos omnes, filii lucis estis et filii Dei. » Et iterum paulo post: « Nos autem, qui, sumus diei, sobrii simus. » Ac rursus ipse Dominus de se eadem pronuntiat in evangeliis, semet describens diem et lumen, cum dicit: « Si quis ambulaverit in die, non offendit, quia lumen hujus mundi videt. » Igitur, sicut diximus, qui Domino adhærent, diei et luminis sunt filii. Videte vos quoque hoc, dilectissimi, quod dies, quum nox penitus deficit, fit quindecim horarum. Propterea igitur signati sunt quindecim *psalmi Graduum*, ut palam sit omnibus, quomodo ad diem perfectum lucis, illius nempe quæ in Christo est, in progressu ad perfectionem luminis, gradatim procedamus. Neque id dumtaxat, sed propter hoc quod est in XIII Gradu, sane in

VI. Ex Vat. 342, f. 15. Pro titulo in codice primum: Διὰ τί λέξωμεν.

1) I Thess. v, 5, 8. — 2) Joan. XI, 9. — 3) ἀγαπητοί, ut sæpe supra. — 4) cod. ἀνερχομένων.

οὐ μόνον δὲ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ διὰ τοῦτο ἐν τῷ τρισκαιδεκάτῳ βαθμῷ, λέγω δὴ εἰς τό· Μνήσθητι, Κύριε, τοῦ Δαυὶδ [1]), εἴρηκε περὶ τῶν ἀποτασσομένων τῷ κόσμῳ, ἵνα σημάνῃ ὅτιπερ πλείονος φωτὸς ἠξίωται ὁ τοιοῦτος· ὑπερέβη γὰρ τὸν δωδέκατον βαθμὸν, καὶ ὑψηλοτέραν γνῶσιν ἀναβέβηκεν τοῦ φωτὸς τοῦ Χριστοῦ. Ἐξέλιπε γὰρ παρ' αὐτοῖς ἡ νὺξ τῆς ἁμαρτίας, καὶ αὐτὸς γὰρ δέδωκεν ἀναβαίνειν αὐτοὺς ἐν τῷ φωτὶ τῆς ἡμέρας, ὡσανεὶ τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τοὺς ιε' ἀναβαθμοὺς, ἵνα δῆλον ᾖ πᾶσιν, ὅτι παρ' αὐτῷ τῷ τελείῳ ἐξέλιπεν ἡ νὺξ, καὶ ἀνίσχυρος γεγένηται ἡ ἁμαρτία, καθὼς προεῖπον. Οἱ ἀναβαθμοὶ οὖν ταῖς ὥραις τῆς τελείας ἡμέρας ἀφομοιώμενοί εἰσιν [2]), διηγούμενοι ἐκ προσώπου τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς καὶ τῶν τούτου υἱῶν.

hoc psalmo: « Memento, Domine, David, » locutus est de his qui mundo nuntium mittunt, ut significet hujusmodi virum majori lumine insigniri; is enim transmeavit duodecimum Gradum, et ascendit ad sublimiorem scientiam luminis Christi. Nam ab illis aufugit nox peccati, et ipse enim illis dedit ascendere in lumen diei, sicut et Christi, per quindecim gradus ascensionis; ut pateat omnibus, quod in illo perfecto lumine nox evanuit, et viribus exhaustum fuit peccatum, ut supra dixi. Cantica graduum igitur assimilantur horis perfectæ diei, ut qui recitantur in persona veri luminis et filiorum hujus luminis.

1) Ps. cxxxi, 1. — 2) An erit extra rem notare, etiam nunc in vetustissimo omnium breviario, quod S. Benedicti regula descripsit, xv Cantica graduum, in sex diebus Hebdomadis, soli diurno officio in horis tertia, sexta et nona assignari, ac si vetus sæc. V consuetudo altius repetenda sit?

VII.

Ὠριγένους περὶ τῶν ρν' ψαλμῶν. — *Ex Origene de CL psalmis.*

Καὶ αὐτὴ μὲν τῆς βίβλου ὁσιότης· ἡ δὲ αἰτία τῆς ἐπιγραφῆς αὕτη· ἐπειδὴ πλεῖστοι τῶν ἀδελφῶν εἰς Χριστὸν πεπιστευκότων οἴονται τὴν βίβλον ταύτην τοῦ Δαυὶδ ὑπάρχειν, ἐπιγράφουσί τε αὐτὴν Ψαλμοὶ τοῦ Δαυὶδ, λεκτέον τὰ εἰς ἡμᾶς ἐληλυθότα περὶ αὐτῆς. Ἑβραῖοι περιέγραψαν τὴν βίβλον Σεφρὰ Θελείμ [1]). Ἐν δὲ ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων βίβλος [2]) ψαλμῶν εἶναι λέγεται. Ἔχει δὲ ἡ λέξις οὕτως· Ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ ψαλμῶν. Ὄνομα δὲ ἐν τῇ ἐπιγραφῇ τοῦ βιβλίου οὐ κεῖται ἐνταῦθα· ἡ δὲ αἰτία,

Atque hæc sane fuerit hujus libri sanctitas. Inscriptionis autem ejusdem ratio hæc videtur fuisse: quando quidem plerique fratrum, qui in Christo crediderunt, hunc librum putant esse Davidis, eumque inscribunt *Psalmi Davidis*, quid ad nos hac de re pervenerit, dicendum est. Hebræi titulum volumini circumscribunt *Sephora Theleim*. At in Actibus apostolorum dicitur *Liber psalmorum*. Ita verbo tenus est: « Sicut scriptum est in *Libro psalmorum*. » Sed in titulo libri, nomen auctoris ibi non exstat *(a)*. Idque ea de causa,

(a) Hilarius. *Prol. n.* 1. Alii vero ita inscribendos psalmos existimaverunt: *Psalmi David*, quo titulo intelligi volunt eos omnes a David fuisse conscriptos. Sed nos secundum

VII. Vat. 13, Casanat. Barberin. iii, 59. cf. De Magistris *Acta MM. Ost.* append. p. 439. Init. desideratur in Vat. usque ad verbum ἀποστόλων. Ut Hilarius, ita et Origenes cum præcedenti scriptore de variis psalmorum conditoribus conspirant.

1) Hic nemo non agnoscat Origenem. — 2) Act. i, 19. Sed v. 16 *David* diserte appellatur.

τὸ μὴ ἑνὸς λόγους ἀναγεγράφθαι ἐπιταυτὸ, ἀλλὰ πλειόνων συνειλέχθαι, τοῦ Ἔσδρα (ὡς αἱ παραδόσεις φασὶν) μετὰ τὴν αἰχμαλωσίαν συναγαγόντος ψαλμοὺς πλειόνων εἰς ἓν, ἢ καὶ λόγους οὐ πάντως ὄντας ψαλμούς. Προτέτακται γοῦν ἐπὶ μέν τινων τὸ τοῦ Δαυὶδ ὄνομα, ἐπὶ δὲ ἑτέρων τοῦ Σαλομῶντος, καὶ ἐπὶ ἄλλων τοῦ Ἀσάφ· εἰσὶ δὲ καὶ τοῦ Ἰδιθούμ τινες, καὶ παρὰ τούτους ἄλλοι τῶν υἱῶν Κορὲ, ὡς καὶ Μωϋσέως. Τῶν οὖν τοσούτων ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναχθέντες οἱ λόγοι οὐκ ἂν ὑπ' εἰδότος λέγοιντ' ἂν μόνου τοῦ Δαυίδ.

quod non unius tantum sermones in unum conscribuntur, sed colliguntur plurimorum, quum Esdras *(b)*, ut traditiones ferunt, post captivitatem, in unum volumen conflavit plurium sive psalmos, sive sermones qui omnino psalmi non sunt. Præfixum ergo est nonnullis nomen Davidis, et aliis Salomonis, et aliis Asaph; quidam etiam sunt Idithum, ac præterea alii sunt filiorum Core, sicut etiam Moysis. Tot igitur melodorum cantica in unum collecta vir quisque gnarus non dixerit unius esse Davidis.

Ζητητέον δὲ περὶ τῶν ἀνεπιγράφων, τίνος αὐτοὺς χρὴ ὑπονοεῖν. Διὰ τί γὰρ κἂν ἡ ἁπλουστάτη ἐπιγραφὴ οὐ πρόκειται αὐτῶν, ἥτις οὕτως ἔχει· Τοῦ Δαυὶδ ψαλμός; ἢ εἰ μὴ εἶεν ψαλμοὶ, ἡ ἔτι ἁπλουστέρα λέγουσα· Τοῦ Δαυίδ [1]), χωρὶς πάσης προσθήκης; Ὑπενοήσαμεν δὲ ὅπου αὐτὴ μόνη ἐπιγραφή ἐστιν, ὅτι οὔτε ψαλμός ἐστι τὸ λεγόμενον, οὔτε ᾠδὴ, ἀλλὰ λόγος τις ἐξ ἁγίου Πνεύματος, ὠφελείας ἕνεκεν, τῆς τοῦ δυναμένου συνεῖναι, ἀναγεγραμμένος.

Sed quærendum de psalmis titulo destitutis, cujusnam eos esse suspicari fas sit. Eccur enim ne titulus quidem tenuissimus eis non sit appositus, qualis *Davidis psalmus?* vel si forte non fuerint psalmi, altera saltem simplicior epigraphe, *Davidis*, sine ullo additamento? Suspicati quidem eramus, ubi hæc nuda inscriptio prostat, haud esse id quod legitur psalmum, neque canticum, sed aliquem sermonem, Spiritus sancti numine scriptum, ad illius utilitatem qui intelligere valet.

Ἦλθεν δὲ εἰς ἐμὲ Ἑβραίου τινὸς [2]) παράδοσις περὶ τῶν τελευταίων. Ἐπεὶ γὰρ πολλοὶ ἦσαν ἀνεπίγραφοι, εἷς δὲ ὁ πρὸ τούτων τῶν ἀνεπιγράφων ἐπιγραφὴν ἔχει· Τοῦ Δαυὶδ, ἔλεγεν κἀκείνους ἀπὸ κοινοῦ λαμβανομένους, τοῦ Δαυὶδ αὐτοὺς δεῖν νομίζεσθαι. Καὶ εἰ τοῦθ' οὕτως, ἀκόλουθόν ἐστι τοὺς ἀνεπιγράφους ἐκείνων εἶναι ὧν οἱ πρὸ αὐτῶν κατὰ τὴν ἐπιγραφὴν καλῶς εἰσὶν νενομισμένοι [3]).

Succurrit autem mihi cujusdam Hebræi traditio circa ultimos psalmos. Quando nimirum plurimi erant sine titulo, unus vero ante illos epigraphæ expertes præ se fert inscriptionem *Davidis*, aiebat oportere et hos subsequentes, summatim sumptos, reputandos esse Davidis. Quæ si ita sint, consequens est psalmos anepigraphos eorum esse censendos merito, quibus superiores jure inscriptionis ascribuntur *(c)*.

Διὰ τί δέ εἰσιν [4]) ἑκατὸν πεντήκοντα, ἐξε-

Cur vero centum et quinquaginta sint,

apostolicam auctoritatem *librum psalmorum* et nuncupamus et scribimus. Ita enim in Actis apostolorum dictum meminimus: « Scriptum est enim in *libro psalmorum.* »

(b) Hilarius. *Prol. n.* 8. Esdras enim, ut antiquæ traditiones ferunt, incompositos eos, et pro auctorum ac temporum diversitate dispersos, in volumen unum collegit et retulit.

(c) Hilarius. *Prol. n.* 3. « De his autem qui sine diversorum auctorum nominibus sub qui omnes sine nomine sequuntur? cf. *Epist. ad Cyprianum.* — Inde multa De Magistris aliena intrusit de psalterio, quæ infra suo loco elegantius tractantur.

[1]) ἢ εἰ μὴ ad λέγουσα om. De Magistris. — [2]) Iterum se prodit Origenes palam. — [3]) Nonne hac opinione ductus Hieronymus, ad singularem ivit opinionem, Moysi ascribendos esse XI psalmos a LXXXIX, qui nomen ejus habet, usque ad XCIX, — [4]) Incipit hic cum Origenis nomine Barberin. f. 8.

τάσωμεν. Ὁ πεντήκοντα ἀριθμὸς, ὅτι ἐστὶν ἱερὸς, ἐν μὲν ἡμέραις δῆλον ἐκ τῆς [1]) πολυθρυλλήτου πεντηκοστῆς, λύσιν πόνων καὶ εὐφροσύνην σημαινούσης· διόπερ οὐδὲ νηστεύειν τούτων [2]) τῶν ἡμερῶν κέκριται, οὐδὲ κλίνειν γόνατα [3])· σύμβολα γὰρ ταῦτα μεγάλης πανηγύρεως, ἀποκειμένης εἰς μέλλουσαν, ὧν σκιὰ κατὰ τὸν Ἰσραὴλ ἦν ἐπὶ γῆς [4]). Ἐν δὲ ἐνιαυτοῖς, ὁ καλούμενος Ἰωβὴλ παρ' Ἑβραίοις, ὁ πεντηκοστὸς ἐνιαυτὸς [5]), τυγχάνων πολλῷ μείζων, ἔχων ἐν τοῖς ἑβδοματικοῖς δούλων ἐλευθερίας καὶ χρεῶν ἀποκοπὰς [6]), καὶ ἀπὸ γεωργίας καὶ πάσης γεωπονίας ἀνέσεως· ἐν τῷ Ἰωβηλαίῳ, καὶ ἀγροὺς καὶ οἰκείας ἐκ πατέρων κατά τινας βιωτικὰς ἀλλοτριώσεις ἀποκαθίστασθαι τῷ γένει. Τὸ ἱερὸν δὲ εὐαγγέλιον οἶδεν ἄφεσιν πεντηκοντάδος, καὶ τοῦ συγγενοῦς αὐτῷ καὶ παρακειμένου ἀριθμοῦ πενταχοσιοστοῦ [7]). Οὐ γὰρ μάτην πεντήκοντα δηναρίων καὶ πενταχοσίων ἄφεσις δίδοται [8]). Οὕτως οὖν καὶ τοὺς ὕμνους, τοὺς εἰς Θεὸν ἐπὶ καθαιρέσει ἐχθρῶν, καὶ εὐχαριστίᾳ τῇ κατὰ τὰς τοῦ Θεοῦ εὐεργεσίας, ἐχρῆν περιέχειν οὐ μίαν πεντηκοντάδα, ἀλλὰ τρεῖς, εἰς ὄνομα Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος [9]).

Περιέχει δὲ ἡ πεντηκοστὰς ἑπτὰ ἑβδομάδας, σάββατα σαββάτων, καὶ ἀρχὴν μετὰ τέλεια σάββατα, ὑπὲρ τὰ σάββατα, ἐν ὀγδοάδι ἀληθῶς καινῆς ἀναπαύσεως. Καὶ τοῦτο ἐπὶ τῶν ψαλμῶν ὁ δυνάμενος τηρείτω· μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον τὸ ἐπὶ πάντων τοὺς

scrutemur. Numerum quinquagesimum sacrum haberi, quantum quidem ad dies, patet ex famigerata Pentecoste, quæ finem laborum et lætitiam auguratur; quocirca decretum est neque intra hos dies jejunare, neque flectere genua; hæc enim signa sunt summæ celebritatis, in futurum reservatæ, cujus umbra erat apud terrenum Israel. Quantum vero ad annos, cyclus quinquaginta annorum, qui vocabatur *Jobel* apud Hebræos, multo præstantior erat, quum, revolutis hebdomadibus, adesset servorum liberatio, cessatio debitorum, remissio agriculturæ et cujuscumque rustici laboris, immo in hoc jubilæo, solebant agri et domus a patribus recepta, post nonnullas vitæ mutationes, generi restitui. Sacrum vero evangelium novit condonationem in quinquagesimo numero et quingentesimo, qui cum superiore geminus et proximus est. Haud enim frustra remissio quinquaginta denariorum et quingentorum proponitur. Similes ergo oportuit et hos hymnos Deo dicatos, pro deletis hostibus, et ad gratias agendas propter recepta a Deo beneficia, continere non tantum unam quinquagenam, sed tres in nomine Patris et Filii et sancti Spiritus.

Complectitur vero Pentecoste septem hebdomadas, sabbata sabbatorum, et post absoluta sabbata, initium ultra sabbata, in octava quæ vere est novæ quietis. Et si quis potest, id quoque observet in psalmis. Sed excedit hominum facultatem invenire rationes in qui-

diversis superscriptionibus habentur, antiquorum virorum illa traditio est, quod ex eo psalmo, cujus auctor superscriptione præponitur, qui deinceps sine auctorum superscriptione succedunt, ejus esse existimandi sunt, qui anterioris psalmi auctor inscribitur, usque in eum psalmum in quo nomen alterius auctoris præferatur.

1) δῆλον τῆς Mag. male. — 2) ἐν ταύταις id. pro τούτων τ. ἡ. — 3) Duplicis traditionis Hilarius, græca nostra secutus libere, confirmat Prol. n. 12. An πανήγυρις μεγάλη alludit ad solemnem apud Græcos coronidem Pentecostæ, τὴν γονυκλισίαν? Suspicabar ταπεινώσεως, sed obstant codd. — 4) Graves lacunæ Vat. incipiunt quibus supplevit Barber. Etiam Casanate apud Mag. deficit: Ἐπὶ γῆς ἐνιαυτὸς ὁ καλ. interposita exciderunt. — 5) ἀριθμῷ ἐνιαυτὸς τυγχάνει δούλων id. iterum mutilus. — 6) ἀποκοπὰς καὶ εἴ τι ἄλλο, nec plura id. usque ad τὸ ἱερόν. Mox f. leg. ἄνεσιν. — 7) πεντηκοσιάδος πεντηκοσιοστοῦ sic Barber. — 8) Luc. XIII, 41; XVI, 6? — 9) Hic Barber. telam abrumpit, nisi quod multis omissis, pauca subdat quæ infra notantur.

λόγους εὑρεῖν, ὡς παραθησόμεθα· οἷον ὅτι οὐ τὸ μάτην ὁ ὄγδοος ὑπὲρ τῶν ληνῶν ἐπιγέγραπται, καρπῶν περιέχων ἐν ὀγδοάδι τὸν ἀπαρτισμόν· οὐδέπω γὰρ καιρὸς τῆς ἀπολαύσεως τῶν καρπῶν τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου ἐδύνατο εἶναι τῶν ἐν τοῖς πρὸ τοῦ ὀγδόου ἀριθμοῦ [1]· καὶ ὅτι ὁ δεύτερος ὑπὲρ τῶν ληνῶν ὀγδοηκοστός ἐστιν, ἄλλην ὀγδοάδα περιέχει, τὴν ἐν δεκάσιν· ὁ δὲ ὀγδοηκοστὸς τρίτος, ἐπιπλεκομένων δύο ἁγίων ἀριθμῶν, τοῦ ὀγδόου ἐν δεκάσι, καὶ τοῦ τρίτου ἐν μονάσι. Καὶ περὶ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων ἀξιῶν καὶ ἐξομολόγησιν περιέχων ὁ πεντηκοστός ἐστιν· ὡς γὰρ ὁ πεντηκοστὸς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον ἄφεσιν ἔσχεν, μαρτυρῶν τῇ νοήσει τῇ περὶ τοῦ Ἰωβηλαίου, οὕτως ἐλπίζει οὐκ ἐν ἄλλῳ ἢ ἐν τῷ πεντηκοστῷ ἀριθμῷ ἄφεσιν λήψεσθαι ὁ εὐχόμενος τάδε τινὰ τῆς ἐξομολογήσεως.

Πάλιν τε αὐτοῦ εἰσίν τινες τῶν ἀναβαθμῶν ᾠδαὶ τὸν ἀριθμὸν πέντε καὶ δέκα, ὅσοι καὶ οἱ ἀναβαθμοὶ τοῦ ναοῦ· τάχα δηλοῦσαι τὰς ἀναβάσεις περιέχεσθαι ἐν τῷ ἑβδόμῳ καὶ ὀγδόῳ ἀριθμῷ. Ἡ δὲ ἀρχὴ τῶν ἀναβαθμῶν ἀπὸ ἑκατοστοῦ εἰκοστοῦ ἁπλούστερον λεγομένου ψαλμοῦ, ὡς τὰ ἀκριβῆ ἔχει ἀντιγράφων [2]. Οὗτος δέ ἐστιν ἀριθμὸς τελειότητος ζωῆς ἀνθρώπου· καὶ ὁ ἑκατοστὸς, οὗ ἡ ἀρχή· Ἔλεος καὶ κρίσεις ᾄσομαί σοι, Κύριε, περιέχει βίον ἁγίου κοινωνουμένου ὑπὸ Θεοῦ· ὁ δὲ ἑκατοστὸς πεντηκοστὸς καταλήγει εἰς τό· Πᾶσα πνοὴ αἰνεσάτω τὸν Κύριον.

Ἀλλ' ἐπείπερ, ὡς προείπαμεν, ἐφ' ἑνὸς ἑκάστου τοῦτο ποιῆσαι καὶ εὑρεῖν τὰς αἰτίας σφόδρα ἐστὶν χαλεπώτατον καὶ δυσέ-

buscumque rebus, uti proponemus. Exempli gratia, non temere in octavo psalmo *pro torcularibus* inscriptio fuit, cum in octonario maturitas fructum contineatur: nondum enim in his qui octavum præcedunt, tempus erat potiundi fructibus veræ vitis. Quin immo alter psalmus *pro torcularibus* octogesimus, aliam continet ogdoadem decuplam. Octogesimus vero tertius conflatur ex duobus sacris numeris, ex octonario decuplo et ternario sive triplici unitate. Quinquagesimus autem et venia peccatorum honoratur, et confessionem continet: sicut enim *quinquagesimus* secundum evangelium remissionem obtinuit, cohærens opinioni de jubilæo enunciatæ, sic ille qui postulat quædam in confessione, spem fovet se in nullo alio quam in numero quinquagesimo veniam comprehensurum.

Rursus ejusdem generis sunt aliquot *Cantica Graduum*, numero quinque et decem, quotquot erant templi gradus: quæ forte ascensiones portendunt in numero septimo et octavo; initium vero horum Graduum orditur a centesimo vicesimo psalmo, serie rotundius computata, ut ferunt emendatiora exemplaria. Is vero numerus est perfectionis vitæ in homine; et centesimus, cui initium: « Misericordiam et judicia cantabo tibi, Domine, » continet vitam sancti cum Deo conjunctam. Centesimus autem et quinquagesimus absolvitur in hoc verbo: « Omnis spiritus laudet Dominum. »

Verum quoniam, ut prius diximus, de uno quoque puncto idem persequi et reperire causas, vehementer humanæ est naturæ arduum

1) Omnino discerpitur Vatic. et in loco obscuro, in quo se torquet Origenes, ne ad elegantem allegoriam supra expositam se ferat, quam tamen in ultimo verbo suscipit. Sed de quinquagesimo numero Philoniana ambabus ulnis recepit. *De Mose* l. III, t. II, 147, 18: Πέντε καὶ πεντήκοντα ἐμφανεῖς τὸν ἀπὸ μονάδος μέχρι δεκάδος τῆς παντελείας συμπληρωμένον ἀριθμόν. *De vita contempl.* t. II, 481. Οὐ μόνον τὴν ἁπλῆν ἑβδομάδα, ἀλλὰ καὶ τὴν δύναμιν τεθεικότες· ἁγνὴν γὰρ ἀεὶ παρθένον αὐτὴν ἴσασιν. Et alibi τέλειος γὰρ ὁ πεντηκοστὸς λόγος. *Perfecta enim ratio quinquagenaria.* I, 204, 5. Neque omnino Philonem fugit christiana de remissione sententia in libello *De septenario*, καθ' ἑβδομον ἐνιαυτὸν ἀφέσεις etc. t. II, 277. — 2) Cantica Graduum a ps. CXIX (non CXX) constanter incip.

φικτον τῇ ἀνθρώπων φύσει, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα, ὑπογραφῆς χάριν· μόνον προσθέντες, ὅτι οὐ κατὰ τὴν τάξιν τῆς γραφῆς τῆς ἱστορίας οἱ δοκοῦντες ἠρτῆσθαι τῆς ἱστορίας ψαλμοὶ ἐνεγράφησαν· καὶ αἰτίαν τούτων ἔχει οὐκ ἄλλην ἢ τοὺς ἀριθμοὺς ἐν οἷς εἰσι τεταγμένοι οἱ ψαλμοί· οἷον ἡ ἱστορία τοῦ πεντηκοστοῦ πρώτου προτέρα ἐστιν τῆς ἱστορίας [1]) τοῦ πεντηκοστοῦ· τὰ γὰρ περὶ Δωὴκ τὸν Ἰδουμαῖον, διαβάλλοντα τὸν Δαυὶδ τῷ Σαοὺλ, πᾶς ὁμολογεῖ πρότερα εἶναι τῆς πρὸς τὴν τοῦ Οὐρίου ἁμαρτίας. Οὐκ ἀλόγως δὲ τὸ τῆς ἱστορίας δεύτερον πρότερόν ἐστι τοῦ τῇ ἱστορίᾳ προτέρου [2]). Ἐπεὶ, ὡς προειρήκαμεν, ὁ περὶ ἀφέσεως τόπος συγγενὴς τῷ πεντηκοστῷ ἐστιν ἀριθμῷ, ὁ δὲ οὐκ ἄξιος ἀφέσεως ὑπερέπεσε τὸν πεντηκοστὸν ἀριθμὸν, ὡς Δωὴκ ὁ Ἰδουμαῖος. Πεντηκοστὸς γὰρ πρῶτός ἐστιν ὁ ἀπαγγέλλων τὰ περὶ αὐτοῦ. Ἀλλὰ μὴν καὶ ὁ τρίτος, ἐπεὶ ὅτε ἔφευγεν Δαυὶδ ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἴρηται, δῆλον τοῖς ἀνεγνωκόσι τὰς βασιλείας, ὅτι μετὰ τὸν πεντηκοστὸν [3]) πρῶτόν ἐστιν καὶ ὁ πεντηκοστός. Καὶ τοιαῦτα δ' εἰ ἐπίπλειόν τις διατρίψας, τηρήσει τὸ τῆς ἱστορίας καὶ τῶν ἐπιγραφῶν ἀκριβέστερον εὑρήσει τὰς αἰτίας, τῆς τε τάξεως τῶν ψαλμῶν.

Εἰκὸς δὲ ἔχειν ἀναλογίαν, καὶ τὸ μόνον προφητῶν τὸν Δαυὶδ σὺν ὀργάνῳ πεπροφητευκέναι, τῷ παρὰ μὲν Ἕλλησι καλουμένῳ ψαλτηρίῳ, παρὰ δὲ Ἑβραίοις Νάβλα [4]). Ὅπερ μόνον τῶν ὀργάνων μουσικῶν ὀρθότατον εἶναι, οὐδὲν ἔχον ἐπικαμπές· καὶ μὴν οὐδὲ συνεργεῖται εἰς ἦχον ἐκ τῶν κάτω μερῶν, ὡς συμβαίνει ἐπὶ κιθάρας καὶ ἄλλων τινῶν, ἀλλ' ἄνωθεν· τῇ κιθάρᾳ μὲν γὰρ καὶ τῇ λύρᾳ κάτωθεν ὁ χάλκος ὑπηχεῖ πρὸς τὸ πλῆκτρον· τὸ ψαλτήριον δὲ τοῦτο τῶν ἀρ-

et inaccessum, hisce, veluti lineamenti gratia, contenti simus. Id solum addiderimus, scilicet non juxta historicam scripturæ seriem exaratos fuisse psalmos, qui videntur ab historia pendere, neque ullam aliam causam ordinis esse præter numeros, quibus psalmi instruuntur: videlicet historia psalmi quinquagesimi primi, anterior est historiæ psalmi quinquagesimi; quæ enim spectant ad Doegum Idumæum, qui apud Saul Davidem calumniatus est, nemo negaverit ea esse peccato cum uxore Uriæ anteriora. Neque absurdum id quod historiæ prius est, referri post illud quod est posterius. Quoniam, uti diximus antea, de venia argumentum cognatum est quinquagesimo numero, ille autem qui venia indignus erat, uti Doeg Idumæus, recidit ultra quinquagesimum numerum: primus enim et quinquagesimus renuntiat ea quæ ad illum pertinent. Sed et quum tertius psalmus inscribatur, *quando David fugit a facie Absalom filii sui*, palam est legentibus libros Regnorum, re evenisse quinquagesimum psalmum post quinquagesimum primum. Et quidem alia hujusmodi si quis ulterius persequendo animadvertat, tam historiæ atque inscriptionum quam ordinis psalmorum rationes accuratius deprehendet.

Æquum autem est, id quoque respicere, solum esse Davidem inter prophetas, qui vaticinatus sit cum instrumento, quod dictum est Græcis *Psalterium*, *Nabla* autem Hebræis: quod quidem solum est præ omnibus instrumentis rectissimum, nihilque curvum habet, neque etiam aptatur in sonum ex partibus inferioribus, ut usu venit in cithara et aliis nonnullis, sed e superiore parte. Etenim in cithara et in lyra ex infima parte æs resonat sub plectro. Psalterium vero illud suam vim e

1) τῆς ἱστορίας πρ. ἐπειδὴ *Mag.* mox pauca Barb. retinet ad περὶ αὐτοῦ. — 2) In margin. Vat. rejiciuntur πρῶτόν ἐστιν, ὅταν πρὸς, dein τὰ τοιαῦτα δ' ἦν in textu id., postea τηρήσει ad εὑρήσῃ. — 3) Hæc et sequentia ad πλῆκτρον compendio retinuit Eusebius p. 65. — 4) Hic ponitur nomen Origenis in Vat. Plura, etiam quæ subtiliora mox videntur, similiter Basilius comminiscitur.

μονικῶν ῥυθμῶν ἄνωθεν ἔχει τὰς ἀφορμάς, ἵνα καὶ ἡμεῖς τὰ ἄνω ζητεῖν μελετῶμεν, καὶ μὴ τῇ ἡδονῇ τοῦ μέλους ἐπὶ τὰ τῆς σαρκὸς πάθη καταφερώμεθα. Κἀκεῖνο δὲ οἶμαι, τὸν προφητικὸν [λόγον] βαθέως ἡμῖν καὶ σαφῶς [1]) διὰ τῆς τοῦ ὀργάνου κατασκευῆς ἐκδεδεῖχθαι, ὅτι οἱ ἐμμελεῖς καὶ εὐάρμοστοι τὰς ψυχὰς ῥᾳδίαν ἔχουσι τὴν εἰς τὰ ἄνω πορείαν.

Ὄργανον δὲ πάλιν ἐκ τῶν ἄνω τὴν ἀφορμὴν τοῦ ἠχεῖν ἐν ῥυθμῷ λαμβάνον, ποῖον ἂν εἴη τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων αὐτοῦ· ὄργανον τὴν εὐθύτητα μόνον τετηρηκός. Ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ [2])· ὄργανον σύμφωνον, ἐναρμόνιον, ἐμμελές, οὐδεμίαν ἀνθρωπίνην ἀσυμφωνίαν εἰληφός, οὐδὲ παρὰ μέλος τι πεποιηκός, πάντῃ δὲ τὴν ἁρμονίαν τὴν πρὸς τὸν Πατέρα τετηρηκός· ὡς γάρ φησιν αὐτός· Ὁ ὢν ἐκ τῆς γῆς, ἐκ τῆς γῆς ἐστιν, καὶ ἐκ τῆς γῆς λαλεῖ· ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐρχόμενος, ὃ ἑώρακε καὶ ἤκουσε, μαρτυρεῖ [3]).

Λοιπόν ἐστι διαλαβεῖν, ὄντων ψαλμῶν, καὶ οὐσῶν ᾠδῶν, καὶ ψαλμῶν ᾠδῆς, καὶ ᾠδῶν ψαλμῶν, περὶ τῆς τούτων διαφορᾶς [4]). Ἡγούμεθα τοίνυν ψαλμοὺς μὲν εἶναι καὶ τοὺς πρὸς τὸ ὄργανον μόνον, φωνῆς οὐ συνεζευγνυμένης, κρουομένους [5]), καὶ δι' αὐτοῦ οἱονεὶ ἀπαγγελλομένους· ᾠδὰς δὲ τὰς τῇ φωνῇ ἐκδεχομένῃ εἰς τὸ στόμα ἐπαγγελίας μουσικῆς ἐναρμόνιον ἐκφωνεῖσθαι λεγομένας ὑπάρχειν· ᾠδὰς δὲ ψαλμῶν, ὅταν προτάσσηται μὲν τὸ ὄργανον, χώραν δὲ λαμβάνῃ δευτέραν ἡ φωνὴ ἡ ἑπομένη τῇ διὰ τῶν

superis exerit, qua rhythmi harmonici eliciuntur, ut etiam nos superna quærere studeamus, neu titillante melica voluptate, in carnis passiones delabamur. Quin etiam illud opinor, ex prophetica ratione qua instrumentum construitur, alte nobis et clare demonstratum fuisse, quod qui argutam et harmonicam indolem obtinent, facilem ad cœlestia aditum habeant.

Instrumentum vero, cujus iterum dicam sonum rhythmicum esse a superna parte repetendum, hujusmodi esse possit quale corpus Christi et sanctorum ejus: organum nempe quod rectitudinem solam retinet: « Peccatum enim non fecit, neque inventus est dolus in ore ejus; » organum concinnum, harmonicum, melicum; quod nullam hominum dissonantiam admisit, nullo extra melodiam tono absonum, sed omnino servavit integrum cum Patre concentum, perinde ac ipsemet dixit: « Qui de terra est, terrenus est, et terrena loquitur; qui ex cœlo venit, quod vidit et audivit, testatur *(d)*. »

Cæterum singillatim quum psalmi dentur, et dentur odæ, et psalmi odarum, et odæ psalmorum, de singulorum discrimine agendum est. Arbitramur igitur, *psalmos* quidem esse quotquot solo instrumento aptati sonant, illiusque pulsu quasi emittuntur, nulla voce cum eodem conjuncta; *odas* vero dici eas quæ addita voce, in musicum oris concentum excieri dicuntur; *odarum* autem *psalmos* adesse, quum præmittitur musicum instrumentum, locum autem secundùm vox consequitur, sese ad chordarum melodiam attemperans; *psalmos*

(d) Hilarius. *Prol. n.* 7. Eo enim organo prophetatum est, græce *Psalterio*, hebraice *Nabla* nuncupato, quod unum omnium musicorum organorum rectissimum est, nihil in se vel perversum continens, vel obliquum, neque quod ex inferioribus locis in sonum concentus musici commovetur: sed in formam Domiuici corporis constitutum organum... non humili et terreno spiritu, ut cætera terræ organa personant. Non enim ille humilia atque terrena in ipso corporis sui organo prædicavit, sicut ipse dixit: *Qui est de terra*, etc.

1) σοφῶς *Mag.* — 2) I Petr. II, 22. — 3) Joan. III, 31, 32. — 4) Recurrit Eusebius cum jejuno compendio. — 5) κρουομ. καὶ δι' ὀργάνου μουσικὴν μελῳδίαν, ᾠδὰς δὲ *Mag.*

χορδῶν [1]) μουσικῇ· ψαλμοὺς δὲ ᾠδῶν, ὅτε προτέτακται μὲν ἡ φωνὴ, ταύτης δὲ ἤρτηται ὁ ἐκείνης συγγενὴς ἦχος ἀποδιδόμενος εὐρύθμως διὰ τῶν ὀργάνων· καὶ ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὸ ῥητὸν τῶν σημαινομένων.

Κατὰ δὲ τοὺς τῆς ἀναγωγῆς νόμους, ψαλμὸς μὲν ἂν εἴη, ὅτε τὸ ὄργανον τὸ σῶμα κρούοντες, διὰ τῶν καλῶν ἔργων πρᾶξιν ἀγαθὴν ἐπιτελοῦμεν, κἂν μὴ πάνυ ἐν τῇ θεωρίᾳ προκόπτοντες ὑπάρχωμεν [2]). Ὠδὴ δὲ, ὅτε χωρὶς τοῦ πρακτικοῦ, θεωρήσαντες τὰ τῆς ἀληθείας μυστήρια, τούτοις συγκατατιθέμενοι, φρονοῦμεν τὰ κάλλιστα περὶ Θεοῦ καὶ τῶν λογίων αὐτοῦ, γνώσεώς τε φωτιζούσης καὶ σοφίας ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν τρανουμένης. Ὠδὴ δὲ ψαλμοῦ, ὅτε προαγούσης πράξεως ἀγαθῆς, κατὰ τὸ προειρημένον· Ἐπιθυμήσας σοφίαν, διατήρησον ἐντολὰς, καὶ Κύριος χορηγήσει σοι [3]) αὐτήν· συνίεμεν, κριθέντες ἄξιοι ὑπὸ Θεοῦ τῆς ἀληθείας, τὰ τέως ἡμῖν ἀποκεκρυμμένα. Ψαλμὸς δὲ ᾠδῆς, ὅτε τεθεωρηκότες, τῆς γνώσεως σαφηνιζούσης, τινὰ τῶν κεκρυμμένων ἠθικῶν, πρότερον ἐπὶ τὸ πράττειν γινόμεθα, συνιέντες καὶ ὃ πρακτέον, καὶ ὅτε πρακτέον, καὶ ὡς πρακτέον. Καὶ τάχα διὰ τοῦτο αἱ πρῶται ἐπιγραφαὶ οὐδαμῶς περιέχουσι τὰς κατ' αὐτὰς ᾠδὰς, ἀλλὰ μόνον ψαλμὸν ἢ μόνους ψαλμούς· οὐ γὰρ ἀπὸ θεωρίας ἄρχεται ὁ ἅγιος, ἀλλ' ἁπλούστερον πιστεύσας κατὰ ὀρθοδοξίαν, ταῖς πραττομέναις πράξεσιν ἑαυτὸν ἐπιδίδωσιν. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τέλει πολλαὶ ᾠδαὶ καὶ ὅπου ἀναβαθμοὶ οὐδαμοῦ ψαλμὸς, οὔτε κατ' αὐτὸν οὔτε μετά

vero *odarum*, quando voce præstituta, juxta eam cohibetur sonus ei consimilis et affinis ab instrumentis concinne elicitus *(e)*. Et hactenus hæc, juxta litteram eorum quæ significavimus.

Respectu autem ad leges sublimioris intellectus, aderit quidem *psalmus*, quando organum sive corpus pulsantes, per honesta opera bonam perficimus actionem, etiamsi nondum in contemplatione magnopere progrediamur. *Ode* autem, quum secluso actu, contemplantes veritatis mysteria, iisque inhærentes, mente amplectimur sententias optimas de Deo et ejus oraculis, scientia nos illuminante et sapientia animos nostros collustrante. *Psalmi* autem *ode* erit, si præmisso opere bono, juxta dictum illud: « Desiderasti sapientiam? Observa mandata, et Dominus tibi largietur eam: » intelligimus, quum fuerimus æstimati a Deo digni veritate, ea quæ hactenus nobis fuerant abscondita. *Psalmus* autem *odae* erit, ubi jam evecti ad contemplationem, scientia nos edocente, nonnullorum ex moralibus arcanis, tum primum ad opus accingimur, intelligentes et quod agi oporteat, et quando agendum sit, et quomodo agendum. Ac fortasse propterea fit, ut priores inscriptiones minime contineant singulas ex ordine odas, sed solum psalmum aut singulos psalmos. Haud enim a contemplatione sanctus exorditur, sed fidem candidiorem præbens orthodoxiæ dogmatibus, tum actibus peragendis se tradit. Idcirco in fine libri multæ sunt odæ, atque ubi *Gradus*, nullibi *psalmus*, nec

(e) Hilarius. *Prol. n.* 19. *Psalmus* est, quum cessante voce, pulsus tantum organi concinentis auditur. *Canticum* est, quum cantantium chorus, libertate sua utens, neque in consonum organi astrictus obsequium, hymno canoræ tantum vocis exultat. *Canticum* autem *psalmi* est, quum organo præcinente, subsequens et æmula organi vox chori cantantis auditur... *Psalmus* vero *Cantici*, quum choro ante cantante, humanæ cantationis hymno ars organi consonantis aptatur, vocisque modulis præcinentis pari psalterium suavitate modulatur.

1) τῇ τῶν χορδῶν μουσικῇ *Mag.* qui etiam seriem intervertit. — 2) ὑπάρχωμεν om. *Mag.* — 3) Eccli. I, 23. Infra habebis S. Eucherii quæstionem XLIV, *quid inter psalmum et canticum interest?*

τινος ἐπιπλοκῆς, ἀλλὰ πάντα ᾠδαὶ κατ' αὐτάς· ἐν γὰρ ταῖς ἀναβάσεσι πρὸς οὐδενὶ οἱ ἅγιοι ἔσονται ἢ πρὸς μόνῳ τῷ θεωρεῖν.

Καὶ ταῦτα εἰρήσθω ἡμῖν καθολικὰ, δουλεύουσιν τοῖς σημαινομένοις τῆς ἑρμηνείας τῶν ἑβδομήκοντα.

Ἐπεὶ δὲ εὕρομεν παρὰ τοῖς ἑβδομήκοντα καὶ Θεοδοτίωνι καὶ Συμμάχῳ, ἐπί τινων κειμένων ἐν μέσῳ ψαλμῶν, οὐκ ὀλίγων, τὸ διάψαλμα, ἐστοχασάμεθα, μήποτε ὑπεσήμαναν οἱ θέντες αὐτὸ, ῥυθμοῦ τινὸς ἢ μέλους μεταβολὴν γεγονέναι κατὰ τοὺς τόπους, ἢ καὶ τρόπον διδασκαλίας εἰς ἕτερον τρόπον, ἢ διανοίας ἢ δυνάμεως λόγου ἐνάλλαγμα [1]). Οὐδὲ δὲ παρὰ τῷ Ἀκύλᾳ κεῖται, οὔτε ἐν τῷ ἑβραικῷ, ἀλλ' ἀντὶ διαψάλματος γέγραπται Ἀεί.

Καὶ τοῦτο [2]) δέ σε μὴ παρέλθοι, ὦ φιλολόγε [3]), ὅτι καὶ τὸ ψαλτήριον εἰς πέντε διεῖλον βιβλία οἱ Ἑβραῖοι, ὥστε εἶναι καὶ αὐτὸ ἄλλον Πεντάτευχον· ἀπὸ γὰρ α' ψαλμοῦ μέχρι μ', μίαν ἐλογίσαντο βίβλον· ἀπὸ δὲ μα' ἕως οα' δευτέραν ἡγήσαντο· ἀπὸ δὲ οβ' ἕως πη' τρίτην βίβλον ἐποίησαν· ἀπὸ δὲ πθ' ἕως ρε' τετάρτην· ἀπὸ δὲ ρς' ἕως τοῦ ρν' τὴν πέμπτην. Ἕκαστον γὰρ ψαλμὸν ἐν τῷ τέλει ἔχοντα· Εὐλογητὸς Κύριος, γένοιτο! γένοιτο! τοῦτο τέλος βιβλίου ἐδικαίωσαν...

Πότε καὶ ὅπως εἰς ταύτην ἦλθε τῶν ψαλμῶν τὴν ἐπίνοιαν ὁ θεῖος Δαυίδ; Δοκεῖ μὲν καὶ πρῶτος καὶ μόνος καὶ ἐξ ἀρχῆς, ὅτε καὶ τοῖς δακτύλοις ἔλεγεν ἁρμόζεσθαι τὸ

per se solus, neque cum aliqua societate, sed tantummodo odæ singulares. In *ascensionibus* enim nulli negotio sancti vacant, nisi soli speculationi.

Et hæc generatim dicta a nobis sunto, qui servili more sequimur ea quæ annotantur a septuaginta interpretibus.

Jam vero quum invenimus apud LXX et Theodotionem ac Symmachum, in quibusdam psalmis, hisque non paucis, in medio positum *Diapsalma*, suspicati sumus, annon intellexerint hi qui illud interposuere, cujusdam rhythmi aut melodiæ mutationem pro his locis factam, sive docendi modum pro alio statuendum, sive sententiam aut vim orationis mutatam *(f)*. Id vero apud Aquilam non jacet, neque in Hebraico, ubi pro *Diapsalmate* scriptum est *semper*.

Neque illud te prætereat, o Verbi amator, quod Hebræi psalterium in quinque libros diviserunt, ut instar sit alterius Pentateuchi: namque a primo psalmo ad XL primum librum computarunt, a XLI ad LXXI alterum deduxerunt, a LXXII ad LXXXVIII tertium effecerunt librum, quartum ab LXXXIX duxerunt ad CV, a CVI ac CL quintum instituerunt; rati scilicet quemque psalmum, qui in fine haberet: *Benedictus Deus, fiat, fiat*, hunc libri esse postremum *(g)*.

Quo autem tempore, quove pacto hanc psalmorum rationem divinus David excogitavit? Primus quidem ac solus videtur fuisse, idque ab initio, quum elegit psalterium digitis co-

(f) Hilarius. *Prol.* 23. In *Diapsalma* vero, quod interpretum plurimis psalmis est, cognoscendum est, demutationem aut personæ aut sensus sub conversione modi musici inchoari, ut sic ubi *Diapsalma* intercesserit, aut aliquid aliud dici, aut etiam ab altero dici, aut in altero artis musicæ modulo cantari, intelligendum sit.

(g) Hilarius. *Prol. n.* 1. Aliqui Hebræorum eos in quinque libros divisos volunt esse: ut sit usque in XL liber primus, etc. Ob quod hi omnes psalmi in consummatione sua habeant: *Fiat, fiat.*

1) Hic plura om. et plura postea addit De Magistris quæ extra chorum omnino canunt. — 2) Solus Casan. sequentia dedit. — 3) Hic Origenes videtur alloqui amicum suum Ambrosium.

ψαλτήριον. Εἰ γὰρ καὶ ἕτερος ἦν ὁ καταδείξας ψαλτήριον καὶ κιθάραν, ἀλλ' ἄλλως ἐκεῖνος ἄτεχνόν τι καὶ ἰδιωτικὸν συμπήξας ἢ διατείνας ὄργανον, καὶ οὔτε πρὸς μέλος, οὔτε πρὸς λόγον ᾄδων, ἀλλ' ἀγροῖκόν τινα παίζων τέρψιν. Ὁ δὲ πρῶτος μετ' ἐκεῖνον εἰς ῥυθμὸν ἀγαγὼν τὸ πρᾶγμα καὶ τάξιν καὶ τέχνην, ἀλλὰ καὶ τῷ μέλει συγκαταμίξας τὸ ᾆσμα, καὶ τὸ μεῖζον πρὸς Θεὸν, ἢ Θεὸν ᾄσας, οὗτος ὁ θεοφορώτατος, ἀρξάμενος μὲν ἐκ ποιμένων καὶ παίδων ἰδιωτικώτερόν τε καὶ ταπεινότερον, γενόμενος δὲ καὶ εἰς ἄνδρα καὶ βασιλέα, ἐνδοξότερον ὁμοῦ καὶ κοινότερον. Λαβεῖν δὲ λέγεται μάλιστα τὴν ἐπίδοσιν τοῦτο, μετὰ τὴν ὑπ' αὐτοῦ τῆς κιβωτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἀποκατάστασιν· ἧς πολλὰ τότε προχορεύσας, καὶ πολλαχοῦ ᾄσας εὐχαριστήριά τε καὶ εἰσδεκτήρια, ἅμα μετ' ὀλίγον καὶ τὴν φυλὴν ὅλην εἰς κλῆρον τῶν Λευιτῶν λαβὼν, ἀρχὰς μὲν ἀπολέγεται τῶν χορῶν τέσσαρας, Ἀσάφ, Αἱμὰν, Αἰθὰμ, Ἰδιθοὺμ, ἐπειδὴ καὶ πάντων τῶν ὁρωμένων ἀρχαὶ τέσσαρες· τοὺς δὲ χοροὺς ἐξ ἀνδρῶν συνίστησιν, ἐξελὼν τῶν ἄλλων καὶ τούτους δύο καὶ ἑβδομήκοντα, πρὸς τὰς γλώσσας ἀπαριθμήσας, οἶμαι, τὰς συγχυθείσας, ἢ μᾶλλον διακριθείσας ἐν τῇ πυργοποιΐᾳ· τί τούτων τυπῶν, εἰ μὴ δηλῶν τὸ καὶ πάσας αὐτῷ γλώσσας ὕστερον ἐξομολογεῖσθαι κοινῶς μέλλειν [1]), ὅτε καὶ ὁ Λόγος περιλάβῃ τὴν οἰκουμένην [2]);

aptandum. Nam si quis alius psalterii usum et citharæ prius ostendit, is plane diverse, rude quiddam et vulgare compingens, vel instrumentum cogens latius, neque ad rhythmum deduxit concentum, neque ad sermonem, sed agresti quodam lusu delectatus est. Huic autem ille præeunti succedens primus, rem ad rhythmum et ordinem et artem deduxit, ac præterea carmini cantum immiscuit; quodque præstantius est, sive respectu ad Deum, sive Deum ipsum canens, idemque divinissimo correptus afflatu, exorsus primum inter pastores et a pueritia simplicius aliquid ac magis demissum, postea quam in virum et regem crevit, nobilius aliquid et aptius hominum frequentiæ edidit. Quod sumpsisse tunc maxime incrementum fertur, quum arca ab ipso in urbem constituta est; qua coram, plurimas choreas ducens, pluries quoque ad gratiarum actiones, faustumque simul receptum celebrandum, cecinit; tum paulo post, universam Levitarum tribum in sortem mittens, principes porro qui choros ducerent, quatuor delegit, Asaph, Æman, Ætham, Idithum, quando quidem sunt quatuor omnium quæ cernuntur prima elementa; tum choros hominum constituit ac cæterorum ex numero selegit hos duos supra septuaginta, ad linguas respiciens, opinor, confusas vel potius divisas in turris ædificatione. Ecquid hoc ipso jam exhibuit, nisi quod ostenderet, omnes aliquando linguas secum conjunctim oportere in eamdem laudis formam consonare, quum scilicet Verbum orbem hominum universum occupasset?

1) ἤμελλον cod. — Mox fort. melius περιλάβοι. — 2) Omnia cum n. VI per totum conveniunt.

VIII.

Διὰ τοὺς ἐπιγεγραμμένους ψαλμοὺς Εἰς τὸ τέλος, ἐπελεξάμεθα τοὺς ὅρους· αὐτοῦ, ἐκ μὲν τῶν Ἀριστοτέλους οὕτως ἔχοντας· Τέλος ἐστὶν οὗ ἕνεκεν τὰ ἄλλα, αὐτὸ δὲ οὐδενὸς [1]) ἕνεκεν. Ἢ οὕτως· οὗ ἕνεκεν τὰ ἄλλα, αὐτὸ δὲ οὐκ αὐτῶν [2]) ἕνεκεν. Ἢ οὕτως· δι' οὗ τὰ ἄλλα τις πράττει, αὐτὸ δὲ διὰ μηδὲν ἄλλο. — Ἐκ δὲ τῶν Ἡροφίλου [3]), περὶ Στωϊκῆς ὀνομάτων χρήσεως, οὕτως· Τέλος δ' εἶναι λέγουσι κατηγόρημα, οὗ ἕνεκεν τὰ λοιπὰ πράττομεν, αὐτὸ δὲ οὐδενὸς ἕνεκεν· τὸ δὲ συζυγοῦν τούτῳ, καθάπερ ἡ εὐδαιμονία τῷ εὐδαιμονεῖν, σκοπόν· ὃ δὴ ἔσχατόν ἐστι τῶν ἀφετῶν.

Εἰ δὲ καὶ περὶ Θεοῦ ὅρος καὶ ὅσα σημαίνεται ἐκ τῆς Θεὸς προσηγορίας, χρήσιμόν τι ἡμῖν παρέξουσιν, ἐκλεξαμένοις ἀπ' αὐτῶν τοὺς διαφέροντας τῇ γραφῇ, καὶ αὐτὸς [4]) ἐπιστήσεις.

Φησὶν οὖν ὁ αὐτὸς Ἡρόφιλος· Θεὸν μὲν γενικώτατα λέγουσι ζῶον ἀθάνατον, λογικὸν, καθὸ πᾶσα λογικὴ ψυχὴ Θεός ἐστιν. Ἄλλως δέ· ζῶον ἀθάνατον, λογικὸν, καθ' αὑτὸ ὄν, ὡς τὰς ἐν ἡμῖν περιεχομένας ψυχὰς μὴ εἶναι θεοὺς, ἀπολλαγείσας δὲ τῶν σωμάτων ἔσεσθαι. Κατ' ἄλλον δὲ τρόπον λέγεσθαι Θεὸν ζῶον ἀθάνατον, λογικὸν, σπουδαῖον, ὥστε πᾶσαν ἀστείαν ψυχὴν Θεὸν ὑπάρχειν, κἂν περιέχηται. Ἄλλως δὲ λέγεσθαι Θεὸν, τὸ καθ' αὑτὸ ὂν ζῶον ἀθάνατον [5]), ὡς τὰς ἐν ἀνθρώποις σοφοῖς περιεχομένας ψυχὰς μὴ ὑπάρχειν θεούς. Καὶ ἔτι ἄλλως λέγουσι Θεὸν, ζῶον ἀθάνατον,

Propter psalmos *In finem* inscriptos, vocis illius definitiones selegimus, ita quidem ex Aristotele: « Finis est id cujus causa alia sunt, ipsum vero nullius effectus est *(a)*. Vel sic: id cujus causa sunt alia, ipsum vero non ab illis est. Sive hoc pacto: id propter quod alia quivis operatur, ipsum vero propter nihil aliud. » — Ex Herophili autem libris, *De Stoico nominum usu*, hoc modo: « Finem vero dicunt esse categorema seu prædicatum, cujus causa reliqua facimus, ipsum vero nullius causa. Quod autem huic fini conjungit, quantum est beatitudo beatum esse, scopum appellant, quod est appetendorum ultimum. »

An vero definitiones *Dei* et variæ hujus vocis *Deus* significationes, ex iisdem scriptoribus selectæ, aliquid nobis utilitatis conferant, considerandum tibi propono.

Ait igitur idem Herophilus: « Deum quidem generalissime dicunt: animal immortale, rationale; secundum quam definitionem omnis anima rationalis est Deus. Alio autem modo: animal immortale, rationale, per semet existens; ita ut animæ, dum in nobis continentur, non sint dii, sed solutæ a corpore, dii futuræ sint. Alio autem modo, Deum dici: animal immortale, rationale, strenuum; ita ut quæque honestior anima Deus sit, etiamsi in homine contineatur. Alio item modo, Deum definiri, quod secundum se est animal immortale; quo posito, animæ sapientum dii non sunt. Et insuper alio modo Deum definiunt:

(a) Hilarius. *Prol. n.* 15. « Finis est cujus causa cætera fiunt, ipse autem nulli alii causam suam præstat. Ob finem enim omnia, nihil vero aliud post finem. Namque ad finem tenditur, sed in finem desinitur. »

VIII. Vat. 5, 6, post Origen. p. 513 BB.
1) μηδενὸς edd. — 2) οὐκ αὐτοῦ codd. ἕνεκα edd.— 3) Unicus locus est unde innotuit Herophilus Stoicus ejusque liber, nec plura repperit Fabricius *Bibl. gr.* III, 564. Harles. Sed Zonaras in *Lexico:* Τέλος, οὗ ἕνεκα τὰ ἄλλα, αὐτὸ δὲ οὐδενός ἕνεκα, tacito Aristotelis nomine, ac silente prorsus editore Tilmanno, p. 1721. — 4) καὶ αὐτοὺς Vat. 5. — 5) In-

σπουδαῖον, ἔχον τινὰ ἐπίστασιν [1]) ἐν τῷ κόσμῳ κατὰ τὴν διοίκησιν, ὃν τρόπον ὁ ἥλιος καὶ ἡ σελήνη. Ἄλλως δὲ λέγουσι [2]) Θεὸν, τὸ πρῶτον διοικητικὸν τοῦ κόσμου. Ἐπὶ πᾶσι δὲ Θεὸν λέγουσι, ζῶον ἄφθαρτον, καὶ ἀγέννητον, καὶ πρῶτον βασιλέα, ἣν ἔχει χώραν ὁ σύμπας κόσμος.

animal immortale, strenuum, habens aliquam præfecturam in mundo secundum administrationem, quemadmodum sol et luna. Alio modo dicunt, Deum esse primum administratorem mundi. Super omnia autem dicunt, Deum esse animal incorruptibile, et non genitum, et primum regem, qui locus universo mundo est.»

terponunt edd. σπουδαῖον, ut alias. — 1) ἐπιστασίαν edd. — 2) λέγει Θεὸν τὸν πρῶτον ib.

IX.

Ἰστέον ὡς ἡ καθόλου τῶν ψαλμῶν ὑπόθεσις εἰς ταῦτα διαιρεῖται τὰ μέρη, εἰς τὸ ἠθικὸν καὶ τὸ δογματικόν.

Ἀλλὰ τὸ ἠθικὸν πάλιν τομὴν ἔχει ταύτην· τινὲς μὲν γὰρ τῶν ψαλμῶν τὸ ἑκάστου ἔθος ἐπανορθοῦσι· τινὲς δὲ τὸ ἔθνος τῶν Ἰουδαίων μόνον· τινὲς δὲ καὶ κοινῶς πάντας ἀνθρώπους.

Πάλιν τὸ δογματικὸν διῄρηται εἰς δύο· τινὲς μὲν γὰρ ψαλμοὶ πρὸς τοὺς αὐτόματα νομίζοντας τὰ ὄντα· ἕτεροι δὲ πρὸς τοὺς ἀπρονόητα λέγοντας. Ὁ μὲν γὰρ αὐτόματα δογματίζων, εἰκότως καὶ ἀπρονόητα ὑπολαμβάνει· ὁ δὲ τὰ ἀπρονόητα λέγων, οὐ πάντως καὶ αὐτόματα λέγει· ἀλλὰ δημιουργὸν μὲν ὁμολογεῖ τοῦ παντός· ὅν τινα δὲ καὶ ὁμολογεῖ, τὴν δὲ πρόνοιαν αὐτοῦ, ἢ καθόλου ἀναιρεῖ, ἢ ἕως τῶν οὐρανίων πραγμάτων περιγράφει. Καὶ πρὸς τοὺς οὕτως οὖν ὑπολαμβάνοντας, ποιοῦνται τοὺς ἐλέγχους οἱ ψαλμοὶ, ὅτι τε Θεὸν καὶ δημιουργὸν ἔχουσι τὸν αὐτὸν ὄντα, καὶ ὅτι ἡ πρόνοια αὐτοῦ ἄχρι καὶ τῶν σμικροτάτων καθικνεῖται, καὶ οὐδὲν τῶν παρ' αὐτοῦ εἰς τὸ εἶναι ἀχθέντων ἀμοιρεῖ καὶ τῆς εἰς τὰ ἔπειτα προνοίας. Οὐ γὰρ ἔμελλεν ὁ Θεὸς, περὶ μὲν τὸ ποιεῖν τὰ μικρὰ καὶ τὰ εὐτελῆ εἶναι δυνατὸς, περὶ δὲ τὸ προνοεῖν τῶν λεπτοτά-

Sciendum est psalmorum argumentum generatim in duas divisum esse partes, moralem et dogmaticam.

Sed et pars ethica iterum subdividitur: aliquot enim psalmorum mores singulorum dirigunt, aliquot gentem solam Judæorum, aliquot vero communitatem hominum.

Rursus dogmatica pars in duas dividitur: nonnulli enim psalmorum ad eos diriguntur, qui sponte nata reputant ea quæ sunt; alii vero eos qui admittunt imprævisa. Is vero qui sententiam tenet sponte nascentium rerum, consequenter supponit easdem prævisionem superare. Qui autem imprævisa esse dicit, non omnino ea spontanea esse concedit, sed Creatorem orbis universi confitetur: quem simul ac confitetur, ejus tamen providentiam vel tollit prorsus, vel quoad cœlestia tantum negotia circumscribit. Porro eos qui hujusmodi opiniones ferunt, psalmi redarguunt, quia et Deum et Creatorem statuunt unum eumdemque esse, et quod ejus providentiæ vestigia usque ad tenuissimas creaturas pertingunt, et quod nulla earum rerum quæ per ipsum ex nihilo eductæ sunt, expers est ejus in futurum providentiæ. Haud enim oportuit Deum, ex una parte potestatem

IX, X. Ex Vat. 6. Favent antiquitati amborum scholiorum ea quæ spectant ad philosophos de creatione et providentia perperam disputantes; obstant vero psalmi dicti Μακκαβαϊκοί, quod sapit Theodori Mops. palæstram. Rara autem sunt, uec video cuinam vel dubitando tribuantur.

των εἶναι ὀλίγωρος, καὶ τούτων ἀμελεῖν διὰ δῆθεν ἀξίας ὑπεροχῆς, ὧν οὐκ ἀπηξίωσε γενέσθαι δημιουργός.

Ἔστιν καὶ ἑτέρα ὑπόθεσις τῶν ψαλμῶν, ἡ κατὰ Βαϐυλῶνα αἰχμαλωσία· κἀκεῖ δὲ τομή ἐστι, μᾶλλον δὲ τομαὶ πολλαί· οἱ μὲν γὰρ τῶν ψαλμῶν εἴρηνται ὡς μελλόντων αἰχμαλωτίζεσθαι, οἱ δὲ ὡς ὄντων αὐτόθι, ἕτεροι ὡς ἐλπιζόντων ἐπανελθεῖν, ἄλλοι δὲ ὡς ἐπανελθόντων ἤδη.

Εἰσὶ καὶ ἄλλοι ψαλμοὶ διηγηματικοὶ παρελθόντων ἤδη πραγμάτων, διηγουμένου δηλαδὴ τοῦ προφήτου τὰ κατ' Αἴγυπτον καὶ τὰ κατὰ τὴν ἔρημον, εἰς ὠφέλειαν τῶν μετὰ ταῦτα.

Εἰσὶ καὶ Μακκαϐαϊκοί, τινὲς μὲν αὐτῶν ἰδικῶς εἰρημένοι ἐκ προσώπων ἰδικῶν, ὡς τοῦ Ὠνίου, καὶ εἴ τις τοιοῦτος· τινὲς δὲ ἀπὸ τοῦ κοινοῦ πάντων, ὁμοῦ τῶν Ἰσραηλιτῶν ὑπομενόντων ἔτι τὰ πάθη· εἰσὶ καὶ ἄλλοι ἰδικῶς ἁρμόζοντες τῷ Ἱερεμίᾳ καὶ τῷ Ἐζεχίᾳ, τοῦ δὲ προαγορευτικοῦ εἴδους. Εἰσὶ καὶ οὗτοι· οἱ μὲν γὰρ συμφορὰς μηνύουσιν ἐσομένας τῷ ἔθνει διὰ πλῆθος ἁμαρτιῶν· οἱ δὲ καὶ παράδοξά τινα θαύματα ἐπακολουθήσοντα ταῖς συμφοραῖς· οὗτοι δὲ πάντες ποικίλως εἰσὶν ἐσκευασμένοι πρὸς τὴν τῶν ἐσομένων ποικιλίαν, τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου προαποθεμένου θεράπευμα τοῖς ὀδυνωμένοις.

habere res faciendi exiguas et parvi momenti, ex altera autem in hisce minimis providendis esse negligentem, ac propter sublimiorem inde majestatem, ea non curare, quæ Creator ad vitam educere non dedignatus est.

Est autem et aliud psalmorum argumentum, Babylonica captivitas: qua de re divisio est, quin immo multiplex. Alii enim psalmorum respiciunt eos qui captivi futuri sunt; alii, eos qui jam in exilio sunt; alii, eos qui reditum sperant; alii demum, eos qui jam reversi sunt.

Alii autem psalmi sunt historici, propheta nimirum inter ea quæ jam præterierunt, enarrante gesta in Ægypto et in deserto, ad seriorum emolumentum.

Sunt etiam psalmi Macchabæici, nimirum nonnulli horum proprie dicuntur in persona certarum personarum, sicut Oniæ, aut similium. Alii generatim omnes respiciunt, mala nempe toti Israeli adhuc imminentia. Alii speciatim coaptantur Jeremiæ et Ezechiæ, et modo quidem prophetico. Inter eosdem psalmos, hi porro calamitates minantur genti ob multitudinem peccatorum; hi vero addunt incredibiles quosdam eventus, quos sequentur calamitates. Et hi quidem omnes diversimode fuerunt constituti, ob rerum futurarum varietatem, Spiritu sancto in antecessum medelam afflictis subministrante.

X.

Ἰστέον δὲ ὡς τὸ προφητικὸν ἅπαν εἶδος τριχῆ τέμνεται, εἴς τε τὸ μέλλον, καὶ τὸ ἐνεστὸς, καὶ τὸ παρεληλυθός· προφητεία μὲν γάρ ἐστιν καὶ ἡ τοῦ Μωϋσέως διήγησις, διηγουμένου τὰ κατὰ τὸν Ἀδὰμ καὶ τοὺς ἀνέκαθεν χρόνους· προφητεία δὲ ἡ τοῦ κεκρυμμένου εὕρεσις, ὡς ἐπὶ τοῦ Πέτρου γεγένηται, ἀναγνόντος τὴν κλοπὴν τοῦ Ἀνανίου καὶ τῆς Σαπφείρας. Κυριωτέρα δέ ἐστιν

Noscere autem est, modum dicendi prophetice tripliciter dividi, in tempus nempe futurum, in præsens et in præteritum. Prophetia enim est illa Moysis enarratio, gesta referentis Adami et tempora superiora. Prophetia autem est detectio rei absconditæ, ut Petro contigit recognoscenti furtum Ananiæ et Sapphiræ. Proprie autem loquendo, ea prophetia est quæ futurum prædicit, et hoc eventurum post mul-

προφητεία ἡ τὸ μέλλον προηγορεύουσα καὶ τοῦτὸ τυχὸν μετὰ πολλὰς γενεὰς, ὡς εἶπον οἱ προφῆται τὴν Χριστοῦ παρουσίαν, καὶ οἱ ἀπόστολοι τὴν τῶν ἐθνῶν περὶ τὴν πίστιν ὑπακοὴν, καὶ τῶν Ἰουδαίων τὴν ἀποβολήν.

tas generationes, veluti quum prophetæ adventum Christi nuntiarent, et apostoli vaticinarentur, futurum esse ut gentes in fide obedirent, et Judæi rejicerentur.

XI.

Οὗτοι πάντες οἱ ψαλμοὶ, οὓς προσηύξατο Δαυὶδ ἐν πάσαις ταῖς θλίψεσιν αὐτοῦ, ἐν αἷς ἦν διωκόμενος ὑπὲρ τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, ἐν οἷς καὶ ἐῤῥύσατο αὐτὸν ὁ Κύριος ἐκ πάσης θλίψεως.

ρνα'. Ἰδιόγραφος τοῦ Δαυὶδ, ὅτε ἐμονομάχησε τὸν Γωλιάθ.
πη'. Προφητεύει Δαυὶδ περί τε αὐτοῦ καὶ τοῦ Χριστοῦ.
ρμγ'. Τῷ Δαυὶδ πρὸς τὸν Γωλιάθ.
νη'. Ὅτε ἀπέστειλε Σαοὺλ θανατῶσαι αὐτόν.
νς'. Εἰς τὸ σπήλαιον τὸ Ὀδολάμ.
ς'. Ἐν ὕμνοις τοῦ Δαυίδ.
λγ'. Ὅτε Δαυὶδ ἔρχεται εἰς Νομβᾶ πρὸς Ἀβιμέλεχ τὸν ἱερέα.
λγ'. Ὁπότε ἠλλοίωσε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.
λα'. Τὸν Δαυὶδ διαβάλλει Δωήκ.
ρη'. Τοῦ Δαυὶδ [περὶ] τῆς ἱστορίας.
ξβ'. Εἰς τὴν ἔρημον φεύγει Δαυίδ.
ρμα'. Ἐν τῷ σπηλαίῳ προσεύχεται.
νγ'. Οἱ Ζιφαῖοι διαβάλλουσι Δαυίδ.
ρλθ'. Τοῦ Δαυὶδ τῆς ἱστορίας.
νε'. Οἱ ἀλλόφυλοι ὅτε ἐν Γὲθ ἐστί.
νθ'. Μετὰ θάνατον Σαούλ.
ν'. Ὅτε ἦλθεν πρὸς αὐτὸν Ναθὰν ὁ προφήτης διὰ τὴν τοῦ Οὐρίου.
ιζ'. Τῷ παιδὶ Κυρίου τῷ Δαυίδ.
ζ'. Ὑπὲρ τῶν λόγων Χουσὶ τοῦ Ἐμμενεί.
γ'. Ὅτε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ.
ρμβ'. Ὡς κατεδίωκεν αὐτὸν Ἀβεσσαλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ.
ρμα'. Αἴνεσις τῷ Δαυίδ.

XI. Ex Vat. 342, f. 15. Pertinere hoc videtur ad superiora schemata, ac dato consilio, retulisse fere constantem historicam seriem rerum Davidicarum.

XII.

Epigramma in psalterium.

Ἄκουε Δαυὶδ, τοῦ παρ' ἡμῖν Ὀρφέως [1])·
Φόρμιγγα κινεῖ μυστικῆς μελῳδίας·
Σιγᾶν δὲ ποιείτω παθῶν τὰ θηρία,
Ὅτε σφαλεῖσα τοῦ πρέποντος ἡ φύσις,
Πρὸς θηριώδεις ἐκτρέπει δυσμορφίας·
Τοῦ Πνεύματος τὰ θεῖα τόξα καὶ βέλη
Τείνας ὁ Δαυὶδ ψαλμοκινήτῳ [2]) λύρᾳ,
Ἅπασαν ὄντως προσβολὴν μὲν δαιμόνων

Aurem Davidi cede, nostroque Orpheo;
Movet citharam mysticæ melodiæ:
Jubeat vero silere voluptatum feras,
Cum oblita servare decorum, natura
Incauta currit ferina in scelera:
En Spiritus arcum tendens sagittasque sacras,
Tibi David jaculatur cita psalmorum in lyra,
Omnesque jam sævorum dæmonum impetus

XII. Ex Vat. 14, Barberin. III, 59, f. 14, in quo titulus est Ἴαμβοι, et initium a v. 6. — Nonnulla Allatius dedit in Diss. I *de libr. eccl. Graec.* p. 63.

[1]) Ab illo senario Georgii Pisidæ in Hexaemeron v. 90
Ὁ σὸς γὰρ Ὀρφεὺς τὴν θεόφθογγον λύραν
Κρούων ὁ Δαυὶδ κτλ.
mirum quot Orpheica de regio Psalte Byzantini recantarent usque ad Euthymium Zigabenum ea clamantem: Ὁ καθ' ἡμᾶς Ὀρφεὺς, ὁ πρῶτος τῶν ἀρετῶν καλλιγράφος, ὁ πρῶτος τῶν τριῶν ὑποστάσεων τῆς μιᾶς Θεότητος, κτλ. *Patrol.* CXXVIII, 42. —

[2]) ψαλμοκίνητος in lexicis desideratur.

Βάλλει, τιτρώσκει, καὶ διώκει, καὶ τρέπει·
Πιστῶν δὲ πᾶσαν πρὸς Θεὸν πτεροῖ φρένα,
Καὶ τῶν χαμερπῶν ἐξανιστᾷ φροντίδας
Πρὸς τὴν ἐν ἔργοις ψυχικὴν σωτηρίαν [1].

Confodit, expellit, et exagitat, et dissipat:
Ac mentem credentûm alis ad Deum vehit,
Curasque subtus irrepentes disjicit,
Ut in operibus animas salvas faciat.

[1]) Quum ad Barberinos codd. accesserim, nolim silentio prætermittere cod. III, 91, f. 241, ubi sat egregius pictor lyram quasi penicillo pulsavit, ut regium Orphea simul celebraret atque imperatorem Manuelem, ut opinor, et reginam et juvenem purpuratum, quæ trias coruscat a fronte codicis elegantissimi. Sed audi poetam, fortasse et pictorem:

Ὁ γῆς ἀνάσσων καὶ πόντων καὶ τῶν ὅλων,
Καὶ Δαυὶδ εὑρὼν ἄξιον σκηπτουχίας,
Αὐτὸς τέθεικε σῇ κορυφῇ τὸ στέφος·
Ἄναξ κραταιὲ τῆς ὅλης οἰκουμένης,
Δαυὶδ ἀτεχνῶς ἄλλον εὑρὼν ἀρτίως
Τοίνυν καταστέφει σε σὺν τῇ σῇ συζύγῳ,
Ἄλλην σελήνην κοσμικῷ δοὺς ἡλίῳ
Ἀφ' ὧν τὸ θάλλος ἐκφανὲν τῆς πορφύρας κτλ.

Propero ad ultima, in coronidem Orpheo dicatam:

Ὅρα, θεατά, τὴν δρωμένην θέαν,
Πρὸς τὸν καθ' ἡμᾶς ἀτενίζων Ὀρφέα·
Δαυὶδ γὰρ οὗτος, ὃς θεωμένῃ λύρᾳ
Ὠδὴν μελιχρὰν αἰσθητὴν πέμπειν θέλει.
Τῇ δ' αὖ νοητῇ κρουσμάτων μελῳδίᾳ,
Τὸν νοῦν θειοῖ, δέλτον οὕπερ ἀρτίως
Εὖ τερματώσας, τῷ Θεῷ λέγω· Χάρις.

XIII.

Τέττιξ προφητῶν, ἡ λύρα τοῦ Πνεύματος,
Ὁ γῆν ἅπασαν ἐμφορῶν μελῳδίαις,
Ὁ πρώτης γνώρισμα τῆς ἐξουσίας...
— Ἡ μουσικὴ μὲν Ὀρφέως λύρα,
Ἕλληνες ἣν ἔφησαν οἱ μυθογράφοι
Ἅπαντα τοῖς κρούμασιν ἕλκειν ἀθρόως,
Καὶ θαῦμα [πάντων] μεῖζον εἶναι θαυμάτων,
Τοιοῦτον οὐδὲν ἐτραγῴδει [που] μέλος,
Οἵους ὁ Δαυὶδ ἐξετράνωσε λόγους.
Πᾶσαν γὰρ ἐξαιροῦσι μοῦσαν ὀργάνων,
Σύμφωνον ἐξάδουσαν ᾠδὴν ᾀσμάτων·
Παρῆκεν Ὀρφεύς, καὶ σεσίγηκεν λύρα.
Θήγει γὰρ οὔτε δένδρα καὶ ζῶα πλάνα,
Δαυὶδ δὲ νῦν πάρεστι, καὶ λαλεῖ ξένα,
Καὶ τῇ θεοφθόγγῳ τε μέλπει κιννύρᾳ [1]),
Ἠχεῖ τὰ θεῖα καὶ κροτεῖ παῤῥησίᾳ,
Ἐν γῇ μελῳδεῖ, καὶ συνᾴδει τοῖς ἄνω·
Καὶ κύκλα [2]) παμπόνηρα δαιμόνων τρέπει,
Παύει δὲ τῇ σύριγγι τῆς εὐρυθμίας,
Ὡς οἷα δυσκάθεκτα δεινὰ θηρία,
Ὁρμὰς παθῶν τε καὶ λογισμοὺς ἀστάτων·
Ἕλκει βροτῶν γένος καὶ πρὸς ὕμνους τρέπει,
Καὶ συγχορεύειν ἀγγέλοις ἐπιτρέπει·
Καὶ γὰρ σοφίζει καὶ πλατύνει καρδίαν,
Καὶ νοῦν καθαίρει, καὶ μεταίρει τῶν κάτω,
Καὶ ζεῖ τὸ πνεῦμα, καὶ καταυγάζει φρένα,
Καὶ χειραγωγεῖ πρὸς τρίβους σωτηρίας.

O prophetarum cicada, lyra Spiritus,
Qui totam reples terram canoribus,
O suavitas, quæ signum est potentiæ...
— Arguta quidem Orphei lyra,
Quam Græcorum mythographi celebrarunt
Omnia subito trahere cantibus:
Quin immo portentum cunctis majus portentis,
Nullum illa simile declamavit carmen,
Qualia David exprompsit eloquia:
Superant enim quamlibet instrumentorum musam,
Quæ canticorum excieat consonam oden.
Præteriit Orpheus, et lyra tacuit.
Excitat enim ille, non quercus aut vaga animalia,
David nempe nunc adest, et mira loquitur,
Ac modulatur kinnor divina clangens:
Divina sonat, et plaudit confidenter.
In terra canit, ac succinit cum superis;
Dæmonumque turbas pessimas evertit,
Et quiescere facit recto fistulæ concentu
Quotquot sævæ sunt indomitæ feræ,
Libidinum impetus et incompositi motus;
Mortalesque trahit et dirigit ad hymnos,
Hortaturque choros cum angelis miscere,
Etenim sapientiam cordi dat et amplitudinem:
Inspirat mentem, evehitque ab inferis,
Fovet animum, sensusque illuminat,
Manuque ducit salutis in semitas.

XIII. Initium ex Barber. III, 59, f. 14, sequentia ex Vat. 342 ubi plura sicut in præcedenti poemate καταλογάδην scribuntur et ignobili in calce latent. Plura, sed non omnia vulnera ligantur.

[1]) αὐτολεξεὶ ex Georgio Pisida. — [2]) Neutrum κύκλον rarum quidem, sed Homericum, Il. v, 722.

XIV.

Jam superiora typis mandata erant, quum favente cl. Abbate Josepho Cozza, præsto mihi fuit Catena membranea, vetus, ex Cryptoferratensi bibliotheca, nova quidem in multis, sed in summa rerum simillima Vaticano codici nostro Palatino 247, quem supra descripsi p. 407, sub num. 15.

Inscribitur A. γ. 11, *alias* CXXII; foliis constat 366, partim latine, partim græce scriptis, cum eadem elegantia, in eo præsertim insigni, quod litteræ majusculæ in utraque lingua simili arte exornantur, quæ potius Italicam, immo Gallicam scholam sapit quam Byzantinam.

Nullus titulus sive volumini sive folio primo ascribitur. Verum Nicetæ Serrarum Catenam iterum tenemus; idem procemium præfigitur, quod luci dedit Maius in *Bibliotheca nova veterum Patrum* t. III, p. 139 græce, ac latine ibid. p. II, p. 87. Idem prorsus initium: Πρόκειται μὲν ἡμῖν, eademque fere series græca commentariorum usque ad psalmum LXXVII.

Sed nova sunt innumera parerga psalterio præfixa de cyclo totius anni ecclesiastico:

Scilicet 1.° f. 1-6. Menologion, sæc. circiter XIII, insertum a cl. P. Theodoro Toscani in suas *ad Typica Graecorum animadversiones*, Romæ, 1864.

2.° f. 7, 8. Cyclus dominicalis...

3.° De cursu solis et lunæ, de Bissexto, de Nonis, Idibus et Kalendis, de Epactis etc.

4.° f. 9. Σύνταξις τῶν περιόδων τῶν η′ ἤχων καὶ τῶν ια′ ἑωθινῶν, καὶ τῶν εὐαγγελίων τῶν κυριακῶν τῆς λειτουργίας ἀπὸ τῇ κυριακῇ (sic) τῶν ἁγίων πάντων...

5.° f. 10. Διάγνωσις τῆς πρώτης ἡμέρας τῆς σελήνης ἀπὸ τοῦ κύκλου τοῦ αὐγούστου.

6.° f. 11. Διάγνωσις ἐν ποίῳ ζωδίῳ μένει ἡ σελήνη etc.

7.° Ibid. Σεληνοδρόμιον.

8.° f. 12, 13. Schemata de concursu solis, lunæ et planetarum.

Quibus absolutis f. 14, incipit Catena Nicetæ sub hac epigraphe iambica, tituli instar, purpureis clathris et flosculis ornata:

Ἀρχὴν καλὴν [τε] καὶ τέλος δίδου, Λόγε.

collatoque prologo apud Maium edito, has varietates obiter notavi:

p. 139 *ed.* — *cod. fol.* 14, cujus pagina hic dividitur in duas columellas, sive quatuor sectiones integri folii:

col. 1. σκοπῷ συμβαλλόμενα...

col. 2. τρίτον δὲ τὸ ψαλτήριον...

πολλαχοῦ τῶν ψαλμῶν...

om. καὶ ὕμνος...

τέταρτον δὲ οἱ πάντες...

om. nomina Justini et Philonis, ante Πάλαι μὲν etc. ubi plura de LXX interpretibus jam vulgata.

col. 3. Εὐθὺς ἐξέπεμπε πρὸς Ἀζαρίαν...

καὶ προτρέπων ἀριστίνδην...

om. πράγμασιν ante ὥστε τεθαύμασαι...

col. 4. μετὰ δὲ τοῦτον...

καὶ διὰ τοῦτο...

om. εὑρέθη inepte...

ed. p. 140. μίαν ἐν ἑκατέροις...

cod. fol. 15, *col.* 1. om. συχνὰς...

παντάπασιν ἀποδοκιμάσας...

om. omnia nomina Chrysostomi, Athanasii, Nysseni, Basilii, ubi ea posuit recte Maius ex codice Palatino.

om. Καὶ περὶ μὲν τούτων τοσαῦτα...

col. 2. ἐναρμονίους τοὺς φθόγγους...

εἰς τὸ ἀκροτελεύτιον τοῦ ψαλτῆρος...

fol. 16, *col.* 1, *in loco Nysseni*, paulo uberius: Εἰ δέ που ἔδοξεν αὐτῷ κατὰ μέσον τῶν ψαλμῶν, καὶ ἄλλῳ χορῷ παραδοῦναι τὸ λοιπὸν τοῦ ψαλμοῦ, τότε καὶ διαδοχὴ τοῦ ψαλμοῦ...

Εἰ πόθεν ἀθρόως...

col. 3. παρὰ τῶν ἑρμηνευσάντων...

ὁ Δαυὶδ ὀλοφύρεται...

col. 4. νοήμασι περιηχεῖσθαι...

Τὸν ἦχον ἀπεργαζόμενον...

ἣν ἀγνοεῖσθαι πᾶσα ἀνάγκη...

τῆς ζωῆς ἑαυτῷ εὐρυθμίαν δημοσιεύουσι...

cod. f. 17, *col.* 1, *in loco Chrysostomi*: Τοῦ τρίτου Ἀσάφ...

col. 2, *in loco Basilii:* Ὡς καὶ τὰ ὑπομάζια παιδία κλαυθμυριζόμενα· οὕτω κατακομίζεσθαι, καὶ γυναῖκες δὲ ἱστουργοῦσαι... καὶ γηπόνοι καὶ ὁδοιπόροι καὶ ναῦται τῷ ᾄσματι ἐκ τῶν πόνων παραμυθοῦνται.

Haud indigna, opinor, hæc tibi erunt, quibus, data occasione, doctissimi Nicetæ prologus, vel in locis insignioribus Basilii, Nysseni, Chrysostomi, emendetur et augeatur.

Pergente eodem librario sæculi XIII, nullo præmisso titulo, incipiunt in col. 2 fol. 18, scholia in ps. I. suppressis iterum nominibus, nisi quod in fine ejusdem psalmi emergant sigla Cyrilli et Maximi. tandem fol. 24 vetustior sæc. XI codex incipit græce et latine, cum novo et in-

sperato titulo: *Incipit expositio Beati Hieronymi super psalterium.* Quæ scholia latina per margines currunt, semperque græcis præeunt. Quamvis male feriatus aliquis omnem primæ paginæ marginem pessimo toxico deleverit, cæteraque minutissimo charactere oculos deterreant, quid hic lateat, mihi perspicuum est. Nam ex quatuor Pseudo-Hieronymi expositionibus, quas Vallarsius ad calcem t. VII partim collegit, manifestum est nostram esse ex illis tertiam, quam primus detexit Martianæus; ac proinde, præter breve prooemium et mutila scholia in ps. I, V, VII, IX, LXXVI, LXXVII, LXXVIII, CXXXI, CXLI, et nonnulla quæ communia sunt cum vulgato altero Pseudo-Hieronymi *Breviario in psalmos*, cætera lucem exspectant, quam vix merentur.

Ad græca scholia quod spectat, quæ ultra ps. LXXVII non pertingunt, multo elegantiori calamo pinguntur, sed etiam ea cum styli tenuitate, quæ opinionem superat et stuporem, ut nemo sine oculi et luminis amminiculo quidquam legere queat. Scriptorum nomina plerumque exstant, puta Athanasii, Basilii, Chrysostomi, Clementis, Cyrilli, Didymi, Dorothei, Dionysii Areop., Ephræmi, Eusebii, Isidori, Joannis Damasceni, Maximi, Nili, Origenis, Philonis etc. eadem porro quam apud Nicetam Serrarum, sed cum solita Catenarum varietate. Ad calcem exstant græce et latine sine ullo commentario cantica X, præmisso ps. CLI, et additis oratione Dominica, symbolo CP. et Athanasiano, doxologia angelica, et cantico *Te Deum.*

Rarus Clementis Alexandrini locus, quem supra dedimus p. 347 non tantum semel in cod. fol 23, sed bis obvius esset, nisi folium unum post 25 excidisset. Cujus varietates accedant in coronidem, haud sine nonnullo incremento, ex fol. 23, col. 3, 4:

Ἡμεῖς δὲ ἐπειδὴ περὶ παιδαγωγίας...
om. ἑαυτῷ post κατορθοῦντα...
ὡς ἂν ἐῤῥιζωθῇ φόνου δίκην αὐτό...
καὶ τὸ ὑπονόμιον...
ἀποστῶμεν ταῖς κακίαις...
ὅπως ἂν ἀποφομοιωθήσομαι...

post ξύλῳ ἀειθαλεῖ, codex addit sequentia quæ satis apte psalmum absolvere videntur, mentemque perficere Alexandrini.

XV.

Clemens Alexandrinus.

Ἀσεβεῖς δὲ μὴ μιμησώμεθα, οἱ τὴν πρόνοιαν τοῦ [δημιουργοῦ τοῦ] παντὸς ἀθετήσαντες, καὶ τὴν περὶ τοῦ καλοῦ κρίσιν τε καὶ διάγνωσιν τῆς ἑαυτῶν ἀποβεβληκότες ψυχῆς, καθευδοῦνται διηνεκῶς ἐν τῷ παραπτώματι, καὶ οὐκ ἀναστήσονται. Οὕτω γὰρ γνωσθησόμεθα ἐν τῷ Θεῷ, καὶ μεθέξομεν τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος, ἐν τε τῷ παρόντι βίῳ καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· ἐνθαῦτα μὲν ταῖς ἐλπίσι τρυφῶντες, ἐκεῖσε δὲ αὐτῶν, ἀγαθῶν ἀπολαύοντες.

Impios vero ne imitemur, qui providentiam Creatoris rerum omnium spernentes, ac repudiantes simul et de pulchritudine discrimen et suæ ipsorum animæ cognitionem, recto et continuo tractu feruntur in peccatum, neque resurgent. Sicque enim, cogniti erimus Deo et participes ipsius bonitatis, tam in hodierna vita quam in futura, in hac quidem spei nacti delicias, illic vero ipsis verisque potiti bonis.

ORIGENES

IN PSALMOS

Psalmus I.

v. 1, 2. Μακάριος ἀνὴρ, ὃς οὐκ ἐπορεύθη ἐν βουλῇ ἀσεβῶν, καὶ ἐν ὁδῷ ἁμαρτωλῶν οὐκ ἔστη, καὶ ἐπὶ καθέδρᾳ λοιμῶν οὐκ ἐκάθισεν. Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ αὐτοῦ μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός. *Vat. B.* p. 625, I.

Μακάριος οὖν ὁ τὰ ὄντως ὄντα ποθῶν. Ἀλλὰ πῶς ἐν ἀναιρέσει κακῶν ὁ μακαρισμός; κοινὸν γὰρ καὶ τῶν ἀψύχων καὶ τῶν ἀλόγων ἡ τῶν κακῶν ἀποχή· διὰ τοῦτο τοίνυν ἐπήγαγεν· Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ Κυρίου τὸ θέλημα αὐτοῦ. Τοῦτο γὰρ οὐ μόνον πέφυκεν λογικοῦ, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν καλῶν ἀναλήψεως καταρχὴ, τῶν κακῶν ἡ φυγή. Ἔκκλινον γὰρ, φησὶν, ἀπὸ κακοῦ, καὶ ποίησον ἀγαθόν. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς κλίμακος πρώτη ἀνάβασις ἡ τῆς γῆς ἀναχώρησις, οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ Θεὸν προκοπῆς, ὁ χωρισμὸς τοῦ κακοῦ. Ἀλλὰ καὶ ὅλως δὲ πᾶσα ἀργία καὶ τῆς τυχούσης πράξεώς ἐστιν εὐμαρεστέρα, ὅποιον τό· Οὐ μοιχεύσεις, οὐ

v. 1, 2. *Beatus vir, qui non abiit in consilio impiorum, et in via peccatorum non stetit, et in cathedra pestilentiae non sedit. Sed in lege Domini voluntas ejus, et in lege ejus meditabitur die ac nocte.*

Beatus igitur, qui bona optat quæ vere sunt. Sed cur in tollendis malis beatitudinis encomium? Id enim commune est etiam rebus anima ac sensu vacuis, abstinere se a malis. Quocirca subinde addit: *Sed in lege Domini voluntas ejus.* Namque non solum rationalis naturæ est, sed ad bona quoque capessenda exordium est fuga malorum. « Declina, inquit, a malo, et fac bonum. » Etenim, sicut scalam ascendenti primus gradus est a terra recessus, ita proficientis in vita juxta Deum instituta initium est a malo discedere. Quin immo et generatim omnis actus cessatio facilior est quam opus pro re nata cœptum, ut illud: « Non mœchaberis,

Ps. I. Satis erit codd. Vaticanos summatim revocare ad singulos versiculos, omissis necessariæ brevitatis causa foliis infinitis, quæ satis ab ipso psalmorum numero, seriem cuique morosius investiganti innotescunt. Codicum vero numeri ad superiorem indicem p. 407 referantur.

v. 1, 2. Vat. 1, 4, 6, 10, 17. Initium nostrum palam Theodoretus respicit, partim rescribit Basilius, cuncta pone sequitur pseudo-Theodorus Heracleota. Erit qui de Basilio ambigens, suspicetur ejus homiliam in ps. I, aperte mutilam, etiam esse interpolatam. Vix enim tanto doctore dignum tulerint, inter alia, illud scholium tum anonymo apud Corderium, tum Origeni datum in Vat. 17: Διὰ τί δὲ μὴ τὸν κατορθοῦντα τὴν ἀρετὴν μακαρίζει, ἀλλὰ τὸν μὴ πεποιηκότα τὴν ἁμαρτίαν; οὕτω γὰρ καὶ ἵππος καὶ βοῦς μακαρισθήσεται καὶ λίθος. Μικρὸν ἀναμείνας, εὑρήσεις τὸ ἴαμα· ἐπάγει γὰρ, et cætera. Hæccine Basilius Magnus? cf. ejus *opp.* I, 93 BB, Corder. *Cat.* I p. 17. — Ps. XXXVI, 27. Matth. v, 27, 41, 43; XIX, 21. — Breve lemma ἐν τῷ νόμῳ ad Athanasium Montefalconius transtulit, haud sine hoc sphalmate νόμῳ τῷ ἀγγελικῷ, statim recipe εὐαγγελικῷ.

πορνεύσεις, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀργίας ἑκάστου καὶ ἀκινησίας δεῖται. Τὸ δέ· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καί· Πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα, καὶ δὸς πτωχοῖς, καί· Ἐάν τίς σε ἀγγαρεύσῃ μίλιον ἓν, ὕπαγε μετ' αὐτοῦ δύο, ψυχῆς ἤδη νεανικῆς καὶ ἀθλητῶν ἐνεργήματα. — Εἰ γὰρ εὐθὺς προέβαλέ σοι τὰ τέλεια, ἀπώκνησας ἂν πρὸς τὴν ἐγχείρησιν· νῦν δὲ τοῖς εὐληπτωτέροις σε προεθίζει, ἵνα κατατολμήσῃς τῶν ἐφεξῆς· ὥσπερ ἐνεργήματά ἐστιν ἀθληταῖς πρέποντα, ψυχῆς ἤδη νεανικῆς δεόμεθα πρὸς κατόρθωσιν· ὥστε θαύμασον τὴν σοφίαν τοῦ διὰ τῶν εὐμαρεστέρων καὶ εὐληπτοτέρων ἐνάγοντος ἡμᾶς πρὸς τὴν τελείωσιν. — Ἔστιν ἁμαρτωλῶν ὁδὸν, τὸν διάβολον εἰπεῖν· ἐν ᾗ ὁ γενόμενος, μὴ ἐμμενέτω, κατὰ τό· Ἀντίστητε τῷ διαβόλῳ, καὶ φεύξεται ἀφ' ὑμῶν. Ὁ γὰρ μὴ στήσας ἐν αὐτῇ, πρὸς Κύριον ἥξει, τὸν εἰπόντα· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, ἐν ᾗ γινόμενος, καὶ κατὰ σκοπὸν δραμὼν, τεύξεται τῶν βραβείων.

Ἀσεβῶν, τῶν τὸν Θεὸν ἀγνοούντων.

Ἐπὶ καθέδραν, τὴν κακῶν ἐργασίαν, κατὰ διάδοσιν γενομένην.

Ἀλλ' ἢ ἐν τῷ νόμῳ, τῷ εὐαγγελικῷ δηλονότι.

Μελετήσει, τῷ βουλεύματι αὐτοῦ.

v. 3. Καὶ ἔσται ὡς τὸ ξύλον τὸ πεφυτευμένον παρὰ τὰς διεξόδους τῶν ὑδάτων, ὃ τὸν καρπὸν αὐτοῦ δώσει ἐν καιρῷ αὐτοῦ, καὶ τὸ φύλλον αὐτοῦ οὐκ ἀποῤῥυήσεται, καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ κατευοδωθήσεται.

Ξύλον ὁ Χριστὸς ἀναγέγραπται ἐν τῇ θεοπνεύστῳ γραφῇ. — Ὁ δὲ Ἀκύλας τὸ μεταπεφυτευμένον ἐξέδωκε· ἐῤῥιζόμενος γὰρ τῶν πατριαρχῶν ῥίζαις, μεταπεφύτευται εἰς τὸ καὶ ἄλλους μεταλαβεῖν αὐτοῦ τῆς εἰκόνος, τῆς κατὰ τὸ μεταφυτεύεσθαι λαμ-

non fornicaberis » et cætera porro, quæ otiari tantum quemque et quiescere postulant. Illud autem: « Diliges proximum tuum, » et: « Vende quæ possides, et da pauperibus, » et: « Si quis te angariaverit mille passus, perge cum illo ad duo millia, » hic sunt juvenis animæ ausus, hæc athletarum exercitamenta. — Quod si statim illa quæ perfecta sunt, psalmus tibi proposuerit, segnior te ad moliendum opus accinxeris: nunc vero te levioribus assuefacit, ut cætera deinceps audeas. Ut enim athletas decent exercitia, ita anima adhuc juvenili opus est, ut ad facinora recta enitamur. Unde illius mirare sapientiam, qui nos per magis obvia et expeditiora inducit ad absolutum vitæ profectum. — Licet vero *viam peccatorum* appellare Diabolum. In eam si quis inciderit, ne immoretur, juxta illud: « Resistite Diabolo, et fugiet a vobis. » Nam qui ibi non steterit, ad Dominum ibit aientem: « Ego sum via. » In qua versatus, si ad metam cucurrerit, bravium consequetur.

Impiorum, eorum qui Deum ignorant.

In cathedra, in nefario flagitio, per traditionem exacto.

Sed in lege, evangelica videlicet.

Meditabitur, in consilio Domini.

v. 3. *Et erit tanquam lignum plantatum secus decursus aquarum, quod fructum suum dabit in tempore suo, et folium ejus non defluet, et omnia quaecumque faciet, prosperabuntur.*

Christus lignum, in Scriptura divinitus afflata, ex anagoge dicitur. — Aquila vero composite edidit *transplantatum*. Radicatus enim Christus in patriarcharum stirpibus, transductus est, ut, ipsa insertione recepta, alii imaginis ejus fierent participes, quæ etiam au-

v. 3. *Lignum, Christus*, sic Melito supra p. I, 43, quem suo nomine accersivit Origenes in fusiore commentario. — *Folia.* Solus Vat. I hoc servavit dictum cujusdam sancti, an senioris alicujus Alexandrini? Recole Clementem in superiore p. 347.

βανομένης, ἣ καὶ διὰ τὴν ψυχὴν εἴρηται τοῦ Σωτῆρος μεταφυτευθεῖσα ἔνθεν εἰς τὸν παράδεισον. Ἔφη γὰρ τῷ λῃστῇ· Σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ τοῦ Θεοῦ.

Διεξόδους δὲ ὑδάτων, τὰς θείας γραφάς, ἐν αἷς ἁπανταχοῦ ἔστιν εὑρεῖν Χριστὸν κηρυσσόμενον.

Τὸν καρπὸν τοῦ ξύλου νοήσεις τὴν ὀρθὴν πίστιν.

Φύλλα δὲ αὐτοῦ, τὴν πλήρωσιν τῶν ἐντολῶν. Ἔλεγε δέ τις τῶν ἁγίων, φύλλα εἶναι τῶν ἀσκητῶν τὴν ταπεινοφροσύνην, σκέπουσαν αὐτῶν τοὺς καρποὺς, καὶ μηδέποτε πίπτουσαν. — Κατευδωθήσεται· οὐ γὰρ ἔστι πρᾶξις τῶν κατὰ Θεὸν γενομένων ἀνωφελής.

v. 4. Οὐχ οὕτως οἱ ἀσεβεῖς, οὐχ οὕτως.

Τίνες προτιθέασιν δεύτερον τὸ οὐχ οὕτως· οὔτε δὲ τὸ ἑβραϊκὸν ἀνεδίπλωσε τὴν λέξιν, οὔτε τις τῶν ἑρμηνευσάντων ἐχρήσατο ἐπαναλήψει τῆς χρήσεως.

v. 5. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει.

Εἰπὼν, οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς, εἰς κρίσιν φησὶν, οὐκ εἰς ἐρώτησιν.

v. 6. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

Τὸ γινώσκει, ἀντὶ τοῦ τιμᾷ, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ Θεοῦ πρὸς Μωϋσῆν· Γινώσκω σὲ παρὰ πάντας, καὶ ηὗρες χάριν παρ' ἐμοί. — Σημειωτέον καθολικῶς ὅτι καλὸν μόνον γινώσκεται ὑπὸ Κυρίου· καλὸν γὰρ ὁδὸς δι-

xiliante Salvatoris anima, dicitur transplantata in paradisum *(a)*. Dixit enim latroni: « Hodie mecum eris in paradiso Dei. »

Secus decursus aquarum, secus divinas Scripturas, in quibus undequaque fas est reperire Christum pronuntiatum.

In fructu ligni rectam fidem noveris.

Folia autem ejus, mandatorum consecutionem. Sanctorum aliquis majorum dixit, folia esse ascetarum humilem spiritum, quæ obtegit eorum fructus, neque unquam decidit. — *Prosperabuntur*, haud enim est inutile facere quæ secundum Deum fiunt.

v. 4. *Non sic impii, non sic.*

Nonnulli apposuerunt illud secundum: *non sic*. Sed neque hebraice duplicatur dictio, neque apud quemquam interpretum usurpatur istius modi repetitio *(b)*.

v. 5. *Ideo non resurgent impii, in judicio.*

Dum ait: *Non resurgent impii*, dicit, *in judicio*, non vero in interrogatione.

v. 6. *Quoniam novit Dominus viam justorum, et iter impiorum peribit.*

Vox illa *novit* est pro altera *honorat*, consequenter a Deo dictum est ad Moysem: « Cognosco te super omnes, et invenisti gratiam apud me.» — Notandum in universum est, quod bonum dumtaxat ita cognoscit Deus,

(a) Hilarius. Illic enim plantatum hoc lignum est, quo latronem illum, se Dominum confitentem, Dominus qui sapientia est introduxit, dicens: « Amen dico tibi, hodie etc.» — Pseudo-Hieronymus. Pro *plantatum*, transplantatum Aquila transtulit. *Lignum* autem... sapientiam puto. Sapientia autem per Apostolum Christus Dei Filius declaratur.

(b) Pseudo-Hieronymus. Id quod secundo dicitur, *non sic*, in hebræis voluminibus non habetur: sed ne in ipsis quidem LXX interpretibus. Nam in exemplis Origenis in Cæsariensi bibliotheca legens, semel tantum scriptum repperi.

v. 4. Vat. 16. Frustra Gennadio plura hic dedit Corderius, quæ per se Origeni vindicantur, et partim recipiuntur apud BB. — Vetus ille Pseudo-Hieronymus, qui testatur Origenis se tenuisse *Enchiridion* et codices, haud immerito in censum identidem revocabitur. — Tam vetus Vaticanus quam vulgati LXX utuntur ἐπαναλήψεως.

v. 5. Vat. 5.

v. 6. Vat. 5, 14, 17. Ultima ad vindicandum Origenem a decantato errore de damnatorum salute non temnenda præbent auxilia, sicut et vulgata apud BB ibidem.

καίων· ἀλλὰ καὶ ἔγνω Κύριος τοὺς ὄντας αὐτοῦ καὶ ὁδὸν δικαίων, εἰπών· Ἐγώ εἰμι ὁδός. — Ὁδὸς δὲ ἀσεβῶν, ἣν ὁδεύουσιν οἱ κακολογοῦντες δημιουργὸν, ὁμοιούμενοι χνῷ ἀπὸ ἀνέμου ἐκριπτομένῳ· διὸ τῆς ἐν κρίσει ἀναστάσεως οὐκ ἀξιοῦνται, ὡς οὐδὲ οἱ ἁμαρτολοὶ δικαίων βουλῆς. Δικαίων μὲν γὰρ ὁδὸς ἀξία γνώσεως οὖσα Θεοῦ, γινώσκεται ὑπ' αὐτοῦ· ὁδὸς δὲ ἀσεβῶν ἀπολεῖται, ὡς οὐ γινωσκομένη ὑπὸ Κυρίου. — Εἰπὼν δὲ τὴν ὁδὸν τῶν ἀσεβῶν ἀπόλλυσθαι, διωρθώσατο τὰς τῶν αἱρετικῶν ὑπονοίας, οἰηθέντων τὰς οὐσίας αὐτῶν εἰς τὸ μὴ ὂν ἀφανίζεσθαι, ἐκ τοῦ εἰρῆσθαι· ἀλλ' ἢ ὡσεὶ ὁ χνοῦς, ὃν ἐκρίπτει ὁ ἄνεμος ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς· ἀπολομένης γὰρ τῆς ὁδοῦ, ἀνύπαρκτος ἡ ἀσέβεια γίνεται, τῶν οἷς συμβέβηκε καταλειπομένων.

ut honoret illud; bona namque via justorum est. Novit Dominus eos qui sunt illius et viam justorum, ut qui dixit: « Ego sum via *(c)*. » — Iter autem impiorum, quod terunt qui blasphemant in Creatorem, simile est pulveri quem projicit ventus. Ideo digni non censentur qui resurgant in judicio, perinde ac peccatores sunt consilio justorum indigni. Justorum vero semita quum digna sit scientia Dei, ab eo cognoscitur; sed iter impiorum peribit, utpote Deo incognitum. — Dum autem asseverat iter impiorum pessum esse dandum, illa hæreticorum opinamenta, reputantium substantias suas in nihilum esse abolendas, emendavit hoc verbo: *Sed tanquam pulvis quem projicit ventus a facie terrae;* abolito enim tramite, fit impietas non existens amplius, iis licet in quos concidit, adhuc superstitibus.

(c) Pseudo-Hieronymus. Nihil aliud cognoscit Dominus, nisi quod notitia ejus dignum est... Viam autem justorum illum puto esse qui loquitur: « Ego sum via.»

Psalmus II.

Ὑπόθεσις. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ μὴ δεῖν ἀσεβεῖν ἐν τῇ ἀρχῇ τοῦ μακαρισμοῦ προετάχθη, τὸ δεύτερον ἔπος [τὰ] ἔξω τῆς ἀσεβείας γενόμενα ὑποτίθεται, τὸ εὐαγγελικὸν προαναφωνῆσαν μυστήριον· ὥστε τρόπον τινὰ ἐπιγραφὴν τοῦ δευτέρου ψαλμοῦ τὸν πρῶτον εἶναι· λέγει γὰρ τὴν διὰ σαρκὸς ἐκεῖ γέννησιν τοῦ σήμερον μὲν γεννηθέντος δι' ἡμᾶς Χριστοῦ (χρόνου δὲ μέρος ἐστὶ τὸ σήμερον), ἀεὶ δὲ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ ἐν τῷ Πατρὶ ὄντος Υἱοῦ καὶ Θεοῦ· τήν τε βασίλειαν [λέγει] ἐπὶ τῶν ἀβασιλεύτων, οἱ διὰ τὸ μὴ δουλεύειν Θεῷ ἐπ' ἔθνεσιν ἦσαν κατειλεγμένοι. *Vatic.* p. 625, I.

Ex argumento. Sed postquam in exordio de beatitudinis encomio prius statutum est, non oportere quemquam impium esse, altero carmine subjungit ea quæ citra impietatem fiunt, ubi evangelii mysterium proclamat in antecessum: adeo ut primus psalmus videatur sequentis inscriptio. Enarrat enim illic factam secundum carnem generationem ejus, qui pro nobis quidem *hodie* Christus natus est *(Hodie* pars temporis est), semper autem ex Patre et in Patre est Filius et Deus. Regnumque ostendit super eos qui sine rege sunt: hi nempe qui quum Deo non obedirent, gentibus fuere annumerati.

Ps. II. Argumentum. Vat. 14. Post Basilium incidimus in ejus fratrem Nyssenum, qui, paucis mutatis, hæc habet in lib. II *De Inscriptione psalmorum* cap. VIII *(Patrol.* XLIV, col. 515). Nec suspicio deest, egregium Origenis *librum De Titulis psalmorum*, quorum subinde plura e tenebris eruemus, transiisse plus minus integrum in simile et subtilissimum opus illius Gregorii, quem scimus Origenis amantissimum. — Cf. Ὁ δεύτερος, ὅπως ἂν ἔξω τῆς ἀσεβείας γινώμεθα Nyss.

v. 3. Διαῤῥήξωμεν τοὺς δεσμοὺς αὐτῶν, καὶ ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν.

Τὰ γὰρ ἔθνη τοῖς ἰδίοις ἁμαρτήμασι περισφίγγεται οὐκ ὄντα ἐλεύθερα· διό φησιν ὁ Χριστὸς, ἢ πρὸς τοὺς αὐτῷ διακονοῦντας ἀγγέλους, ἢ πρὸς τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἢ πρὸς τοὺς ἀποστόλους τοὺς ὑπηρέτας τοῦ εὐαγγελίου, ταῦτα παρακαλῶν, αὐτῶν διασπᾶν τοὺς δεσμούς. Οἱ μὲν λαοὶ σωματικῶς τυγχάνοντες ὑπὸ τὸν τοῦ νόμου ζυγὸν, τοῦ δικαιώματα περιέχοντος οὐ καλὰ καὶ προστάγματα οὐ καλὰ, προσαγόμενοι δὲ διὰ τοῦ Χριστοῦ τῷ πνευματικῷ νόμῳ, τῷ τὰ καλὰ δικαιώματα ἔχοντι καὶ προστάγματα, ἀποτίθενται τὸν βαρὺν τοῦ ἀποκτείνοντος γράμματος ζυγὸν, τοῦ Σωτῆρος λέγοντος πρὸς τοὺς προειρημένους συνεργοὺς τό· Ἀποῤῥίψωμεν ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτῶν, ἤτοι ἀφ' ἑαυτῶν ποιήσωμεν τοῦτον, μὴ περιμείναντες τῶν βαρουμένων τὴν δέησιν. Ἢ ὡς καὶ αὐτὸς ὑπὸ τὸν νόμον γενόμενος (ἐγράφη γάρ· καὶ περιετμήθη, καὶ τοῖς σάββασιν αὐτῶν ἠκολούθησεν) τουτέστιν, ἀπ' ἐμοῦ καὶ τῶν πειθομένων, ἤγουν τὸν ζυγὸν αὐτῶν ἡμέτερον βάρος ἡγούμενοι, διὰ τὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην, αὐτὸν ἀποῤῥίψωμεν· ταῦτα μὲν οὖν περὶ ἀνθρώπων, τῶν τε ἀπὸ ἐθνῶν καὶ τοῦ λαοῦ.

v. 4. Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, καὶ ὁ Κύριος ἐκμυκτηριεῖ αὐτούς.

Τὸ δέ· Ὁ κατοικῶν ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται αὐτοὺς, πρὸς τοὺς βασιλεῖς τῆς γῆς, οὓς ὁ ἐν οὐρανοῖς ἐκγελάσεται Κύριος, φρόνημα γήϊνον ἔχοντας, καὶ μὴ νενομηκότας τὴν περὶ ἐνανθρώπησιν τοῦ Σωτῆρος σο-

v. 3. *Dirumpamus vincula eorum, et projiciamus a nobis jugum ipsorum.*

Etenim gentes, propriis peccatis constrictæ, nullatenus liberæ sunt. Ideo Christus ait, sive Angelis sibi ministrantibus, sive Patri et Spiritui sancto, sive apostolis præconibus evangelii, eos nempe adhortans, disrumpenda esse illorum vincula. Populi autem corpore sub Legis jugo positi, quæ minus bona instituta et prava continet præcepta, per Christum vero adducti ad legem spiritualem, bonis mandatis et probis judiciis instructam, grave occidentis litteræ pondus deponunt *(a)*, Salvatore ad prædictos dicente comministros: *Projiciamus a nobis jugum ipsorum:* nimirum a nobismet procul id mittamus, haud exspectatis eorum precibus qui onerantur. Aut velut si dicat (ipse quum sub Lege factus sit, scriptum est enim : « Et circumcisus est, » et sabbata eorum servavit), ea nempe: A me et a fidelibus meis jugum eorum, quod nostrum pondus reputamus, ob nostram erga illos charitatem, projiciamus. Hæc sane dicit pro hominibus tam Gentium quam populi Judæorum.

v. 4. *Qui habitat in coelis irridebit eos, et Dominus subsannabit eos.*

Hæc sententia: *Qui habitat in coelis irridebit eos*, ad reges terræ spectat. Rex ille qui in cœlis est, eos irridebit, ut qui terrenos sensus habeant, neque intellexerint quanta in incarnatione sit sapientia Salvatoris. Idem

(a) Pseudo-Hieronymus. Dominus ipse respondit, cohortans populum gentilium et omnes qui sibi ex Judæis credituri sunt, ut legalia vincula dissolvant, et grave onus Legis abjiciant.

v. 3. Ex Vat. 10, 13, 16. Sed hic cum Eusebio res habenda, quem deprehendi sexcenties expilasse audacter Origenem, et quoties furem tenui, toties infremui et indolui, quod ex pravi Ariani faucibus omnia nequeam verba filii Leonidæ eripere. Sed *Analecta* vetant; Eusebium vero ἀνέκδοτον suo loco reservamus. Is ergo nostra pone sequitur, aut vexat παραφραστικῶς, utinam et plura ad hæresim non detorserit!

v. 4. Vat. 10, 16. cf. Matth. xiii, 27.

φίαν. Ἐκμυκτηριεῖ δὲ καὶ τοὺς ἄρχοντας. Ἔπρεπε δὲ φῆσαι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ· ὡς εἰ καὶ τὰ ἔθνη ἐκρύαξαν, καὶ οἱ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά, ἡμεῖς δὲ τῶν μὲν τοὺς δεσμοὺς διαῤῥήξωμεν, τῶν δὲ τὸν ζυγὸν ἀποῤῥίψωμεν, ἐπεὶ μηκέτι δέχονται τὴν θεραπείαν ῥαδίως. Οὐ γὰρ ἔθελον εἴσω τῆς ἱερᾶς σαγήνης γενέσθαι, περὶ ἧς γέγραπται· Ὁμοιός ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν τῇ σαγήνῃ βληθείσῃ εἰς τὴν θάλασσαν.

v. 5. Τότε λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ.

Ὀργή ἐστι Θεοῦ κόλασις ἐπίπονος ἐπὶ τῷ συμφέροντι τοῦ ἡμαρτηκότος. — Ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ τῆς κρίσεως καιρῷ ὀργὴν Θεοῦ πειραθήσονται, καὶ τῷ θυμῷ αὐτοῦ ταραχθήσονται πάντες οἱ τοῦ σωτηρίου Λόγου πολέμιοι. Οὐχ εἶπε δέ· κολάσει αὐτούς, ἀλλὰ λαλήσει πρὸς αὐτοὺς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ· μετανοοῦντας γὰρ οὐκ ἐκόλασε, καθάπερ τοὺς Νινευΐτας. Ἀπειλεῖ γὰρ ἐπὶ σωτηρίᾳ Θεός, ἔφη, καὶ τοῖς Νινευΐταις ἔπεμψεν Ἰωνᾶν.

v. 7. Ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

Ἀεὶ τὸ σήμερον καλεῖται.

v. 8. Αἴτησαι παρ' ἐμοῦ, καὶ δώσω σοι ἔθνη, τὴν κληρονομίαν σου.

Τούτων τὰς βασιλείας ἔδειξεν ὁ διάβολος τῷ Σωτῆρι καὶ τὴν δόξαν ἐν στιγμῇ χρόνου.

v. 12. Δράξασθε παιδείας.

Παιδεία ἐστὶ μετριοπαθεία παθῶν· ὅπερ συμβαίνειν πέφυκεν ἐκ τῆς πρακτικῆς· ἡ γε πρακτική ἐστι διδασκαλία πνευματική, τὸ παθητικὸν μέρος τῆς ψυχῆς ἐκκαθαίρουσα.

quoque subsannabit principes. Hæc fari decebat Filium Dei: Etiamsi enim fremuerint gentes, et populi meditati sint inania, nos autem et illarum gentium vincula dissolvamus, et horum populorum projiciamus jugum: quandoquidem nondum prompto animo vel medelam recipiunt; noluerunt enim fieri intra sagenam, de qua scriptum est: « Simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare. »

v. 5. *Tunc loquetur ad eos in ira sua.*

Ira est castigatio Dei dura, pro bono peccatoris irrogata. — Sane in tempore judicii, periculum iræ divinæ facient, ac furore ipsius turbabuntur omnes Verbi salutaris hostes. At non dixit: Puniet eos, sed *loquetur ad eos in ira sua.* Pœnitentes enim non castigavit, quemadmodum Ninivitas; quos minatus est, inquit, propter salutem, Jonamque ad eos delegavit.

v. 7. *Ego hodie genui te.*

Hodie, qua dictione *semper* significatur.

v. 8. *Postula a me, et dabo tibi gentes, haereditatem tuam.*

Quarum regna ostendit Diabolus Salvatori et gloriam eorum in temporis puncto.

v. 12. *Apprehendite disciplinam.*

Disciplina est affectuum æquanimitas: quæ derivare solet ex praxi [virtutum]. Praxis autem est doctrina spiritualis, qua pars animæ in affectus prona ad puriora vertitur.

v. 5, 7. Vat. 5.
v. 8. Vat. 16.

v. 12. Vat. 5. Ascetica Origenes adeo frequentat, ut locus non sit seriora subodorandi.

Psalmus III.

v. 2. Κύριε, τί ἐπληθύνθησαν οἱ θλίβοντές με; *Vat.* p. 625, 2.

v. 2. *Domine, quid multiplicati sunt qui tribulant me?*

Ps. III. Ut paucis quæ supra sunt, symbola quædam accedant, emendare liceat vulgatum Origen. apud BB 540 A, cum Vat. 13, 16, ac legere: Ἐφ' οἷς σεμνύνονται οἱ Θεὸν ἀγνοοῦντες, pro insolenti

Οἱ προκόπτοντες πολλοὺς τοὺς θλίβοντας ἔχουσι.

v. 4. Σὺ δὲ, Κύριε, ἀντιλήπτωρ μου εἶ, δόξα μου καὶ ὑψῶν τὴν κεφαλήν μου.

Τὸ τηνικαῦτα ὑψοῦται νοῦς, ὁπηνίκα ἂν ἐπιβάλλῃ τῇ πολυποικίλῳ τοῦ Θεοῦ σοφίᾳ. — Τοῦ ἁγίου δόξα ὁ Θεός. Πᾶς δὲ οὗ δόξα ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὑψοῦται ὑπ' αὐτοῦ. — Τὴν κεφαλὴν, τουτέστιν τῆς ψυχῆς τὸ ἔπαρμα. Ὥσπερ γὰρ ὑψοῦται κεφαλὴ τοῦ κατὰ σῶμα μεμεγεθυσμένου παρὰ τὰς τῶν ὑποδεεστέρων κεφαλὰς κάτω κειμένας, οὕτως καὶ διαναστάσης τῆς τοῦ μακαρίου ψυχῆς, ἡ κεφαλὴ ὑψοῦται, Θεοῦ συνεργοῦντος αὐτῇ.

v. 5. Καὶ ἐπήκουσέν μου ἐξ ὄρους ἁγίου αὐτοῦ.

Ὅρα εἰ δύναται εἶναι ὄρος ἅγιον ὁ Μονογενὴς, ὅθεν ἐπακούσει ὁ Θεός.

v. 8. Ἀνάστα, Κύριε, σῶσόν με, ὁ Θεός μου, ὅτι σὺ ἐπάταξας πάντας τοὺς ἐχθραίνοντάς μοι ματαίως. Ὀδόντας ἁμαρτωλῶν συνέτριψας.

Ἑκάστῳ ὁ Θεὸς ἔχει τινὰ κατάστασιν· οἷς τισιν ἀνέστη, τοὺς καὶ σώζει· τοὺς δὲ ματαίως ἐχθραίνοντας πατάσσει. — Ματαίως ἐχθραινόντων τοιοῦτον δὲ τό· ἐμίσησάν με δωρεάν· ὁποῖοι δὲ οἱ συντριβόμενοι ὑπὸ Κυρίου τῶν ἁμαρτωλῶν ὀδόντες, τοιοῦτοι καὶ οὗτοι περὶ ὧν εἴρηται· ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων· καὶ τοῦ φαγόντος τὸν ὄμφακα αἱμωδιάσουσιν οἱ ὀδόντες αὐτοῦ.

Qui progrediuntur virtute, multos habent a quibus affliguntur.

v. 4. *Tu autem, Domine, susceptor meus es, gloria mea et exaltans caput meum.*

Tunc temporis mens exaltatur, quando adhæret multiplici sapientiæ Dei. — Sancti gloria Deus est. Cujuscumque autem gloria Deus est, is a Deo exaltatur. — *Exaltans caput*, id est sublimitatem animæ. Quemadmodum enim caput ejus qui corpore proceritate crevit, eminet super capita inferius subjecta eorum qui minores sunt, ita dum beati anima exsurgit, caput exaltatur, Deo videlicet illi coadjuvante.

v. 5. *Et exaudivit me de monte sancto suo.*

Considera an Unigenitus valeat esse mons, ex quo Deus exaudiet *(a)*.

v. 8. *Exsurge, Domine, salvum me fac, Deus meus, quoniam tu contrivisti omnes qui adversantur mihi sine causa. Dentes peccatorum contrivisti.*

Unicuique Deus quemdam servat vitæ statum; quibuscum exsurgit, eos quoque salvos facit; conculcat autem eos, qui sine causa adversantur. — Frustra bella moventibus aptum est illud: « Odio me habuerunt gratis. » Quales quidem sunt dentes peccatorum qui a Domino conteruntur, tales illi sunt de quibus dictum est: « Ibi erit fletus et stridor dentium. » Et: « Qui comederit uvam acerbam, obstupescent dentes ejus *(b)*. »

(a) Pseudo-Hieronymus. Montem sanctum puto Unigenitum esse Filium Dei, ad quem in novissimis diebus populi confluituri sunt.

(b) Idem. Pro *sine causa* autem, maxilla legitur in Hebræo, id est lechi. Et quia maxillam præmiserat, consequenter infertur: Dentes peccatorum *contrivisti*. Respondeant ergo amici solius historiæ, quomodo Deus maxillam percutiat, et confringat dentes peccatorum, pugilum contra se more certantium.

mendo οἱ Θεοὶ ἀγνοοῦντες, scilicet, inquiunt BB: *De quibus gloriantur Dii ignorantes!* Tum in vulgato Eusebio restitue, uti nos supra, hanc ἀνακόλουθον seriem: πάλαι καὶ ἐκ μακροῦ διὰ φθόνου ὑψοῦται κεφαλὴ, quod nihil est. Nec multum latet Eusebii furtum, quum retroversa maneant rapti Orig. vestigia, grandia illa verba μεμεγεθυσμένῳ, ὑποδεέστερον, nota Adamantini sesquipedalia.

v. 2, 5. Vat. 5. — *v.* 8. Vat. 16. cf. Ps. xxxi, 30; xxxiv, 19. Ezechiel. xviii, 2. Ultima cum edd. BB connectuntur. — Quæ accedunt in marginem ex Pseudo-Hieronymo, græce exstant apud Eusebium, sed Origenem summopere referunt, eademque concipiuntur indole quam græca et germana inferius edenda ad ps. xxxix.

Psalmus IV.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος, ἐν ψαλμοῖς, ᾠδὴ τῷ Δαυίδ. *Vatic.* p. 625, 2.

Ὑπόθεσις. Πολλῶν ψαλμῶν κατὰ μὲν τοὺς Ο' ἐχόντων ἐπιγραφὴν Εἰς τὸ τέλος, κατὰ δὲ τοὺς λοιποὺς τὰ κατάλληλα τῷ Εἰς τὸ τέλος ἐνθάδε ἀποδιδόμενα, ἄξιον, ὅση δύναμις, ἐξιχνεῦσαι τὸν δηλούμενον ὑπὸ τῆς λέξεως νοῦν. Ἰστέον δὲ, ὅτι, ὥσπερ πάσης τέχνης καὶ ἐπιστήμης ἐστὶ τὸ τέλος, ἐφ' ὃ σπεύδει ὁ γνησίως τὴν τέχνην ἢ τὴν ἐπιστήμην μετιὼν, οὕτως καὶ τῆς λογικῆς φύσεως δεῖ τέλος τυγχάνειν. Τοῦτο δέ ἐστι τὸ ἐν Χριστῷ ζωοποιηθῆναι, κατὰ τὰ εἰρημένα Παύλῳ τῷ σοφωτάτῳ ἐν τῇ πρώτῃ πρὸς Κορινθίους ἐπιστολῇ· Ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ πάντες ἀποθνήσκουσιν, οὕτως καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται, ἕκαστος δὲ ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι. — Ὅσον δὲ ἐν τῷ λέγειν· ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, οὐχ ἓν τέλος ὑπογράφει πάντων· εἰκὸς γὰρ ἕκαστον κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν πεπραγμένων ζωοποιηθήσεσθαι, ἤτοι χωρὶς βασάνου ἐπὶ τοῦτο ἐρχόμενον, ἢ μετὰ κολάσεις. Ζωοποιήσας δὲ Χριστὸς πάντας ἐν αὑτῷ τοὺς ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκοντας, βασιλεύει τῶν ζωοποιηθέντων. — Νομίζομεν τοίνυν τοὺς Εἰς τὸ τέλος ἐπιγεγραμμένους ψαλμοὺς, τοῦ τέλους τινὰ ἐπιγράφειν νοῦν, καὶ ἐπ' ἐκεῖνο τοὺς συνιέντας τὰ λεγόμενα παρακαλεῖν. — Παντὶ δὲ ἀγωνιζομένῳ τυγχάνει

v. 1. *In finem, in psalmis, Canticum David.*

Ex argumento. Cum multi psalmi secundum LXX inscripti sint *In finem*, secundum autem alios inscriptionem habeant eidem titulo *In finem* consentaneam, operæ pretium est pro viribus investigare hujus dictionis sensum. Sciendum, ut artis cujuslibet atque scientiæ quidam finis est, in quem intendit is qui artem vel scientiam serio exercet, ita etiam naturæ rationalis finem aliquem esse oportere. Is porro finis est vivificari in Christo, juxta oraculum sapientissimi Pauli, in prima ad Corinthios epistola: « Sicut in Adam omnes moriuntur, ita et in Christo omnes vivificabuntur: unusquisque autem in suo ordine. » Quantum vero spectat ad illud: « In suo ordine, » haud unus finis omnium assignatur. Æquum enim est, unumquemque secundum merita gestorum vivificari, sive absque pœna ad scopum tetenderit, sive post castigationes. Postquam autem Christus omnes qui in Adamo moriuntur, in seipso vitæ restituit, rex efficitur vivificatorum. — Existimamus itaque psalmos, qui *In finem* inscribuntur, sensum quemdam finis præ se ferre, et finem ad illum eos qui hanc scripturam intelligunt, cohortari. — Omni autem certamen exercenti finis est victoria. Multæ porro sunt singulatim acceptæ victo-

Ps. IV. Argum. Vat 13. Quamvis, ut palam fit e regione latina, græca series sæpius interrupta sit, continuo tamen amni neque ignobili fluere videtur, ac si *in finem* christiana mente iterum excurrens, Origenes voluerit ea quæ *De fine philosophico* habet in prolegomenis, evolvere et perficere. Cf. supra p. 437. Eusebius, ad quem multa migraverunt, a capite adeo mutilus fœdusque est, vel in horridula latinitate, ut piaculo sit non quædam ligare vulnera. Lege ergo, cum cod. Vat. impletis lacunis: Ὥσπερ πάσης τέχνης καὶ ἐπιστήμης τέλος ἐστιν [ἐφ' ὃ σπεύδει ὁ τέχνην καὶ ἐπιστήμην] κατανοῆσαι μετερχόμενος, ac paulo post: Ὁ Παῦλός φησι· ὅσον δὲ λέγειν ἐν τῷ ἰδίῳ τάγματι, δοκεῖ μὴ [ἓν τέλος ὑπογραφῆναι ἁπάντων]. Ac verte fere ut supra nos. — Tum infra in eadem columna: Τὸ δὲ ἐν ψαλμοῖς παρὰ τοῖς Ο' καὶ Ἀκύλᾳ εἰρημένον, σαφέστερον ὁ Σύμμαχος Διὰ ψαλτήριον ἐξέδωκε, διδασκό[ντων ἡμᾶς τῶν τριῶν] τὴν ᾠδὴν εἰρῆσθαι [καὶ μελῴδημα διὰ] τὰ ψαλτήρια. Πλεί[ονα γὰρ ζητητέον] τὰ ὄργανα ᾄδεται τὸ Εἰς τέλος. Nostram igitur telam in hoc argumento, sicut in versu 4, retexuit Eusebius, sed rudi suo, ut solet, stramine interpolatam. Quæ semel dicta fusius, ne ultra recoquantur. — cf. I Cor. XV, 22. Rom. VIII, 37. II Tim. IV, 7, 8.

καὶ ἡ νίκη τέλος. Πολλαὶ μὲν οὖν αἱ τῶν κατὰ μέρος νῖκαι, καὶ τέλος, καθάπερ Παύλου ὅτε μὲν λέγοντος· Ἐν τούτοις πᾶσιν ὑπερνικῶμεν διὰ τοῦ ἀγαπήσαντος ἡμᾶς, ὅτε δέ· Τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι, τὸν δρόμον τετέλεκα, τὴν πίστιν τετήρηκα· λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, ὃν ἀποδώσει μοι ὁ Κύριος ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὁ δίκαιος κριτής, οὐ μόνον δὲ ἐμοί, ἀλλὰ καὶ πᾶσιν τοῖς ἠγαπηκόσιν τὴν ἐπιφάνειαν αὐτοῦ.

riæ sive finis, prout Paulus modo quidem dicit: « In his omnibus superamus per eum qui dilexit nos, » modo autem ait: « Bonum certamen certavi, cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, qui justus judex est, non solum autem mihi, sed omnibus qui diligunt manifestationem ejus.»

v. 2. Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με εἰσήκουσέν μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου, ἐν θλίψει ἐπλάτυνας μοι. *Vatic.* p. 626, 1.

v. 2. *Cum invocarem, exaudivit me Deus justitiae meae, in tribulatione dilatasti mihi.*

Οὐ μετὰ τὸ ἐπικαλεῖσθαι εἰσήκουσέν με, ἀλλ' ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαι. — Ὅταν τῶν θλίψεων καὶ τῶν πειρασμῶν τοὺς λόγους ἐπιγινώσκομεν, τότε μάλιστα πλατυνόμεθα. — Εἰ καὶ ὡς ἄνθρωπος ὁ προφήτης ἐπικαλεῖται, καὶ διὰ τὸ ἐπικαλεῖσθαι, εἰσακούεται ὑπὸ Θεοῦ τῆς δικαιοσύνης αὐτοῦ, λέγω δὲ τῆς δικαιοσύνης τοῦ λέγοντος, καὶ διὰ τοῦτο ἐν πλατυσμῷ κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς θλίψεως γίνεται· ἀλλά γε ὡς πρὸς τὸν Θεὸν ὁ τοιοῦτος ὤν, κάτω ἐστίν. Οἱ γὰρ ὀφθαλμοὶ Κύριου ὑψηλοί, ὁ δὲ ἄνθρωπος ταπεινός, καὶ δεῖται τοῦ οἰκτειρηθῆναι ὑπὸ Θεοῦ.

Non postquam invocaveram, sed *quo tempore invocabam.* — Quando percepimus quæ sint rationes cur patiamur et tentemur, tum maxime dilatamur. — Propheta, quantumvis ut homo invocet, ac propterea quod invocaverit, auditur a Deo justitiæ ejus, ejus, inquam, qui loquitur, et idcirco dilatatus fit in tempore oppressionis; nihilominus respectu ad Deum hujusmodi vir stat in infimo loco. Oculi enim Domini excelsi, dum homo humilis est, et indiget misericordia Dei.

v. 3. Υἱοὶ ἀνθρώπων, ἕως πότε βαρυκάρδιοι;

v. 3. *Filii hominum, usquequo gravi corde?*

Τό· υἱοὶ ἀνθρώπων, ὁ μέν τις οἰήσεται περιφραστικῶς εἰρῆσθαι, ὡς καὶ Ἕλλησιν ἔθος τῷ τοιούτῳ χρῆσθαι σχηματισμῷ λέγουσιν· υἷες Ἀχαίων, καὶ τὰ ὅμοια. — Ἐνταῦθα γινώσκομεν ὅτι βαρείας φύσεώς ἐστιν ἡ κακία, διόπερ ὁ ἐρχόμενος εἰς τὴν Αἴγυπτον Κύριος, ἐπὶ νεφέλης λέγεται καθέζεσθαι κούφης. Νεφέλη δὲ κούφη ἐστὶ φύσις λογική, πάσης ἀρετῆς πληρωμένη καὶ γνώσεως.

Id *filii hominum*, aliquis fortasse opinabitur paraphrasim esse, juxta Græcorum morem eamdem usurpandi formam sermonis, quum dicunt « filii Achæorum, » et similia. Quo loco discimus gravis esse naturæ malitiam; ideoque, dum in Ægyptum vadit Dominus, sedere dicitur in nube levi. Levis autem nubes est natura rationalis, totius virtutis plena et cognitionis.

v. 4. Καὶ γνῶτε ὅτι ἐθαυμάστωσε Κύριος τὸν ὅσιον αὐτοῦ.

v. 4. *Et scitote quoniam Dominus mirificavit sanctum suum.*

v. 2. Vat. 5. cf. Ps. ci, 20.
v. 3. Vat. 5. cf. Is. xix, 1.

v. 4. Vat. 16, 10, 5. Non distulit Origenes γνῶσιν suam fovere et exaltare, sobrie tamen

Γνῶτε τοιγαροῦν οἱ πεποιθότες ἐπὶ πλήθη, ὡς θαυμαστὸν ἀπέδειξε τὸν πεποιθότα ἐπ' αὐτόν. — Περὶ Χριστοῦ προφητεύει Δαυὶδ ἐν τῷ ιε' ψαλμῷ, ὥς ἐστιν ἀληθὴς ὅσιος, καὶ μάρτυρες οἱ ἀπόστολοι περὶ αὐτοῦ, νοήσαντες τό· Οὔτε δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Δυνατὸν δὲ καὶ περὶ παντὸς ὁσίου διδάσκεσθαι, οὐ ταὐτὸ δὲ τὸ πιστεῦσαι καὶ γνῶναι· ὡς οὐδὲ ταὐτὸ ἀληθείᾳ πιστεῦσαι, καὶ γνῶναι τὴν ἀλήθειαν, καὶ πιστεῦσαι Θεῷ καὶ γνῶναι τὸν Θεόν. Τοιγαροῦν τοῖς ἀποστόλοις ἤδη πεπιστευκόσι φησὶν ὁ Σωτήρ· Ἐὰν μείνητε ἐν τῷ ἐμῷ λόγῳ, ἀληθῶς μαθηταί μού ἐστε, καὶ γνώσετε τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἡ ἀλήθεια ἐλευθερώσει ὑμᾶς. Ὡς γάρ φησιν Ἡσαΐας· Ἐὰν μὴ πιστεύσητε, οὐδὲ οὐ μὴ συνῆτε. Καὶ ὁ Δαυίδ· Ἐπίστευσα, διὸ ἐλάλησα. Καὶ τό· Σχολάσατε δὲ καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός, διαφέρειν δηλοῖ τοῦ πιστεύειν τὸ γνῶναι· Τοῦτο γὰρ τοῖς ἀπιστοῦσιν οὐκ εἴρηται· δείκνυσι δὲ καὶ ποίαν δεήσει γνῶσιν ἀπολαβεῖν, [καὶ] ὡς ἐθαυμαστώθησαν ὑπὸ Θεοῦ οἱ ὅσιοι, θαύμασι προσαχθέντες τῶν ἀποῤῥήτων μυστηρίων καὶ τῶν ἁγίων θεωρημά των. Μεγάλη BB. p. 560.

v. 5. Ὀργίζεσθε, καὶ μὴ ἁμαρτάνετε.

Παραινεῖ μὴ συγκατατίθεσθαι τῇ φαντασίᾳ, μηδὲ τὸ ἔργον ἐπάγειν κυροῦν τὴν ὀργήν.

v. 6. Θύσατε θυσίαν δικαιοσύνης, καὶ ἐλπίσατε ἐπὶ Κύριον.

Θυσία δικαιοσύνης ἐστὶν ἀπάθεια ψυχῆς λογικῆς, προσφερομένη Θεῷ· ἐλπὶς δέ ἐστιν ἀγαθὴ προσδοκία γνώσεως ἀληθοῦς.

v. 7. Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου, Κύριε.

Οἱ μὲν ἄγγελοι διὰ παντός βλέπουσι τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ· οἱ δὲ ἄνθρωποι, τὸ

Interea scitote, vos qui multitudini confiditis, quomodo mirabilem Deus ostenderit eum qui fidem in illo habet. — De Christo vaticinatur David in psalmo XV, ac si verus esset sanctus, cujus rei testes sunt apostoli, quum illud ita intellexerint: « Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. » Possit hoc etiam de quolibet sancto edoceri, non idem esse et credere et agnoscere; sicut idem non esse credere veritati et nosse veritatem, neque idem credere Deo et cognoscere Deum. Enimvero apostolis, qui jam crediderant, dicit Salvator: « Si manseritis in sermone meo, vere discipuli mei eritis, et cognoscetis veritatem, et veritas liberabit vos. » Nam sicut ait Isaias: « Nisi credideritis, neque intelligetis; » et David: « Credidi, propter quod locutus sum; » et illud: « Vacate et videte quoniam ego sum Deus, » id nobis demonstrat aliud esse credere, aliud cognoscere: id enim non dicitur infidelibus; ostenditque simul qualem oporteat scientiam adipisci, et quomodo mirabiles a Deo sancti efficiantur, introducanturque in stupendam arcanorum mysteriorum et sacrarum considerationum philosophiam. Magna vox etc.

v. 5. *Irascimini, et nolite peccare.*

Hortatur, ne quis in concepta iracundia consistat, neque transeat ad opus quo ira confirmetur.

v. 6. *Sacrificate sacrificium justitiae, et sperate in Dominum.*

Sacrificium justitiæ est spiritualis animæ pax Deo consecrata; spes autem est bona veræ scientiæ exspectatio.

v. 7. *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.*

Angeli quidem in omni tempore vultum Dei aspiciunt; homines autem vident lumen

præ pingui prolixitate Eusebii eadem eructantis. Plus forte an placebit nonnullis seraphicæ scholæ philosophis, id quod infra in v. 7 dextere secernitur inter vultum Dei et *lumen vultus Dei*, inter angelorum et hominum τοῦ Θεοῦ θεωρίαν. —

cf. Ps. xv, 10. Act. ii, 27. Jo. viii, 31, 32. Is. vii, 9. Ps. cxv, 10; xlv, 11.

v. 5, 6, 7. Vat. 5. Aliquem sane tædebit, γνῶσιν illam Origenianam anguste coarctari ad res terrenas. — cf. ii Reg. xiv, 20, 36.

φῶς τοῦ προσώπου αὐτοῦ. Πρόσωπον γὰρ Κυρίου ἐστὶ θεωρία πνευματικὴ πάντων τῶν ἐπὶ γῆς γεγονότων. Φῶς δὲ προσώπου ἐστὶν ἡ μερικὴ γνῶσις τούτων αὐτῶν, εἴπερ κατὰ τὴν σοφὴν Θηκωϊτίδα· Ὥσπερ ἄγγελος Θεοῦ ἦν ὁ Δαυίδ, πάντα εἰδὼς τὰ ἐπὶ τῆς γῆς.

vultus ejusdem. Vultus enim Domini est spiritualis contemplatio omnium rerum, quæ in terra existunt. At lumen vultus est minus integra earumdem rerum cognitio, siquidem sapiens mulier Thecuitis ait: « Sicut angelus Dei erat David, omnia cernens quæ in terra sunt.»

v. 8. Ἔδωκας εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου, ἀπὸ καρποῦ σίτου καὶ οἴνου καὶ ἐλαίου.

Ἐπήγγελται δὲ ταῦτα πολλαχοῦ τῆς γραφῆς τοῖς ἁγίοις, καὶ ἀπειλεῖται τοῖς ἁμαρτωλοῖς τούτων ἡ στέρησις, δηλαδὴ τῶν νοητῶν καὶ οὐκ αἰσθητῶν. Κακὰ νομίσαντές τινες, διὰ τὴν σμικρότητα τῆς ἐπαγγελίας, ἑτέρῳ Θεῷ ὑπ' αὐτῶν ἀναπεπλασμένῳ προσκύνειν ἠβουλήθησαν· τῶν γὰρ κρειττόνων μεταλαμβάνουσα, ἑκάστη ψυχὴ ἁγιάζεταί τε καὶ εὐεκτεῖ πρὸς τὸ δύνασθαι τὰ ἐπιβάλλοντα αὐτῇ ἔργα ἐπιτελεῖν. Καὶ εἰς τὸν αἰῶνα δὲ τὸν μέλλοντα ταῦτα Παῦλος εἰσήγαγεν. Μήτις ὑμᾶς κρινέτω ἐν βρώσει ἢ ἐν πόσει, ἢ ἐν μέρει ἑορτῆς, ἢ νουμηνίας σαββάτων, ἅ ἐστι σκιὰ τῶν μελλόντων. — Σῖτος καὶ οἶνος καὶ ἔλαιον πληθύνει ἁμαρτωλούς· εὐφροσύνη δὲ Θεοῦ εὐφραίνει δικαίους.

v. 8. *Dedisti laetitiam in corde meo, a fructu frumenti, vini et olei.*

Sane in Scriptura passim eadem sanctis promittuntur, minitanturque peccatores privari iisdem, bonis scilicet spiritus, non vero sensuum: quæ quum nonnulli secus intellexerint, ob tenuitatem promissionis, alterum Deum ab ipsis constructum adorare statuerunt. Quæcumque anima, meliorum bonorum particeps facta, sancta et sana efficitur ad ea exsequenda opera quæ muneris sui sunt. Immo hæc Paulus in futurum ævum amandavit: « Nemo, inquit, vos judicet in cibo aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomeniæ sabbatorum, quæ sunt umbra futurorum.» — Frumentum et vinum et oleum delectant peccatores; justos autem Dei gaudium lætificat *(a)*.

(a) Pseudo-Hieronymus. Id quod in pluribus codicibus invenitur *et olei eorum*, cum vetustum Origenis exemplum Psalterii revolverem, quod ipsius manu fuerat emendatum, nec in Hebræo, nec in cæteris editionibus, nec apud ipsos septuaginta interpretes repperi.

v. 8. Vat. 10, 15. Nota egregie dictum de gratia, cuique pro suo munere concessa, et de psalterio Origenis manu emendato. — cf. Col. II, 16.

Psalmus V.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης. *Vatic.* p. 626, 1.

Ἡ κληρονομία τοῦ Χριστοῦ ἐστιν ἡ φύσις ἡ λογική.

v. 8. Προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἅγιόν σου ἐν φόβῳ σου.

v. 1. *In finem, pro ea quae haereditatem consequitur.*

Hæreditas Christi est natura rationis compos.

v. 8. *Adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.*

Ps. V, v. 1. Vat. 5.
v. 8. Vat. 5. cf. II Cor. v, 19. Jo. II, 10. cf. infra vetus scholium, in quo contra Nestorium *templi* allegoria exagitatur.

Ναὸς ἅγιός ἐστι τοῦ Θεοῦ ὁ Χριστὸς, διότι ὁ Θεὸς ἦν ἐν Χριστῷ κόσμον καταλλάσσων ἑαυτῷ. — Ἐν τῷ φόβῳ Θεοῦ ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ· ἐν φόβῳ δὲ Κυρίου προσκυνεῖ τὸν ναὸν, ὅς ἐστι Χριστός· Λύσατε γὰρ, φησὶν, τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.

v. 9. Κύριε, ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου, ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν μου.

Ἐν τῇ κατὰ πρακτικὴν δικαιοσύνῃ ἐν τῷ Χριστῷ. — Τῶν ἐχθρῶν. Τῶν νοητῶν δηλονότι· πολλοὶ γὰρ οἱ ἐπιβουλεύοντες τῇ θεοφιλεῖ ψυχῇ, τῇ κατὰ Θεὸν αὐτῆς προκοπῇ διαβασκαίνοντες.

v. 10. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτῶν ἀλήθεια, ἡ καρδία αὐτῶν ματαία.

Πρότερον, οὐδεμία ἀλήθεια, ἢ ὁ Χριστός· καὶ τάχα τὸ δεύτερον, ἠνέγκατο αὐτῶν ἐπιβουλήν.

Τάφος ἀνεῳγμένος ὁ λάρυγξ αὐτῶν.

Νεκρῶν ἔργων πεπληρωμένος.

v. 11. Κρῖνον αὐτοὺς, ὁ Θεός· ἀποπεσάτωσαν ἀπὸ τῶν διαβουλιῶν αὐτῶν· κατὰ τὸ πλῆθος τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτοὺς, ὅτι παρεπίκρανάν σε, Κύριε.

Οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ ὁ Θεὸς ἐξωθεῖ τινα· οἱ γὰρ μακρύνοντες ἑαυτοὺς, φησὶν, ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται· τοῦ τοίνυν πλήθους τῶν ἀσεβειῶν αὐτῶν ἔξωσον αὐτούς. Ταῦτα γὰρ, φησὶ, πάντα τὰ διαβούλια κατ' ἐμοῦ ἐποιοῦντο, τῇ κατὰ Θεόν μου προκοπῇ ἐναντιούμενοι· οἱ γὰρ διώκοντες τὴν φίλα τῷ Θεῷ πράττουσαν ψυχὴν, Θεὸν παραπικραίνουσι, θεομαχοῦντες σαφῶς. — Ἔξωσον αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἀσεβείας, εὐσεβεῖς αὐτοὺς ἐργασάμενος. — Μακαριότης ἐστὶ, βουλῆς πάσης ἐκπεσεῖν.

v. 12. Καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ σὲ, εἰς αἰῶνα ἀγαλλιάσονται, καὶ κατασκηνώσεις ἐν αὐτοῖς.

Templum sanctum Dei est Christus, propterea quod « Deus erat in Christo, mundum sibi reconcilians. » — In timore Dei unusquisque a malo declinat; in timore autem Domini adorat templum, quod Christus est: « Solvite, inquit, templum hoc, et in triduo excitabo illud. »

v. 9. *Domine, deduc me tua in justitia propter inimicos meos.*

Dirige me in justitia, quæ vita actuosa est in Christo. *Propter inimicos*, spirituales nimirum: multi enim insidiantur animæ Deum diligenti, illius progressum ad Deum injuriis divexantes:

v. 10. *Quia non est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est.*

Primum, quod nulla veritas præter Christum; et fortasse alterum, quod passus est eorum insidias.

Sepulchrum patens, guttur eorum.

Repletum nefariis operibus.

v. 11. *Judica illos, Deus, decidant a cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te, Domine.*

Etenim neminem a se Deus repellit; namque ait: « Qui elongant se a te, peribunt. » Interim *a multitudine impietatum eorum expelle eos.* Ipsi enim, addit, omnia consilia adversum me fecerunt, meæ ad Deum progressioni se opponentes; nam qui infesti sunt animæ, ea quæ placita sunt Deo agenti, Deum irritant, apertam in Deum aciem moventes. — *Expelle eos* ab impietate, quum pios illos feceris. — Beatitudo est, excidere a quacumque nefario consilio.

v. 12. *Et laetentur omnes qui sperant in te, in aeternum exsultabunt, et habitabis in eis tanquam in tabernaculo.*

v. 9, 19. Vat. 5, 7.
v. 11, Vat. 5, 13, 14, 16.
v. 12, Vat. 13. Pseudo-Hieronymus etiam recurrit in codice Cryptæ-ferratæ, ubi exstant non pauca *Breviarii in psalmos*, ea nempe quæ Martianæus invenit in cod. Corbeiensi.

Τῶν ἐπιβούλων καταλυθέντων, ἡ εὐφροσύνη σοῦ κατασκηνοῦντος ἐν αὐτοῖς εἰς αἰῶνα. Καὶ πῶς γὰρ οὐκ ἀγαλλίασις, ᾧ Θεὸς πάρεστιν, ὡς ἐν ἰδίῳ ναῷ ἐνοικῶν τε καὶ περιπατῶν; ὡς τὸ μακρύνεσθαι Θεοῦ, τῆς ἁμαρτίας αἰχμαλωτιζούσης, θρήνων ἐπάξιον. Τέλος δὲ τῶν ἀγαθῶν, ἀπολαβεῖν κληρονομίαν καὶ κλῆρον ἔχειν ἐνοικοῦντα Θεόν.

v. 13. Ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς.

Στέφανος, φησὶν, ἡμῖν τῶν πόνων χάρις, ἡ τὸ τέλος τούτῳ, καθάπερ ὅπλῳ τινὶ, φράττουσα ἡμᾶς.

Dissipatis insidiatoribus, tui inhabitantis inter eos lætitia erit in perpetuum. Et quomodo non exsultabit ille, cui Deus præsens est, veluti in proprio templo domicilium habens et ambulacrum? quemadmodum elongari a Deo, ob captivitatem peccati, lamenta meretur. Finis autem bonorum est adipisci hæreditatem, ac partem sibi habere inhabitantem Deum *(a)*.

v. 13. *Ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.*

Nostra, inquit, laborum corona est gratia, quæ demum nos illa corona, veluti scuto aliquo, protegit.

(a) Pseudo-Hieronymus. Felices erunt qui Christum hospitem habere merebuntur: felices qui tabernaculum Christi erunt.

v. 13. Vat. 5. Ut in editis, sic nostris in codd. hic suam tandem *gnosim* Origenes eleganter describit in hæc verba quae leviter emendata, nostris addere juverit: « Scientia itaque Dei, dum quidem arcet hostes, scutum est bonæ voluntatis; dum vero aliquem regem facit affectuum, corona nominatur. Porro Dei scientia bifariam dividitur, in actionem et contemplationem; atque actionis quidem scientia scutum est bonæ voluntatis, contemplationis vero corona. »

Psalmus VI.

v. 2, 3. Κύριε, μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με· ἐλέησόν με, Κύριε· ὅτι ἀσθενής εἰμι, ἴασαί με, ὅτι ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. *Vat.* p. 626, 2.

Θυμός ἐστιν ὁρμὴ ἐπιθυμίας ἡμέρου ψυχῆς, κατ' ἐξοχὴν ἀμύνης. Λέγει οὖν· εἰ καὶ ἐξώτερον ὁ θυμὸς ἐλέγχει, καὶ ἡ ὀργὴ τάχιον παιδεύει, ἐγώ γε διὰ τὴν ἀσθένειάν μου δεόμαι τοῦ ἐλέους σου, καὶ δι' ἄλλης ἐλεγχθῆναι θεραπείας, οὐ τηλικούτους προσαγούσης πόνους. Θέλει γὰρ καὶ μὴ θυμῷ Θεοῦ ἐλεγχθῆναι, καὶ μὴ παιδευθῆναι ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ ἐλεηθῆναι, ἀσθενὴς ὢν, καὶ ἰαθῆναι ἀπὸ τῆς ταραχῆς τῶν ὀστέων καὶ τῆς ψυχῆς αὐτοῦ. — Σύμμαχος· ἐν χόλῳ, ἐν ἀνυπερθεσίᾳ.

v. 6. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν τῷ θανάτῳ ὁ μνημονεύων σου. *Vatic.* p. 627, 1.

v. 2, 3. *Domine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum; sana me, Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.*

Furor est impetus vehementiæ in anima mansueta, per excessum vindictæ. Ait ergo, etiamsi acrius arguat furor, et ira citius corripiat, ego vero ob debilitatem meam, indigeo misericordia tua, et per aliam medelam redargui et corripi, quæ ad tantopere laborandum non cogat. Mavult enim, non redargui in furore Dei, neque corripi in ira illius, sed misericordia frui, ut debilis, et sanari a conturbatione ossium et animæ suæ. — Symmachus: *In felle irae, in insuperabili iracundia.*

v. 6. *Quoniam non est in morte qui memor sit tui.*

Ps. VI, v. 2, 3. Vat. 5, 14, 16. Ne series rumpatur, initium accepi a Vat. 5, sequentia ab edd. et Vat. 15, ultima ex Vat. 14. Symmachi lemma notum erat Fieldio II, 93, alias tribuitur Aquilæ.

v. 6, 7, Vat. 5, ad v. 6 cf. Jo. XIV, 6.

Πᾶς ὁ μνημονεύων τῆς ζωῆς, τῆς εἰπούσης· Ἐγώ εἰμι ἡ ζωή, οὐκ ἔστιν ἐν θανάτῳ.

v. 7. Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου.

Προτρεπτικὸν πρὸς τὸ δακρύειν ἐν νυκτὶ προσευχομένου.

v. 11. Αἰσχυνθείησαν καὶ ταραχθείησαν σφόδρα πάντες οἱ ἐχθροί μου.

Δαιμόνων τὸ διὰ παντὸς τὴν ἀνομίαν ἐργάζεσθαι, ἀνθρώπων τὸ μὴ διὰ παντός, ἀγγέλων τὸ μηδὲ διὰ παντὸς, μήτε μὴ διὰ παντὸς, ὅπερ ἐστὶν οὐδέποτε. — Ἀπὸ μοχθηρῶν διαβουλιῶν ἀποπεσεῖν, οὐ κακὸν τῷ ἀποπίπτοντι, οὐκ ἐρχομένῳ ἐπὶ τὸ μοχθηρὸν αὐτῶν τέλος, ὡς οὐ καλὸν τῶν κρειττόνων μὴ ἐπὶ τέλος ἐλθεῖν.

Quicumque memor est illius Vitæ dicentis: « Ego sum vita, » non est in morte.

v. 7. *Lavabo per singulas noctes lectum meum.*

Cohortatio est ad flendum in nocte inter orandum.

v. 11. *Erubescant et conturbentur vehementer omnes inimici mei.*

Diabolicum est peccatum semper operari; humanum, non semper; angelicum, nec semper, neque aliquando, nullo nempe in tempore. — Ex vitiosis tentationibus cadere, cadenti non malum est, dum non pergit ad vitiosum exitum, quemadmodum minus pulchrum est non prosequi meliora usque in finem.

v. 11. Vat. 5, 16.

Psalmus VII.

v. 5. Εἰ ἀνταπέδωκα τοῖς ἀνταποδιδοῦσί μοι κακά, ἀποπέσοιμι ἄρα ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν μου κενός. *Vatic.* p. 627 1.

Κενός ἐστιν ὁ μὴ δυνάμενος λέγειν· Ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν καὶ χάριν ἀντὶ χάριτος. Διόπερ καὶ οἱ τοιοῦτοι κάλαμοι λέγονται, τρέφοντες ἐν ἑαυτοῖς τὰ θηρία, περὶ ὧν εἴρηται· Ἐπιτίμησον γάρ, φησί, τοῖς θηρίοις τοῦ καλάμου, καί· Ὁ διάβολος, φησὶν ὁ Ἰὼβ, παρὰ παντοδαπὰ δένδρα κοιμᾶται, παρὰ πάπυρον καὶ βούτομον καὶ κάλαμον· οὗτος γὰρ βασιλεύς ἐστι πάντων τῶν ἐν τοῖς ὕδασι.

v. 6. Καταδιώξαι ἄρα ὁ ἐχθρὸς τὴν ψυχήν μου, καὶ καταλάβοι.

Ἵνα χοϊκὸς, ἀντὶ ἐπουρανίου, γενοίμην.

v. 10. Συντελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν, καὶ κατευθυνεῖς δίκαιον.

Ἐὰν συντελεσθῇ ἡ πονηρία τῶν ἁμαρ-

v. 5. *Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis.*

Vacuus est ille qui dicere non potest: « De plenitudine ejus omnes nos accepimus, et gratiam pro gratia. » Atqui istiusmodi homines arundines vocantur, quæ nutriunt in se feras, de quibus dictum est: « Increpa feras arundinis. Et Diabolus, ait Job, omni tempore quiescit juxta omnigenas arbores, juxta papyrum et juncum et arundinem. » Ipse enim rex est omnium aquaticorum.

v. 6. *Persequatur inde animam meam inimicus, et comprehendat.*

Ita ut fiam terrenus, nedum sim cœlestis.

v. 10. *Consumetur nequitia peccatorum, et diriges justum.*

Si consummata est malitia perversorum,

Ps. VII, v. 5, 16. cf. Ps. cxvii, 31. Tob. xi, 16 et BB apud quos fere eadem, susdeque verso ordine.

v. 6, 11, 13, 14, Vat. 5. Ad v. 13 recolenda foret omnino allegoria Philoniana, quae passim in superioribus emicuit.

τωλῶν, ὁ δίκαιος κατευθύνει τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, μηκέτι πολεμούμενος ὑπ' αὐτῶν.

v. 13. Ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει.

Ῥομφαία ἐστὶ νοητὴ, λόγος πνευματικὸς χωρίζων ψυχὴν ἀπὸ σώματος ἢ κακίας ἢ ἀγνωσίας.

v. 14. Ἡτοίμασε σκεύη θανάτου, τὰ βέλη αὐτοῦ τοῖς καιομένοις.

Καιόμενοί εἰσιν οἱ τὰ πεπυρωμένα βέλη τοῦ διαβόλου δεχόμενοι.

v. 17. Καὶ ἐπὶ κορυφὴν αὐτοῦ ἡ ἀδικία αὐτοῦ καταβήσεται.

Ἡ κορυφὴ νῦν τὸν νοῦν σημαίνει, εἴπερ ὁ στέφανος τῆς χάριτος, κατὰ τὸν Σωλομῶντα, ἥτις ἡ σοφία, δέδεται τῇ κορυφῇ.

justus dirigit viam suam, neque oppugnatur ab eis.

v. 13. *Nisi conversi fueritis, gladium suum vibrabit.*

Gladius mentis est sermo spiritualis, qui dividit animam a corpore sive malitiæ sive ignorantiæ.

v. 14. *Paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus.*

Ardentes sunt, qui tela Diaboli inflammata suscipiunt.

v. 17. *Et in verticem ipsius iniquitas ejus descendet.*

Vertex nunc intellectum significat, siquidem corona gratiæ, id est sapientia, juxta Salomonem, in vertice redimita est.

· *v.* 17. Vat. 5. fort. in fine Cant. IV, 8.

Psalmus VIII.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ληνῶν. *Vatic.* p. 467, 2.

Κολαστικὸν καὶ τιμωρητικόν.

Εὐσεβίου. Ἐνταῦθα εἰς τὸ τέλος εἴρηται, διὰ τὸ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων τετυχηκέναι τὰ ἐν τῷ παρόντι ψαλμῷ πεπροφητευμένα· ὑπὲρ δὲ τῶν ληνῶν διὰ τοὺς ἐν πάσῃ τῇ γῇ συστάντας λαοὺς, καὶ τὰς ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, ἅσπερ ὁ λόγος ληνοὺς ἀλληγορικῶς ἀποκαλεῖν εἴωθεν· πάλαι μὲν οὖν, ὁπηνίκα εἷς ἦν ὁ λαὸς ὁ καλούμενος Ἰσραὴλ, ἀμπελὼν ἐχρημάτιζεν οὗτος. Καὶ ὁ νεὼς ὁ παρ' αὐτοῖς πύργος, προλήνιόν τε τὸ πρὸ τοῦ νεὼ θυσιαστήριον, κατὰ τὴν τοῦ Ἡσαΐου προφητείαν. Ἀλλὰ νῦν οὐ μιᾶς ληνοῦ, πλειόνων δὲ ληνῶν ὁ λόγος μνημονεύει, διὰ τὰ πολλὰ

v. 1. *In finem, pro torcularibus.*

Psalmus ad metum et formidinem irrogandam.

Eusebius. Hic titulus est *In finem*, eo quod in ultima consummatione sæculorum eventura sint ea quæ in hoc psalmo prædicta fuere. *Pro torcularibus* autem dicitur, propter populos per universam terram existentes et ob ecclesias Dei quas Scriptura consuevit per allegoriam vocare torcularia: tum maxime olim, quando unus erat populus, cui nomen Israel, qui et ipse vocatus est vitis, tum etiam apud eum templum turris dictum est, et aula torcularis altare in vestibulo templi positum, juxta Isaiæ vaticinium. Nunc vero sermo fit non unius torcularis, sed plurimorum, ob per-

Ps. VIII, v. 1. Vat. 5, 13, cum Eusebio post Montefalconium integritati restituto. Quæ si ab Origene derivantur, ut sequentia suadent, quæ Eusebius fere sua fecit, haud leve testimonium erit de dilatata sæc. III per universum orbem Ecclesia. Cf. Is. III, 1. Ps. LXXXIII, 1. — Ad Origenem cf. Gen. IX, 20; XLIX, 11, 15. Ps. CXXVII, 3; CIII, 15. Eccles. II, 4. Prov. III, 10. Cum optimo Vat. 13 initium consentit, ac multo plura fortasse nobis dedisset, nisi unum ibi vel plura folia desiderarentur. — Suidas: Ληνὸς καὶ προλήνιον, αἱ ἐκκλησίαι, παρὰ τῷ Δαοίδ.

θυσιαστήρια τὰ καθ' ὅλης τῆς γῆς διὰ Χριστοῦ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις αὐτοῦ συνεστῶτα. Διὸ καὶ ἐν πγ' ψαλμῷ, ὑπὲρ τῶν ληνῶν ἐπιγεγραμμένῳ καὶ αὐτῷ, πολλὰ θυσιαστήρια καὶ πλεῖστα σκηνώματα καὶ αὐλαὶ πολλαὶ θεσπίζονται· δι' ὧν ἀντικρὺς τὰ καθ' ὅλης τῆς γῆς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ ἱδρυμένα θυσιαστήρια δηλοῦται· ὅθεν καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ληνῶν τὴν προγραφὴν περιέχει.

'Ωρ. Καὶ ὁ ὀγδοηκοστὸς ἐπιγέγραπται εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν ληνῶν τῷ Ἀσάφ, οὗ ἡ ἀρχή· Ἀγαλλιᾶσθε τῷ βοηθῷ ἡμῶν. Καὶ ἐν τῷ πγ' ψαλμῷ τὴν Ὑπὲρ τῶν ληνῶν εὑρήσεις ἐπιγραφήν· πρὸς δὲ ταῦτα λάβωμεν τὰ περὶ Νῶε φυτεύοντος ἄμπελον· τήν τε περὶ τοῦ Ἰούδα παρὰ Ἰακὼβ εὐλογίαν· Δεσμεύων πρὸς ἄμπελον τὸν πῶλον αὐτοῦ· καὶ τὴν Ἰσσάχαρ, ὃς ἰδὼν τὴν ἀνάπαυσιν ὅτι καλὴ, καὶ τὴν γῆν ὅτι πίων, ὑπέθηκε τὸν ὦμον εἰς τὸ ποιεῖν καὶ ἐγενήθη ἀνὴρ γεωργός. Καὶ μὲν Ὀζίας γεωργὸς ἦν, ἀμπελουργοὺς ἔχων ἐν τῇ ὀρεινῇ. Καὶ ἡ γύνη δὲ παντὸς δικαίου ὡς ἄμπελός ἐστιν εὐθηνοῦσα ἐν τοῖς κλίτεσι τῆς οἰκίας αὐτοῦ, ᾧ γίνεται οἶνος εὐφραίνων καρδίαν ἀνθρώπου. Καὶ ὁ Ἐκκλησιαστής· Ἐφύτευσεν ἀμπελῶνας, ὤρυξε ληνόν. Καὶ ὁ Σολομῶν φησιν· Οἶνον δὲ αἱ ληνοί σου ἐκβλύζωσιν.

v. 3. Ἕνεκα τῶν ἐχθρῶν σου, τοῦ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν.

'Ωρ. Ὡς ἐχθρὸς μὲν ἡμᾶς ὁ Σατανᾶς ἁμαρτάνειν καταναγκάζει· ὡς δὲ ἐκδικητὴς, παραδιδομένους κολάζει. Ὑμέναιον οὖν καὶ Ἀλέξανδρον αὐτὸς βλασφήμους ἀπεργασάμενος, πάλιν ἐπαίδευσεν, διὰ τὰς εἰς Θεὸν βλασφημίας.

v. 6. Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν.

Εὐσεβίου. Πῶς δόξῃ καὶ τιμῇ τὸν ἄνθρωπον ἐστεφάνωσεν ὁ τῶν ὅλων Θεός, νοήσεις, ὅτι ἐπὶ μόνου τοῦ ἀνθρώπου ἀνα-

multa illa altaria, quæ per universam terram pro Christo in illius ecclesiis eriguntur. Idcirco in psalmo LXXXIII, et ipso *Pro torcularibus* inscripto, multa altaria, et plurima tabernacula et plura atria vaticinio feruntur; quibus opposita sunt ea quæ per universum orbem in ecclesiis Dei sanctuaria stabilita jam demonstrantur. Unde et psalmus ille titulum *Pro torcularibus* præ se fert.

Origenes. Psalmus quoque LXXX inscribitur *In finem pro torcularibus ad Asaph*, cujus initium est: « Exsultate adjutori nostro.» Et in psalmo LXXXIII inscriptionem *Pro torcularibus* invenies. Ad hæc quoque accipere possumus illa de Noe vineam plantante; et benedictionem Jacob de Juda: « Ligans ad vitem pullum suum. » Et de Issachar, qui « videns requiem quod esset bona, et terram quod pinguis esset, supposuit humerum ad laborandum, et factus est vir agricola. » Ozias quoque agricola erat, « vineæ cultores habens in montanis. » Quin et uxor cujuscumque justi est « tamquam vitis abundans in lateribus domus suæ, » cui vinum fit lætificans cor hominis. Et Ecclesiastes: « Plantavit vineam, fodit torcular.» Et Salomon ait: « Vino torcularia tua redundent. »

v. 3. *Propter inimicos tuos, ut destruas inimicum et ultorem.*

Origenes. Ut inimicus, nos Satanas ad peccandum urget; ut vero ultor, traditos sibi castigat. Hymenæum et Alexandrum quum blasphemos fecisset, eos rursus corripuit, ob Deo illatas blasphemias.

v. 6. *Minuisti eum paulo minus ab angelis, gloria et honore coronasti eum.*

Eusebius. Quomodo gloria et honore coronavit hominem Deus rerum universarum, noveris, quod de solo homine scriptum fuit: « Deus

v. 3. Vat. 5. cf. I Tim. 1, 20.
v. 6. Vat. 13. Ejusdem Eusebii nova sunt, more Origenis exposita. Cæterum plura Eusebii de ps. VIII alias reservantur.

γέγραπται εἰρηκὼς ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν· καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν. Καὶ ἐπιφανειῶν κατηξίωσεν ἑαυτοῦ, καὶ σάρκα περιβεβλημένῳ ὁμιλίας θείας μετέδωκεν, τότε μὲν δι' ἀγγέλων, τότε δὲ καὶ αὐτὸς δι' ἑαυτοῦ τοῖς ἁγίοις ὀφθεὶς καὶ χρηματίσας· καὶ ἔτι πρὸς τούτοις θείου Πνεύματος καὶ δυνάμεως οὐρανίου μέτοχον αὐτὸν ἀνέδειξεν, ὡς τὰ μέλλοντα προαγορεύειν, καὶ νόσους παντοίας θεραπεύειν, ἤδη δὲ καὶ νεκροὺς ἐγείρειν· ὁποῖα προφῆται καὶ ἀπόστολοι πεποιηκέναι ἱστοροῦνται· εἰ δὲ ἅπασιν τοῖς λεχθεῖσιν προσθείης τοῦ Μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τὴν ἔνσαρκον οἰκονομίαν, ὄψει πῶς εἴρηται· Δόξῃ καὶ τιμῇ ἐστεφάνωσας αὐτόν, δηλάδη ὅτι τὸν ἄνθρωπον.

dixit: Faciamus hominem ad imaginem nostram et similitudinem, et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit eum.» Eumdem suis honoravit manifestationibus, et cum eo quem caro involvit, divina colloquia communicavit, modo per angelos, modo ipsemet sanctis se ostendens et nomine patefactus. Adde quod præterea divini Spiritus ac supernæ virtutis eum fecit participem, eo usque ut futura prænuntiaret, et morbos omnigenos sanaret, immo etiam mortuos erigeret redivivos; qualia portenta prophetæ et apostoli fecisse enarrantur. Quod si hisce superius dictis junxeris unigenitum Dei Filium in carne conversatum esse, perspicies quo pacto dictum sit: *Gloria et honore coronasti eum*, hominem videlicet.

Psalmus IX.

v. 1. Ἐξομολογήσομαί σοι, Κύριε, ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, διηγήσομαι πάντα τὰ θαυμάσιά σου. *Vatic.* p. 628, 1.

Ἕτεροι δὲ πρὸς αὐτὸν, οὐ περὶ αὐτοῦ τὸν παρόντα φασὶν ᾄδεσθαι ψαλμὸν, ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπείας ἐξομολογουμένου φύσεως τοῦ προφήτου, τῶν τελείων ἴδιον λέγοντος τὸ πᾶσαν ἀνατιθέναι τῷ Θεῷ τὴν καρδίαν· Ἀγαπήσεις γὰρ, φησὶ, τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου κτλ. Ὃ δὲ νῦν ἐμφαίνει τό· ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου, ὃ δὲ ποιεῖ, προφητικοῖς ὀφθαλμοῖς τὰ ἐσόμενα προϊδὼν, καὶ διηγεῖται ταῦτα, κοινωνοὺς τῆς ἐξομολογήσεως

v. 1. *Confitebor tibi, Domine, in toto corde meo, narrabo omnia mirabilia tua.*

Alii sunt interpretes, qui aiunt hunc psalmum ad Davidem dici, non de ipso, ac si propheta ob genus humanum laudis hymnum professus, dixisset proprium esse perfectorum hominum, totum cor Deo dedicare. « Diliges enim, inquit, ex toto corde tuo etc.» Quod sane nunc manifestat illud *in toto corde meo,* quodque facit psalmista, propheticis oculis futura prævidens, et dum ea enarrat, auditores facit participes suæ confessionis, in gaudium

Ps. IX. Theodoretum nunc habemus, Origenis potius metaphrasten quam æmulatorem, in hoc longo psalmo, quem Hebræi et varii Græci codd. in duos dividunt.

v. 1. Vat. 10. Suspicor priorem argumenti partem transiisse apud Theodoretum, Hexapla manu larga metentem; sed utinam partem posteriorem minus jejune tetigisset, eam nempe, quam non dubitaverim ad Seniores Alexandrinos retulisse. Verumtamen nobiscum habet Cyrensis: Τῶν τελείων ἴδιον τὸ πᾶσαν ἀνατιθέναι τῷ Θεῷ τὴν καρδίαν καὶ πᾶσαν αὐτῷ καθιεροῦν τὴν διάνοιαν, et perget cum Luc. x, 27, sicque obscuriora nostra declarat: *Propheta, spiritualibus oculis futura prævidens,* (quod latine sequimur), *non confitetur solum toto corde, verum etiam narrat ipsius omnia mirabilia, faciens auditores participes cantus hymnorum* (τοὺς ἀκούοντας κοινωνοὺς τῆς ὑμνῳδίας ποιούμενος). Ἀκούοντας est legentium librum; ἀκροατὰς audientium magistrum, hinc Origenem, illinc Theodoretum habes. Eusebium quoque suo reperies loco.

ποιούμενος τοὺς ἀκροατὰς, χαρὰν ἔχων τὸν καρπὸν τοῦ Πνεύματος, ἐπηρμέναις τε θεωρίαις τὰ τοῦ Θεοῦ διηγούμενος θαύματα.

v. 6. Ἐπετίμησας ἔθνεσι, καὶ ἀπώλετο ὁ ἀσεβής· τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

Ὑπὲρ τῆς ἀνθρωπίνης τυραννουμένης φύσεως οὕτω πικρὰν αὐτῷ τὴν τιμωρίαν ἐπέθηκας. Ἐπετίμησας τοῖς ἔθνεσι, τουτέστι τὰ θεῖα διδάγματα διὰ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἑξῆς διδασκάλων αὐτοῖς παραδούς· ὧν δεξαμένων, ἀπώλετο [ὁ ἀσεβὴς], τοὺς κατὰ τὴν πλάνην προσκυνοῦντας οὐκ ἔχων. Οὕτω καὶ Λυκάοσι θῦσαι πειρωμένοις Παῦλος ἐπετίμα καὶ Βαρνάβας, εἰπόντες· Τί ποιεῖτε, ἄνδρες; Καὶ ἡμεῖς ὁμοιοπαθεῖς ἐσμεν ὑμῶν ἄνθρωποι, ἀπὸ τούτων τῶν ματαίων ὑμᾶς ἐπιστρέφοντες. Καὶ Γαλάταις δὲ Παῦλος ἐπετίμα· Ὦ ἀνόητοι Γαλάται, τίς ὑμᾶς ἐβάσκανεν, ἐν οἷς κατ' ὀφθαλμοὺς Ἰησοῦς Χριστὸς προεγράφη ἐν ὑμῖν ἐσταυρωμένος; Οὕτω Κορινθίοις· Ὅλως ἀκούεται ἐν ὑμῖν πορνεία, καὶ ἥτις οὐδὲ ἐν τοῖς ἔθνεσιν ὀνομάζεται. — Ἐξηλείφθη τοίνυν αὐτοῦ τὸ ὄνομα εἰς τὸν αἰῶνα. Ἅπασα γὰρ ἔσβεσται τελετὴ τῶν νῦν ἀνθρώπων καὶ ἀγνοούντων τὰ τῆς εὐσεβείας μυστήρια, τοσοῦτον καὶ τό· Ὁδὸς ἀσεβῶν ἀπολεῖται.

v. 8. Καὶ ὁ Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα μένει, ἡτοίμασεν ἐν κρίσει τὸν θρόνον αὐτοῦ.

Οὐ μόνον κατὰ τὸν παρόντα βίον τὴν οἰκείαν δύναμιν ἔδειξεν, ἀλλὰ κἂν τῷ μέλ-

habens hunc fructum Spiritus, ac per sublimes contemplationes referens Dei prodigia.

v. 6. *Increpasti gentes, et periit impius; nomen ejus delevisti in saeculum saeculi.*

Sic propter naturam humanam tyrannide oppressam, tyranno sævam pœnam imposuisti. *Increpasti gentes*, id est imposuisti divina dogmata per apostolos, eorumque deinceps successores; quæ cum recepta sint, *periit impius*, jam non habens asseclas, erroris adoratores (*a*). Haud aliter Lycaones immolare aggressos, Paulus et Barnabas increpuere dicentes: « Quid facitis, o viri? Et nos quoque mortales sumus, similes vobis homines, vos ab his vanis convertentes ad Deum vivum.» Et Paulus Galatas increpuit: « O insensati Galatæ, quis vos fascinavit, quibus ante oculos Jesus Christus præscriptus est crucifixus? » Sic Corinthiis: « Omnino inter vos auditur fornicatio, et qualis neque in gentibus nominatur.» — Interea *periit nomen eorum in saeculum.* Tota enim exstincta est initiatio profana horum hominum, qui nunc vivunt et ignorant pietatis mysteria; idem prorsus est illud: « Via impiorum peribit.»

v. 8. *Et Dominus in saeculum manet; praeparavit in judicio thronum suum.*

Non solum pro præsenti vita virtutem suam exeruit, sed etiam in futuro formidandum

(*a*) Pseudo-Hieronimus. *Increpasti gentes*, per prædicatores, eos qui idola adorabant, ligna et lapides. *Et periit impius*, Diabolus, qui in ipsis lignis vel lapidibus adoratur.

v. 6. Vat. 10. Theodoreti paraphrasis: *Non enim tolerasti, diutius hominum naturam despicere, ab acerbo tyranno in servitutem male redactam, sed tanquam quispiam judex super solio alto et terribiti tribunali sedens, talem ipsi poenam imposuisti, ut memoria hujus sempiterna oblivione obscuretur.* Sed vide inferius quale discrimen intercedat Origenem inter et Theodoretum, ubi prior aperte respicit coram se superstites orgias ethnicas, τελετὰς τῶν νῦν ἀνθρώπων, posterior vero jam deleta prorsus mysteria comminiscitur, cujus græca audire est: Ἐσβέσθησαν γὰρ παντελῶς τῆς ἀσεβείας αἱ τελεταὶ, καὶ λήθῃ παντελεῖ παρεδόθησαν, ὡς μηδένα τῶν νῦν ἀνθρώπων εἰδέναι τὰ τῆς ἀσεβείας μυστήρια. Et mihi considera quomodo secernantur μεταφράσεις et excepta ἀπὸ τοῦ στόματος, tum ante, tum post Ecclesiæ pacem. cf. Act. xiv, 14; Gal. iii, 1; i Cor. v, 1; ii Tim. iv, 2.

v. 8. Barberin. iii, 59 f. 30.

λοντι τὸ φρικῶδες αὐτοῦ δείξει κριτήριον πᾶσιν ἀνθρώποις, δικάζων, καὶ τὰ πρὸς ἀξίαν ἀπονέμων ἑκάστῳ.

v. 9. Καὶ αὐτὸς κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.

Οἰκουμένην μὲν νοήσεις τὴν ἐκκλησίαν, οἰκουμένην ὑπό τε Πατρὸς καὶ Υἱοῦ, κατὰ τό· Ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιησόμεθα· λαοὺς δὲ, τοὺς λοιποὺς παρὰ τὴν ἐκκλησίαν, ἢ τοὺς ἐκ περιτομῆς. Ὅσοι γὰρ ἐν νόμῳ ἥμαρτον, διὰ νόμου κριθήσονται, τῶν ἀνόμων ἁμαρτόντων, ἀνόμως ἀπολλυμένων. Φοβητέον ἄρα τὸν τοιοῦτον κριτὴν τοὺς ψεκτάς τε πράξεις καὶ ἀσεβὲς ἔχοντας φρόνημα.

v. 13. Οὐκ ἐπελάθετο τῆς δεήσεως τῶν πενήτων.

Τοιαύτη τίς ἦν; Ἡ διὰ τῶν ὀλοφύρσεων καὶ τῶν θρήνων γενομένη, οἷόν τινα αἴτησιν ἔχουσα περὶ τῶν κατεχόντων δεινῶν.

v. 14. Ὁ ὑψῶν με ἐκ τῶν πυλῶν τοῦ θανάτου.

Ἵνα μὴ καὶ πύλαι τοῦ ᾅδου κατισχύσωσιν αὐτοῦ, αἵτινές εἰσιν αἱ κακίαι κατάγουσαι εἰς πυθμένα ᾅδου.

v. 16. Ἐνεπάγησαν ἔθνη ἐν διαφθορᾷ ᾗ ἐποίησαν· ἐν παγίδι ταύτῃ ᾗ ἔκρυψαν, συνελήφθη ὁ πούς αὐτῶν.

Καὶ μὴν κατὰ τῆς ἀρετῆς, ἀφθαρσίας λεγομένης, ὡς ἐν τῷ· Ἡ χάρις μετὰ τῶν ἀγαπώντων τὸν Κύριον ἡμῶν ἐν ἀφθαρσίᾳ· ἡ ἐναντίως ἔχουσα κακία, λέγοιτο ἂν εἰκότως διαφθορὰ καὶ φθορά. Εἴρηται γοῦν· Εἴ τις φθείρει, φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεός. Καὶ παρὰ τῷ προφήτῃ· Ἕνεκεν ἀκαθαρσίας διεφθάρηται φθορᾷ.

tribunal suum omnibus hominibus ostendet, ut judex, et singulis ea quæ merentur retribuens.

v. 9. *Et ipse judicabit orbem terrarum in justitia, judicabit populos in aequitate.*

Orbem terrarum Ecclesiam intelliges, quæ habitatur a Patre et Filio, juxta illud: « Ego et Pater meus veniemus, et mansionem apud eum faciemus. » *Populos* vero intellige eos qui sunt extra Ecclesiam, vel illos qui sunt ex circumcisione. « Quicumque enim in lege peccaverunt, per legem judicabuntur, iis qui sine lege peccarunt, sine lege pereuntibus. » Metuendus itaque talis judex iis qui execrandis facinoribus et impiis cogitationibus addicti sunt.

v. 13. *Non est oblitus clamoris pauperum.*

Qualis clamor? Ille qui oritur ab ejulatibus et lamentis, continens aliquam deprecationem de ingruentibus malis.

v. 14. *Qui exaltas me de portis interitus.*

Ne ipsi portæ inferi prævaleant, quæ sunt iniquitates, pellentes ad puteum orci.

v. 16. *Infixae sunt gentes in interitu quem fecerunt. In laqueo quem absconderunt, comprehensus est pes eorum.*

Etenim contra virtutem, quæ vocatur *incorruptio*, ut in hoc loco: « Gratia cum illis qui amant Dominum nostrum in incorruptione, » opposita est quæ dicitur malitia, quam dixeris merito corruptionem et interitum. Dicitur ergo: « Si quis corrumpit, corrumpet eum Deus, » et apud prophetam: « Pro immunditia corruptus est corruptione. »

v. 9. Vat. 10, 13. Habent pauca BB, plura sed subversa Gallandius, fere cuncta Corderius, quæ tandem nostri codd. redintegrant. Ab hisce ordiuntur posthuma ad Origenem Gallandiana. cf. Matth. XIX, 29. Rom. II, 12. Videtur Origenes viam aperire Hieronymo, Chrysostomo, et cæteris patribus qui cum Aquinate locum Apostoli audiunt de gentibus nondum conversis.

v. 13, Vat. 5, ubi male αἴνεσιν quod ex Theodoreto emendavi.

v. 14. Vat. 5. cf. Matth. XVI, 18.

v. 16. Vat. 16 cf. Eph. 17, 24. Mich. II, 10. Penultimus locus me fugit, apocrypha sapit. Ultimum aliter habent LXX vulgati: Οὐκ ἔστι σοι αὕτη ἀνάπαυσις ἕνεκεν ἀκαθαρσίας· διεφθάρητε φθορᾷ. In Vulg. *Non habetis hic requiem: propter im-*

v. 17. Γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν.

Ἔστιν ὅτε καὶ ἐκ τῶν κριμάτων ποδηγούμενος ὁ ἄνθρωπος ἐπιγινώσκει τὸν Κύριον.

v. 18. Ἀποστραφήτωσαν οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην, πάντα τὰ ἔθνη τὰ ἐπιλανθανόμενα τοῦ Θεοῦ.

Ἀποστρέφονται οἱ ἁμαρτωλοὶ εἰς τὸν ᾅδην, ἵνα ἴδωσιν τὴν Ἰησοῦ ψυχὴν καταβαίνουσαν καὶ ἀναβαίνουσαν. Οἱ γὰρ προσδοκήσαντες αὐτὴν ὡσπερεὶ ἔξω ἔβλεπον, πρῶτον μὲν οἱ ἐν ἡμῖν ἁμαρτωλοί, εἶτα τὰ ἔθνη. — Τί ἐπελάθετο τὰ ἔθνη τὸν Κύριον; ἡ γὰρ λήθη δευτέρα γνώσεως· οὐκοῦν ἐντεῦθεν σαφὲς καὶ τό· Ἐγὼ ἐφύτευσά σε ἄμπελον καρποφόρον, πᾶσαν ἀληθινήν· Πῶς ἐστράφης εἰς πικρίαν, ἡ ἄμπελος ἡ ἀλλοτρία;

v. 28, 29. Οὗ ἀρᾶς τὸ στόμα αὐτοῦ γέμει... Ἐγκάθηται ἐνέδρᾳ μετὰ πλουσίων ἐν ἀποκρύφοις.

Ὁ μὲν δίκαιος εὐλογεῖ τὸν Κύριον ἐν παντὶ καιρῷ, ὁ δὲ ἁμαρτωλὸς ἐγκάθηται ἐνέδρᾳ.

v. 30 32. Ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ, ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτοῦ· ἐνεδρεύει τοῦ ἁρπάσαι πτωχόν, ἁρπάσαι πτωχὸν ἐν τῷ ἑλκύσαι αὐτὸν ἐν τῇ παγίδι αὐτοῦ· ταπεινώσει αὐτόν, κύψει, καὶ πεσεῖται ἐν τῷ αὐτὸν κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων.

Καθάπερ λέων τῇδε κἀκεῖσε μεταφέρει τὸ ὄμμα, θήραν ἐπιζητῶν, οὕτως νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἁρπαγῆς καὶ πλεονεξίας ἐπινοεῖ μηχανήν· ἀλλ' ὅμως κύψει, καὶ πεσεῖται. Ἕλκει μὲν διὰ τοῦ λογισμοῦ, ἁρπάζει δὲ διὰ τῆς κατ' ἐνεργίαν ἁμαρτίας.

v. 33. Μὴ ἐπιλάθῃ τῶν πενήτων.

Εἰ ἐπελάθετο τῶν πενήτων ὁ Κύριος, ᾔδει τοὺς πένητας ὁ Κύριος.

v. 17. *Cognoscitur Dominus judicia faciens.*

Usu venit quod ex judiciis pedetentim homo ductus, agnoscat Dominum.

v. 18. *Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quae obliviscuntur Dei.*

Convertuntur peccatores in infernum, ut videant animam Jesu descendentem et resurgentem. Qui enim expectabant eum, tamquam foris stantes, prospiciebant, ac primum qui ex nobis peccarunt, deinde gentes. — In quo oblitæ sunt gentes Dominum? Etenim oblivio cognitioni posterior est. Inde ergo perspicuum illud est: « Ego plantavi te vineam fructiferam, totam veram; quomodo versa es in amaritudinem, tu vitis aliena? »

v. 28, 29. *Cujus maledictione os plenum est... Sedet in insidiis cum divitibus in occultis.*

Justus in omni tempore Deum benedicit; peccator autem sedet in insidiis.

v. 30-32. *Insidiatur in abscondito, quasi Leo in spelunca sua. Insidiatur, ut rapiat pauperem, dum attrahit eum in laqueo suo: humiliabit eum, inclinabit se, et cadet, quum dominator fuerit pauperum.*

Sicut leo huc illuc oculos vertit, prædam quærens, ita [diabolus] noctuque et diu rapinæ et violentiæ molitiones instruit, verum simul ac inclinabit, cadetque. Attrahit per tentationem, rapit autem per peccatum actu patratum.

v. 33. *Ne obliviscaris pauperum.*

Si oblitus est pauperum Dominus, Dominus noverat pauperes.

munditiam ejus corrumpetur corruptione pessima.

v. 18. Vat. 13. Prætermisi primum, post retinui scholium, et ideo reposui, quod nimis vexatum videretur tam apud BB, quam in Corderii Catena. Ἀποστραφήτωσαν (ἀποκλεισθήτωσαν BB) οἱ ἁμαρτωλοὶ (om. BB), ἵνα μὴ ἴδωσιν τὴν (BB om. τὴν) Ἰησοῦ ψυχὴν καταβαίνουσαν καὶ ἀναβαίνουσαν, ἔνδον ἀπεστραμμένοι. Nec plura Corder. I, 194.

Nostra inde BB persequuntur, sed παραφραστικῶς. Ex quacumque scriptura emergit testimonium, quum de Christi anima ad inferos descendente memoria non ita frequens sit apud veteres, ea sollicitare non piguit, quamvis nonnulla iterum apocryphis accedant. In fine Jerem. II, 21.

v. 28, 29, Vat. 2.

v. 30, 31. Vat. 2, 5.

v. 33, 34, Vat. 5.

v. 34. Εἶπε γὰρ ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐ ζητήσει.

Ἀλλὰ κἂν μυριακὶς ἐκεῖνος ταῦτα λογίσηται, σὺ βλέπεις· τοῦτο γὰρ νοητέον.

v. 36. Σύντριψον τὸν βραχίονα τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ πονηροῦ.

Ἁμαρτωλός ἐστιν ὁ ἐξ ἡδυπαθείας καὶ ἀκολασίας ἁμαρτάνων· πονηρὸς δὲ ὁ ἑκουσίως κακοποιητικός. — Βραχίονα δὲ εἶπε τὴν πονηρὰ κατεργασαμένην ψυχήν. Ἡ συντριβὴ τοῦ βραχίονος ἀφανίζει τὰς ἁμαρτίας· τὸ δὲ ἀπαλλαγῆναι τῶν ἁμαρτιῶν εὐεργεσία ἐστὶ τοῦ συντριβῆναί τινος βραχίονα· οὕτω καὶ ἐγὼ πείθομαι κολάζειν Θεῷ.

v. 37, 38. Βασιλεύει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ἀπολεῖσθε, ἔθνη, ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ· τὴν ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσεν Κύριος.

Δεῖ γὰρ τὸν Κύριον βασιλεύειν διὰ τῶν αἰώνων, ἄχρις οὗ ἐπιθυμίαν τῶν πενήτων εἰσήκουσε Κύριος, ἄχρις οὗ θῇ πάντας τοὺς ἐχθροὺς ὑποπόδιον τῶν ποδῶν αὐτοῦ. Ἡ γὰρ βασιλεία αὐτοῦ ἐστιν ἡ θεωρία πάντων τῶν γεγονότων καὶ γενησομένων αἰώνων· δι' ἧς θεωρίας καὶ οἱ ἐχθροὶ φίλοι γίνονται· ἡ δὲ γῆ τοῦ Κυρίου, ἡ θεωρία τῶν γεγονότων αἰώνων· ἡ δὲ βασιλεία, φαμὲν, τό· τηνικαῦτα ἐπακούει τῆς ἐπιθυμίας ὁ Κύριος, ὁπηνίκα ἂν παράσχῃ τὸ ἐπιθυμητὸν τῇ ἐπιθυμησάσῃ ψυχῇ.

v. 34. *Dixit enim in corde suo: Non requiret.*

Verum tametsi decies millies is talia somnietur, tu vides, id enim subintelligendum est.

v. 36. *Contere brachium peccatoris et maligni.*

Peccator est ille qui ex mollitie et libidine peccat; malignus autem, qui deliberato consilio malum exequitur. Brachium autem vocavit animam, quæ improbe facinora committit. Contritio brachii delet peccata: aversio autem a peccatis optima in eo efficitur, quod alicujus brachium sic conteritur. Ita et ego confido futurum esse me a Deo castigatum.

v. 37, 38. *Dominus regnabit in aeternum et in saeculum saeculi. Peribitis, gentes, de terra illius; desiderium pauperum exaudivit Dominus.*

Oportet enim Deum regnare in sæculum, donec desiderium pauperum exaudivit Dominus, donec posuerit inimicos suos scabellum pedum suorum. Regnum enim ejus est contemplatio omnium sæculorum, prætcritorum et futurorum; qua contemplatione etiam inimici fiunt amici. Terra autem Domini est inspectio sæculorum elapsorum: regnum vero, ut diximus, in eo est, quod Dominus tunc temporis exaudit, cum vota desiderantis animæ implet.

v. 36. Vat. 5, 19.

v. 37, 38. Vat. 14.

Psalmus X.

v. 4. Οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ εἰς τὸν πένητα ἀποβλέπουσι· τὰ βλέφαρα αὐτοῦ ἐξετάζει τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. *Vatic.* p. 629, 2.

Εἰ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου εἰς πένητας ἀποβλέπουσι, γενώμεθα πένητες, ἵνα οἱ ὀφθαλ-

v. 4. *Oculi ejus in pauperem prospiciunt; palpebrae ejus interrogant filios hominum.*

Si oculi Domini in pauperes prospiciunt, pauperibus connumeremur, ut oculi Domini

Ps. X. v. 4. Vat. 5, 14. Auro carius ac cœteris præstantius mihi est scholium hoc novum, quum in eo, si quid intelligo, video præ oculis et manibus Origenis fuisse *Clavem* Melitonis. In hac enim et in illo eadem symbola, idem fere ordo rerum, eadem loca classica: vide supra

μοὶ Κυρίου εἰς ἡμᾶς ἐπιβλέπωσιν. Εἰ δὲ οἱ πλούσιοι οὐκ εἰσὶ πένητες, οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου εἰς τοὺς πλουσίους οὐκ ἀποβλέπουσι. — Σὺ δὲ ὅταν ἀκούσῃς ἐν οὐρανοῖς εἶναι, καὶ παροικεῖν τὸν Θεὸν, ἐκ τῆς ἱερᾶς γραφῆς, ἢ ἐνδότερον εἶναι τοῦ καταπετάσματος, μὴ περιορισμούς τινας καὶ τοπικὰς οἰκήσεις, καὶ μεταβάσεις, καὶ ἀναβάσεις, καὶ ἐξελεύσεις νοήσῃς· πτωχοπρεπεῖ γὰρ οὔσῃ τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, καθὰ χωρεῖ ἀκοῦσαι, διαλέγεται αὐτῇ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μάρτυς τοῦ λόγου ἡ μωσαϊκὴ συγγραφὴ, παχεῖα καὶ ἀνάξια Θεοῦ τοῦ ἀπεριγράπτου περιέχουσα ῥήματα· ἅτινα οὐ Μωσῆς ἐξέθετο οἴκοθεν, ἀλλ' ὁ Θεὸς δι' ἀγγέλων αὐτοῦ ἐν ὄρει τῷ Σιναΐῳ ταῦτα προηγόρευσε ἐπὶ τῆς σκηνῆς· ὅθεν ὡς ἀγγέλου ταῦτα λαλήσαντος, οὐδὲ τέθεικεν ὅλως τὸ ὄνομα ἐν τῇ ἀπογραφῇ αὐτῆς ὁ Μωϋσῆς, καθὼς οἱ λοιποὶ προφῆται βίβλοις τῶν οἰκείων προφητειῶν. — Βλέφαρα δὲ [νοήσεις] κριτικὴν αὐτοῦ πρόνοιαν καὶ τῶν πραγμάτων ἐξεταστικήν.

v. 5. Ὁ δὲ ἀγαπῶν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

Εἰ ὁ ἀγαπῶν τὴν ἀδικίαν, μισεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, ὁ μισῶν δηλονότι τὴν ἀδικίαν, ἀγαπᾷ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν.

v. 6. Πῦρ καὶ θεῖον καὶ πνεῦμα καταιγίδος, ἡ μέρις τοῦ ποτηρίου αὐτῶν.

Ποτήριον νῦν τὴν κόλασιν ὀνομάζει, ἐν ᾧ κακίας καὶ ἀγνωσίας ἐγκέκραται πόμα.

in nos respiciant. Quod si divites non evadunt pauperes, minime in divites despiciunt oculi Domini. — Tu vero quum audieris in cœlis esse et habitare Deum, sacram secundum Scripturam, vel in interiore velo adesse, noli qualescumque excogitare conterminos vel localia habitacula, nec transitus, neque ascensus, aut exitus; naturam enim nostram, ut decet indigentiam ejus, Spiritus sanctus alloquitur, quantum illa audire capit. In cujus sermonis testimonium est Mosaica conscriptio, quæ pinguia aliquot verba, Deoque incircumscripto minus digna continet: qualia de suo non exposuit Moyses, sed quæ ipse Deus per angelos suos, in monte Sinaitico, de tabernaculo suggessit: unde quasi angelus ea dictaverit, nullatenus Moses nomen suum volumini inscripsit, sicut cæteri prophetæ libris suarum prophetiarum fecerunt. — Palpebras autem intelliges discretam Dei judicis providentiam, et quæ facinora scrutatur.

v. 5. *Qui diligit iniquitatem, odit animam suam.*

Si ille odit animam suam, qui diligit iniquitatem, qui porro odit iniquitatem, diligit animam suam.

v. 6. *Ignis et sulphur et spiritus procellarum, pars calicis eorum.*

Calicem nunc pœnam vocat, in quo mixta fuit potio malitiæ et ignorantiæ.

p. 6, 10. Idem iterum Origenes persequitur in ps. XIII, ex luculento lemmate quod primus detexit Gallandius p. 107. Nil mirum, quum ad ps. III p. 548 BB, singulari et unico horum commentariorum exemplo, sanctus Sardensis episcopus suo nomine adducatur, his verbis quæ sine varietate retinet Vat. 13: Μελίτων γοῦν, ὁ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, φησὶν αὐτὸν *(Absalonem)* εἶναι τύπον τοῦ διαβόλου, ἐπαναστάντος τῇ Χριστοῦ βασιλείᾳ, καὶ τούτου μόνου μνησθεὶς οὐκ ἐπεξειργήσατο τὸν τύπον. Tam vero Origenem quam Melitonem Theodoretus, eadem pertractans, ita respicit: Ἰστέον δὲ ὅτι καὶ ὀφθαλμοὺς, καὶ βλέφαρα, καὶ θρόνους, καὶ τἆλλα ὅσα τοιαῦτα σωματικώτερον λέγει, ἀπὸ τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων τοὺς ἀνθρώπους τὰ θεῖα διδάσκων, καὶ ταῖς θείαις ἐνεργείαις τῶν ἀνθρωπίνων μορίων τὰς προσηγορίας τιθείς. *Patr.* LXXX Col. 940. Neque inde discedit Origenes, quin de more suo Melitoni paulisper obsistat, dum *palpebras Dei* explicat. cf. *Clav.* l. l. — Ne quid omittam, a regione scholii in cod. 5, præter Origenis sigla, adest contortum quatruplici volumine signum, in quo per me licet introspicias vel *Apollinarem*, vel quemdam *Hagiopolitanum*, nisi ludus librarii videatur.

v. 5, 6. Vat. 5, 6, 16. — Vat. B μείσει... θίον.

Psalmus XI.

v. 1. Σῶσόν με, Κύριε, ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος, ὅτι ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι ἀπὸ τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. *Vatic.* p. 630, 1.

Ἐπειδὴ κινδυνεύει τῆς ἀληθείας ἀπεσβεσθῆναι τὸ χάρισμα, οἱ μὲν ὅσιοι ἐκλέλοιπον, αἱ δὲ ἀλήθειαι ὠλιγώθησαν· οὐκ ἐν τοῖς ὁσίοις μόνοις αἱ ἀλήθειαι, καὶ ἐν τοῖς ἀληθέσιν ἡ ὁσιότης. Ἢ ἐπειδὴ οἱ ὅσιοι ἐκλελείπασιν, διὰ τοῦτο ὠλιγώθησαν αἱ ἀλήθειαι· καὶ τάχα ἡ σπάνις τῶν ὁσίων αἰτία γέγονε τῶν πολλῶν αἱρέσεων.

v. 6. Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ στεναγμοῦ τῶν πενήτων, νῦν ἀναστήσομαι, λέγει Κύριος· θήσομαι ἐν σωτηρίᾳ, παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ.

Ἐὰν ἐκ τῆς ταλαιπωρίας τῶν πτωχῶν νῦν ἀναστήσομαι, φησί, λέγει Κύριος, τίς ἀνιστάμενον οὐ δέδοικεν Κύριον; Καί· Ἀνάστηθι, Κύριε ὁ Θεός μου, ὑψώθητι; Ἀπευξώμεθα τὴν τοιαύτην ὕψωσιν, καὶ μὴ βουληθῶμεν ἰδεῖν ἐπαιρομένην χεῖρα κατὰ τῶν ἀπειθούντων, ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπαφιεμένην τοῖς σκληροτέροις. Καὶ οὐκ ἐπελάθετο τῆς κραυγῆς τῶν πενήτων, καὶ οὐκ εἰς τέλος ἐπιλησθήσεται ὁ πτωχός. Ἢ καὶ οὕτως· οἱ πτωχοὶ δι' ἐμὲ καὶ πένητες γεγονότες τῷ σῷ πνεύματι, στένουσιν ἀεὶ ταπεινούμενοι, προσέχοντές μου τῷ λόγῳ, καὶ πίστιν ἀκλινῆ διασώζοντες· ὧν ἕνεκεν ἀναστήσομαι, καὶ κατὰ τὸ πρέπον, τῇ ἐμῇ ἀναστάσει σωτηρίαν θήσομαι πᾶσιν ἀνθρώποις.

v. 8, 9. Σύ, Κύριε, φυλάξεις ἡμᾶς, καὶ διατηρήσεις ἡμᾶς... Κύκλῳ οἱ ἀσεβεῖς περιπατοῦσιν.

Ἐπειδὴ ὁ κύκλος τῇ εὐθείᾳ ἐναντίος ἐστὶ κατὰ τὴν σκολιότητα καὶ εὐθύτητα, οἱ δὲ ἀσεβεῖς κύκλῳ περιπατοῦσιν, οἱ εὐσεβεῖς ἄρα εὐθεῖαν περιπατοῦσι. Διὰ τοῦτό φησι· Φυ-

Ps. XI, v. 2. Vat. 16.
v. 6. Vat. 14. Ps. VII, 7; IX, 13.

v. 2. *Salvum me fac, Domine, quoniam defecit sanctus, quoniam imminutae sunt veritates a filiis hominum.*

Quandoquidem periculum est, ne exstinguatur donum veritatis, tum sancti defecerunt, tum veritates imminutæ sunt: verum neque in solis sanctis veritates sunt, neque in solis veris hominibus sanctitas. Vel, ideo quod sancti defecerunt, propterea veritates imminutæ sunt. Et fortasse sanctorum raritas causa fuit cur plurimæ hæreses pullulaverint.

v. 6. *Propter miseriam inopum et gemitum pauperum, nunc exsurgam, dicit Dominus. Ponam in salutari; fiducialiter agam in eo.*

Si propter miseriam inopum et gemitum pauperum, dicit, *nunc exsurgam,* ait Dominus, quis non pavebit ad exsurgentem Dominum? et ad illud: « Exsurge, Domine, Deus meus, et exaltator? » Deprecemur similem exaltationem, caveamusque ne intueamur manum, quam attollit adversus incredulos: quanto magis eam formidemus durioribus impactam. At « non est oblitus clamorem inopum, nec in finem usque oblivio erit pauperis. » Vel etiam in hoc sensu: qui propter me inopes [o Fili], et spiritu tuo, pauperes facti, ingemiscunt semper in oppressione, verbo meo dociles, fidemque servantes immobilem: horum gratia exsurgam, et resurrectione mea, quantum dignum est, ponam salutem omnibus mortalibus.

v. 8, 9. *Tu, Domine, servabis nos, et custodies nos... In circuitu impii ambulant.*

Quoniam circulus rectitudini e diametro opponitur, sicut tortuositas æquitati, quumque in circuitu impii ambulent, ergo justi ambulant in via recta. Quocirca ait: *Custodies nos,*

v. 8, 9. Vat. 16. Hæc pauca Eusebius vulgatus expilavit, parce mutata.

λάξεις ἡμᾶς, ἐπειδὴ κυκλοῦντες κυκλοῦσιν ἡμᾶς οἱ ἀσεβεῖς, ἐπιβουλεύοντες τῇ ἡμῶν σωτηρίᾳ, οὗτοι δ' ἂν εἶεν ἀντικείμεναι δυνάμεις.

quoniam circumdantes circumcingunt nos impii, saluti nostræ insidiantes, iidem esse possint ac adversariæ potestates.

Psalmus XII.

v. 1. Εἰς τὸ τέλος, ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

Ὑπόθεσις Εὐσεβίου. Διὰ τὸ τέλος, τὸ παρὰ τῷ Θεῷ, πάντα τὰ πρὸ τοῦ τέλους ἀνδρικῶς ἠγωνίζετο· τὸ δὲ τέλος καρπὸς ὁ τῶν πόνων, ζωὴν αἰώνιον καὶ βασιλείαν οὐρανῶν τοῖς γνησίως ἀγωνιζομένοις προξενῶν. Ἐπεὶ τοίνυν καὶ ὁ Δαυὶδ τούτων εἷς ἦν, εἰς μὲν τὸ τέλος τῷ Θεῷ τὸν ψαλμὸν καὶ τὴν ᾠδὴν ἀνέπεμπε. Κατὰ δὲ τὴν ἀρχήν, ὡσανεὶ ἔτι ἀγωνιζόμενος, τὰς πρώτας προέφερε φωνάς·

v. 2. Ἕως πότε, Κύριε, ἐπιλήσῃ μου εἰς τέλος; ἕως πότε ἀποστρέψεις τὸ πρόσωπόν σου ἀπ' ἐμοῦ; *Vatic.* p. 630, 2.

Τοῦ αὐτοῦ. Διδάσκων, τῆς μνήμης τοῦ Θεοῦ καιρῷ τινι ἀποπεπτωκέναι [τὴν λήθην]· (λήθην γὰρ ὁ Θεὸς ποιεῖται τῶν λανθανόντων αὐτοῦ· λανθάνει δὲ αὐτοῦ πᾶς ὁ ἁμαρτάνων)· ἀλλὰ καὶ ἐπεὶ ἀποστρέφει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἀπὸ τῶν αἰσχρόν τι πραττόντων ἀναξίως τῶν αὐτοῦ ὀφθαλμῶν, τουτέστι τῆς θεωρητικῆς καὶ ἐπισκοπικῆς αὐτοῦ δυνάμεως, βιούντων μεγάλως φροντιζόντων περὶ τῆς κρίσεως τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀγωνιῶν ἐφ' οἷς ἑαυτῷ συνῄδει, πληττόμενός τε ὑπὸ τοῦ συνειδότος, καὶ τὴν ψυχὴν ὑπὸ λογισμῶν ἀνιώμενος, ἐπιλέγει·

v. 3. Ἕως τίνος θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, ὀδύνας ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας καὶ νυκτός;

Τοῦ αὐτοῦ. Ἀνθ' οὗ ὁ Σύμμαχος ἡρμήνευσεν εἰπών· Μέριμναν ἐν τῇ διανοίᾳ μου καθ' ἡμέραν. Ταῦτα δέ, φησίν, ἐγράφη εἰς

v. 1. *In finem, psalmus Davidi.*

Argumentum Eusebii. Propter finem, qui in Deum respicit, omnia certamina ante finem viriliter exercebantur. At vero finis fructus laborum est, vitam immortalem et cœleste regnum strenue certantibus suppeditans. Quando quidem unus horum certantium erat David, ad finem psalmum et canticum Deo efferebat. Tum ab exordio, ac si adhuc staret in acie, hasce primas voces effabatur:

v. 2. *Usquequo, Domine, oblivisceris me in finem? Usquequo avertes faciem tuam a me?*

Ejusdem. Hisce docet, vel eo ipso tempore quo Deus meminit, intercedere oblivionem: oblivionem namque Deus facit illorum qui eum obliviscuntur; obliviscitur autem Deum quicumque peccat. Verum et quoniam avertit etiam vultum suum ab illis qui aliquid committunt turpe, indignum oculis suis, seu virtute qua considerat et intelligit, ab illis, inquam, qui vivunt cum amplo contemptu judicii divini, propheta exaestuans hac de re quam secum cogitat, confossusque conscientia, et intimis animæ suæ motibus sauciatus, subjungit:

v. 3. *Quamdiu ponam consilia in anima mea, dolores in corde meo, die ac nocte?*

Ejusdem. Pro quo Symmachus interpretatus est dicens: *Et angustias in anima mea quotidie.* Et hæc, ait, scripta sunt ut commoveamur,

Ps. XII, v. 1. Deficiente quocumque novo Origenis commentario, ab eo haud multum recedimus, dum recurrimus ad Eusebium cum Vat. 13, justaque integritate id restituimus, quod in mutilo tantum et incompto compendio Montefalconius a Corderio receperat.

v. 2. Ἂν ἀξίως cod. — Ἀναξίους εἶναι κρίνας τῆς ἀποπτείας αὐτοῦ. Corder. Sequentia contorquentur, ubi idem Corder. διόπερ ὑπὸ τοῦ συνειδότος νυττόμενος καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ δεδιὼς κρίσιν, ἐπάγει.

v. 3. De Symmacho cf. Field. II, 105. — Vat. B om. καὶ νυκτός.

νουθεσίαν ἡμῶν, ὅπως καὶ αὐτοί, διαθέσει τοῦ ταῦτα εἰρηκότος, εἰ γένοιτο ἡμῖν χρεία μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως ἐπί τισιν οὐκ ὀρθῶς ἡμῖν πεπραγμένοις, ταῖς αὐταῖς χρησώμεθα μεθόδοις, ὥσπερ φαρμάκοις ψυχῆς σωτηρίοις, εὐκαίρως τοῖς παροῦσι λόγοις τῆς ἐξομολογήσεως χρώμενοι.

unde et nos ipsi, statuente illo qui ita fatus est, si forte nobis opus sit pœnitentia et confessione pro minus recte commissis, iisdem utamur artibus, tamquam medelis animæ salutaribus, tempestive iisdem qui supra sermonibus confessionis utentes.

Psalmus XIII.

v. 1. Διέφθειραν, καὶ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασι. *Vatic.* p. 630, 2.

Ἐλθὼν, φησὶν ὁ Κύριος, οὐδ' ἕνα εὗρον χρηστότητος ἐργάτην, ἀλλ' ὑπεύθυνον πάσῃ πράξει ἀτόπῳ. Εἰ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι διαφθείρονται, ἀλλ' οὐχὶ ἡ φαύλη ἔννοια τάχα διαφθείρει, ἀλλ' αὐτὸ ταύτης ἐπιτέλεσμα τῆς ἐννοίας.

v. 3. Καὶ ὁδὸν εἰρήνης οὐκ ἔγνωσαν, οὐκ ἔστι φόβος Θεοῦ ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῶν.

Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, φησὶν ὁ Σωτὴρ, καὶ αὐτός ἐστιν εἰρήνη ἡμῶν. — Τῷ γὰρ φόβῳ Κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ.

v. 4. Οἱ κατεσθίοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου.

Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας τοῦ φαγεῖν τὰς σαρκάς μου.

v. 6. Βουλὴν πτωχοῦ κατῃσχύνατε, ὅτι Κύριος ἐλπὶς αὐτοῦ ἐστι.

Δι' ἡμᾶς γὰρ ἐπτώχευσεν ὁ Κύριος, πλούσιος ὢν, ἵν' ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτίσωμεν.

v. 1. *Corrupti sunt, et abominabiles facti sunt in studiis.*

Adveniens ego, inquit Dominus, ne unum quidem inveni gratum opus agentem, sed omnes cujuscumque stolidi facinoris reos. Si in studiis corrumpuntur, cogitatio nullatenus corrumpit fortasse, sed ipsi cogitationi assensus.

v. 3. *Et viam pacis non cognoverunt: non est timor Dei ante oculos eorum.*

« Ego sum via, inquit Salvator, qui et pax nostra est. » — *Non est timor* etc. Timore enim Dei quisque declinat a malo.

v. 4. *Qui devorant plebem meam in esca panis.*

Dum appropinquant mihi malignantes, ut comedant carnes meas.

v. 6. *Consilium inopis confudistis, quoniam Dominus spes ejus est.*

Propter nos enim Dominus pauper factus est, quum esset dives, ut ejus paupertate divites efficiamur.

Ps. XIII, *v.* 1. Vat. 14. Quædam inde ad Athanasium translata sunt. Origeni videtur esse ἐπιτέλεσμα *consensus mentis*, ἀποτέλεσμα vero impletum opus.

v. 3. Vatic. 5, 13. Melito. *Clav.* p. 82, 38: *Pax*, *Christus*. Jo. XIV, 6.

v. 4. Vat. 5. Ps. XXVI, 2.

v. 6. Vat. 5. In coronide, quis non noverit S. Leonis pp. effatum, inter solemnia ecclesiastica decantatum?

Psalmus XIV.

v. 3. Καὶ ὀνειδισμὸν οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ τοὺς ἔγγιστα αὐτοῦ. *Vatic.* p. 631, 1.

v. 3. *Et opprobrium non accepit adversus proximos suos.*

Ps. XIV, *v.* 3, 5. Vat. 5. — Ultima supplevit Eusebius, aut restituit Origeni ex Vat. 13.

Ὁ ἀνεπιλήπτως βιῶν, ὀνειδισμὸν οὐ λαμβάνει ἐπὶ τοὺς ἔγγιστας αὐτοῦ.

v. 5. Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν τόκῳ.

Τοῦτο λεκτέον πρὸς τοὺς τοκιστάς, ὡς κωλυτικὸν τῆς ἐν ἁγίῳ ὄρει κατασκηνώσεως.

Ibid. Ὁ ποιῶν ταῦτα, οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

Εὐσεβίου. Ὅ γε μὴν ὁμοῦ πάντα προκατηριθμημένα κατορθώσας, ἀντιτελὴς γενόμενος, καὶ πᾶν τό σῶμα τῆς κατὰ Θεόν πολιτείας ὁλόκληρον, ὥσπερ καὶ ὑγιὲς καὶ πᾶσιν ἀγαθοῖς λόγων τε καὶ ἔργων ἀπηρτισμένον διατηρήσας, οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

Qui sine culpa vivit, opprobrium non recipit erga vicinos suos.

v. 5. *Pecuniam suam non dedit ad usuram.*

Id quod dicendum fœneratoribus, uti impedimentum quin considant in monte sancto.

Ibid. Qui facit haec, non movebitur in aeternum.

Eusebii. Justus demum, qui omnia simul enumerata superius in ordinem redegit, qui ad coronidem accedens, universamque rationem exigens vitæ secundum Deum institutæ, veluti integra servavit omnia et sermonum et operum bona exempla, *non commovebitur in aeternum.*

Psalmus XV.

v. 4. Οὐ μὴ συναγάγω τὰς συναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν διὰ χειλέων μου. *Vat.* 631, 2.

Συνάγων, φησί, συναγωγὰς ἐκ τῶν ἐθνῶν, οὐ δι' αἱμάτων αὐτὰ συνάξω, οὐδὲ παρασκευάσω διὰ τῆς νομικῆς μοι προέρχεσθαι λατρείας, δι' αἰνέσεως δὲ μᾶλλον καὶ τῆς ἀναιμάκτου θυσίας· πάλαι μέν, φησίν, ἐπ' ἀξίαν τῶν πράξεων ἐπήγοντο προσηγορίας, εἰδωλολάτραι, πολύθεοι ὀνομαζόμενοι· νῦν δὲ οὐκέτι μνησθήσομαι τῶν ὀνομάτων ἐκείνων· εὐσεβεῖς αὐτοὺς καὶ ἁγίους, κλητούς τε καὶ ἐκλεκτοὺς ὀνομάζων.

v. 9. Καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου.

Γλῶσσαν νῦν λέγει τὸ χάρισμα τοῦ Πνεύματος.

v. 4. *Non congregabo conventicula eorum de sanguinibus, neque meminerim nomina eorum per labia mea.*

Congregans, inquit, conventus gentium, haud eas in sanguinibus congregabo, neque procurabo eas ad me adeundum per Legis famulatum, verum per sacrificium laudis potius et hostiæ incruentæ. Olim quidem, ait, digna gestis suis nomina sibi compararunt, idololatræ, plurium cultores deorum nuncupati. Nunc vero haud amplius memor ero bujusmodi nominum, quin immo eos appellabo pios et sanctos, vocatos et electos.

v. 9. *Et exsultavit lingua mea.*

Linguam nunc vocat charisma Spiritus.

Ps. XV, v. 4. Vat. 14. Quæ compendio plus minus truncata, in nonnullis vero bis recocta exstant apud Athanasium. Haud eleganter vero Eusebius eadem fuse persecutus est. Neque etiam omisit plura decerpere Theodorus Heracleota. — Quod vero huic psalmo præmisit Gallandius, de re athletica satis insigne procœmium, haud immerita laude efferunt in præfatione cl. viri ejusdem hæredes, nisi quod jam totum sine ulla varietate, præter duo verba ab initio, prodierat apud Corderium. Maurinos autem hoc fugisse, ut alia plura Corderii, ægre video. Sed utinam ex aliquo latibulo græca Origenis in v. 9 excitentur, quae latine nobis Rufinus ex *Apologia sancti Pamphili* de mortuorum resurrectione retulit! cf. BB. 600.

Psalmus XVI.

v. 3. Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἐπεσκέψω νυκτός. *Vatic.* p. 631, 2.

Εἰ ἡ θλῖψις ὑπομονὴν κατεργάζεται, ἡ δὲ ὑπομονὴ δοκιμασίαν, ἡ θλῖψις ἄρα δοκιμασίαν κατεργάζεται· εἰ δὲ ἡ δοκιμασία ἐν νυκτὶ διέδραμεν, ἡ νὺξ ἐνταῦθα τὴν θλῖψιν σημαίνει, ἐν ᾗ σκοτοῦται πταιομένη ψυχὴ λογική. — Εἰσέλθετε διὰ τῆς στενῆς πύλης καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ, τουτέστι τῆς πρακτικῆς, ἥτις δοκεῖ πρῶτον ὀδύνης, καὶ οὐ χαρᾶς πρόξενος, ὕστερον μέντοι καρποὺς δικαιοσύνης ἀποδιδοῦσα τοῖς δι' αὐτῆς γεγυμνασμένοις.

v. 7. Θαυμάστωσον τὰ ἐλέη σου, ὁ σώζων τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ σέ· ἐκ τῶν ἀνθεστηκότων τῇ δεξιᾷ σου φύλαξόν με, ὡς κόρην ὀφθαλμοῦ.

Ὥσπερ τὴν πλήξασαν αὐτὸν δύναμιν, ὁ Ἰὼβ χεῖρα λέγει Θεοῦ· Ἡ χείρ ἐστί σου, φησίν, μή με στροβῇ τοσούτως. Καὶ τοὺς ἐχθροὺς τῆς εὐεργετικῆς χειρὸς τοῦ Θεοῦ καλεῖ ὁ Δαυὶδ ῥομφαίαν Θεοῦ. Χεὶρ δὲ εὐεργετικὴ Θεοῦ οἱ ἄγγελοί εἰσιν, δι' ὧν προνοεῖται κόσμου τοῦ αἰσθητοῦ, οἷς ἀντίκεινται δαίμονες, βουλομένοις πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν.

v. 3. *Probasti cor meum, et visitasti me nocte.*

Si afflictatio operatur patientiam, patientia autem probationem, afflictatio igitur probationem operatur. Quæ probatio si occurrit in nocte, nox ibi significat angustiam, in qua obtenebratur spiritualis anima peccatrix. — « Intrate per angustam portam et arctam viam, » id est per practicam scientiam, quæ primum doloris, non lætitiæ ministra videtur, verum postmodum fructus justitiæ porrigit iis qui per eam sese exercuerint.

v. 7. *Mirifica misericordias tuas, qui salvos facis sperantes in te; a resistentibus dexterae tuae custodi me, ut pupillam oculi.*

Quasi vim quæ afflixit eum, Job manum Dei nuncupat. « Tua manus est, inquit, non me eo usque exagitet. » Et inimicos beneficæ manus Dei David vocat gladium Dei. Manus autem benefica Dei sunt angeli, quibus providetur mundo sensibus obvio; quorum adversarii sunt dæmones, dum angeli volunt « omnes homines salvos fieri, et in cognitionem veritatis pervenire. »

Ps. XVI, *v.* 3. Vat. 2, 5, 14. Jac. I, 3, 4. *v.* 7. Vat. 14. Ps. VII, 13. Locus autem Job me latet, quantumvis potui ac debui, ob superiora, librum evolvere. In fine Tim. II, 4.

Psalmus XVII.

v. 9. Ἀνέβη καπνὸς ἐν ὀργῇ αὐτοῦ, καὶ πῦρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ κατεφλόγισεν, ἄνθρακες ἀνήφθησαν ἀπ' αὐτοῦ. *Vat.* 632, 2.

Ὠργίσθη, φησί, καὶ κατέβαλεν τὸ πῦρ, δι' οὗ πάλιν τοὺς ἀνθρώπους κατέφλεγεν. Ἄνθρακες, ὁ τῶν ἀποστόλων χορός· τούτου γὰρ τοῦ πυρὸς κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς Πεν-

v. 9. *Ascendit fumus in ira ejus, et ignis a facie ejus exarsit; carbones succensi sunt ab eo.*

Iratus est, inquit, et immisit ignem, quo rursus inflammavit homines. — *Carbones*, chorus apostolorum. Nam hujus ignem participes facti in die Pentecostæ, et linguas igneas

Ps. XVII, *v.* 9. Vat. 6, Act. II, 3. De *Carbonibus* cf. Clav. Meliton. p. 84, n. 84, 85.

τηκοστῆς μεταλαβόντες, καὶ γλώσσας ἐπὶ τῶν κεφαλῶν πυρίνας δεξάμενοι, ἄνθρακες εἰκότως ἐχρημάτιζον, φωτίζοντες ὁμοῦ τὰ ἔθνη καὶ καθάροντες· ὅτι ταῦτα ἐγένετο, τοῖς ἑξῆς ἐπαγομένοις μάνθανε·

v. 10, 11. Καὶ ἔκλινεν οὐρανὸν, καὶ κατέβη, καὶ γνόφος ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ ἐπέβη ἐπὶ Χερουβείν. *Sic Vat.* 633, 1.

Χερουβεὶμ ἑρμηνεύεται γνῶσις καὶ σύνεσις· εἰς τοὺς δικαίους οὖν λέγει.

v. 12. Καὶ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ.

Ἔθετο τὸ σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ, μέσον ἑαυτοῦ τε καὶ ἡμῶν θεὶς, ὥσπερ Μωϋσῆς πάλαι τὸ κάλυμμα μέσον ἑαυτοῦ τε καὶ πωρώσεως Ἰσραὴλ, εἰ μὴ ῥᾳδίως εἴδῃ σκοτεινὴ φύσις, τὸ ἀπόθετον κάλλος μὴ ῥᾳδίως ἐπιτυχοῦσα, ῥᾳδίως καὶ ἀποβάλλει, διὰ τὴν εὐκολίαν τῆς κτίσεως. Διὰ τοῦτο μέσον ἡμῶν τε καὶ Θεοῦ ὁ σωματικὸς οὗτος ἵσταται γνόφος, ὥσπερ ἡ νεφέλη τὸ πάλαι τῶν Αἰγυπτίων καὶ τῶν Ἑβραίων· καὶ τοῦτό ἐστιν ἴσως ὃ ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. Διὸ καὶ Παῦλός φησιν· Ὁ μόνος ἔχων ἀθανασίαν, καὶ φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον.

v. 20. Ῥύσεταί με, ὅτι ἠθέλησέν με.

Οὕτως ὁ ὑπὸ τῆς σῆς προνοίας ῥυσθεὶς, ἐλπίζω πάντων περιγενέσθαι τῶν δυσμενῶν, καὶ μὴ πρότερον ἀποστῆναι, ἕως αὐτοὺς αὖθις ὑπηκόους εἰργάσωμαι· τοῦτο γὰρ καὶ παρεδήλωσεν εἰρηκώς· Πεσοῦνται ὑπὸ τοὺς πόδας μου.

v. 36. Καὶ ἡ παιδεία σου κτλ.

Τό· Καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει, Θεοδωτίονός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ· Καὶ ἡ παιδεία σου ἀνώρθωσέ με εἰς τέλος, εἰρημένον τοῖς Ο΄.

v. 40. Συνεπόδισας πάντας τοὺς ἐπανισταμένους ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου.

Καὶ μὴν οὐκ ἴσμεν τὸν Δαυὶδ τῶν ἐχθρῶν βασιλεύσαντα· οὐκοῦν διὰ τοῦ ἐξ αὐτοῦ κατὰ σάρκα τεχθέντος ἡ προφητεία πληροῦται.

v. 10, 11. Vat. 5.

v. 12. Vat. 14, I Tim. VI, 16. f. leg. κάλλος ῥᾳδίως μὲν ἐπιτυχοῦσα, ῥᾳδίως δὲ καὶ ἀποβ.

super capita recipientes, haud immerito vocati sunt carbones, qui simul illuminant gentes et emundant. Ita vero esse, disce ex sequentibus:

v. 10, 11. *Et inclinavit coelum, et descendit, et caligo sub pedibus ejus, et ascendit super Cherubim.*

Cherubim interpretantur agnitionem et intellectum; ascendere igitur in justos asserit.

v. 12. *Et posuit tenebras latibulum suum; in circuitu ejus tabernaculum ejus.*

Posuit tenebras latibulum suum, stans inter semetipsum et nos, sicut Moyses olim posuit velamen inter se et obstinationem Israelis, nisi potius intelligatur natura tenebricosa, quæ tam cito potita est ablata pulchritudine, quam cito illam perdidit, ob lubricam vim creaturæ. Quocirca media stetit, inter nos et Deum, corporea hujusmodi caligo, sicut nebula, quæ olim divisit Hebræos ab Ægyptiis. Atque hoc fortasse est quod *posuit tenebras latibulum suum*. Ideo Paulus ait: « Solus habens immortalitatem, et lucem inhabitans inaccessibilem ».

v. 20. *Eripiet me, quia voluit me.*

Sic tua ereptus providentia, spero fore ut omnes superem adversarios, nec prius sistam me, donec eos iterum effecerim dociles: hoc enim declaravit, dicens: *Cadent subtus pedes meos.*

v. 36. *Et disciplina tua* etc.

Illud: *Et disciplina tua ipsa me docebit*, est Theodotionis, pro hoc altero: *Disciplina tua correxit me in finem*, quæ est LXX scriptura.

v. 40. *Supplantasti omnes insurgentes in me subtus me.*

At interea haud novimus Davidem regnasse super inimicos: hæc igitur prophetia in eo qui secundum carnem ab illo gignitur, impletur.

v. 20. Vat. 6. Cf. v. 39.

v. 36. Vat. 5. Cf. Field. II, 112.

v. 40, 41. Vat. 5.

v. 41. Καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον.

Ἀντὶ τοῦ· εἰς φυγὴν ἔτρεψας. Ἴδιον γὰρ φευγόντων τὸ διδόναι τὰ νῶτα.

v. 49. Ὁ ῥύστης μου ἐξ ἐχθρῶν ὀργίλων.

Ἐν οἷς θυμὸς ἐπικρατεῖ, ἐν τούτοις καὶ ὀργιλότης· εἰ δὲ ἐχθροὶ ἡμῶν ὀργιλοί εἰσιν, οἱ ἐχθροὶ ἡμῶν ἄρα θυμώδεις εἰσιν· θυμὸς γὰρ αὐτῶν, φησί, κατὰ τὴν ὁμοίωσιν τοῦ ὄφεως, καὶ ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς.

v. 41. *Et inimicos meos dedisti mihi praebentes dorsum.*

Videlicet: in fugam convertisti. Fugientium enim est dare terga.

v. 49. *Liberator meus ab inimicis iracundis.*

Quibus furor dominatur, in his quoque iracundia: si ergo inimici nostri sunt iracundi, furiosi quoque sunt. « Furor enim, inquit, sicut serpentis, » tum nempe quum in nos ira accensi sunt.

v. 49. Vat. 5, 14. Ps. LVII, 5. Uberius illustrarunt interpretes pulcherrimum psalmum, neque parcus est Origenes vulgatus, cujus juberent codices nostri colligi non temnenda scholia in v. 9 et 36, quæ apud Athanasium sunt, et in v. 34 et 47, quæ transierunt ad Theodoretum·

Psalmus XVIII.

v. 3, 4. Ἡμέρα τῇ ἡμέρᾳ ἐρεύγεται ῥῆμα, καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν. Οὐκ εἰσὶ λαλιαί, οὐδὲ λόγοι, ὧν οὐχὶ ἀκούονται αἱ φωναὶ αὐτῶν. *Vatic.* p. 634, 2.

Εὐσεβίου. Νὺξ καὶ ἡμέρα τεταγμένα μέτρα τυγχάνοντα τῆς κατὰ καιρὸν ὑποχωρήσεως, κατά τε μείωσιν καὶ αὔξησιν, καὶ τὴν πρὸς ἄλληλα διὰ παντὸς ἀναλογίαν φυλάττοντα, κηρύττει διὰ τῶν ἔργων τὸν ἀμφότερα διαστήσαντα· οὐ γὰρ ἐν τοῖς κατὰ τύχην τὸ διηνεκές, καὶ ἀσύγχυτον, ἀλλὰ σοφίας ἔκγονος ἁρμονία. Αἱ δὲ τῶν λόγων αὐτῶν φωναὶ οὐκ εἰσὶ τῶν μὴ ἀκουομένων· πανταχοῦ γὰρ τῆς οἰκουμένης διὰ τῆς θέας ἀκούονται οὐρανῶν τε βλεπομένων, καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Προσεχρήσατο δὲ τοῖς ῥητοῖς τούτοις ἐπὶ τῶν ἀποστόλων ὁ Παῦλος· διὸ καὶ ἀορίστως ἔφη, ἀλλ' οὐχ ὡς εἴωθεν ἐπὶ τῶν προηγουμένων λέγειν· Ἡσαΐας δὲ κράζει ὑπὲρ τοῦ Ἰσραήλ. Καὶ πάλιν· Καθὼς προείρηκεν Ἡσαΐας. Καὶ πάλιν· Καθὼς γέγραπται. Καὶ αὖθις· Λέγει γὰρ ἡ γραφή. Σύμμαχος δὲ σαφέστερον ἐξέδωκεν· Καὶ νὺξ νυκτὶ ἀναγγέλλει γνῶσιν, οὐ ῥήσεσιν, οὐδὲ

v. 3. *Dies diei eructat verbum, et nox nocti indicat scientiam; non sunt loquelae, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.*

Eusebius. Nox et dies, dum constituta obtinent intervalla, quibus tempus dividitur, prout sensim et minuuntur et augentur, ac reciprocam tenent et perpetuam proportionem, enarrant ex operibus illum qui utrumque discrimen instituit. Haud enim temere cadit quod continuum fit, neque confusum, sed harmonia est, sapientiæ filia. Horum vero sermonum voces non sunt illæ quæ non audiuntur. Quaqua enim versum orbis terrarum audiuntur in spectaculo quod cernimus cœlorum, noctisque et diei. Hæc autem verba usurpavit Paulus de apostolis; ideo usus est psalmus tempore indefinito *(exivit)*, non uti solet loqui de rebus præteritis: « Isaias vero clamat super Israel, » et iterum: « ut prædixit Isaias, » et rursus: « sicut scriptum est, » rursusque: « dicit enim Scriptura. » Symmachus autem magis perspicue vertit: *Et nox nocti annuntiat notitiam, neque verbis, neque sermonibus, quorum voces*

Ps. XVIII, v. 3, 4. Vat. 10, 14, 16. Ludit Eusebius cum Rom. XI, 16, 21. Origenes inde suppletur ab Eusebio et Athanasio, haud sine singulari utriusque sententia.

λόγοις, ὧν οὐκ ἀκούονται φωναί, ἀλλ' εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ἦχος. Ἢ κατὰ τὸν Ἀκύλαν· Ὁ κανὼν αὐτῶν, οὐδὲ γὰρ λόγον οὐδὲ φωνὴν ἀφιεῖται· Τὸν κανόνα δὲ καὶ τὴν οἰκείαν τάξιν ὑποδεικνῦσαι, πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν εἰς τὴν θείαν ὑμνῳδίαν καλοῦσιν. — Ἡμέρα δὲ τῆς ἀναστάσεως τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σταυροῦ ἐρεύγεται ῥῆμα, πῶς ὁ ἐν ἐκείνῃ σταυρωθείς, ἐνταῦθα ὡς Θεὸς ἀνέστη, καὶ τοὺς νεκροὺς ἀνέστησεν. Καὶ νὺξ ἡ πρὸ τοῦ σταυροῦ γενομένη τῇ νυκτὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παραδόσεως τοιαύτην ἀναγγέλλει γνῶσιν, πῶς ἐν ἐκείνῃ δειλιῶν καὶ προσευχόμενος, ὕστερον δὲ καὶ παραδοθείς, ἐν ταύτῃ τῶν στοιχείων δεσπότης, ὥστε καὶ νύκτα κατὰ τὸ μέσον ἐπαγεῖν τῆς ἡμέρας, ἀποδέδεικται.

v. 6. Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος ἐκ παστοῦ αὐτοῦ, ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ.

Ἀθανασίου. Παστὸν τὴν Παρθένον ἐκάλεσεν, ἐξ ἧς ὁ νυμφίος Χριστὸς ἐπορεύετο, παντὸς ῥύπου καθαρὸς, ἀπὸ καθαρᾶς παστάδος προερχόμενος. Παστὰς δὲ τοῦ Χριστοῦ ἡ ἁγία Παρθένος, ἐπειδὴ χωρὶς ἀνδρὸς τεκοῦσα, νυμφίον ἔσχεν εἰκότως τὸν τικτόμενον αὐτὸν, ἀοράτῳ δυνάμει τὸν τόκον ἐνεργήσαντα. — Γίγας ἑρμηνεύεται ἐπιπίπτων, λαμβάνεται δὲ εἰς τὸν Κύριον· αὐτὸς γὰρ ἠγαλλιάσατο κατὰ τὸν καιρὸν τῆς οἰκονομίας, τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν πραγματευόμενος, καὶ ἐπέπεσε ταῖς δαιμονικαῖς φάλαγξι, καταργήσας αὐτῶν καθ' ἡμῶν δυναστείαν. Ὁδὸν δὲ τὴν τοῦ Κυρίου ἐνανθρώπησιν νόησον, ἐν ᾗ καθάπερ γίγας διὰ τὴν ἰσχὺν τὴν ἐν τῷ σταυρῷ καὶ τῷ θανάτῳ πεπραγμένην ἀγαλλιώμενος ἔτρεχεν. Ἀρτίως ἠγαλλιάσατο ἐν τῷ εὐαγγελίῳ διὰ τὴν εὕρεσιν τοῦ ἑνὸς προβάτου. Εἴασε γὰρ τὰ ἐν-

non audiuntur, sed in omnem terram exivit sonus. Vel juxta Aquilam: *Regula eorum est, neque enim sermonem, neque vocem emittit.* Regulam autem et proprium ordinem expandentes, convocant universam terram et mare ad divinam hymnodiam. — *Dies* autem resurrectionis *diei* crucis *eructat hoc verbum,* quomodo nempe in hac die is qui cruci affixus est, ibidem ut Deus surrexerit, excitaveritque mortuos. *Et nox* quæ ante crucem facta est, *nocti* in qua Christus traditus est, *indicat* hanc *scientiam*, quomodo in hac ipsa tremuerit et oraverit, postea vero quum traditus fuit, elementorum dominator patuerit, eo usque ut noctem in mediam diem induceret.

v. 6. *In sole posuit tabernaculum suum, et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo, exsultavit ut gigas ad currendam viam suam.*

Athanasii. Thalamum Virginem vocavit ex qua sponsus Christus processit, quacumque labe purus, ex puro thalamo exiens. Thalamus autem Christi sacra Virgo est, quoniam sine viro mater, congrue sponsum habuit ipsum genitum, qui virtute invisibili partum effecit. — *Gigantem* interpretantur *qui irruit.* Intelligitur autem de Domino: ipse enim exsultavit in tempore redemptionis, quum salutem nostram operatus, irruit in diabolicas catervas, subvertens earum super nos tyrannidem. *Viam* intellige de Domini incarnatione, in qua sicut gigas, per fortitudinem quam in cruce et in morte exeruit, exsultans cucurrit. Plane exsultavit in evangelio ob unam ovem repertam. Reliquit enim nonaginta novem illas quæ non erraverant, id est angelicas potestates, in montibus, nimirum in cœlis, et ivit ad erroneam ovem, eamque inveniens

v. 6. Vat. 16. Haud semel in vulgato Athanasio allegorica id genus occurrunt. Etiam etymon singulare τοῦ γίγαντος legitur inter Philoniana onomastica.

νενήκοντα ἐννέα πρόβατα τὰ μὴ πλανηθέντα, τουτέστι τὰς ἀγγελικὰς δυνάμεις, ἐπὶ τὰ ὄρη, τουτέστιν ἐν τοῖς οὐρανοῖς, καὶ ἦλθεν ἐπὶ τὸ πεπλανημένον πρόβατον, καὶ εὑρὼν αὐτὸ ἠγαλλιάσατο· ἢ ἔδραμε τὴν ἐπ' οὐρανοὺς ὁδὸν ἀγαλλιῶν, εἴτε ἀπὸ γῆς εἰς τὰ καταχθόνια ἔδραμε.

exsultavit. Vel cucurrit exsultans viam ad cœlos, tum de terra inde in inferiora properavit.

v. 8. Ὁ νόμος τοῦ Κυρίου ἄμωμος, ἐπιστρέφων ψυχάς.

Ὠρ. Ζητητέον πότερον ἀπὸ κακίας ἐπιστρέψειεν ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, ἢ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητά· καὶ τάχα τὸ δεύτερον· τὸ γὰρ πρότερον, ἡ ἐντολὴ πέφυκεν ποιεῖν νόμον, τὸν εὐαγγελικὸν δηλονότι, ὡς ἤδη δὲ ἀπὸ τῶν προειρημένων στοιχείων παιδαγωγηθέντες οἱ ἐξ ἐθνῶν, ἕνα εἶναι τὸν δημιουργὸν, διδάσκονται λοιπὸν καὶ τὸν εὐαγγελικὸν νόμον, ὡς καὶ ἐπέστρεψε τῶν ἐθνῶν ἁπάντων τὰς ψυχὰς εἰς τὴν ἀλήθειαν. — Διὰ τὴν ἀνάπειρον περὶ ἡμᾶς ἀγάπην αὐτοῦ, οὔτε πόρνον, οὔτε λῃστὴν παρατρέχει, τοὺς ἄγαν αὐτοῦ φυγόντας τὴν ἀγάπην, καὶ εἰς τὰ ἔσχατα τῆς ἁμαρτίας φθάσαντας.

v. 8. *Lex Domini immaculata, convertens animas.*

Orig. Anquirendum, utrum Lex vetus convertat a malitia ad virtutem, an vero a sensuum rebus ad spirituales. Ac fortasse id posterius. Prius enim, ceu præceptum solet efficere legem, evangelicam videlicet, utpote quum ab elementis supra celebratis jam edocti gentium homines unum esse Creatorem, discunt præterea legem quoque evangelicam, quæ convertit omnium gentium animas ad veritatem. — Ob suam erga nos immensam charitatem, neque fornicarium, neque latronem prætergreditur, licet longe ab amore suo fugientes, et ad ultimos peccati fines properantes.

v. 10. Τὰ κρίματα Κυρίου ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό.

Ἀναγκαῖον τοῖς δύο στίχοις τοῖς προτέροις τὸν τρίτον προσέθηκε· τὰ γὰρ τοῦ Θεοῦ κρίματα, τοῖς μὲν ἁμαρτάνουσι καὶ παραβάταις φοβερὰ καὶ ἀποζητητέα καθέστηκεν· τοῖς δὲ ἐργαζομένοις τοῦ Θεοῦ τὸν νόμον καὶ φυλάττουσι παντὸς πλούτου τιμιώτερα, διὰ τὴν ἐλπίδα τῆς ἀμοιβῆς, ἀλλὰ μὴν καὶ πάσης ἡδονῆς γλυκύτερα φαίνεται.

v. 10. *Judicia Dei vera, justificata in semetipsa.*

Necesse fuit duobus versiculis præcedentibus hunc tertium addere. Judicia enim Dei peccantibus quidem et prævaricantibus formidolosa et deprecanda sunt; his vero qui legem Dei operantur et custodiunt, cunctis opibus præstantiora sunt, ob spem retributionis, sed et præ omni voluptate dulciora videntur.

v. 12. Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτὰ, ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτὰ ἀνταπόδοσις πολλή.

Σαφῶς ἡμῖν καὶ τοῦτο δεδήλωται ἐν τῷ προλαβόντι ψαλμῷ, ἀληθινὰ καὶ δίκαια παρὰ τοῦ ἀληθοῦς Θεοῦ καὶ δικαιοκρίτου δεδικαιωμένα λέγεται· ἐπὶ τὸ αὐτὸ δέ ἐστιν κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον· ᾧ γὰρ λόγῳ ἐστὶν ἀληθῆ, τούτῳ τυγχάνει καὶ δίκαια. — Εἰ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτὰ, ὁ μὴ φυλάσσων, οὐ δοῦ-

v. 12. *Etenim servus tuus custodit ea, in custodiendis illis retributio multa.*

Aperte id quoque nobis declaratur in præcedenti psalmo. Vera et justa judicia sunt in vero Deo, et justificata in justo judice dicuntur. Quod dicatur *in idipsum*, id est juxta eumdem sermonem. Qua enim ratione vera sunt, eadem quoque justa existunt. — Si *servus tuus custodit ea*, qui non custodit, non servus tuus

v. 8, 10, 12. Vat. 6, 14, 16. In v. 12 scholio, fort. melius legeretur: δεδικαιωμένα λέγεσθαι.

λός σου. Φυλάσσει δὲ τὰ ἐπιθυμητὰ τοῦ Θεοῦ, ὁ ἐπιθυμῶν οὐκ ἄλλο τι ἢ αὐτά· διὸ ἔχει ἀνταπόδοσιν τῶν ἐπὶ Θεοῦ μελλομένων πολλήν.

v. 13, 14. Παραπτώματα τίς συνήσει; ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου.

Ὁ δὲ Ἀκύλας τὸ ἀλλοτρίων ὑπερηφάνων ἐξέδωκεν. Ἐπὶ γὰρ τοῖς κατορθοῦσι τὸ πάθος, ἐσθ' ὅτε τοῦτο παρέπεται, χαυνουμένης ἐπὶ τοῦτο τῆς διανοίας· καὶ δι' ἑτέρου πάλιν ἐκτραχηλίζονται τρόπου, ὁποῖον τὸ ἀποστολικόν, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρίμα ἐμπέσῃ τοῦ διαβόλου, ἀναγκαίως προειπών· Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτά, ἱκετεύει ῥυσθῆναι τῆς ὑπερηφανείας· ἀφ' ἧς ἁμαρτίας οὔσης μεγάλης καθαρισθείς, ἄμωμος ἔσομαι ἐξ ὑπερηφανείας, ἅμα καὶ τῶν κρυφίων καθαρισθείς· νῦν γὰρ οὔπω θαρρῶ.

est. Custodit autem desiderabilia Dei, qui nihil aliud quam illa ipsa desiderat. Idcirco retributionem multam in bonis a Deo largiendis nanciscitur.

v. 13, 14. *Peccata quis intelliget? Ab occultis meis munda me, et ab alienis parce servo tuo.*

At Aquila pro *ab alienis* vertebat *a superbis*. In his enim qui passionem recte cohibent, quandoque illud succedit, ob id ipsum mente remissa, et iterum alio modo collum contorquent, juxta verbum apostolicum: « Ne inflatus cadat in judicium diaboli, » haud frustra subjiciens: *Etenim servus tuus custodit ea*, expostulat liberari a superbia: a quo peccato, utpote gravi, si repurgatus fuerim, purus ero et emnndatus, tum a superbia, tum *ab occultis;* nunc enim nolo confidere.

v. 13, 14. Vat. 10. Aquilæ varietatem haud omisit Field. t. II, p. 115.

Psalmus XIX.

v. 3, 4. Ἐξαποστεῖλαι σοι βοήθειαν ἐξ ἁγίου, καὶ ἐκ Σιὼν ἀντιλάβοιτό σου· μνησθείη πάσης θυσίας σου, καὶ τὸ ὁλοκαύτωμά σου πιανάτω. *Vatic.* p. 635, 1.

Ῥυσθήσει, φησίν, εὐχαριστικῶς αὐτῷ προσάγων θυσίαν πνευματικήν· τὸ πάσης πλῆθος ἐμφαίνει· ὀλίγης γὰρ οὐ μέμνηται. — Πιαίνεται δὲ ὁλοκαύτωμα, ὅταν ὅλῳ τῷ νοητῷ πυρὶ παραδοθῇ, τῷ πνεύματι· ἔσται δὲ τοῦτο, ὅταν οἱ προσφέροντες πνευματικοὶ τυγχάνωσιν.

v. 8. Οὗτοι ἐν ἅρμασι καὶ οὗτοι ἐν ἵπποις.

Νόει καὶ ἵππους τὰ σκιρτήματα τῶν παθῶν, εἰς [οἷς] ἐπιβαίνουσιν οἱ δαίμονες· ἅρματα δὲ τὴν σύμπνοιαν τῶν ὁρμητικῶν παθῶν, ἐν οἷς παρασκευάζονται καθ' ἡμῶν.

v. 10. Κύριε, σῶσον τὸν βασιλέα σου, καὶ ἐπάκουσον ἡμῶν.

v. 3, 4. *Mittat tibi auxilium de sancto, et de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificii tui, et holocaustum tuum pingue fiat.*

Liberaberis, inquit, dum in gratiarum actione spiritualem offers victimam. Vox *omnis* multitudinem significat; exigui enim sacrificii memor non est. — Pingue fit holocaustum, quando pleno igni spirituali traditum: idque fiet, quum spirituales sunt hi qui offerunt.

v. 8. *Hi autem in curribus, et hi in equis.*

Intellige autem *equos* de tumultu passionum, quibuscum equitant dæmones; *currus* vero consensum irruentium libidinum, in quibus adversus nos aciem struunt.

v. 10. *Domine, salvum fac regem tuum, et exaudi nos.*

Ps. XIX, *v.* 3, 4. Vat. 16.

v. 8, 10. Vat. 16. — σου addit in v. 10. Vat. B.

Νῦν δὲ τέως ἡμῖν τὸν βασιλέα σῶσον Δαυίδ.

Nunc vero quod ad nos attinet, salvum fac regem David.

Psalmus XX.

v. 7. Ὅτι δώσεις αὐτῷ εὐλογίαν εἰς αἰῶνα αἰῶνος, εὐφρανεῖς αὐτὸν ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου. *Vatic.* p. 635, 2.

v. 7. ***Quoniam dabis ei benedictionem in saeculum saeculi, laetificabis eum in gaudio cum vultu tuo.***

Λέγων πρὸς αὐτόν· Δεῦρο, εὐλογημένος τοῦ Πατρός μου. Ὥσπερ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς καὶ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ αὐτὴ χάρις καὶ εἰρήνη δίδοται, οὕτως ἀπὸ Θεοῦ καὶ τοῦ προσώπου αὐτοῦ· πρόσωπον δὲ Θεοῦ, ὁ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, μεθ' οὗ ὁ βασιλεὺς εὐφραίνεται, πεῖραν τοῖς προσδοκωμένοις προβάλλων. Ἢ ὅτι μετὰ τοῦ Θεοῦ Λόγου τῆς εἰκόνος, οὐ γενόμενος ὁ βασιλεὺς, ναὸς αὐτοῦ χρηματίζει, καὶ σύμμορφος αὐτοῦ γενόμενος, εὐφραίνεται.

Nempe quum dixit ad eum [Christus ad electum]: « Veni, tu benedictus a Patre meo » sicut a Deo Patre et a Domino Jesu Christo datur ipsamet gratia et pax, ita a Deo et a vultu Dei datur. Vultus autem Dei est character substantiæ ejus, quo cum lætatur rex, expectantibus eum præmittens [futuri gaudii] experimentum. Vel in eo sensu, quod cum Verbo Deo, ad cujus imaginem factus est rex, templum ejus vocatur, et formæ ejus particeps lætificatur.

v. 9. Εὑρεθείη ἡ χείρ σου πᾶσιν τοῖς ἐχθροῖς σου, ἡ δεξιά σου εὕροι πάντας τοὺς μισοῦντάς σε.

v. 9. ***Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis, et dextera tua inveniat omnes qui oderunt te.***

Εὐεργεσία ἐστὶν ἁμαρτιῶν ἐκπεσεῖν καὶ ἐννοιῶν πονηρῶν· σπέρμα γὰρ ἁμαρτίας λογισμὸς πονηρός.

Bonum opus est, recedere a peccatis et pravis cogitationibus; semen enim peccati est tentatio prava.

Ps. XX, v. 7. Vat. 6. Anxie similes codices aut quædam interpretum similia quæsivi, nec mirare ea fuisse ab Eusebio Ariano expuncta. Ambigua tamen nonnulla sunt, nec periculo vacat nomenclatura Ναὸς, de Christo frequens apud Origenem, qua mirum in modum Nestoriani abusi sunt. cf. Hebr. I, 3. — Vatic. B. addit. αἰῶνος. — Quod superius pollicebar p. 454 ad ps. v, 8, vetus scholium de allegoria *templi* recte intelligenda, huc revocare non distulerim, ex Vat. 5 f. 43: Πρόσεχε, ἀδελφὲ εὐσεβέστατε· τοῦτο γὰρ τὸ δόγμα αἱρετικόν ἐστι, μήποτε παγιδευθήσῃ ἐν αὐτῷ, καὶ ῥᾳδίως ἀπολλῇ· ὁ γὰρ Χριστὸς οὐκ ἔστιν ἕτερος, καὶ ἕτερος ὁ Θεὸς, ὡς οὗτος ληρεῖ, ἵνα οἰκῇ ἐν αὐτῷ ὁ Θεὸς, καὶ καταλλάσσῃ τὸν κόσμον· ἀλλ' ὁ αὐτός ἐστι Χριστὸς καὶ Θεὸς ἐν διπλότητι φύσεων καὶ μιᾷ ὑποστάσει· τούτου οὖν τὸ θεῖον καὶ πανάγιον σῶμα, ἤγουν ἡ τεθεωμένη σάρξ, ἐστὶ ναὸς, εἰς ὃν αὐτὸς ὁ Θεὸς Λόγος οὐσιωδῶς κατοικεῖ, καὶ αὐτὸν ἡμεῖς προσκυνοῦμεν ἐν φόβῳ, καὶ εὐσεβείᾳ ἀσπαζόμεθα. — *Attende, religiosissime frater; hoc enim haereticorum dogma est, ne hoc laqueo tenearis, ac cito excidas. Etenim Christus non alius est, et alius Deus, sicut ille homo insanit, ita ut in eo ipso Deus habitet, mundumque sibi reconciliet.* (II Cor. v, 19, cf. p. 455). *Sed idem ille est Christus et Deus, in duplici natura et unica persona. Cujus ergo divinum et sacratissimum corpus, sive deificata caro, templum est, in quo ipse Deus Verbum cum substantia inhabitat, eum nos in timore adoramus, et cum religioso osculo salutamus.*

v. 9. Vat. 6.

Psalmus XXI.

v. 4. Σὺ δὲ ἐν ἁγίῳ κατοικεῖς, ὁ ἔπαινος Ἰσραήλ. *Vatic.* p. 636, 1.

Ἐντεῦθεν μανθάνομεν ὅτι αὐτοέπαινός ἐστιν ὁ Κύριος καὶ ἐπαινούμενος ὑπὸ τοῦ Ἰσραήλ, ἢ αὐτὸς ἔπαινος ὤν.

v. 7. Ἐγὼ δέ εἰμι σκώληξ.

Ὡς ἐκ προσώπου τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ λέγει, εἰ καὶ μὴ κατὰ τὴν Θεότητα λαμβανόμενον, ἀλλὰ κατὰ τὸ φαινόμενον καὶ τὸ ταπεινὸν τῆς σαρκὸς, τό· Ἐγώ εἰμι ὁ σκωλήξ.

v. 19. Αὐτοὶ δὲ κατενόησαν, καὶ ἐπεῖδόν με.

Ψηλαφῶντες, κατὰ τὸ εἰκὸς, ἅπαν αὐτοῦ τὸ σῶμα καὶ ἀναμετροῦντες ἕκαστον τῶν ὀστέων, ἵνα ἴδοιεν οὗ τοὺς ἥλους πῆξαι χρή.

v. 21. Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου.

Καὶ πρὸς τὴν ἁγίαν θεοτόκον ὁ Συμεὼν φησι· Καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία.

Καὶ ἐκ χειρὸς κυνὸς τὴν μονογενῆ μου.

Ἐνικῶς δὲ νῦν, οὓς εἶπεν ἄνω κύνας, διὰ τὸ γένος καλεῖ. — Μονογενῆ δὲ τὴν ἰδίαν ψυχὴν εἶπεν, ὡς μόνην ἁμαρτίαν μὴ γνοῦσαν· ἀλλὰ καὶ ὅτι μόνη διὰ παντὸς εἶχε τοῦ Θεοῦ Λόγου τὴν ἕνωσιν. Τάχα δὲ τὴν παραστᾶσαν ἐκκλησίαν αὐτῷ λέγει μονογενῆ, μὴ ἔχουσαν σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἐκ τῶν ἀμώμων τελείως συμπληρωμένην, ὧν κατὰ προκοπὴν εἰς διάφορα τάγματα διῃρημένην· ἑξήκοντα μέν εἰσι βασιλίδες, ὀγδοήκοντα δὲ παλλακαί, καὶ νεάνιδες ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· ὑπὲρ δὲ πάσας ἐστὶ περιστερὰ τελεία, μονογενὴς οὖσα τῇ μητρὶ τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ.

v. 4. ***Tu autem in sancto habitas, laus Israel.***

Edocemur inde, Dominum esse laudabilem per se, et ab Israel laudatum, sive et eum esse per seipsum laudem.

v. 6 ***Ego autem sum vermis.***

Tamquam ex persona incarnati Dei loquitur, quantumvis nullatenus secundum divinitatem id intelligendum sit; sed quoad apparentiam et humilitatem carnis, ait: ***Ego sum vermis.***

v. 19. ***Ipsi vero consideraverunt et inspexerunt me.***

Palpantes, uti par erat, totum ejus corpus, et emensi singula ossa, ut viderent quemnam in locum clavos infigi oporteret.

v. 21. ***Erue a framea animam meam.***

Et ad sanctam Deiparam Simeon ait: « Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.»

Et de manu canis unicam meam.

Haud autem inepte nunc, quos superius compellavit *canes*, juxta genus suum vocat. — *Unicam* vero dixit [Christus] suam ipsius animam, utpote quæ sola peccati nescia sit, sed et quod sola semper habeat Verbi Dei unionem. *Unicam* fortasse etiam dicit præsentem Ecclesiam, non habentem maculam neque rugam, absolute completam ex immaculatis, per quos, secundum profectum, in varios ordines discernitur: sunt quidem sexaginta reginæ, octoginta pellices, et puellæ quarum non est numerus: sed super omnes est columba perfecta, quæ unigenita est matris suæ, supernæ Hierusalem.

Ps. XXI, v. 4. In quo LXX vulgati σου Ἰσραήλ. — Vat. 5.

v. 7. Vat. 6.

v. 19, Vat. 13, 16. Vocem θεοτόκος apud Origenem Gallandius alibi notavit et vindicavit; alia enim exempla non desunt, neque omisit Theodorus Heracleota ante Ephesinos Patres, dum nostra pone sequeretur.

v. 21. Vat. 13, 16. Cf. Ephes. v, 27. Cant. vi, 7.

Psalmus XXII.

v. 1, 2. Κύριος ποιμαίνει με, καὶ οὐδέν με ὑστερήσει. Εἰς τόπον χλόης, ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν, ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με. *Vatic.* p. 637, 1.

Τέλειος ὁ κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ ὁμοίωσιν γνωριζόμενος, ᾧ καὶ βασιλεύς, ἀλλ' οὐ ποιμὴν ἐπιγράφεται Κύριος· ὁ δὲ προκόπτων ἐν εἰσαγωγῇ, πρόβατον κληθείη Θεοῦ, καὶ ποιμαίνεται ὑπ' αὐτοῦ, καὶ τὸ εὐαγγέλιον νέμεται, καὶ πίνει ὕδωρ, οὗ ὁ πιὼν οὐ διψᾷ· οὔπω δὲ τῆς ἀληθινῆς ἀμπέλου τὸν οἶνον, καὶ ἀναπαύεται διὰ λυτροῦ παλιγγενεσίας, ἀποτιθέμενος τὸ τῶν ἁμαρτημάτων φορτίον. Καὶ ἄλλως δὲ ὁ τὸ πρᾶον καὶ εὐσταθὲς κατορθώσας Χριστοῦ, ὑπ' αὐτοῦ ποιμαίνεται ἐπὶ τὴν χλόην, ἥτις ἐστὶν ἠθικὴ διδασκαλία, ἐν ᾧ κατεσκήνωσέ με, φησίν, ἀλλ' οὐ κατῴκισε. Καὶ ἀλλαχοῦ δέ, φησίν· αὐτὸς ποιμαίνει ἡμᾶς εἰς τοὺς αἰῶνας. Ὅρα δὲ καὶ νόει τὴν χλόην, καὶ νοητὸν αὐτῆς τόπον, καὶ νοητὸν ἀναπαύσεως ὕδωρ, τῷ ἔτι ποιμαινομένῳ διδόμενον, ἕως λογικῆς τραπέζης,

v. 1, 2. ***Dominus pascit me, et nihil mihi deerit, in loco pascuae ibi me collocavit, super aquam refectionis educavit me.***

Perfecte est initiatus, is qui secundum Dei imaginem et similitudinem cognoscitur, cujus tamen rex, sed non pastor, Dominus cognominatur. Qui vero progreditur in tirocinium, possit ovis Dei appellari, a quo et pascitur, et bono nuntio reficitur, et bibit aquam, qua potatus, non sitit. Nondum tamen veræ vitis ebibit vinum, sed refocillatur per lavacrum novæ nativitatis, deposita sarcina peccatorum. Ac cæterum qui mansuetudinem et constantiam Christi strenue æmulatur, pascitur ab ipso in viridi pascua, videlicet in morum disciplina, in qua, ut ipse ait, « mihi tabernaculum est, » sed non domus. Et alio in loco: « Pascit, inquit, ipse nos usque in sæcula. » Jam considera et intellige herbosam pascuam, ejusque locum spiritalem, et spiritalem requiei lympham, illi concessam qui ad-

Ps. XXII, v. 1, 3, 4, 5. Vat. 13, 14, 16, Vix erit alia Origenis pagina de re archaica præstantior, quam commentariolus ille, quo describitur integra series inchoandæ et perficiendæ veterum christianorum vitæ: habentur enim ex ordine: Κατήχησις, *Baptismus*, Ἐξομολόγησις, *Symboli* et doctrinæ *traditionem*, *unctio*, *jejunium*, *convivium*, mensæ et calicis μέθεξις, ac tandem, martyrio sæpe intercedente, cœlestes epulæ. Nemo pedem in Romana hypogea intulerit, aut monumenta *Romae subterraneae* cl. de Rossi τοῦ πάνυ versaverit, quin stupeat, quam graphice Alexandrinus, quoad ex arcani disciplina licuit, veterum Christianorum τελείωσιν declaraverit. Neque diligentem lectorem fugerit theologica sententia de subitanea post obitum justorum beatitate. Sed ne te hoc lateat, pauca hic nova sunt: plura Corderius dedit, plura habent Maurini; non pauca tamen sunt aucta et emendata, maxime ex optimo Vat. 13. Nonnulla fort. Maurini neglexere, quia collato Eusebio, adverterunt pleraque apud Cæsariensem refricari. Sed videas velim rusticum Syrum non lotis pedibus Alexandrinas margaritas calcantem: Ὁ μὲν γὰρ τέλειος γένοιτ' ἂν ὁ κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν ὁμοίωσιν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν τοῖς κατ' ἀρετὴν τρόποις κεχαρακτηρισμένος· ὁ καὶ βασιλέα τὸν Κύριον, ἀλλ' οὐ ποιμένα ἐπιγραφόμενος. Ὁ δὲ ἐκπεσὼν ταύτης ἐξ αὐτοπροαιρέτου δὲ διαστροφῆς ἐπὶ τὴν θηριώδη μεταβεβληκὼς ἕξιν, ἵππος θηλυμανὴς χρηματίσοι ἄν, καὶ λύκος ἁρπακτικός· ὄφεις δέ, καὶ γεννήματα ἐχιδνῶν, καὶ χοίρους, καὶ κύνας, καὶ ἀλώπεκας τοὺς τοιούτους εἴωθεν ὀνομάζειν ἡ γραφή. — Quæ saltem certo argumento sint, nostra Eusebio præluxisse, sicut et Theodoro Heracleotæ, qui in usum suum lacinias resecuit nonnullas; ita autem ambo egerunt, ut nostra neque alienorum esse compendium, neque incrementum recentius dici queant.

v. 1, 2. Cf. Gen. I, 26. Joan. IV, 14. Jerem. II, 21. Ps. XLVII, 15.

καὶ ποτηρίου μεταλαβεῖν τις δυνηθείη. Εἰ ἔτι τι μὴ ἀποκτεῖνον γράμμα, ἐκεῖνο ἔσται χλόη· ποιμαινομένουσι δὲ πνευματικῶς τράπεζα ἡτοιμασμένη, τοῖς ὑπομένουσι τὰς θλίψεις.

v. 3. Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν, ὡδήγησέ με ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης, ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

Ἐπέβη γὰρ ὥσπερ ὁ ποιμὴν, καὶ προέτριψε τρίβους, ὡς ἰδίου αὐτοῦ προβάτου τοῖς ἴχνεσιν ἐπακολουθεῖν. Δικαιοσύνη μὲν οὖν ἡ πρακτικὴ τῶν δικαίων ἕξις, ἧς αἱ κατὰ τὴν ἐνέργειαν τρίβοι. Εἰ δὲ δικαιοσύνην εἴποι τις τὴν γενικὴν ἀρετὴν, τρίβους ἐρεῖ ταύτης τὰς κατ' εἶδος ἀρετὰς, ἐφ' ἃς ὁδηγεῖ τὸν τὴν αὐτοῦ προσηγορίαν ἐπιγραφόμενον. Τὴν ψυχήν μου, φησὶν, ἐπέστρεψε, πλανηθεῖσαν ἐκ τῶν οἰκείων ἢ καταπεσοῦσαν· ἢ ἐκπεσοῦσαν τὴν ψυχὴν ἐπιστρέφει ὁ Κύριος, καὶ ἀποκαθίστησι μετὰ τὸ ποιμᾶναι, καὶ εἰς τόπον χλόης κατασκηνεῖται· εἶτα ἐπιστρέψας ὁδηγεῖ ἐπὶ τρίβους δικαιοσύνης καὶ ἀρετῆς.

v. 4. Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβηθήσομαι κακά.

Λέγοις δ' ἂν καὶ σκιὰν θανάτου τὸν φυσικόν τε καὶ κοινὸν θάνατον τῷ τῆς ψυχῆς θανάτῳ διαστελλόμενον· καθὸ λέλεκται ἡ ψυχὴ ἡ ἁμαρτάνουσα ἀποθανεῖν, ὡς ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ οὐ μὴ ἀποθανεῖται εἰς τὸν αἰῶνα, μεταβεβηκὼς ἀπὸ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωήν· σκιὰν γὰρ οὐχ ὑπομένουσι θανάτου, ἢ κινδύνους, ἢ σώματος λύσιν.

v. 5. Ἡτοίμασας ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με· ἐλίπανας ἐν ἐλαίῳ τὴν κεφαλήν μου, καὶ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον ὡς κράτιστον.

huc pabulatur, donec mysticæ mensæ et calicis particeps effici valeat. Quod si adhuc fit respectus ad litteram minime occidentem, ecce illud erit pascuum: eorum enim qui pascuntur spiritu, mensa præparata est, illis qui sustinent tribulationes.

v. 3. *Animam meam convertit, deduxit me super semitas justitiae, propter nomen suum.*

Incessit enim, tanquam pastor, et prius semitas trivit, ut pone proprii ejus ovis vestigia sequeretur. Justitia porro est actuosus justorum habitus, cujus opera sunt semitæ. Si quis autem dixerit justitiam esse virtutem generatim sumptam, semitas ejus dicet esse virtutes specie distinctas, ad quas pastor deducit eum qui justitiæ suæ titulo inscribitur. *Animam*, inquit, *meam convertit*, a proprio ovili peregrinam vel lapsam; sive animam lubrico casu exorbitantem convertit Dominus, et restituit, et postquam pavit, in loco pascuæ sub tabernaculo tenet; deinde cum convertit, deducit super semitas justitiæ ac virtutis.

v. 4. *Si enim ambulaverim in medio umbrae mortis, non timebo mala.*

Possis etiam dicere, umbram mortis esse physicum communemque interitum, a morte animæ distinctum, juxta quod dictum est, animam peccando morituram, sicut credens in Filium Dei non morietur in æternum, utpote translatus a morte in vitam: haud enim illos manet umbra mortis, sive pericula, aut dissolutio corporis.

v. 5. *Parasti in conspectu meo mensam, adversus eos qui tribulant me: impinguasti in oleo caput meum: et calix tuus inebrians, quam praeclarus est!*

v. 3. Cf. Matth. xviii, 12.

v. 4. Hic mendosa in versiculo scriptura πορευθῶμεν μέσῳ in Vat B. irrepsit. — Cf. Joan. xiii, 5.

v. 5. Cf. Rom. xiii, 24. i Cor. xiii, 12. Luc. xxii, 39, ubi Vat. 13 τραπέζης τοῦ Πνεύματος. — Cf. Ephes. ii, 10. — Vat. καὶ διὰ τοῦτο. Cf. i Cor. xvi, 9. Ps. xliv, 8. Quæ in fine BB. addunt Καὶ ἐπεὶ..... ea Didymo Vat. 13 ascribit. — Cf. Cor. xvi, 9.

Τί βούλεται τό· ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με; Ἔχει τι μυστήριον ἀπόῤῥητον, ἵνα τις εὔχηται θλίβεσθαι. Ἐπινόει μοι, ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀγώνων τῶν μεγάλων ἄθλους ἐπικειμένους καθ' ἕκαστον ἀγώνισμα, οὕτως καθ' ἑκάστην θλῖψιν· ἡνίκ' ἂν θλῖβον παρῇ, καὶ αἱ θλίβουσαι δυνάμεις, αἱ ἀντικείμεναι, νόει μοι ἡτοιμασμένην τράπεζαν πνευματικὴν καὶ νοητὴν, διὰ ταύτην τὴν θλῖψιν. Ὁσάκις γοῦν ἐὰν θλιβῇς, τοσαυτάκις καὶ τράπεζά σοι παρατίθεται πνευματική. Μόνον ἔχε ὀφθαλμοὺς τοὺς βλέποντας τραπέζας μου, ἵν' εὐχαριστῶν λέγῃς μετὰ τοῦ ἀποστόλου· Οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ καυχώμενοι ἐν ταῖς θλίψεσιν. Ἐν ἀρχαῖς δὲ ἐφάσκομεν τὸν ἐκ προκοπῆς ὄντα κατασκηνοῦν εἰς τόπον χλόης· ἐπὲι οὖν ὁ προκόπτων κἂν ἐπὶ τὸ τέλος φθάσειεν, οὐκέτι μείνας πρόβατον, ἀλλὰ λογικὸς ἀναδειχθεὶς, τράπεζαν ἔχει λογικῶν τροφῶν, ηὐτρεπισμένην ὑπὸ Κυρίου... Ἐπίστησον δὲ, εἰ καὶ ὅσον τις ἐστὶν ἐν τῷ βίῳ τούτῳ, δι' ἐσόπτρου καὶ δι' αἰνίγματος βλέπων, πρόβατόν ἐστιν ὑπὸ ποιμένι ἀγόμενον· μεταβὰς δὲ ἐπὶ τὸν μέλλοντα αἰῶνα, πρόσωπον πρὸς πρόσωπον προσβάλλων τῇ ἀληθείᾳ, πνευματικῇ προσβάλλει τραπέζῃ, κατὰ τό· Κἀγὼ θήσομαι ὑμῖν διαθήκην, ἐσθίειν καὶ πίνειν ἐπὶ τῆς τραπέζης τοῦ Πατρὸς ἐν τῇ ἀληθείᾳ. Ὅθεν καὶ τό· ἡτοίμασας, εἴρηται, ἀπεντεῦθεν γὰρ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς ἃ ὁ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν κτλ. Καὶ τό· ἐνώπιον δέ μου, δηλοῖ πεφανερῶσθαί μοι καὶ ἐγνῶσθαί μοι τὴν τράπεζαν, ἐξεναντίας τῶν θλιβόντων με, πολλῶν ἐχθρεύειν μοι βουλομένων. Καὶ διὰ τούτων θλιβόντων με ἀνίστασθαί με ἰσχυρῶς πρὸς αὐτοὺς ὁ Κύριος θέλων, ἡτοίμασεν ἐνώπιόν μου τράπεζαν, ἐν ᾗ ἐπίκειται στερεὰ τροφὴ, ἵνα ταύτης ἀθλητικῶς ἐμφορηθεὶς, ἀντιστῆναι γενναίως πρὸς τοὺς θλίβοντας δυνηθῶ. Καὶ γὰρ ὅτε ἀγαθῶν τελείων τυγχάνομεν, ἰσχυροὺς καὶ πλείονας ἔχομεν τοὺς ἀντικειμένους, ᾗ φησιν ὁ ἀπόστολος· Θύρα γάρ μοι ἀνέῳγεν μεγάλη καὶ οἱ ἀντικείμενοι πολλοί. — Οὗ

Quid sibi vult istud: *Adversus eos qui tribulant me?* Inest arcani aliquid mysterii, ut quis precetur affligi. Cogita mihi, quemadmodum in magnis certaminibus cuilibet palæstræ sua sint proposita præmia, sic fieri singulis afflictionibus; quando id quod tribulat, adest cum potestatibus adversariis quæ tribulant, considera mihi, jam per hanc ipsam afflictionem, mensam spiritus et mentis parari. Quoties igitur tribularis, toties et tibi spiritalis mensa paratur. Fac tantum oculos habeas, qui mensas meas aspiciant, ut gratias agens, dicas cum Apostolo: « Non solum autem, sed et gloriamur in tribulationibus.» Ab initio dicebamus eum qui proficit, habitare *in loco pascuae*. Sed cum is qui proficit, ad perfectum finem venerit, tum jam non amplius ovis manens, sed spiritus omnino factus, mensam spiritalium epularum obtinet, a Domino præparatam... Scito autem illud: quamdiu aliquis in hac vita est, per speculum et ænigma videns, ovis est quæ sub pastore regitur: translatus autem in futurum sæculum, faciem ad faciem admovens in veritate, spiritali mensæ accumbit, juxta illud: « Et ego disponam vobis fœdus, ut edatis et bibatis super mensam Patris in veritate.» Unde et istud dictum est: *Parasti;* exinde enim « Deus præparavit, quæ oculos non vidit etc.» Hoc etiam: *in conspectu meo*, significat ostensam mihi et compertam mihi mensam esse, *ex adverso eorum qui tribulant me*, multi quippe sunt, qui mihi infesti esse volunt. Et cum propter eos qui affligunt me, velit Dominus valide me adversus eos insurgere, *paravit in conspectu meo mensam*, in qua solidum apponitur epulum, quo athletarum more pastus, fortiter resistere valeam *adversus eos qui tribulant me*. Etenim statim ut bonorum perfectorum copia fruamur, robore et numero graviores patimur inimicos, perinde habet Apostolus: « Ostium enim mihi magnum apertum est, et adversarii multi. » — Cujus autem caput oleo a Domino inpinguatur, is dicet:

δὲ ἀπὸ Κυρίου λιπαίνεται ἐν ἐλαίῳ ἡ κεφαλὴ, ἐρεῖ· Ἔλαιον δὲ ἁμαρτωλοῦ μὴ λιπανάτω τὴν κεφαλήν μου, ὡς ἀπὸ Θεοῦ χριόμενος ἐλαίῳ ἀγαλλιάσεως Χριστός. Οἶμαι δὲ ὅτι καὶ νηστεύων οὕτως ἀλείφεται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόσωπον νίπτεται. — Καὶ ἐπεὶ μὴ μόνον τράπεζαν κτλ.

Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum, similis nempe Christo, « quem unxit Deus oleo exsultationis. » Existimo etiam quod ille qui jejunat, sic caput suum ungit, et faciem suam lavat.

v. 6. Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, καὶ τὸ κατοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίου εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

v. 6. *Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitae meae, ut habitare faciat in domum Dei, in longitudinem dierum.*

Τίς ἐστιν ὁ καταδιώκων ἔλεος; Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν ἔμαθον καὶ Θεοῦ σοφίαν ἀπὸ τοῦ ἀποστόλου, καὶ ὅτι ἐγεννήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς καὶ ἀπολύτρωσις. Αὐτὸς λέγει· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς καὶ ζωὴ καὶ ἀλήθεια. Μάθετε ὅτι αὐτός ἐστιν καὶ ὁ ἔλεος ὁ διώκων· ἔμψυχος ἔλεος σε διώκει. Τοὺς ἔλαττον φεύγοντας καταλαμβάνει καὶ κρατεῖ, καὶ εἰς τὴν ἐκκλησίαν αὐτοὺς ἄγει, ἵνα ἐλεήσῃ καὶ οἰκήσωσιν εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, εἰς μακρότητα ἡμερῶν, καὶ εἰς τὴν ἐν οὐρανοῖς ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ μακρήμεροι γένωνται.

Quænam est misericordia quæ subsequitur? Christum Dei virtutem esse didici, et Dei sapientiam, ex Apostolo, ut qui « Factus est nobis sapientia a Deo et justitia et sanctificatio et redemptio. » Ipse dicit: « Ego sum via, et vita et veritas. » Scitote eum esse misericordiam quæ persequitur: animata misericordia persequitur te. Minus autem fugientes apprehendit et retinet, et ducit eos in Ecclesiam, ut misereatur, et *habitare faciat in domo Domini, in longitudinem dierum*, et in sanctam Ecclesiam in cœlis, ubi longævi fiant.

v. 6. Cf. BB. I Cor. I, 30. Jo. XIV, 6.

Psalmus XXIII.

v. 1. Τοῦ Κυρίου ἡ γῆ καὶ τὸ πλήρωμα αὐτῆς, ἡ οἰκουμένη καὶ πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ. *Vatic.* p. 637, 2.

v. 1. *Domini est terra et plenitudo ejus, orbis terrarum et omnes habitantes in eo.*

Ταύτην λέγει τὴν οἰκουμένην, ἐν ᾗ ηὐφραίνετο συντελειωθείς.

Orbem, dicit inhabitatum, in quo exsultavit qui consummatus est.

v. 4. Ἀθῷος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ.

v. 4. *Innocens manibus et mundo corde.*

Πολλάκις ἐλέγομεν περὶ τῆς ἐπάρσεως τῶν χειρῶν· ἐπῆρεν Μωϋσῆς τὰς χεῖρας, καὶ κατίσχυσεν ὁ Ἰσραὴλ, ὅτε δὲ καθῆκεν τὰς

Sæpenumero loquebamur de elevatione manuum. Sustulit Moyses manus, et confortatus est Israel; quando autem demisit Moy-

Ps. XXIII, v. 1. In Vat. 5, συντελειωθεὶς obscure scribitur. Sed palam est in hisce psalmis Origenis ante oculos fuisse continuo christianam τελείωσιν observatam. Inde apud Galland. v. 2: *Ecclesia* πεπληρωμένη τῆς ἁγίας τριάδος. — v. 3: *mons Domini* sive ὁ Θεὸς Λόγος, τελικὸν ἀγαθόν. — *Christianus* ὁ τελειωθεὶς βέβαιος *qui statuit super petram pedes suos*, quæ quidem post BB. Gallandius redhibuit, nec nos piguit eadem optimis codicibus nostris confirmata notare.

v. 4. Vat. 13. cf Exod. XVII, 10, 11, I Tim. II, 8. Ps. CXI, 3.

χεῖρας κατίσχυσεν ὁ Ἀμαλήκ. Καί· Ἐπαίροντες ὁσίους χεῖρας χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμοῦ. Καί· Ἔπαρσις τῶν χειρῶν μου, θυσία ἑσπερινή. Εἴποιμι ἂν οὖν ὅτι αἱ χεῖρες ἡμῶν αἱ πράξεις ἡμῶν εἰσιν, αἱ κατὰ θεοσέβειαν· ἐὰν θησαυρίζωμεν ἐν οὐρανοῖς, ἔχομεν τὰς χεῖρας ἐπηρμένας πρὸς τὸν Θεόν, καὶ νικῶμεν τὸν ἐχθρόν. Ὅταν δὲ ἡμῶν αἱ χεῖρες κάτω γένωνται, ἀνάγκη ἡμᾶς νικᾶσθαι. Ὅταν οὖν ἐπαίρω τὰς χεῖράς μου πρὸς τὸν Θεόν, καὶ διὰ τῶν χειρῶν τῆς ψυχῆς ὑψῶμαι πρὸς αὐτόν, νικᾶται ὑπ' ἐμοῦ ὁ Ἀμαλήκ, καὶ οὐδαμοῦ ἐστιν· οὐκοῦν δεῖ ἐπαίρειν χεῖρας πρὸς ναὸν ἅγιον τοῦ Θεοῦ· ὁ ναὸς δὲ τοῦ Θεοῦ δόξα ἐστὶ τοῦ Θεοῦ. BB. 637.

ses manus, tum prævaluit Amalec. Et: « Levantes innocuas manus sine ira et controversia. » Et. « Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum. » Possim ergo ego dicere, manus nostras esse actiones nostras, pietati consentaneas. Quod si thesauros in cœlos mittimus, habemus elevatas manus ad Deum, et vincimus hostem. Quando autem manus infra demittuntur, necesse est vincamur. Quum igitur tollo manus meas ad Deum, et per manus animæ subvehor ad eum, vincitur simul Amalec et destruitur. Oportet ergo attollantur manus ad templum sanctum Dei. Templum autem Dei gloria Dei est.

v. 10. Τίς ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης; Κύριος κραταιὸς καὶ δυνατός, Κύριος τῶν δυνάμεων.

v. 10. *Quis est iste rex gloriae? Dominus fortis et potens, Dominus virtutum.*

Εἰκότως ἡ Παντοκράτωρ φωνὴ τοῦ Σωτῆρος κατηγορηθείη· εἰ γὰρ πάντα δι' αὐτοῦ γέγονεν, καὶ αὐτός ἐστιν πρὸ πάντων, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκεν, κρατεῖ τε προνοητικῶς τῶν δι' αὐτοῦ πάντων γεγενημένων, καὶ πρὸ πάντων ἐστὶν τῶν ἐν αὐτῷ συστάντων, ἀκολούθως Παντοκράτωρ λέγεται· αὐτοῦ γοῦν ἐστιν πρόσωπον λέγον ἐν Ζαχαρίᾳ· Οὕτως λέγει Κύριος Παντοκράτωρ· Ὀπίσω δόξης ἀπέστειλέ με, καὶ γνώσῃ ὅτι Κύριος Παντοκράτωρ ἀπέσταλκέ με πρὸς σέ. Παντοκράτωρ γὰρ ὑπὸ Παντοκράτορος ἀποστελλόμενος ὁ Υἱός ἐστιν, ὑπὸ Πατρὸς πεμπόμενος. Ἀριδηλότατα δὲ ἐν τῇ Ἰωάννου Ἀποκαλύψει, Παντοκράτωρ ὁ Σωτὴρ λέγεται. Τάδε γὰρ λέγει Κύριος, ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινός, ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν καὶ ὁ ἐρχόμενος Κύριος, ὁ Θεὸς ὁ Παντοκράτωρ. Ἀναμφισβητήτως ταῦτα περὶ τοῦ Υἱοῦ εἴρηται.

Jure merito vocem *Omnitenens* de Salvatore prædicaveris. Si enim omnia per ipsum facta sunt, et ipse est ante omnia, et omnia in ipso constant, et per suam providentiam continet omnia quæ ab eo facta sunt, et prior est omnium rerum quæ in ipso consistunt, consequenter appellatur *Omnicapiens*. Ipsius igitur est persona quæ loquitur apud Zachariam: « Sic Dominus Omnipotens dicit: post gloriam misit me, et cognoveris quia Dominus Omnipotens misit me ad te. » Etenim Omnipotens ab Omnipotente missus, est Filius missus a Patre. Perspicue autem in Joannis Apocalypsi Omnipotens vocatur Salvator: « Hæc enim dicit Dominus, testis ille fidelis et verus, qui erat, et qui est, et qui venturus est, Dominus Deus Omnipotens. » Nullatenus ambigendum, quominus hæc de Filio dicantur.

Psalmus XXIV.

v. 4. Μνήσθητι τῶν οἰκτιρμῶν σου. *Vatic.* p. 638, 1.

v. 4. *Memento miserationum tuarum.*

Ps. XXIV, v. 4. Vat. 13.

Ὅποιος γάρ πότε, ἐὰν ᾖ ὁ ἄνθρωπος, ἐλέου χρῄζει τοῦ ἀπὸ Θεοῦ.

v. 19. Ἴδε τοὺς ἐχθρούς μου, ὅτι ἐπληθύνθησαν, καὶ μῖσος ἄδικον ἐμίσησάν με.

Οἱ τοὺς δικαίους ὡς δικαίους μισοῦντες, μῖσος ἄδικον μισοῦσιν αὐτούς.

v. 21. Ἄκακοι καὶ εὐθεῖς ἐκολλῶντό μοι, ὅτι ὑπέμεινά σε, Κύριε.

Λέγοις δ' ἂν καὶ ἄλλους ἀκάκους τοὺς ἐστηρημένους κακίας, ἢ τοὺς ἁπλωστέρους· εὐθεῖς δὲ, τοὺς τελείους· ἢ ἀκάκους τοὺς ἐξ ἀνθρώπων, εὐθεῖς δὲ ἀγγέλους ὑπὲρ αὐτῶν.

v. 19. Vat. 5.

Sane quicumque vir, quatenus homo est, ea indiget misericordia quæ Dei est.

v. 19. ***Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me.***

Qui justos uti justos odio habent, iniquo eos odio oderunt.

v. 21. ***Innocentes et recti adhaeserunt mihi, quia sustinui te, Domine.***

Dixeris etiam alios esse *innocentes*, eos qui malitiæ expertes sunt, vel simpliciores; *rectos* vero perfectos; vel *innocentes* esse ex hominibus, *rectos* vero angelos illis superiores.

v. 21 Vat. 16.

Psalmus XXV.

v. 4. Οὐκ ἐκάθισα μετὰ συνεδρίου ματαιότητος, καὶ μετὰ παρανομούντων οὐ μὴ εἰσέλθω. *Vatic.* p. 638, 2.

Λεκτέον ταῦτα πρὸς τοῦς θεωροῦντας ἱπποδρομίας καὶ θέατρα, ἔτι δὲ καὶ πρὸς τοὺς γενομένους κοινωνοὺς τῶν αἱρέσεων.

v. 8. Κύριε, ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος δόξης σου.

Τόπος Κυρίου, εἰρήνη ψυχῆς· ἐγεννήθη γάρ, φησὶ, ἐν εἰρήνῃ ὁ τόπος αὐτοῦ.

v. 11. Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην.

Ὁ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπάθειαν προθύμως διαφυλάττων, ταῦτα λέγει τὰ ῥήματα.

Ps. XXV, *v.* 4, 8, 11. Vat. 5.

v. 4. ***Non sedi cum consilio vanitatis, et cum iniqua gerentibus non introibo.***

Ea dicere est ad illos qui aspectant equorum stadia et theatra, etiam ad eos qui consuescunt cum hæreticis.

v. 8. ***Domine, dilexi decorem domus tuae, et locum habitationis gloriae tuae.***

Locus Domini pax est animæ: « Factus est enim, ait, in pace locus ejus. »

v. 11. ***Ego autem in innocentia mea ambulabam.***

Hæc ille verba pronuntiat, qui cum amore tranquillitatem animæ custodit.

v. 6, 10. Vat. 13. Jo. I, 2. Col. I, 17. Zachar. IV, 9. Apoc. III, 14.

SANCTUS EUCHERIUS
LUGDUNENSIS.

Plus semel dixisse juvit me, quanta cum alacritate, post viginti et amplius annos, frustra in catalogis forulisque bibliothecarum fodiendis exactos, tandem inciderim in primum codicem, qui Melitonis mihi nomen Clavi præfixum dederit, Argentinensem, heu! bello et incendio ambustum. Neque superius tacui, qua fausta sorte, eodem fere tempore cum testis ille unus, ut opinabar, diris devoveretur, egomet inconsulto, fateor, ejusdem archetypon, per tot annos mœste inquisitum, introspicerem in museo Barberiniano, jam nunc redivivum, meum Claromontanum!

Sed post duo Melitonis κειμήλια, quid mihi optabilius inventu fuit, quam ut Eucherium, alterum Clavis sospitatorem, purum, germanumque luci restituerem? Ut enim Origenes sæculo III, uti Eusebius sæculo IV, ita ille sæc. V nostram Clavem Lugduni tenuit, descripsit, perstrinxit. Equidem nihil omiseram, per multa itinera, ut compendium illud, quale conditum fuit, inter exemplaria huc illuc sparsa, sed misere aucta et depravata, mihi ante oculos ponerem, sed ingrato ac pene incasso labore fungebar. Tædium aliquando fregit, spemque incussit signum quoddam, quasi datum a longinqua et sublimi Urbis arce, velut ab inaccessa mihi specula, id quod vir doctus Romanus, ante hos triginta et novem annos, scripserat in hunc modum:

« *Codex saeculi circiter VII: sancti Eucherii Formularum libri III, sine illis additamentis, quibus cumulantur editiones* ». Sic ille, anno 1841.

I.

De codice saeculi VI.

Ad hæc totum me assurgere memini, cogitabundum, idque mecum disputantem: scilicet potiorem *Clavis* Melitonianæ partem certe ad Eucherium traduci; huc meavisse formulas, comperto satis numero trecentas et octoginta; Lugduni ergo, jam sæculo VII majorum meorum manu versari codicem annosum, nonne ab una alterave æra repetundum? nonne ab antiquiore exceptum? Vixisse ergo interpretem, haud procul ab ævo et juxta tumulum Irenæi, qui Eucherium habuit διάδοχον; lampadem ergo vix per tres aut quatuor manus inde volitasse inexstinctam; ab Epheso, ex Smyrna, ex Sardibus Lugdunum innumeras appulisse gazas, quidni et *Clavem* receptam iri græcam? Græcos adfuisse lectores, ad oras Rhodani; interpretes frequentari; græcos codices, uti Cantabrigiense evangelium, uti Pentateuchi Lugdunensis lacera membra, alios non defuisse; non deesse græca etiam nunc

vocabula, apud Eucherium vulgatum, quantumvis incomptum: quomodo ergo non anhelare me ad Eucherium defœcatum, primigenium, in codice, ut aiunt, sæc. VII?

« Quin immo *Saeculi Sexti!* » Ita ego ultro clamavi, statim ut, post multas et incredibiles rerum et hominum vices, mihi in Urbe emicuit Eucherius ille tripartitus, litteris uncialibus expolitus, ab antiquario propemodum synchrono membranis commissus, atque vix exstincto magistro Lugdunensi, jam sua immortali veste vestitus, in sæculo, inquam, *sexto!* Rarum sane, pene dicam unicum exemplum, pro auctoris et librarii vix non æquali ætate! Quod certe ego minutatim describi jubeor; nec jam a subtiliore indagine aut fusiore calamo refugere fas est, tam ætatis significandæ gratia, quam ut qualicumque modo suppleatur imagini sinceræ, heliaca arte, ut solet, expressæ, qua ego interdicar, nisi temporum iniquitas tandem hoc indulgeat.

Ac primum codex, vel nunc purpurea veste recenti, qua foris obducitur, atque aurea et variegata interioris tegumenti pictura, oculos percellit. Tum quadruplici pagina orditur, capitalibus litteris superbiente, rubris, fulvisque versibus alterna vice distincta. Quarum pagellarum prima, cæteris splendidior, a tergo cingitur coronide quadrata, viridi et rosea, quæ innexis flosculis et trifidis bracteolis ποικίλως intertexitur (vid. p. 506).

Totus liber in forma minori quadratus, constat membranis signatis CXIII. Ab altera folii tertii facie, insunt in singulis paginis decem et octo versus, recepti in area pura, intra justos margines, duplici distinctos linea recta, sicco stylo insculpta.

Singulis octonis, in medio infimi marginis spatio, ascribuntur numeri I, II, III, IIII, (deest folium ubi V) VI, (VII num. fuit excisus cum ora inferiore) VIII, VIIII, X, XI, XII, XIII. Evanuit XIIII, cujus quidem quaternionis nonnisi duo folia maculata superfuere. Fol. ultimum 113, susdeque versum, addititium est, detractum ex psalterio ejusdem ætatis; ibi extra chorum leguntur psalmi LXXIX octo versus, nec suo pretio caret illud ἀποσπασμάτιον. [1]).

Rigida, robusta, plenaque membrana est, vix uno alterove hiatu vacua, quæ in ævum perennavit, perennatque; lævigata satis, nitida plerumque, et candide flavescens. Atramentum, primitus tinctum colore leviter fusco, non nihil palluit; nullibi fere mutatum, nisi quod cujusdam διορθωτοῦ gracilis calamus, densiori liquore imbutus, conspersit, maxime ab initio, puncta, apices, commata; idem sphalmata sollicitavit, superposuit leves siglis et compendiis obelos, litterulas inseruit, emendandi causa verba expunxit, expuncta restituit, immo sibi forsitan reservavit in folio 109 integram paginam priorem, demptis duobus ab initio verbis, quæ ad alterum librarium pertinent [2]). Sed uterque scriba coæqualis est.

Paulo autem post aut eodem tempore, tertius opifex majores titulos expolivit, sed calamo

[1]) Pagina ultima continet initium ps. LXXIX a v. 1 ad 10, deleta non tam ævo quam effuso atri toxici liquore. In altera pagina insunt v. 10-18 cum paucis varietatibus non spernendis: v. 10 *et repleta est terra*... v. 12. *palmites ejus*... v. 13 *ut quid deposuisti macheriam ejus*... *onis qui transeunt viam*... v. 15 *Domine Deus virtutum, converte nunc, respice*... v. 16 *et dirige eam*... v. 17 *et effossa manu ab increpatione*... — Integrum folium est, constans versiculis 19, ejusdem membranæ, ejusdemque formæ ac totus codex, sed alia scriptum manu firmiori, expeditiori, elegantiori, maxime in litteris rotundis O, C, E, D, G; aut semirotundis M, T, S. — Æ scribitur per E cum subducta linea. Perpauca compendia sunt. Ab initio στίχων absunt majusculæ, quo significari videtur codicem relictum fuisse imperfectum, inter rejectanea sæculi VI. Vox *macheriam*, tum solœcismus *omnis* pro *omnes* scholam scribentis prodit, ne alia recolantur. Unicum fortasse fragmentum est Psalterii ad familiam Lugdunensium librorum recensendi. — [2]) Caute moneo consulere ea quæ ad cod. f. 109 notabuntur.

sat infelici, maxime in nonnullis capitalibus, quæ rudem aetatem, vel extra sæculi VI fines, facile sed frustra arguerent. Omnia enim ejusdem ævi sunt, nec sane excipiendus est pictor, qui apposuit ab initio capitulorum, pro majusculis, imagunculas classico propemodum penicillo haud indignas. Statim ab exordio libri, ut littera D male fingatur, muliebre quoddam monstrum, Sirenæ cognatum et affine, diademate viridi vel laurea redimitum, sublata manu aut cauda ἰχθυοειδῆ, intentat fasces in triplex folium aut trinam cuspidem acuminatos: quæ si minus violasset ævum, redhiberent illud Venusinum in exordio ad Pisones:

. . . . . Turpiter atrum
Desinit in piscem mulier formosa superne.

Præterea virides variique pittaci haud inelegantes volitant in fol. 12, 81, 93, 94; duo pisces sub eodem ave connectuntur f. 12; Draco horret f. 24; rota currus, ab anseris morsu, quasi remora tenetur f. 93; orbes vel semi orbiculi volvuntur fol. 4, 5, 59, 79, 84. In marginibus litteræ majores rubræ, flavæ, virides, vicissim et in ordine trino, constanter sibi succedunt.

Mitto huc illuc inspersa plus minus pinguia lineamenta, properante manu merovingica, ut f. 15, 16, 19, 21, 23, 25, 26, 29, 31, 60, 61, 62, 63, 65, 70, 76, 78, 79, 98. Quin nonnulla ad sæc. X et XI pertingunt f. 34, 55, 56, 95, 103, 106, quæ id saltem monent, uncialium nempe scriptores hisce neotericis esse multo antiquiores.

Quæ quidem uncialium annositas ubivis effulget in pulchro et perpetuo orbe litterarum O, D, C, E, G, H, M, P, Q, U. Etiam ad orbiculum vergunt B, R, S. — N semper capitali et marmorea forma insidet. Proeminet I aliquando; L autem semper hastam erigit, ex ampla basi levem in virgulam exeunte. G subtili et longiori apice obliquo clauditur. X in alacri et fuso volumine serpit. A fere transit ad hastulam inclinatam cum pendulo exiguo circino, minus tamen exili tractu quam in Pentateucho Lugdunensi, minus etiam pleno quam in psalterio superius notato; unde medius inter utrumque Eucherianus consistit.

Interpuncta duo tantum sunt, sive juncta, sive singularia, comma videlicet et virgula. Comma, ceu punctum triplex, superius; inferius, et medium, frequentissimum est, et usque ad fastidium in duobus tribusve foliis prioribus crebrescit. Virgula, puncto subjecta, facile erit distinctio major; minor, punctum medium vel inferius; minima, punctum superius. Sensim interpunctio rarior fit, crescente volumine, nisi quod subinde, in majoribus titulis et vacuis spatiis, quasi ludendo, puncta stipantur trina, quaterna, usque ad septena et octona.

Plerumque ad obelos super compendia signandos, sagittula, quæ uno dente superiore acuitur, ad sinistram inter duo puncta fugit. Menda veru jugulantur, vel tribus notantur punctis, nisi inseratur fallaci litteræ altera justior, aut insideat circinus ceu apex acutus, ad interrogandum aut monendum lectorem minus diligentem. Rara sunt hæc indicia correctionis, etiam in emendatis codicibus.

Sed compendia præstat vigilantius intueri, quibus præsertim veteres scripturæ intelliguntur. Litteris sat paucis pauca verba carent, eadem fere a capite ad calcem codicis, neque alia quam quæ tum nuper notavi in Pentateuchi fragmento Ashburnhamiensi [1]), tum etiam olim adverti in codice Evangeliorum et Actuum Cantabrigiensi: utrumque codicem novere omnes

Vide infra in §. v, p. 495, et cf. *Biblioth. de l'École des Chartr.* t. xxxix, a. 1879.

esse Lugduno oriundum, ac neutrum infra sæculum VII referri. Eadem porro, nec plura sigla sunt, quam ferunt vetustissimæ unciales scripturæ, videlicet:

DS... DI... DO...

DNS... DNI... DNO...

EPVS... EPI... EPO...

EXPL... INCP...

I... (*interrogatio*)

IHS... IHUS... IHV...

OMPT... (*omnipotens* semel)...

P... (*per* cum subducta linea, sed raro)

PSL... PSAL...

QNM... (*quoniam*, bis in toto codice)

QS... (*qui supra*, ter)

SPS... SPM...

SCS... SCO*rum*

XPS... XPO... XPI*anorum*...

Præterea in fine versiculorum facile omittuntur M, N, US, non semper addito puncto cum virgula vel lineola. — Q; passim est pro *que* vel *quae*. ID cum *e* superposito pro *id est* semel occurrit. Neque vacat addere, græca verba multo minus inepte quam solet, asservari f. 68, 80, 82, 83, 84, 85, 86 etc.

Sed mox plenior ratio dabitur scripturæ et sermonis in hoc codice usurpati, qua illius ætas, fortasse regio et patria magis perspicue signabuntur. Sed quum hujusmodi indagatio minutissimo et multiplici fastidio cumuletur, nolim in vestibulo lectorem morosius suspenso in hisce spinis pede retinere. Neque etiam ab eodem scopo divertar, dum statim codice aperto, quid prima fronte exhibeat, quid ab Eucherio exceperit, quid olim multo locupletior contineret, prompto stylo explicuerim.

II.

De bina codicis Epigraphe.

In folio chartaceo, codici adjecto, primum leguntur numeri ex vario ordine ad veterem quamdam bibliothecam referendi, recentes alii, alii quos vocant imperiales: 186, 129, LXXVII, iterum 186. Tum manu recenti scribitur is titulus:

S. Eucherii Lugdunensis episcopi Instructionum sive Formularum libri III. Additur eadem manu: *Codex est antiquissimus, caractere scripturae Romanae secundae aetatis, et inter pretiosiores codices hujus nostrae bibliothecae.... connumerandus.*

Altera vetustior epigraphe sæculi XI implet membranæ præviæ priorem paginam, misere corrosam et tetro liquore infuscatam, in qua significatur quid tunc temporis legeretur in codice: « In hoc volumine continentur epistolæ tres, id est Salviani presbyteri I, Hilarii episcopi I, » Rustici presbyteri I, ad Eucherium episcopum; item ipsius Eucherii II, Salonio I, et Ve- » rano I; item libri tres prædicti episcopi, primus de his quæ appellantur membra Domini, » vel id quod significantur; secundus de Hebræorum nominum significationibus; tertius re- » sponsionum de sacris voluminibus ad consulta discipulorum. » Inde in spatio vacuo altera manus ejusdem ævi, sed rudis et imperita cujusdam tyronis, scripsit inepte: *Duo libri Salviani et Rustici presbyteri.* Tum prima manu pergit, ac fortasse detegit nomen scriptoris præcedentis epigraphæ: « Hic codex adquisitus est per Dom. Anselmum abbatem, et est de primo armadio ». Intercessit porro, sub eadem ferme ætate, alter scholiasta, ut scriberet

otiose et mendose hymnum in Nativitatem Domini, ad vesperas, quem legesis, ne quid omittas: « Christe, Redemptor omnium, ex Patre [Patris [1]) unice, solus] ante principium natus » ineffabiliter: tu lumen, tu splendor Patris, tu spes perennis [omnium, intende] quas fun- » dunt preces tui [per orbem famuli]. Memento, salutis auctor, quod nostri [quondam] cor- » poris ex illibata Virgine nascendo, formam sumpseris. [Sic præsens] testatur dies, cur- » rens per anni circulum, quod solus a sede [Patris, mundi] salus adveneris. Hunc cœlum, » terra, hunc mare, hunc omne quod in eis est, auctorem adventus [tui, laudans] exsultat » cantico. » Tum idem fortasse, sed cum rubro atramento rescripsit quod supra legerat: « *Hic codex adquisitus est per Dom. Anselmum abbatem et est de primo armadio.* » Nec plura, haud leviter colluctans, extudi. Qualiscumque demum sit ille abbas Anselmus, inde efficitur, jam sæc. XI codicem haud plura quam nunc retinuisse.

A tergo autem ejusdem folii incipit epigraphe insignior, per tria folia excurrens, cum litteris sæc. VI capitalibus, quas sigillatim scrutari oportet.

INCP OPVS CVIA
CONSCRIBTA DIVI
NARVM SCIENTIAE

Donec meliora edocear, sic librarium a tenebris profectum, jamque in primo gradu lapsum, emendo et lego:

Incipit opus, in quo conscripta divinarum [rerum] scientia.

EVCHERII (*epi* supra lineam) LIBRI III:

Quæ mox fuse explicabuntur: cætera quæ sequuntur ab octo jam sæculis e codice excidisse dolendum; unde antiquitus fuere continuis et cancellatis transfossa lineis.

LIBER SCI AVGVSTINI
QVI GRECE INCHIRI
DION APPELLATVR

D. Augustini *Enchiridion De fide, spe et charitate* tritum est, atque ubivis vulgatum, apud Maurinos t. VI p. 231.

DISPVTATIO BEATI
CEREALI EPI CONTRA
MAXIMINV ARIOMA
NITAM

Cerealis, episcopus Castellensis in Mauritania, scripsit aut ex tempore dictavit, circa annum 478, libellum in concertatione Carthagine habita, ad respondendum interroganti Maximino, episcopo Ariano, sive *Ariomanitae*, ut recte hic notatur [2]). Idem videtur Cerealis ac

[1]) Inclusa supplentur, ubi plura aciem oculorum fugiunt. — [2]) Emenda ergo in hoc libello vulgato caput I, quod habet *Ariomanitarum episcopum*, et cap. XX: *Maximinus Arionita*, unde alibi pejus, vel apud Fabricium: *Ammonitarum episcopus*.

episcopus Castello-Ripensis, qui aderat collationi Carthaginensi a. 484. Exstat libellus in Bibliothecis Patrum. Cf. *Patrol.* LVIII, p. 758.

LIBRI DVO EPIST
AGNELLI AD ARMENIVM
DE RATIONE FIDEI:

Nulla cum sit distinctio, sive ante sive post verba LIBRI DVO, ambigi potest utrum *duo libri* tribuantur Cereali, an Agnello. Ex alterutra autem lectione novum aliquid exsurgit, quum nemo hactenus noverit duos Cerealis libellos, nemo duos libros epistolarum Agnelli. Una enim Cerealis extat, uti supradictum, memoraturque brevissima opella apud Gennadium cap. 96, Hildefonsum cap. 10, Honorium lib. II, 95, Trithemium cap. 183. Item Agnelli una tantum [1]) superest, unaque memoratur epistola ad Armenium, sed nemo audivit quidquam de duobus libris ejusdem epistolarum, nec deest dubium, quin oberraverit incautus epigraphæ conscriptor, aut pro sua ruditate *duos libros* intellexerit de utraque opella Cerealis et Agnelli. Sane legitur unica Agnelli epistola ad Armenium (*Patrol.* LXVIII, col. 382), quæ scribi potuit infra annos 527 et 566, ab ingressu Agnelli inter clericos; sed probabilius infra a. 556-566, ab ejusdem nempe consecratione in episcopum Ravennatensem ad certum vitæ suæ obitum, juxta chronologiam ab altero Agnello sæc. IX scite computatam. Hæc sedulo notanda, pro codicis ætate, et prompto inter veteres episcopos commercio libellorum.

LIBELLVM FAVSTI CONFES
SORIS

Vix dubium, quin hic agatur de Fausto Lirinensi abbate, dein episcopo Regensi, a. 472-493. Sed quo de libello cogitandum, non liquet. Si respiciendum sit ad primum inter ejusdem opera memoratum apud Fabricium, *librum de Spiritu Sancto*, uti sequentia suadent satis, eo magis dolendum, illo in codice desiderari, quod liber penitus creditur excidisse:

FIDES EDITA SCI
AMBROSII EPI DE SPV SCO
ITE EIVSDE TESTIMONIV
DE PATRE ET FILIO ET SPV
SCO:

Quæ exstare videntur inter opp. Ambrosiana, nempe *De Spiritu Sancto libri tres* (*Patrol.* XVI, p. 703); et etiam græce apud Theodoretum servata sunt fragmenta, quæ posterius testimonium satis referunt (ib. p. 847)

REGVLA FIDEI:
CATHOLICE FACTA A NICENA

[1]) Unde vir doctus, quem ab initio laudavi, promptius hunc titulum rescripsit in hunc modum: *Item Agnelli libri duo epistolarum ad Arminium de ratione fidei* (unicum habemus in editionibus). Sic ille, *unicam epistolam* rectius dicturus.

In fine adde *Synodo*, ac vide *Juris eccles. Graecor.* t. I, p. 436, ubi memorantur versiones vetustissimæ ex codd. sæc. VIII, quæ omnes hoc testimonio recentiores sunt.

ITE REGVLA FIDEI SECVNDVM
CCCXVIII: PATRV:

Adde iterum *Synodum*. Cum vero unica hactenus innotuerit *Regula fidei Nicaenae*, quæ superius refertur, vide num ex iterato epigraphæ vitio, illic symbolum *Constantinopolitanum* cum fide Nicæna intermixtum fuerit. Certe hoc symbolum ex integro legitur in ejusdem ævi codicibus, qualis est Vatican. 1322, in quo manu sæculi VI, nemine diffitente, quater ex integro sternitur, fol. 12, 143, 154, 164: quod meditari velint, quicumque conjiciunt hoc symbolum esse spurium opus, postmodum a Græcis solis excogitatum.

REGVLA FIDEI CATHOLICE
CONTRA OMNES HERESES
HIERONIMI PRESBITERI

Augustinus ipse Hieronymum provocavit ad breviter in uno libello enuncianda omnium hæreticorum dogmata, *usque ad hoc tempus* sparsa. Sed inter ampla Hieronymi opera, sive a Maurinis, sive a Vallarsio congesta, nihil video quod simili scopo respondeat; et fortasse requirendum est vetus ac neglectum opus, quod ab omnibus editionibus exsulat, quodque olim obiter evolvi, ita inscriptum: *Indiculus de Haeresibus Judaeorum, nunc primum* (ac fortasse semel?) *in lucem editus, cura Claudii Menardi, Juliomagi Andium Propraetoris*, Lutetiæ Parisiorum apud Sebast. Chappelet, 1617; in quo recensentur quinquaginta hæreses, quibus novem recentiores dicitur addidisse Gennadius. Decem sunt sectæ Judæorum; cæteræ currunt a Simone Mago ad Eunomium. Opus plane diversum a cæteris catalogis Augustini, Philastrii, et Prædestinati. Aliud quoque videtur ac libellus *de haeresibus Graecorum, Judaeorum et Christianorum*, sub Hieronymi nomine latens in archivio Basilicæ Vaticanæ. Mirum est densas in tenebras recidisse opus, quod frustra Fabricius simul et Vallarsius se edituros esse polliciti sunt [1]).

ITE EXPLANATIO FIDEI CA
THOLICAE BEATI SCI AM
BROSII DE BONO MOR
TIS

[1]) Sic Fabricius in præfatione ad Philastrium, cf. *Patrol.* XII, p. 1098: « Opto illum Pseudo-Hieronymi libellum separato dare volumini, aliosque breves veteres de hæreticis scriptores illi adjungere, præmittereque dissertationem oppositam errori eorum qui ob hæreses Ecclesiam calumniantur. » Ab honesto illo hæretico nemo non libenter accepisset promissum opus, quod tamen in auras evanuit. Vallarsius quoque easdem hederas suspendit ab ostio, quandoquidem in epistol. LXVII Augustini ad Hieronymum (*Patrol.* XXII, p. 651) hæc notavit: « Sane hujusmodi libellum de hæresibus ab Hieronymo elucubratum post aliquot annos Augustinus credi-

Rursus ambiguum est prius testimonium, nec sat perspicuum cujus sit altera illa *Explanatio fidei*: immo nomen auctoris videtur omissum post BEATI, ac si quid in his tenebris suspenso stylo tangere liceat, suspicor ibi omissum fuisse nomen *Athanasii*, ac nobis eripi antiquissimum de symbolo Athanasiano testimonium. Ut ut est, nil clarius quam opus S. Ambrosii *De bono mortis*, quod exstat *Patrol.* XIV col. 540.

NOTITIA REGIONV̄
ET CIVITATV̄ QVIB: APOS
TOLORVM ET EVAN
GELISTARVM VENE
RABILIA CORPORA RE
QVIESCVNT

Utinam ex aliquo latibulo exoriatur vetus illud μνημόσυνον locorum, ubi *requiescunt* apostoli et evangelistæ, quo tantopere exsultarent quique veterum rerum studiosi! Nemini saltem non grave erit testimonium novum, jam in tanta vetustate, ceu sæculo *sexto*, solemnem fuisse hujusmodi memoriam, ac certe inter Gallias, et Lugdunum usque circumlatam fuisse notitiam *de sepulchris virorum apostolicorum*, qualia publicari solebant in singulis ecclesiis diptycha de memoriis veterum episcoporum et martyrum. Cæterum non liquet qualis fuerit memorata illic Notitia. Sane non est libellus *De apostolis et discipulis*, satis prolixus, qui Adonis martyrologio præfigitur. Neque brevis erit appendicula *De vitis apostolorum*, quæ græce et latine Erasmo occurrebat ad calcem Hieronymiani libri *De Viris illustribus*, tum a Vallarsio redintegrata post longam oblivionem (*Patrol.* XXIII, col. 719). Neque etiam opinarer, idem esse quam *Breviarium apostolorum ex nomine vel locis ubi praedicaverunt, ubi orti vel obiti sunt*, quod vulgavit Florentinus, in *Vetust. Occid. Eccles. martyrol.* p. 1056. Quid vero sentiendum, de alio indiculo, quem idem Florentinus p. 92 eruit ex vetustissime codice, sub hoc titulo: *Notitia de locis sanctorum apostolorum?* Ubi sepulturæ locus constanter significatur. Nihil quidem hic superest de Evangelistis: nonne vero tantum notitiæ pars prior ad Florentinum pervenerit, pars vero posterior exciderit, aut quærenda adhuc est? Id saltem inde velim inferas, caute admodum pronuntiandum illud esse, scilicet nullo fulciri fundamento vetustas Ecclesiæ traditiones, quarum hactenus nos fons et origo fugit. Ex hoc diverticulo, nostrum tandem ad Eucherium redeundum est. Sed abs re non fuit, in hac epigraphe hæsisse me morosius, ut inter alia id palam fieret, in totum codicem nonnisi scriptores synchronos convenire, quorum ne ullus quidem non scripserit ante mediam partem, aut saltem ante metam sæculi VI.

dit, idque se testatur ex aliorum sermonibus accepisse (in Jerem. c. 88). Verum qui nunc exstat liber, eo titulo et *a nobis postremo tomo exhibendus est*, Hieronymum auctorem mentitur.» Idem vero ad suum *postremum*, sive undecimum tomum quum tandem pervenisset, exiguumque exigeret catalogum falsorum Hieronymi operum, tantum hoc habet: « *De haeresibus Graecorum, Judaeorum et Christianorum*, desinit in Tritheitis. Habetur ad calcem alterius ms. libri de Gestis summorum pontificum ex S. Petri Bibliotheca. Vide *indiculum haereseon*, quem vulgavit Cl. Menardus, Paris. 1617.» Nec plura Vallarsius, voti immemor.

III.

De Eucherio in eodem codice.

Nemini haud gratum erit, cernere imaginem ad vivum et nativo expressam colore commercii illius litterarum et libellorum, quod olim a Lugduno ad insulas Lirinenses, et inde per totam Galliarum Occitaniam intercessit, dum simul florerent Salvianus, Vincentius, Hilarius, Eucherius, ejusque filii Salonius et Veranus. Verano alacre studium in primis movisse videtur Clavis Melitoniana. Quæ sive græce, sive latine ceciderit in hunc cœtum, innumeræ inde quæstiones excitari inter juniores, provocari ad magistros, sollicitari præ cæteris Eucherium, ac longo ordine conscribi argutas tum de re allegorica, tum de subtili indagatione Scripturarum interrogationes. Pro amore suo patris in filios, respondit Eucherius, tresque libellos exegit, unum *Formularum*, duos *Instructionum* nomine nuncupatos. Quos sive integros, sive partim direxit ad tres amicos, Salvianum, Hilarium, Rusticum.

Primus fortasse Salvianus gratias egit, cujus sane epistola, vel ob ejus singularem elegantiam, primo in loco collocare par erat. Legesis p. 507, neque officiant puncta et commata, haud sine tumultu et turbine inspersa; quæ retinere juvit, ut quali cum artificio olim veteres scripta sua intercipere legendo, et scribendo distinguere solerent, tum quam arguta et intercisa esset declamatio, tantopere olim in theatris, immo doctos inter amicos celebrata, ab uno saltem exemplo discas.

Salviano Hilarius ægre successit, indoluitque ab improbo et festino nuntio, properante fortasse ad tertium lectorem Rusticum, ereptum fuisse libellum, alioque citius translatum, nihil obstante imbre procelloso, quo liber nondum rescriptus pessum dari posset.

Usus fuisse Rusticus videtur melioribus avibus, ac fusius gratias egit. Tamdiu enim tres libellos versavit, quantum sat erat, ut « exsultanter et raptim, ipso deprecante, exemplandi apographi » copia illi fieret. Neque interim omittit opimam selectamque ostendere (nonne in ædibus suis?) bibliothecam, pluteosque amœnis epigrammatibus fortasse ab ipso ornatos, in quos juxta Virgilium inseri vult Eucherium, Maroni æquiparandum [1]).

Notus Hilarius, notior Salvianus: quis vero Rusticus ille, dicere arduum. Sirmondus, qui primus et solus hanc epistolam minus dedit luci quam sepelivit in extremis Sidonii sui scholiis, eumdem esse autumavit quam Rusticum illum, cæteroquin ignotum, cui Sidonius Apollinaris dedit epistolam suam libri II undecimam. Immo, cum plura haud sine tumultu disjecta in codice sint, innumeraque citissimo ore dictata, incautoque excepta et lasso calamo, vix mihi non insedit suspicio, hic teneri exemplar receptum ex ipso Rustici apographo, quod ait fuisse « exsultanter et raptim exemplatum. »

Satis constat ex ipso rerum ordine, eosdem transmissos ab Eucherio fuisse libellos, qui adhuc in nostro codice supersunt. Utrum vero ad singulos miserit triplicem libellum, an Formulas tantum, an tantum syllogen bipartitam *Instructionum*, satis non video, neque etiam recto ordine omnia conscribi contendam. Sed perspicuum est a tribus libellis tres illas epistolas non esse amovendas, requiri vero et desiderari in omnibus Eucherii editionibus, ac sive ab initio, sive ad calcem, in quacumque nova et integra recensione, omnino esse collocandas.

[1]) De his epistolis multa infra notantur, p. 507, 508, ubi ex integro leguntur.

Præmissis igitur Salviani, Hilarii et Rustici litteris, f. 3, 4, 5, tum f. 6 prooemio Eucherii ad Salonium, quod in editis legitur ante duos libros *Instructionum*, sequitur statim f. 8 alter ad Veranum prologus, nempe *Formularum*, quem excipit idipsum illud Clavis Melitonianæ compendium, inde usque ad fol. 58; ejusque ad calcem legitur: *Explicit Eucherii episcopi liber primus. Incipit ejusdem liber secundus.* Excepto ad Salonium prologo, cum codice consentiunt vulgati omnes in eodem rerum ordine, semperque *Formulae* præmittuntur *Instructionibus*.

Inde vero ab editis discedimus, et qui hactenus prior liber *Instructionum* habebatur, posterior est in codice, ubi posterior statim post *Formulas* occurrit. Etenim post indiculum XV capitulorum quo solet exordiri libellus alter, in fol. 59 *incipit prologus*, idem nempe qui ad Salonium in editis dirigitur ante librum primum; quo præmisso, secundus codicis liber sequitur a fol. 59 ad 86, ubi invenimus: *Explicit liber secundus. Incipit prologus libri tertii.* Ultimus iste prologus nihil aliud est quam brevissimum prooemium præmissum capiti primo libri I *Instructionum* in vulgata editione; tum liber ille *tertius* pergit usque in finem codicis. Sed dum ex editis pars Formularum spuria et major omittitur, præter omnem exspectationem, plurima *Instructionum* capita contigerunt, nova prorsus, optima et egregia: quo saltem nomine codex insignis in censum Analectorum recidit.

Sed dum summa mihi rerum et continuus ordo diligenter consideratur, ægre non dixerim, editis præstare seriem codicis nostri. Neglectis prooemiis, quæ facile minoris æstimaverim, et quæ necessarium locum non habent, placet partitio et distributio trium libellorum, qua videlicet:

In primo libro cumulatur congeries legitimarum Formularum, ut quæ totius operis vera clavis sunt et fundamentum, ad quas etiam perpetuus fit respectus in sequentibus.

Secundus autem liber alia et varia argumenta præbet, sed quæ ad Formulas accedunt, et subsidia multigena præbent, quæ sub certis titulis, ad enucleandas Scripturas aptissima sunt.

Tertius tandem liber ipsas aggreditur Scripturas, totumque canonem tam veteris quam novi Testamenti ex ordine decurrit.

His positis, quæstio duplex scaturit, quam satis erit lectori obviam facere: utrum nempe vulgatus ordo trium librorum sit primus et incomptus Eucherii fetus, an vero codicis series oriatur ex curis secundis, sitque altera opera, magis limata et pressius ducta ad umbilicum, qua de sententia vix ego non persuadear. Sed fortasse hinc et inde luctamur cum arbitrio librariorum. Quæ tandem lectori, uti par erat, commode subjicere subque oculis ponere nullo modo valuissem, nisi totum illum codicem, singularem et antiquissimum, in multis licet editum, ex integro typis committerem.

Nunc nostri plane instituti est investigare qualis sit, in illo archetypo Eucherii synchrono, indoles Formularum allegoricarum.

IV.

De libro Formularum in eodem codice.

Inter veterum Patrum nobilissima scripta, alia non semel furfuraceo intermiscentur pulvisculo, alia radicitus sublata sunt, quin tamen mutentur, audaci mendacio, in ὑποβολιμαῖα,

quæ falso nomine vendita, circumferuntur, donec criticæ artis ope, aut purpura a vili panno secernatur, aut spuria et adultera soboles ab ingenuorum liberorum domo expellatur.

Duo corruptelarum exempla præ cæteris notatu digna sunt, unum inter Græcos, alterum inter Latinos.

S. Germani Constantinopolitani syntagma illud tanti momenti, in quo sacræ Liturgiæ mysterium et œconomiam diserte exposuit, per omnium manus editorum et lectorum hactenus transiit, tanta cum audacia deturpatum, ut etiam arabica et turcica verba receperit, et pars plusquam dimidia falsario tota sit ascribenda, id quod luculentis argumentis demonstrare quam cito studebo, quum germanum opus in plena luce tandem restituerim [1]).

Eucherio nostro idem, ac fortasse pejus accidit. Statim ut animum Clavi Melitonianæ tum primum admovi, duce Cellerio nostro, ipso monente me similes utcumque esse Eucherii et Melitonis *Formulas*, illico Lugdunensem Patrum Bibliothecam adii, spe nixus, sanctum Antistitem apud suos dignum recepisse hospitium. Vix autem dicam senex ego, quanta juveni stomacho fastidia moverint *Formulae illae spiritalis intelligentiae*, quas decoxi, indigestis adeo consarcinatisque lemmatibus impletas, obtusas, obrutas.

Etenim, neglecta editione principe Parisiensi, a Cratandio repetita a. 1530, maleferiati editores Lugdunenses, longo agmine cæcorum præambulante, ambabus ulnis receperunt librum misere auctum et dehonestatum ab Alexandro Brassicano, a. 1531. Utinam ille omnino abstinere se jussus fuerit ab infausto labore, cujus testem advocat quemdam Janum amicum: « Oculatus ipse mihi testis es, mi Jane, quantum mihi laboris exhauriendum, immo, ut verius dicam, quantum tædii exsorbendum fuerit, in restituendis ac repurgandis Eucherii spiritalibus illis formulis. » Sane Casimirus Oudinus, qui principem editionem circa a. 1520 posuit, contulitque cum codd. Parisiensibus X sæculi, recte pronuntiavit, « Lugdunensem editionem duplo esse auctiorem, et innumera habere admixta ex auctoribus S. Eucherio posterioribus, et maxime ex S. Gregorio papa, adeo ut genuinum istud opus Eucherii vix mediam partem contineat eorum quæ in ultimis hujus libri editionibus impressa sint ».

Quam primum olim licuit, ego tres collustravi codd. Parisienses, eosdem, opinor, quos Oudinus inscripsit Reg. 3795, Colbert. 1893, S. Germ. 250, nunc vero Paris. 1791, 2769, 12236, quorum collatis varietatibus cum editione aliquatenus sinceriore, quam a. 1616 procurarunt duo monachi Lirinenses, Dionysius Faucherus et Vincentius Barallus, animus erat aut genuinum ex integro opus renovare, aut novum exigere excursum ad faciem ejus accurate describendam, ne juxta Clavem Melitonianam primus ejus et antiquissimus interpres desideraretur. Suadebant abundantius pergere, ea quæ jam larga manu exsequi juvit in *Spicil. Sol.* t. III, p. 400-406, ut Glossulis Eucherianis numero CCCXC, quas dedi, necessario vinculo jungerentur majores illæ et sinceræ *Formulae*. Sed obstabat anecdotorum ratio constans et solemnis. Equidem non deerant integræ plures paginæ, quæ post quatuor decim sæcula lucem expectant primam. Aderant nova auctaria innumera, quibus margines editionis meæ novissimæ videbam oppletos. In primis vehementer animum movebant varietates, elegantia insignes, latentes quidem sub incredibili squallore; quibus vero detectis emicuit, vel me nolente, quasi novum et recens opus, ab ipso conditore castigatum, iterumque et iterum perpolitum.

Vicit tandem codex sæculi sexti. Vicit scriptura synchrona propemodum. Vicit ordo novus

[1]) Vetus mihi votum est, et rancida fides jam data a. 1868, in *Jur. eccl. Graecor.* t. II, p. 297.

in multis, in multis lectio castigatior, ab initio quædam interrogandi exordia hactenus inaudita, quædam respondendi simplicitas tam editioni principi quam parisiensibus membranis incognita. Neque obstitit insolentia scripturæ nulli sphalmati parcens, gallicanæ ruditatis ferax, totidem originis et vetustatis indicia, velut ærugo et barbaricus squallor, quæ priscos nummos honestant, obolosque in primis Gallorum veterum distinguunt. Perpensis diu et anxie consiliis, Eucherium profero qualis jacet in meo codice, quantumvis ille aut barbarie, aut singularitate insolentissima librarii horreat, de qua re nunc sollicite disceptandum est.

V.

De codicis scriptura.

Sed ne, inter eundum, horrendæ salebræ lectorem offendant, sternenda in antecessum aliqua via est, ac socii itineris accersendi: per amplum enim campum, itinere satis longo, spatiandum est. Codicum namque Lugdunensium provinciam attingimus, novam et veterem, obviam et inexploratam: huc sane nos ducebat solum Eucherii nomen; huc vocabat rumor ex reperto nuper Pentateucho; huc alliciebat splendidum fragmentum ejusdem Ashburnhamiense [1]), quo me frui contigerat. Menti etiam subibat memoria codicis Lugduno-Cantabrigiensis, quem olim semel et iterum apud Anglos versaveram [2]). Neque suppetias negabant in-

[1]) Favente munificentia clarissimi Domini Comitis Ashburnham, grato accepimus animo insigne exemplar librorum Levitici et Numerorum juxta fidem codicis, quem particulam esse Pentateuchi Lugdunensis detexit cl. Leopoldus Delisle. Exemplar meum inscribitur: *Librorum Levitici et Numerorum versio antiqua Itala e cod. perantiquo in Biblioth. Ashburnhamiense conservato, nunc primum typis edita*, Londini MDCCCLXVIII, in fol. adjecta honestissima nota ms. *With the Earl of Ashburnham's compliments.* Quod quidam exemplar, ad perpetuam munificentiæ memoriam bibliothecæ Vaticanæ inserendum reservamus. Neque etiam nobis deficit duplex folium photographicum, benigne transmissum ab eruditis viris qui Parisiis in Pentateuchi editionem jam incubuere. — [2]) Cantabrigiensem enim codicem, semel et iterum tenui et excussi, a. 1843 et 1847, haud satis miratus, quousque de eodem alii alia audacter ariolati sint. Possit, inquiunt nunc, esse sæc. II ante Irenæum scriptus (Whiston *The sacred History* vol. v, p. 305, 1745); nunc ortus erit paulo post Eusebium, cujus canones librarius, quum minio careret, scribere distulit, postea non meminit (sic gravis Millius, *Proleg.* in N. T., 1271); nunc patria Britannicus est et origine Gothicus (Bengel.); nunc natus in Ægypto et ibi aliquantisper commoratus (Kipling.); nunc collatus apud Syros a Thoma Heracleensi (Westenius); certe non a Græco scriptus, ob cacographiam, neque a Latino, ob solœcismos, fortasse ab Orientali viro peregrinante (Kipling. collatis Georgii fragmentis copt. Theban.). Unum certum est, codicem inventum fuisse Lugduni, direptum ab hæreticis in urbis excidio, Genevam a Beza translatum, inde Cantabrigiensibus donatum a. 1581, hucque demum advectum a. 1582. Quantum ego memini, ex palæographico criterio haud multum recedit ab ætate Pentateuchi Lugdunensis; atque Scholzio libenter assentior, statuenti codicem scriptum fuisse in Gallia meridionali. Cf. *Prolegg.* in N. T., p. XXXIX; D. Michael *Introd.* ad hist. litt. Cantabr. 1721. — Bentleii *ep. ad Mill.* ad calcem J. Ant. Malalæ. — Rich. Simon *Diss. crit. ad Arnald.* p. 26. — J. Barrett. *Account of a mss. at Dublin. Roy. Transact.* for 1787. — Michaelis *Einleit. in die Goettl. Schrift. des N. T.*, p. 582. Sed quantum me piget nondum ad me pervenisse novam et accuratiorem editionem quam nuperrime cl. v. F. H. Scrivener procuravit. Desideria humanissime minuit vir ad multa natus J. Wordsworth Oxoniensis, qui jejunas meas schedas Cantabricas suis scholiis ex hac editione feliciter auxit. Haud temnenda tamen princeps editio inscripta: *Codex Th. Bezae Cantabrig. Evangelia et app. Acta complectens quadratis litt. gr, lat. academia auspicante, venerandae*

signia Irenæi Vaticana exemplaria, quæ superius attigi. Neque etiam extra campum erant ventilata Clavis Claromontana folia, a quibus hic tomus exordium habet [1]).

Statim autem ac sylvam uncialium densam et confertam lustravi, quibus formulæ Eucherianæ sæculi VI stipantur, quantam laudem jam ultro concessi formoso librarii calamo, quin et venusto pictoris penicillo, tantam mihi movit admirationem promiscua totius codicis barbaries, quæ perpetuam scribendi et pronuntiandi arguit imperitiam.

Novi communem esse hanc veterum scripturarum colluviem, plerumque repetundam a continua et conglobata similium litterarum caterva, quæ perennis est prurientium sphalmatum origo.

Nec me fugit, quod alii fortasse satis non adverterunt, magnum esse discrimen habendum inter codices ævo Carolino tum superiores, tum recentiores, immensamque laudem deberi, quamvis parcissime solvatur, Anglicis et Gallicis monachis, qui, Alcuino duce, novam scripturæ faciem induxerunt, uncialium cumulos solverunt, capitale contraxerunt alphabetum, tamque labori notariorum quam membranarum impensis pepercerunt, ut subtili et perspicuo charactere politi, tersos, emendatos, liquidos libros, justa mole compactos, in omni litterarum genere communicarent.

Ab hoc novo librorum theatro mirum quantum recedant sesquipedalia uncialium volumina, quæ etiam Hieronymum deterrebant; sed quamvis in hac prima litterarum ætate, rudis indigestaque moles ubique pareat, idiotismi, ὡς εἰπεῖν, et vitia quæ Lugdunenses codices affectant, tam nova, tam immania, tam singularia sunt, eaque constantia, vel in vecordis librarii inconstantia et temeritate, per omnes illos codices permeant, ut solem non videat, qui hic non agnoscat certam circumscriptamque librorum et notariorum provinciam [2]).

has vetustatis reliquias summa qua potuit fide adumbravit, expressit, edidit, cod. historiam praefixit, notasque adjecit Thom. Kipling S. T. P. coll. D. Joann. soc. Cantabrig. e prælo acad. MDCCXCIII. — [1]) Plurima enim meorum Lugdunensium ἰδιώματα aliquis non deerit qui reperiat, vel in palimpsesta Tullii Republica et in Vaticano, immo Bobiensi archetypo: sed ne tum primum inquiram, utrum Bobiensis bibliotheca, a Luxovio oriunda, longe a Lugduno recedat, an Rhodano proxime accedat, de uno alterove apice non contendam, sed ex universa rerum facie tutum peto indubiumque criterium. Me tamen plurimum tædet ad manum non habere insigne opus cl. Rönsch *Itala und Vulgata,* Marburgi 1868, 1875. — [2]) Præter sex codd. jam notatos: Pentateuchum Lugdunensem, fragmentum Ashburnhamiense, Cantabrigiense Evangelium cum Actibus, Eucherium nostrum, Psalterium cujus una pagina exstat, fortasse et Claromontanum, addere est, nisi fallor: 1.° Paris. græco-latinum 375, quem, teste Scholzio, in Gallia scriptum esse subscriptio docet. — 2.° *Psalterium S. Germani* in cod. Paris. — 3.° *Sacramentarium Gellonense* ibid. — 4.° *Psalterium Gallican.* in Vatic. Reg. n. 9. — 5.° *Lectionarium Luxoviense* in bibl. Paris. nuper allatum, de quo Mab. *Lit. gallic.* lib. II, 9. — 6.° *Exposition. Missae S. Germani* in bibl. Semin. Augustodun. cf. Marten. *Anecd.* t. V. — 7.° *Lectionarium Scelestadiense* sæculi fere VI, quod olim versavi in transcursu, nimium urgente temporis angustia. Utinam alicubi exstent sequentia monumenta: 1.° *Rituale S. Protadii* Bysontini, cf. *Hist. litt. de la France* t. III, p. 532. 2.° *Psalterium cum hymnis,* de quo Theophil. Raynaud apud Bolland. ad S. Iren. « Est qui ad S. Irenæum ejusve decessorem Pothinum referat institutionem divini officii, ritu Asianorum græce celebrandi Lugduni; quod confirmatur ex græce exarato codice pervetusto, in cortice, asservato in Lugdun. ecclesiæ tabulario; eo siquidem codice psalmi et hymni universumque divinum officium continetur.» 3.° *Ordo* S. Mamerti Viennensis episc. *De his quae ad officium missae pertinent et de expositione ejusdem.* Cf. Lebrun t. III, p. 448. Usque ad novissima tempora exstitit in bibliothecis Turonnensi et Cassinensi, sed ante ultima unius incendia, alterius direptiones et latrocinia, ut nulla jam sit spes vetustum tanti pretii Ordinem recuperandi. — Mitto multa

Unde per me licet exoriatur tandem juxta Rhodanum nova scripturarum regio, ac si evanida scruteris vestigia usque ad Irenæi interpretem, Tertulliano antiquiorem, ecce tibi schola erit, per longum ævi spatium, cui nec magna nomina, nec rara desiderantur monumenta.

Optimum ergo factu sit, brevi qualicumque schemate, rationem horum librorum Lugdunensium, duplici potissimum ex capite, decernere, tum nempe ex consuetudine scribendi, tum ex sermonis indole. Causam vero nemo facesserit, si, dum ea maxime colligam quæ communitatem ex frequentia monstrent, ea non negligam, quæ quo magis sunt singularia et inexspectata, clariora fiunt ejusdem loci indicia et quasi στηλογραφία. Caveas tamen velim, ne ea quæ protulerim, nullo nixa veterum exemplo æstimes, aut probis codicibus incognita, sed mea notare non piguit, etiamsi neque semper adeo rara sint, neque ἅπαξ λεγόμενα.

Nec jam me actum agere aliquis doleat, si postliminio, huc reducam ab initio tomi incepti Claromontanum. Nudos enim numeros et paginas tantum illius plerumque notare satagam. Prætcrea id candide fatear: quum hujus codicis superiorem exegi recensionem, nec Pentateuchum Lugdunensem tenueram, neque Eucherii codicem habui sub oculis, neque satis adverti aut notavi minutissima Claromontani lineamenta, quibuscum familiæ quam dicunt, Lugdunensi eum accenseri oporteat. Equidem suspicor Strateburgense quod fuit exemplar, oriundum esse ex altero Metensi, quod notatur in catalogo vetere Arnulfiano. Hinc est quod sæpius, dum in pinguia quædam Clavis offendi menda, de germanico ore et pugno stomachatus sum. Sed Claromontanus ipse, sæculi circiter X, proficiscitur indubie a prisco et dissoluto archetypo unciali, quod primitus a Lugduno haud multum exsulavit. Quæ quidem omnia dum considerarem, diligentius inspexi quæ neglexeram in Barberiniano codice, novaque excussi scholiola, quibus opus meum non recoquitur, sed apponitur commodius et lautius refercitum. Quam vero nuda, quam jejuna scholia congessi! Quæ tamen quum facile ultra omne fastidium et cumulum crescerent, de singulari scriptura non est cogitandum, quum eadem in varios redundent codices, neque abundare desinant, etiam quum in continuo libro mutatur identidem scribentis manus.

Agedum, in conspicuo et circumciso speculo, sub oculis ponamus præcipuas hujusce scripturæ stricturas.

1. A, E *commutantur*	Eucherii codex.	*Extrama*, *Josaph*, *consparge*, *parimetrum* etc.
	Pentateuch.....	*Consparsio*, *consparsurae*, *detractare*, *scabiam*, *passarem* etc.
	Cantabrigien..	*Talantum*, *jajuno*, *passares*, *carcare*, *jenuam*, *custodiabatur*, *adsistans*, *resistabat*.
	Claromontan..	13, 17. — 14, 27. — 98, 24. — 114, 43, 48. — 116, 80. cf. novam recensionem ad Eucherii calcem.
2. Æ, E *commutantur*.	Eucherius......	*Æloquii*, *praecor*, *praemit*, *virificaet*. — *Enigmatum*, *questionis* etc.
	Pentateuch.....	*Praessior*, *praetii* etc.
	Cantabrigien..	*Pharisaeae cecae*, *inimicae* (voc.), *caecidit*,

multi momenti majorisque otii, quæ pertinent ad vetera Missalia, qualia sunt *Gothicum* in cod. Reg. 317, *Gallicanum vetus* in Palat. 493, *Francorum* in Reg. 257, *Sacramentarium Bobiense*, *Lectionarium* S. Galli, Missale Monianum etc. Sed quanto plura exspecto ab eruditis editoribus qui nunc Lugdunensem Pentateuchum prælo committunt.

saepes, *saedeo*, *vadae*. — *quero*, *questio*, *cena*, *fenero*.
Claromontan... 65, 34. — 70, 23 *requisitae* (requisita) etc.

3. B, V *abundant* aut *deficiunt*. . Eucherius...... *Oviam*, *Baasia* (Asiam), *Abbacum* (Habacuc).
Pentateuch..... *Noctuba*, *ovviam*.
Cantabrigien.. *In ovviam* etc.
Claromontan... 43, 9 *De monte abbaco* (opaco).

4. B, V, F, P, M, PH *commutantur*. Eucherius...... *Brebes*, *revolbo*, *existimabi*, *uba*, *milbus*, *bobes*, *baccae*, *obes*, *fabum*, *binum*. — *praeueant*, *rouorae* (robore), *scribtura* [1]), *blumbi*, *obtime*. — *valdefaciat* (madefaciat), *cherofin*. — *trophologia*, *Priamum* (Priapum).
Pentateuch..... *Alphos* (albus), *ovviam*, *Chalep*, *exacervat*, *afedrum*, *porfices*.
Cantabrigien.. *Ubi badis? Pasce obes*, *abe* (ave), *suscitavit a portuis*, *adlebans*, *Cafarnaum*, *obserbate*, *lavoravistis*, *quando eras jubenes*, *elebabit cornum*, *inbaliscebat*, *vivam* (bibam), *vibet etc.*
Claromontan... p. 9, 37, 39. — 17, 7. — 33, 93. — 34, 95. — 36, 13. — 45, 45. — 53, 49. — 59, 46. — 88, 40, 47. — 97, 2. — 103, 42. — 117, 2. — 122, 27, 29.

5. C *abundat*. . . . . Eucherius...... *Bracchium*, *hiacinctus*, *Zaccharias*, *caccabis*, *structionum* (struthio).
Pentateuch..... *inuncxerit*, *uncxit*, *intincxit*, *didragcma*.
Cantabrigien.. *Conjuncxit*, *anticus*, *inicus*.
Claromontan... *Perdictionis*.

6. C, G *commutantur* . . . . Eucherius...... *Ficurali*, *calico*, *creco*, *graegum*, *efficies* (effigies), *glagies*, *attiga*, *iligo*, *periglitabatur*, *peleganus*, *gamellus*, *agus*, *vogat* etc.
Pentateuch..... *Neclegentia*, *laganum*, *perneclegens*.
Cantabrigien.. *Logustae*, *neclegentes*, *perneclegens*.
Claromontan... *Sagra* etc.

7. D, T *commutantur* . . . . Eucherius...... *Adque*, *capud*, *inquid*, *illut*, *hebdomatas*, *aut* (haud), *tactulis* (dactylis), *adtica* etc.
Pentateuch..... *Capud*, *ed ut*, *ed verbum* (et verb.), *gradia* (gratia).
Cantabrigien.. *Quod panes habetis*, *ad ille* (*at ille*, semper), *capud*, *aliut*, *aput*, *loqui at te*.
Claromontan... 18, 28. (*sit* pro *set*, i. e *sed*). — 121, 23 *sed* (Seth), 77, 5 *ipsut* (*ipsud* pro *ipsum*).

[1]) Ex hac voce, cum compositis frequentissima, causam et exemplum habes, cur omnia in textum recipere refugiam; in hoc enim codice legitur fere semper *scribtura* cum *b* a fol. 1 ad 21, cum *p*, ut solet, a fol. 21 ad 90, iterum cum *b* a fol. 90 inde in finem.

8. E, I *commutantur* . . . . Eucherius...... *Fedes, semelis, estes, respicet* etc. — *Inigmata, stillae, hordiacics, fistucia, devina, licit, intiger, manit* etc.
Pentateuch..... *Ordiaciam, suaviolentia, adips, dispiciens* etc. — *Aquela, pelecanum.*
Cantabrigien.. *Ego sum panes, panes vitae, pluet* (pluit), *obtenebantur, Herodes regis, hosteum, integretatem.*

9. H *abundat* aut *deficit* . . . . . Eucherius...... *Habyssus, harundo, harena, Chefas, haerunt, thonitrua, suhabitas.* — *Aborret, umeros, superumeralem* etc.
Pentateuch..... *Hyachintinum, mythram, holera, haerunt, heremia, isopum* etc.
Cantabrigien.. *Haruit, haridus, habundo, habe* (ave), *harena, harundo, hopus, holus, hemulor, hebrius.* — *Abere, peribere, aesito.*
Claromontan... 6, 1. — 43, 1. — 115, 64 *adhactus* (adactus) 120, 41, 42 etc.

10. I *abundat* . . . . Eucherius...... *Fugiit, profugiit, summietas* etc.
Pentateuch..... *Biasem* (pluries), *civitatium, didraghimi, inniquia* (iniqua), *Asiriii* (sic).
Cantabrigien.. *Pusillianimis, petieremus.*
Claromontan... *Auguriatrix, Betsamies.*

11. L *abundat* . . . . Eucherius...... *Gallatae, Neapollis, nollens, flagillitatis* (fragil.t.), *Babillonis, Gallilea, querellam.*
Pentateuch..... *Nollite, nollens* (sexies in p. 108), *saepellierunt* etc.
Cantabrigien.. *Vellit* etc.

12. M, N *abundant et commutantur.* Eucherius...... *Ex fontem, de turrentem, comvalles, dammula, lammina.* — *lenge* (lege), *princens* (pluries), *cannonicis, sexagensimum* [1], *quadragensima, centensimum, innarrunt.*
Pentateuch..... *Appropimquabit, altarem, marem, propimqui.* — *In rannum, vicensimum, sexagensimum, mercennarius.*
Cantabrigien.. *Thensaurus* (semper), *forsitam* (sæpius), *Johannen, Heroden, Barnaban, Derben, Enmanuel.*
Claromontan... 16, 64 sqq. 74. — 70, 28. — 93, 57, — 101, 61. — 114, 52.

13. O, U *commutantur* . . . . Eucherius...... *Procol, formolas, furmularum, singolos, proina, rouos, rubos, torcolar, duo orsi, orbs, turtor, tortoris, totom* etc. — *Cupiosae, ursus est, alleguricum, sacerdus, episcupus* etc.

[1]) Vix in his codd. aliquid constantius quam illa pinguedo: *vicensimus, trigensimus, centensimus* etc. ab accentu nimirum exaggerato, quem tamen et guttur Gallicanum resorbuit in *vingtième, trentième, centième* etc. Plura id genus omittere cogimur.

Pentateuch..... *Jecor*, *fructos*, *edolio*, *sacerdus* (sexcenties), *parabula*, *bubus*, *bubum* etc.
Cantabrigien.. *Fructos*, *bajolare*, *diloculo*, *de Spirito*, *fico*, *in conspecto*, *adulescentior*.
Claromontan... 15, 54. — 20, 45. — 31, 51. — 37, 20. — 45, 40, 43. — 90, 101. — 97, 5 — 98, 9. — 99, 25. — 101, 5. — 112, 11. — 119, 20. — 120, 36 *custus*. — 124, 66.

14. R, S *abundant et commutantur*. Eucherius...... *Etsenim*, *tacitur mecum*, *sutilaret*, *forsitans*, *magistros* (magistro), *tipsum* (typum), *venditur* (venditus).
Pentateuch..... *Basses* (sæpe). — *offers* (offert), *corcodrillus*.
Cantabrigien.. *Sconspectus*, *scoriscatio*, *scoruscus*, *adfers* (imperativ.), *dismittere*.
Claromontan... *Ex re generans* (ex se generans) 73,23. — 43,5 *in Ecclesiastes*. — *Tyris* 59, 41. — 112, 6.

15. S, ÆS, ES, IS, HIS *commutantur*. Eucherius...... *Æspecialia*, *escrotator*, *spani*, *sthoria* [1]), *ispiritalis*, *Smael*, *Scariotes*, *stote*, *Ister* (Hester).
Claromontan... *Hysmirnae*.— 67,57 *ipse istat*.— 100,41 *storia*.

16. T *abundat* aut *deficit*. . . . . Eucherius...... *Istrahel* (pluries), *Strahel* (semel), *pronepost*, *posttremo*, *Mestraim*.
Pentateuch..... *Istrahel* (semper in Exodo et Levit. nisi in una columna, quantum memini).
Cantabrigien.. *Istrahel* (semper, nisi Luc. XXIV, 21).
Claromontan... 14, 38. — cf. 45, 41.

17. U *abundat*. . . . . Eucherius...... *Eructuat*, *draugma*, *urguebatur*.
Pentateuch..... *Ructuant*, *eructuat*, *intinguo*, *quuia*, *didraugma*, *draugma*, *auriginem*.
Cantabrigien.. *Linuit*, *stupuebant*, *extorsuit*.
Claromontan... *Eructuant* p. 7, 9. — *Aduluscentes* 49, 38.

III.

De sermonis indole in eodem codice.

Gnarus quisque vir, superiora si expenderit, ex abundanti intelliget, non fortuitu crescere ab humo tot insolitos scripturæ surculos, sed quadam insita communis agri feracitate pul-

[1]) Ex varia pronuntiatione litteræ S deducere licet similia id genus glossemata. Sed alia sexcenta quæ sub calamo scaturiunt, mittere et expungere jubeor. — Scholium tamen unum committo ad num. 16 sequentem, ne taceam de tessera quasi communi horum codicum in voce *Istrahel*, quæ omnes fere columnas implet Pentateuchi Lugdunensis, tum maxime in fragmento Ashburnhamiensi, a quo non recedit folium heliographia illustratum, quod mecum, dum hæc scribo, humanissime communicavit cl. vir Leopoldus Delisle. Eodem hoc tempore monet me doctus J. Wordsworth alteram lectionem *Srahel* Cavensi codici solemnem esse, fere ut semel C.

lulare, unde certa et circumscripta codicum regio decernitur. Fugaces tamen sunt calami ductus, maxime dum uncialia signa convolvunt. Unde sane certius ex loquela argumentum patriæ originis eruitur; nec de germanitate dubitaveris, quoties de obviis indubie possis non solum dicere: *sic oculos, sic ille manus,* sed etiam: *sic ora ferebat.* Iamvero loquentes, dictantesque notarios nostros audiamus. Esto quod superiora sint oscitantis librarii minusque ad opus attenti sphalmata; sint vel ab aliqua surdi scribæ indiligentia, omissæ, adjectæ, commutatæ litteræ. Verum a solo pronuntiante erunt barbara, solœca, male juncta, græce intrusa, perversæ verborum flexiones, novæ vocabulorum clausulæ, insuetæ præpositionum rationes, tandem cætera gallico et celtico ore prolata. Neque velim ea sive Eucherio, sive interpretibus biblicorum codicum aut Claromontanæ Clavis accepta referas. Mortui enim aut exsulantis scriptoris opus fere totum ab ore dictantis pendebat. Cæterum nil mirum incompta occurrere, vel apud elegantem Eucherium, qui quum abundet biblicis, ea ex veteri et hæreditaria, aut domestica versione religiose servaverit. Salvo igitur autographi, si fuerit, aut archetypi decore, nil moror quin hic plura ex codicibus glossemata colligam, quæ non jam ad cacographiam quam dixerim, pertinent, sed quæ novam inducunt grammaticam, barbaram, Celticam, Rhodanensem; in quo lutoso et confragoso torrente, insolita et immania amne pleno ruunt.

Græca sunt multa, non solum in græcizante Bibliorum et Clavis interprete, sed in vernaculo Eucherii notario: quæ unde oriantur, satis non video, nisi mihi concedatur, a multo olim tempore, sive ante, sive post Irenæum et Eucherium, Lugduni inolevisse Hellenicam palæstram, et favente Rhodano, floruisse commercium et coloniam Græcanicam.

Quatuor porro animadvertenda sunt: alia nimirum quæ spectant ad latinam loquelam, alia ad græcam, alia ad vernaculam, quibus addere est non pauca barbara, quæ nullius linguæ sunt. Multa ab Eucherio hic recipere supersedeo, quæ singulis deinceps marginibus conferto agmine instruuntur. Cur ea in textum non receperim, sed consulto ad oras rejecerim infimas, quisque per se intelliget, statim ut illas immanitates vel citato oculo lustraverit.

I. In his quæ *latine* exorbitant, notare juvat.

1. Nomina secundæ et tertiæ declinationis neutra in masculinum, et vice versa masculina in neutra convertuntur.

Eucherius..... *Thonitrui, symbolus, saeculum periclitantem, retem, marem, azymum* etc.
Pentateuch... *Canistellus, omnem corium, cubilem* etc.
Cantabrigien. *Donus, sabbatus, foros, hic verbus, castellus, — cibum, humerum* (nominat.) etc.
Claromontan. *Femur, femorem,* 53, 63. — *Lectus* 74 (sexies). — (nomin.) *Gladium,* 80, 4, 5. *Caseum,* 94, 63. *Favum,* 94 (ter).

2. Simili enallage habemus feminina cum masculinis et neutris commutata, et vice versa.

Eucherius..... *Subcineritium, subcineritias.*
Pentateuch... *Duas renes* (passim), *membranum, ad praecordiam, didragmum, pelecanam*
Cantabrigien. Masculina *domus, manus, porticus, valetudo.* — Feminina *apex, retia, retiae* etc. quibus adde in singulari *tenebra, socra, nullus schisma.*
Claromontan. *Spiritualia nequitia, parieti inclinato.*

3. **Nomina quartæ et tertiæ declinationis in secundam transeunt.**

Eucherius..... *Unicornuorum, unicornes, ululato...*
Pentateuch... *Domos vestrae, in vaso, de laco, unicorni.*
Cantabrigien. *Actus, adcubitus, concursus, conspectus, cornum.*
Claromontan. *Gelum, in vestito, unicornuorum.*

4. **Abnormes adjectivorum formæ.**

Eucherius..... *Evangeliacae, damnaticii, peculialis* (peculis).
Pentateuch... *Ænigmatistae, excavatum panem, insubjectibiles, portatoriis, apostatus* etc.
Cantabrigien. *Austeris, paupera, pleres, subdoles, uberam.*
Claromontan. *Insigna* etc.

5. **Verborum insolentiæ.**

Eucherius..... *Labunt, transirit, enotisceret, faterit.*
Pentateuch... *Periet, propitict* (futur.), *rediet, exiat, venibit, eseabit, erint, depotentemus, excurruntur, excoribunt.*
Cantabrigien. *Exies, periet, rediebam, potebat, conferitis, odies, fleretur, lugunt, nubor, loquor* (passiv.), *poeniteor, coxerunt* (a *cogo*) etc.
Claromontan. *Commorasse*, 25, 47. — *dimitiar* (dimetior), 30, 40. — *occisit*, 46, 55. — *occiserit*, 79, 47. — *meditant, miscunt, sortiamus* etc

6. **Præpositiones cum promiscuo casu perperam junctæ** [1]).

a, ab . . . . cum accusativo.
ad, ante, apud, circa . . . . cum ablativo.
cum, de. . . . . sequente accusativo.
per, post, propter, secundum, supra ante ablativum.
pro. . . . . cum accusativo.

II. *Graecismos* inter nonnullos notare est :

1. **Vocabula græca, latine non versa.**

Eucherius..... *Celensiriam, heremus, heremia, onochrotallos* (sic), *aut totipis* (αὐτοτύποις ?), *penteconstes, cinotafia, scaene, scenophegia, neumenia, anagoge, Tharsos.*
Pentateuch... *Cata carpos, logium, botrionis, parapsidas, chirogresilli, laganum, afedrum, peristolum, mygale, calabotes, sphalax, grypa, arpagones, aporiam, anaphoros, prosialiqui,* (προσαλίσκῃ), *pompeio* (ἀποπομπαῖος), *ceneum* (κεναῖον), *machera, heremia, syromasten, sarcofaum* (ὁ σαρκοφάγος).
Cantabrigien. *Ana, promeletantes, aporia, machaera, echo, allophylus, adynatus, anetius, spermologus, Ellada, eremum* etc.
Claromontan. *Falanga*, 36, 13. — *Rhamnos*, 45, 43. — *Zabolos*, 49, 53. — *Domos*, 66, 47. — *Diabolos*, 119, 31. — *Icorem?* 119, 31.

[1]) Ad vernacula aperte tendit promiscuus casus, aut liberrima flexionum confusio cum omnibus fere præpositionibus, id quod vel ante sæc. VI, satis superque declarant epigraphica monumenta, tam Romæ reperta quam in provinciis, maxime inter Galliarum fines.

2. Articuli, græca affectantes, viam vernaculis parant.

Eucherius..... *Ipsa Divinitas* etc.
Pentateuch... Fecerit ex his *eo* Do (ποιήσῃ ἐκ τούτων τῷ Κυρίῳ). etc.
Cantabrigien. *Hic* mundus (ὁ κόσμος). — *Ista* verba hæc (οἱ λόγοι οὗτοι). — Nuntiaverunt omnia hæc *illis* undecim (τοῖς ια΄). — *Ejus* dispositionis quam Deus *disputavit* (lege *disposuit*, τῆς διαθήκης ἧς διέθετο ὁ Θεός). — *Ipsum* sanctum et justum etc. (τὸν ἅγιον καὶ δικαιον ἠρνήσασθε). — Prætorque templi et *ipsi* pontifices (ὁ στρατηγὸς τοῦ ἱεροῦ καὶ οἱ ἱερεῖς).
Claromontan. *Ipse*, *ipsa* articulus καθ' ὑπερβολὴν, p. 1, 1. — 8, 22. — 25, 43. — 70, 28. — 83, 62. — 98, 9. — 121, 22. — *Illa* cf. 11, 26 etc.

3. Genitivus græcus, maxime post absoluta.

Eucherius..... *Posteriora operum.* — *Ultimum judicii.* — *Orientis longinqua.*
Pentateuch... *Confinia civitatium.* — *Adfectata Ægypti.* — *Pracelara principum.*
Cantabrigien. *Cogitantium omnium in cordibus suis.* — *Omnium autem mirantium in omnibus.* — *Audientium autem eorum haec.* — *Et quorumdam dicentium.* — *Plus Jonae hic.* — *Et majora horum ostendit.*
Claromontan. 8, 27, *stare Domini* etc. — 9, 34, 38, 40. — 37, 39, *ultimum judicii.* — 40, 77. — 43, 10, *opaca Scripturae.* — 52, 39 et 69, 10, *interiora cordis*, *regni.* — 67, 67. — 76, 84, 85, *dormire*, *pascere Zabuli* etc.

4. Relativi ad græcum genus respicientes, suppresso interdum antecedente.

Eucherius..... Cf. pleraque notata in Claromontano. — *Tria sunt qui testimonium perhibent.*
Pentateuch... *Legis quem* (ὁ νόμος). — *Verbum quem dixero.*
Cantabrigien. *Testes estis vobis, quia filii estis, qui occiderunt prophetas.* — *Mea esca est ut faciam voluptatem qui me misit.* — *Dicebant ergo Judaei: Qui sanatus est, sabbatum est* etc.
Claromontan. *Tempus qui*, 19, 39. 21, 72. 24, 30 (ὁ χρόνος). — *Ad personas quorum*, 22, 7 (τὰ πρόσωπα). — *Saeculum qui*, 23, 22 (ὁ αἰών). — *Orbis... in ea*, 28, 5 (ἡ οἰκουμένη). — *Plebs invalida*, *qui*, 98, 9 (ὁ δῆμος).

5. Verba græce constructa, vel verborum ἐναλλαγαὶ κατὰ τὸ νοούμενον.

Eucherius..... *Adorent ei* etc.
Pentateuch... *Adorare illi.* — *Mortua sibi eorum* (θνησιμαῖα αὐτῶν). — *vestietur habitum.*
Cantabrigien. *Si tetigero vestimenti ejus.* — *Multorum passerum superponite vos.* — *Audientes verborum horum.* — *Deus peccatorum non audit.* — *Venimus adorare ei.* — *Adsecuto desusum omnibus diligenter.* — *Te nocui.* — *Maledixerunt illum, benedixit eos.* — *Dominantur eorum et principantur eorum.*
Claromontan. 8, 27. — 9, 33. — 11, 29. — 12, 31. — 13, 24. — 14, 31. — 22, 4. — 24, 21. — 25, 38. — 32, 70. — 32, 20. — 34, 109. — 39, 69. — 43, 10. — 45, 43, 44. — 59, 45. — 72, 9. — 78, 25. — 83, 59, 61. — 91, 21 — 123, 50, 55.

6. Syntaxis græca invexit neutrum plurale cum verbo singulari.

Eucherius..... *Haec ut manifestetur.* — *Muscae exterminat oleum suhabitatis.* — *Omnes mons et colles humiliabitur.* — *Ut omnia agnuscatur.* — *Praecepta... inriget.* — *Indicia permanet.* — *Mandata quae pertinet* etc.

Pentateuch... *Azyma erit* etc.
Cantabrigien. *Paruit zizania.* — *Si fuerit alicui homini centum oves* (πρόβατα). — *Omnia dicitur.* — *Ut manifestetur opera.*
Claromontan. p. 6, 4. — 14, 43. — 15, 47, 54. (*inriget*, ut Eucherius). — 19, 39. — 32, 73. — 35, 113. — 42, 19. — 45, 44. — 57, 54. 90, — 72.

7. Syntaxis mixta.

Eucherius..... *Monocheron*, *haec est unicornex* etc.
Pentateuch... *Sicut bona domus tua* (ὡς καλοὶ οἱ οἶκοι σου!)
Cantabrigien. *Ut seducantur, si possibile est, et electos* (ὥστε πλανηθῆναι.. καὶ τοὺς ἐκλεκτούς). — *Tanta autem ab illo signa facta in conspectu eorum, non credebant in eum.*
Claromontan. 30, 15. — 21, 58 not. — 32, 62. — 37, 20. — 40, 74 not. 86. — 55, 30, *quando* (ὅταν) *revertatur*. 64, 17. — 79, 39. — 80, 3, 7 not. — 83, 59, 61. — 91, 17. — 95, 86. — 104, 64. — 123, 50, 55 etc,

III. Ad linguam vulgarem plura pertinere videntur, præter nonnulla jam recensita.

1. Vocabula quædam.

Eucherius..... *Cavannos, caracallae, dulvam, corbes, grossus, grossior, vertutes, conices.*
Pentateuch... *In furno, in ruburrio, reburrus* (ἀναφάλαντος), *draugma, didraugma, falconem, paonem, venalido* (ἐν πράσει), *oppans atrii, nascentiae nostrae, vestitur habitum.*
Cantabrigien. *Soniis* (*soins* gall.) etc.
Claromontan. *Carrus*, 13, 28 (emenda not.). — *Zabul*, 31, 56. — *Arater*, 33, 79. — *Langur*, 72, 9 (*langueur*). — *Formella casei*, 94, 63 (*fromage*).

2. Verba fortasse vernacula.

Eucherius..... *Lentare, exemplanda, demorabitur, depilabit.*
Pentateuch... *Silentiavit* (active *tacere jussit*), *involat* (furatur), *quassare* (casser).
Cantabrigien. *Involat* (κλέπτει), *demorari* (passim).
Claromontan. *Calamum cassatum*, 42, 22.

3. Genitivus gallicus.

Eucherius..... *De interior homine, de loto* (luto).
Pentateuch... *De inter illos, de semen Jacob.*
Cantabrigien. *De praecordia* (τῆς καρδίας), *de ecclesiam, hedum de capris.*
Claromontan. *Hedum de capris*,

IV. Barbara tandem.

1. Alia sunt imperiti vel audacis grammatici.

Eucherius..... *Virga tua et baculus tuos ipsae me consolata sunt.*
Pentateuch... *Tota noctu.* — *Quia mercis haec pro deservitionibus.* — *Exspoliare* (explorare).
Cantabrigien. *Unus ex vestris.* — *Ab unoquoque nostrorum.* — *Fratrorum, hominorum, progeniebus* etc.
Claromontan. *In confrequentationibus*, 70, 33, *quodam transitu fecit* etc.

2. Alia sunt peregrine et perperam pronunciantis.

Eucherius..... *Perdeω, radeω, unicorneω, apeω* (apis), *pelliω, senes* (senex), *Apocalapsis* (constanter), *nubs, topadion, Ochodias* (Ochozias).
Pentateuch... *Maziam, Mazziam* (Madian), *didrachima, obios* (obolos).
Cantabrigien. (Multa olim vidi quæ notare piguit.)
Claromontan. *Eziops*, 102, 16. — *Eziopiae, filiae tiopum* (filii Æthiopum), 112, 13. — 104. 64. — 122, 30

3. Alia sunt properantis librarii, qui unciales incauto calamo auget, truncat, miscet.

Eucherius..... *Juiiter* (jugiter), *aliquaquando, subdisset, linvi, cognitini* (linivi, cognitioni), *praoticen, defeotus* (practicen, defectus), *vertitutibus, veniam* (Benjamin), *conspargege, procto* (fructu), *Epharaim, sublimitem, senectutus, propmtuaria* (sic), *tritribulatio, faucismae* (fauces meae), *pertioribus* (peritioribus), *transirit, menmensis, lonlinquam, venenerat, decemillea, ventilabum, canis* (lege *cani*) *sunt homines, flagillitans, sanctotorum* etc.
Pentateuch... *Civestri* (cives vestri), *lamnam, injustitis, obstetricabitis.*
Cantabrigien. *Regentium* (reges gentium), *proficebat, silerunt* etc.
Claromontan. 7, 13. — 15, 57. — 16, 62, *metanna* (manna). — 17, 10, *actuum tolorum* (cod. argent. *actuum apostolorum*, lege *actuum bonorum*). — 30, 32. — 32, 75. — 34, 107. — 41, 10. — 42, 24. — 42, 26. — 43, 1. — 48, 20. — 49, 54. — 53, 48. — 51, 26. — 60, 18. — 64, 2. — 70, 37. — 71, 58. — 71, 61. — 72, 9. — 76, 77. — 73, 22, 29. — 80, 2. — 83, 61. — 85, 1. — 87, 29, 31. — 95, 77. — 97, 1-2. — 98, 17. — 101, 12. — 113, 14, 17. — 114, 47. — 115, 58,

4. Alia sunt ignari, nec latine, nec græce capientis.

Eucherius..... *Sustulens, in illo* (in Nilo). — *Incipit opus cuia conscripta divinarum scientiae.* — *Multifariam multisque in quidem conificationibus* (significationibus) etc.
Pentateuch... *Omnis mascel in his* (omnis masculinus). — *Recentia fricta echidra ecta* (νέα πεφρυγμένα χίδρα ἑφθά) etc.
Cantabrigien. *Accipientium autem eorum panem ab eo, aperti sunt oculi eorum.* — *Et ipse non comparuit ab eis* (καὶ αὐτὸς ἄφαντος ἐγένετο ἀπ' αὐτῶν). — *Erant autem in Antiochia aput quam erat ecclesiam* (κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν). — *Vias Domini, quas sunt vestri* etc.
Claromontan. *Etabalios* (et alibi, os). — 12, 1. — 13, 11, 17. — 14, 36. — 15, 53. — 18, 16. — 25, 41, 42. — 29, 11, 15. — 31, 26, 50. — 37, 37. — 39, 65. — 41, 4. — 45, 39. — 48, 22. — 53, 48, 58. — 56, 46. — 58, 35, *sacrilegii* (leg. *sacrae legis*). — 59, 41. — 60, 11. — 71, 40, 57. — 78, 22. — 79, 46, 47. — 80, 1. — 81, 17. — 83, 63. — 84, 77. — 87, 29. — 89, 68. — 98, 9. — 99, 21, 26. — 102, 29. — 105, 19. — 113, 19, *in malitia* (in Malachia). — 114, 44, *in mica* (in Michaea). — 119, 29, *de testo idestrebi* (de tecto, id est reprobi). Et sic porro alia, quæ sigillatim cribrantur in nova codicis Claromontani recensione, ad calcem Eucherii.

[f. 1]. INCP OPVS CVIA
CONSCRIBTA DIVI
NARVM SCIENTIAE
EVCHERII epi LIBRI : III⁝
LIBER SCI AVGVSTINI
QVI GRECE INCHIRI
DION APPELLATVR
DISPVTATIO BEATI

[f 2]. CEREALI EPI CONTRA
MAXIMINV ARIOMA
NITAM LIBRI DVO EPIST
AGNELLI AD ARMENIVM
DE RATIONE FIDEI⁝ LI
BELLVM FAVSTI CONFES
SORIS FIDES EDITA SCI
AMBROSII EPI DE SPV SCO
ITE EIVSDE TESTIMONIV

DE PATRE ET FILIO ET SPV
SCO⁝ REGVLA FIDEI
CATHOLICE FACTA A NICENA
ITE REGVLA FIDEI SECVNDV
CCCXVIII⁝ PATRV ⁝ ITEM
REGVLA FIDEI CATHOLICE
CONTRA OMNES HERESES
HIERONIMI PRESBETERI
ITE EXPLANATIO FIDEI CA

[f. 3]. THOLICAE BEATI SCI AM
BROSII DE BONO MOR
TIS NOTITIA REGIONV
ET CIVITATV QVIB; APOS
TOLORVM ET EVAN
GELISTARVM VENE
RABILIA CORPORA RE
QVIESCVNT⁝

I.

f. 3 v.° DOMINO. ET DULCI · SUO' EUCHERIO' EPISCOPO.
SALVIANUS · PERBIT [1])

Legi libros tuos quos transmisisti · stylo breves· [2]) doctrina uberes· lectione expeditos · instructione perfectos · menti tuæ · et pietati pares [3]); nec miror. quod tam· utile ac pulchrum opus · ad institutionem potissimum scorum ac beatorum pignorum condidisti [4]); cum enī eximium· in eis · templum Dō ædificaveris· doctrinam [5]) novæ eruditionis· quasi summi ædificii tui. culmen. ornasti; et · ut· indolis [6]) scæ tuæq: doctrinæ ac vita inlustrarentur · quos morali institutione formaveras · spiritali instructione decorasti; superest· ut Dns Ds noster cujus dona [7]) admiran-[f. 4]dissimi juvenis [8]) tales sunt· pares eos faciat libris tuis; id est [9]) quidquid illi continent in misterio· hoc uterque illorū habeat in sensu; et quia jam dispensatione divina atque [10]) judicio· etiam magistri [11]) ecclesiarum esse cœperunt [donet hoc benignissimi Dei pietas ut] [12]) doctrina illorum fructus sit ecclesiarum· et tuos profectusq: excellentissimo tam illum ornent a quo sunt geniti· quam eos qui ipsi sua institutione generaverint· mihiq: hoc etsi non inter omnia· certe vel post omnia misericors Ds tribuat · ut qui fuerunt discipoli quondam mei· sint cotidiæ [13]) oratores mei; vale mihi, Dne et dulcis meus.

I. Ob annosam codicis vetustatem, religiose sequimur totam codicis scripturam, sive probam, sive improbam, maxime in hac prima pagina. Nunc Salviani epistola ex codice sæc. VI recensetur cum aliquo respectu ad Baluzii editionem. Titulus rubris litteris de more insignitur.

[1]) *perbit* cod. pro *presbit*, cui mendo a prima manu gracilis obelus ruber imponitur. — [2]) *brebes* primum; *breves* post veterem correctionem. — [3]) Nota distinctionem majorem (;), quæ alibi, uti duo puncta, compendii instar, adjicitur copulæ *que*. — [4]) Salonii et Verani meminit Salvianus. — [5]) *doctrina* Bal. — [6]) *indoles* id. — [7]) *dono* id. — [8]) Lege *juvenes*. — [9]) *id est ut* Bal. — *quidquid* prima manu, vetus corr. *quicquid*. — [10]) *adque* primum, dein *atque*, fere eadem manu.— [11]) Ad vocem *Magistri* multa subdit Baluzius, ne episcopi inde habeantur filii duo Eucherii, sed tantum sacerdotes et διδάσκαλοι, et provocat ad loquendi in hoc tempore consuetudinem. Verum ipse Eucherius mox, de Honorato episcopo locutus, vocat eum *magistrum ecclesiarum*. — [12]) Aut obscura, aut rupta rerum serie, peccaverunt tam codex quam edd. Post *coeperunt*, codex habet, interposito puncto et margine: *doc· tri na illorum fructus sit ecclesiarum· et tuos profectusq*: *excellentissimo*. Editi vero vix melius: *donec hoc benignissimi Dei pietas ut*, sicut supra inter uncos. Rursus cod. paulo post *quam eos qui ipsi sua* (cum obelo super *a* imposito) *institutione generaverunt*... ubi edd. *quam eos quos ipsi sua institutione generaverint*, ac si id intelligeretur de infidelibus, quos duo episcopi docuerint. Quæ malim audire de magistris Salviano et Vincentio, qui cum patre conferuntur, utpote qui doctrina sua eos generaverint, quos natura genuit Eucherius. Sic Salvianus (an codicum penuria et incuria?) solet esse ex lubrica elegantia subobscurus. — [13]) *quotidie*... *vale mihi Dominus et dulcis meus* Baluz.

II.

DNO BEATISSIMO MERITO SUSCIPI [1]... ET SUSCIPIENDO, ET IN XPO *devi[n]ctissimo, papae Eucherio episcopo Hilarius epus.*

Cum me libellos tuos mecum relaturum præcedentibus litteris indicassem, instantiam et exactionem pueri quem miseras, lentare nullatenus potui [2]. Emisi itaque florulenta beatitudinis tuae opera, non parum anxius, [ne] necdum [3] descripta, tam jugiter, tam graviter ruentibus imbribus, labefactarentur. [Percurri ea semel tantum, universa miratus]. Concedat Dns, ut speciosa hæc in XPO [4] instructionum nostrarum gloriæ tuæ opera, te in paginis tuis duce, aliquando [5] percenseam. Hoc unum precor [6], ne me diu his instructionibus fraudari feras, sed unum me de juvenibus tuis, quorum hæc eruditioni ordinasti [7], habens, hoc instantius habere me hæc [8] velis, quo me magis ævi senium [f. 5] [quam] juventæ inperitia premit [9]. Memorem te mei DNS a[d] profectum Ecclesiæ suæ diu servet, beatissime papa.

II. Hilarii epistola juxta fidem ejusdem codicis rescribitur, collata editione Quesnelli, quam partim Ballerini emendarunt ex eadem membrana sæculi VI. Inde a punctis ejusdem cumulatis recedimus, ne epistola satis intricata obscurior fieret.

[1]) Majusculæ in cod. rubricantur. Indiligens opifex rubricarum videtur ex loco vacuo et eraso bis scripsisse *suscipiendo*. — *merito suscepto* inepte Quesnellus et Baller. Dein cod. *devictissimo*. — [2]) *instante exactione pueri quem miseras, lectitare nullatenus potui* Quesnell. *Remisi* proponunt Ball. et Salinas. — [3]) *ne* cod. om. — *describta* idem ac perpetuo usu litteræ *b* usque ad f. 21. Deinde *tam juiiter*. — *Scripta* Quesnell. habet insulse. Idem add. inclusa, quæ exciderunt in nostro codice cum manifesta et incauta celeritate scripto. — [4]) *in XPI* cod. Ad hæc Quesnellus: « Ex ista adeo brevi epistola ab Hilario scripta habemus egregium testimonium, quo Eucherio asserantur libri duo *Instructionum* sive Institutionum, quos hic designari nemo dubitaverit, quosque innuit ad utrumque Eucherii filium scriptos ab eo fuisse, tametsi Salonium unum nominent excusi Instructionum codices. » Silent etiam edd. libri *de Verano* in prologo *Formularum*, quas illi datas fuisse codex noster primus edocuit. — [5]) *Aliquaquando* cod. *Persentiam* Quesnell. — [6]) *praecor* cod. uti infra *praemit* et *beatissimae* ex continua diphthongi consuetudine. — *his institutionibus* Quesnell. — [7]) *ornasti* id. — [8]) *haec* om. id. f. recte. — [9]) Totus is locus in cod. et in edd. depravatur. Ballerini cum Quesnello retinuerunt: *Quo me magis juventutis retia premunt*, quin hæc retia ullo verbo extricaverint. Codex apertissime, sed in transitu a f. 4 ad 5, unde facile quid in intercapedine exciderit: *Quo me magis aevi senium* || *juvente inperitia praemit.* Re diu perpensa, id opinarer: Hilarius, jam senior, lepido acumine ludere ita pergit, postquam se unum de Eucherii juvenibus dixerit, ut oret eo citius iterum mittendos esse libellos, quod prematur ævo, magisque eum urgeat senium quam adolescentes juventæ imperitia. Vocula *quam* a nobis addita, et in serie requisita, in ipso librarii transitu præcipiti ab una ad alteram paginam fortasse avolavit.

III.

DNO VERO SCO [1]) ATQUE AMICO DI ET MIHI IN XPO OMNI CULTU SUSCIPIENDO, *papae Eucherio, Rusticus praesbiter.*

Transcriptis exultanter ac raptim, quæ deprecante me exemplanda misisti, illico [2]) ad beatitudinem vestram volumen utrumque [3]) direxi; unica vero illa et sine conparatione do-

III. Primus et unus est Sirmondus qui hanc epistolam ex cod. Corbeiensi protulerit inter Sidonii sui notas lib. II, ep. XI.

[1]) *Domino vere sancto papae Eucherio Rusticus*. Nec plura Sirmondus in titulo, qui ut supra partim rubris litteris honestatur. — *adque* rubricator, quem vetus corrector em. — [2]) *iligo* cod. — [3]) *volumen utrumque*, uti supra

ctrina [1]), quam ex utroque testamento magnorum enigmatum absolutissime aperiens, questionis [2]) amote velamine, oculis cordis verum spiritalis intelligentia lumen infundit, quam admirationi mihi fuerit, manifestius declarare [3]) non potui, quam ut eam a me faterer digne non posse laudari. Quamquam quid ego ad adtollenda [4]) ea quæ editis solum esse me imparem dicam? Pace dictum sit omnium qui sunt optime [5]) his quæ liberalia appellant studia [6]), instituti, nec ab his quidem mira librorum tuorum præconia satis digne excoli posse existimo. Quia licet [7]) facilius esse decernant judicare quam dicere, mihi tamen adeo persuasum est non esse hoc facile, ut merito definiam, quod nemo rectius tam præclari operis prædicator [8]) existeret, quam ejus inventor et conditor [9]), quia quod nemo sic potuit invenire, utique sic nemo laudat [10]). Sed dum hæc tacitus mecum revolvo, occurrit mihi quod in bibliothecis studiosi sæcularium litterarum, puer quondam, [ut] se æta [f. 6] tis illius curiositas habet, prætereundo [11]) legissem. Nam cum supra memoratæ ædis ordinator ac dominus [inter] expressas [12]) lapillis aut ceris discoloribus formatasque effigies [13]) vel oratorum, [vel] etiam poetarum, specialia singulorum autotypis [14]) epigrammata subdidisset, ubi ad præjudicati eloquii venit poetam, hoc modo orsus est:

> Virgilium vatem melius sua carmina laudant,
> In freta dum [15]) fluvii current, dum montibus umbræ
> Lustrabunt convexa, polus dum sidera pascet,
> Semper honos, nomenque tuum laudesque manebunt.

Et vere, dummodo orationibus tuis culpa careat [16]), quod inter sacros apices commemorationesque sanctorum, mundialium a me scripturarum promuntur [17]) exempla, merito mihi, domnum [18]) Eucherium mente recolenti, memoratum in memoriam opus recurrit. Nam dum erunt superius conprehensa, omnium Christianorum ore et amore celebrabere [19]), prædicandus

libellos tuos, audire par est de duobus libris *instructionum*, nisi tamen unus liber fuerit *formularum* et alter *instructionum*. Etenim utrumque opus Salvianus subobscure ostendere videtur, dum ait: « Quos morali *institutione* formaveras, *spiritali instructione* decorasti, » quasi dicat *spiritalis intelligentia formulis*, idemque mox ipse Rusticus digito fere monstrat. « *Spiritualis intelligentia* lumen infundit.» Cæterum Rusticus acute hic ludit inter verba *volumen utrumque* et *unica doctrina*. — 1) *doctrina, quae* Sirm. *quam* cod. cum obelo super *a* in *doctrina*. Non capio, nisi videam quamdam parenthesin incipientem: *quum ex utroque*, usque ad *infundit*. — 2) *questionis* sic cod. — 3) *declarasse* Sirm. — id. mox *fatear non digne posse*. Codex autem erronee: *ut tam a me*. — 4) *adtollendam quae* id. — *ad adtollendam quae*. *Edidistis* Sirm. — *me esse* id. — 5) *obtime* cod. neglexit Sirm. duas virgulas, obscuræ sententiæ haud inutiles. — 6) *Studens institutione ab his quidem*, inepta quidem codicis vecordia. — 7) *licit* id. — *decernam* Sirmond. Placet provocari ad sententiam rhetorum, potius quam ad Rustici decretum. — 8) *praedicatur* cod. — 9) *cognitor* Sirm. — 10) *nemo sic laudare* id. tum cod. sic: *tacitur mecum revolbo, occurrit mihi quid*. Sirm. autem *volvo, occurrit mihi quod in bibliotheca*. Præstat plurale *bibliothecis*, pro pluteis quibus aptum erat epigrammata illa insculpi, quæ mox lepide memorantur. — 11) *praetereunda* cod. — 12) *expraessas* id. omissis voculis quas supplevit Sirmond. — 13) *efficies* cod. — 14) Id. *aespecialia* et *aut totipis*, duplici monstro; deinde *subdissed*... *aeloquii*... tandem *ursus est* id. Suspicor Sidonii Apollinaris esse et bibliothecam et epigrammata, et versiculos sequentes; de quo centone cf. Horat. II *Odar.* VII, 15. Virgil. *Bucol.* V, 79. — 15) *tum* cod. — 16) *culpa non teneat* Sirmond. — 17) *ponuntur* id. — 18) *Dominum* id. — *Domnum* cod. sine compendio: cujus vocabuli nullum esse vetus exemplum frustra vir doctus Bollandianus contendit. — 19) *celebraberis* Sirmond. *celebrare* cod.

in posterum, dum doces posteros. Ora pro me, Dne vere sce atque amice Dei, et mihi in XPO omni cultu suscipiende pater.

IV.

EUCHERIUS SALONIO FILIO IN CHRISTO SALUTEM [1].

Licet [2]) sæpe a me requiris multarum rerum absolutionem, quæ in divinis voluminibus interprætem postulant, colligam, prout redirent in memoriam, quæ a te, mi Saloni, studio cognoscendi sedule copioseque [3]) prolata sunt, atque eis non ex meo ingenio, sed ex inlustrium doctorum [f. 7] judicio, neque ex propria temeritate, sed ex aliorum auctoritate [4]) respondeam, consectans non tam eloquii exultantis ambitum quam necessariæ brevitatis modum. Sic enim et innumeris satisfieri inquisitionibus tuis poterit, et mihi insuper liberum erit aliqua extrinsecus, quæ cognitioni [5]) tuæ utilia arbitrabor, inserere, ut est illud, quid significet Alleluia, Diapsalma, Amen; quid sit Cidaris [6]), Ephod, Siclus, et cætera quæ in sacris libris frequentata, vel maxime in Ecclesiæ usu posita interprætationem [7]) requirunt. Hæc [cum se] vel legentibus per totum Scripturarum corpus crebro offerant, non ab re [8]) existimavi ea tibi cum significationibus suis, in opere hoc, quasi coacervata ostendere. Dignum namque est quacumque cura mea ingenium tuum reparari [9]), qui vix dum decem natus annos, heremum ingressus, inter illas sanctorum manus, non solum inbutus, verum etiam enutritus es sub Honorato [10]) illo patre, patre, inquam, primo insularum, postea etiam ecclesiarum magistro, cum te illic beatissimi Hilarî, tunc insulani tironis, sed jam nunc summi pontificis, doctrina formaret per omnes spiritalium rerum disciplinas, ad hoc etiam te postea consummantibus sanctis viris Salviano atque Vincentio, eloquentia pariter scientiaque præeminentibus. Igitur tot ac talibus usus magistris, ex me quoque minimo audies quæ sciscitatus es, [f. 8] in quibus jam nunc et interrogantem te, et [me] respondentem recognosce. Vale, Saloni mi, carissime in XPO fili [11]).

IV. Eucheriana incipiunt, quæ integerrime ad fidem codicis nostri exhibentur, servata ad amussim scriptura vetere, quoties nec sensus, nec series graviter pervertitur, rejectis ad marginem omnibus varietatibus, quas recipere nefas erat. His accedant nonnullæ lectiones ex codd. Paris. 1791, 2769, 12236, neque interdum omissa Baralli editione, quæ vetustum exemplar Lirinense, haud multum a nostro alienum, reddhibuit. Sigla erunt ex superiori ordine C, P. 1, 2, 3, L. De immani vulgatorum librorum interpolatione, in singulos intrusa versiculos, silere necesse fuit.

[1]) Totus titulus hactenus desideratus est: in quo præceps rubricarum pictor scripserat *Eucris*, quod in ævo merovingico aliquis correxit. — [2]) *Licet* solus cod. præmittit, fere ut *scilicet* absolute. — [3]) *copiosae quae adque* C. — [4]) Nota Eucherii curam veteres revocandi magistros, quorum agmen Melito noster duxit. — [5]) *cognitini* C. — [6]) *chitaris* C. — [7]) *interpraetationem* id. quem diphthongendi pruritum tæduit notare deinceps, præter nonnullas singularitates. — [8]) *existimabi* C. — [9]) *remunerari* C. fort. passive. Id. mox *natos*, et *iter illas*. — [10]) *Onerato* C. Primus enim fuit Honoratus *Insularum pater*, in exitu sæculi IV, dein circa a. 430 *ecclesiarum magister*, sive episcopus Massiliæ, Patrocli hoc anno occisi successor, et Hilarii de quo supra, antecessor proximus, et ab eodem solemni eloquio celebratus. — [11]) *Vale in Christo*, nec plus vulgata.

V.

EUCHERIUS VERANO FILIO IN XPO SALUTEM [1]

Formulas principalis [2] Intellegentiæ conponendas tibi mittendas pro studio erga te paternæ sollicitudinis existimavi [3], quibus perceptis, in omnia scripta divina facile se ad intellectum sequax sensus intenderet. Nam cum littera occidat, spiritus autem vivificet [4], necesse est ad illa spiritalium interiora sermonum spiritu vivificante penetrari. Universam prorsus Scripturam tam veteris instrumenti quam novi, ad intellectum allegoricum [5] esse sumendam admonet nos vel illud quod in veteri Testamento legimus: *Aperiam in parabolis os meum, loquar aenigmata [6] antiqua.* Vel item illud quod in novo Testamento legitur [7]: *Haec omnia locutus est in parabolis ad turbas, et sine parabolis non loquebatur eis.*

Nec mirandum quod sermo divinus, prophetarum apostolorumque ore prolatus, ab usitato illo hominibus scribendi modo multum recesserit, faciliora in promptum habens, magna interioribus suis continens, quia et revera fuit congruum, [ut] sacra [8] Dei dicta a ceteris scriptis, sicut merito, ita et specie, discernerentur, ne illa celestium arcanorum [9] dignitas passim atque indiscrete cunctis [f. 9] pateret, sanctumque canibus et margaritas porcis exponeret [10], ut vere ad illius columbæ deargentatæ modum, cujus posteriora in specie auri splendentia [11] inradiant, ita scripturæ divinæ prima quæque argento fulgerent, auro occultiora rutilarent [12]. Recte itaque procuratum est, ut illa eloquiorum castitas promiscuis cunctorum [13] oculis abdito suo quasi quodam pudicitiæ velamine contegeretur; ac divina optima dispensatione provisum est, ut scripta ipsa ita tegerentur, celestibus obumbrata misteriis, sicut secreto [14] suo ipsa Divinitas operiebatur.

Igitur cum in libris sanctis oculi Domini [15], uterus Domini, pedes, arma etiam Domini scripta reperiantur, longeque absit a catholica ecclesiarum fide Deum [16] corpore determinari, qui sit invisibilis, inconprehensibilis, infinitus [17], requirendum qualiter ista per Spiritum sanctum figurali expositione reserentur. Hic enim inveniuntur illa interiora dominici templi; hic illa sancta sanctorum. Corpus ergo Scripturæ sacræ, sicut traditur, in littera [18]; anima, in morali sensu, qui tropicus dicitur; spiritus in superiore intellectu [19], qui anagogen appellatur. Quam triplicem scripturarum regulam convenienter observat [20] confessio Trinita-

V. 1) Titulo, quem vulgati ignorant, nunc primum edocemur apertius quam in Hilarii epistola, formulas Melitonianas a Verano fuisse propositas ut ab Eucherio exponerentur. — 2) *spiritualis* codd. et edd. omnes, contra unicum nostrum cod. — 3) Iterum cod. *existimabi.* — 4) *Vivificaet* C. Frustra vetus em. *Vivificat.* Cf. II Cor. III, 6. — 5) *allegurieum* C. — 6) *inigmata* C. Ps. LXXVII, 2. — 7) Marc. IV, 16. — 8) *sagra* C. passim. — 9) *archanorum* C. — *adque* C. — 10) Matth. XVI, 6. Hic contra 4 codd. addunt edd. *Et consecrata vasa templi involuta promiscuus populus ferret, nec videret et ut* etc. Cum mox recurrat *promiscuis cunctorum oculis,* omissa ipse potuit supprimere catus, tersusque Eucherius. — 11) *deargentato... speciae... splendentes* C. — Ps. LXXII, 14. — 12) *sutilarent* C, cum puncto primæ litteræ superposito. — 13) *ocolis* C, paulo post *obtima.* — 14) *secretu suo* C. — 15) Iterum C magis videtur castus et sobrius quam cæteri mss. et vulgati: *oculi Domini. os Domini, uterus Domini, manus, pedes Domini, arma Domini* etc. — *Repperiantur* C constanter. — 16) *Deo* C. — 17) *invisebilis, inconprehensebilis* C, et mox *ficurali...* edd. addunt *incommutabilis.* — 18) Pergunt alii codd. et edd. otiose: *aenigmatibus retectis.* — 19) *intellectus* C. — 20) *obserbat* C, deinde *intiger*, et

tis, « salvificans nos per omnia, ut integer spiritus noster et anima et corpus sine querella [in] adventum Domini Dei nostri [f. 10] Jesu Christi judiciumque servetur. »

Sapientia mundi hujus philosophiam suam in tres partes divisit, physicam, ethicam [1], logicam, id est, naturalem, moralem, rationalem. [Scilicet naturalem] illam [2]) pertinentem ad causas naturæ, quæ universa contineat; moralem vero quæ respiciat [3]) ad morales; rationalem autem quæ de sublimibus disputans, Deum patrem omnium esse confirmet. Quam tripertitæ doctrinæ distributionem non adeo abhorret [4]) illa nostrorum in disputatione distinctio, qua docti quique hanc cælestem Scripturarum philosophiam secundum historiam, secundum tropologiam [5]), secundum anagogen disserendam putant [6]). Quapropter historia [7]) veritatem nobis factorum ac fidem relationis inculcat; tropologia ad vitæ emendationem misticos intellectus refert; anagogen [8]) ad sacratiora cælestium figurarum secreta perducitur. Sunt etiam qui allegoriam in hoc scientiæ genere, quarto in loco, adjiciendam putent, quam gestorum narrationem futurorum umbram prætulisse confirment. Hæc vero ipsa ut subjectis plenius manifestentur [9]) exemplis, cælum est secundum historiam hoc quod intuemur; secundum tropologiam, vita [10]) cælestis; atque secundum allegoriam, baptismum; secundum anagogen [11]), angeli.

Omnis autem disciplina nostræ religionis [f. 11] ex illo duplicis scientiæ [12]) fonte manavit: cujus primam practicem, secundam theoreticem vocaverunt, id est actualem et contemplativam. Unam quæ actualem vitam morum emendatione [13]) consummet; aliam quæ in contemplatione cælestium et divinarum Scripturarum disputatione versetur. Ergo actualis scientia in diversa studia diffunditur, contemplativa autem in duas derivatur [14]) partes, id est in historica disputatione et spiritalis intellegentiæ interprætatione consistit.

Sed his nunc remotis, formolas intellegentiæ spiritalis, quas spopondimus, proponamus, currentes per singulorum nominum figuras, quibus ista in illo divinæ lectionis inserta textu accipi solent. Oremus itaque Dominum, ut revelet condensa [15]) scripturarum suarum, et proferamus quomodo secretiore intellectu [16]) sentiendum sit.

EXPL̄: PROLOGUS.

INCIPIT CAPITULA FURMULARŪ [17]).

I. *De his quae appellantur membra Domini, vel id quod siqnificantur.*
II. De supernis creaturis [18]).
III. De terrenis.
IIII. De animantibus.
V. De variis nominum [19]) appellationibus.
VI. De interiore homine.

sine querellam. Cf. I Thess. v, 24. — [1]) *aethicam* C. — [2]) Id. habet bis *rationalem*, tum *illam* etc. — [3]) *respicet* C. — [4]) *aborret* C. — [5]) *trophologia* C. — [6]) *disserendum* C. — [7]) *historiae* C, mox *tropologiam,* immo *misticus.* — [8]) *anaccgen* C. Par. I *secretiora* minus bene. — [9]) *manifestetur* C, more græco. — [10]) *vitae* C. — [11]) *anagonen* C. — [12]) *fontem* C, tum infra *praoticen.* — [13]) *emendationem* C. — [14]) *derivatas* C, mox *in storica.* — [15]) *condensa* græcanice. — [16]) *secretiora intellectu* alibi male. — [17]) Rubricantur in C majusculæ et inclinatæ minusc. — [18]) *craeaturis* C. — [19]) Potius *hominum.* In sequentibus C *De interiorem hominem.*

VII. De his quæ in usu atque in medio habentur.
VIII. De variis verborum vel nominum significationibus
VIIII. [f.12] De Hierusalem vel adversis ejus.
X. De numeris.

EXP. CAPITL:

INCP. LIBER I.

I. *De his quae appellantur membra Domini.*

1. Oculi Domini intelleguntur inspectio divina. In psalmo XXXIII: *Oculi Domini super justos.*

2. Aures Domini, quid est? Cum exaudire dignatur. In psalmo qui supra: *Et aures ejus ad preces eorum.*

3. Verbum Domini, quid est? Filius. In psalmo XLIIII: *Eructavit cor meum verbum bonum.*

4. Brachium Domini, quid est? Filius, per quem omnia operatus est. In propheta: *Et brachium Domini cui revelatum est?*

5. Dextera Domini, quid est? Idem quod supra. In psalmo CXVII: *Dextera Domini fecit virtutem.*

6. Uterus Domini, quid est? Secretum ex quo Filium protulit. In psalmo CVIIII: *Ex utero ante luciferum genui te.*

7. Pedes Domini, quid est? Stabilitas æternitatis. In psalmo XVII: *Et caligo sub pedibus ejus.*

8. Vestigia Domini, quid est? Operum secretorum insignia. In psalmo: *Et vestigia tua non cognoscentur.*

9. Gressus Domini, quid est? Adventus, vel visitatio Domini. In psalmo: *Visi sunt gressus tui, Deus.*

10. Arma Domini, quid est? Adjutoria ejus in sanctos. In psalmo XXXIIII: *Adprehende arma et scutum.*

Cap. I. Exulat igitur ab omnibus quos viderim codd. farrago qua ordiuntur vulgati sub titulo *De divinis nominibus*, alias *De membris Dei,* quæ qualia sint, et undenam huc devehantur ex Hieronymi aut Augustini aut Bedæ spuriis, satis alibi dixi: *Spicil.* t. III, p. XXI. Inde frequens adducitur *Clavis*, cujus prior numerus paginam, posterior formulam in eadem pagina expositam notat. Locos scripturæ signare omittimus, quoties iidem sunt quam apud Melitonem.

1. Clav. 6, 3. prior num. paginam dat, posterior formulam.

2. Ps. XXXIII, 16.

3. Clav. 7, 9. A quæstiuncula inferendum, sic interpunxisse Eucherium, uti nos in Clavi: *Verbum Domini Filius.* Dubium tamen oritur e ps. XLIV, 2, an satius legeretur: *Verbum, Domini Filius.* — *Eructuavit* C.

4. Clav. 7, 10. *Bracchium* C bis.

5. Clav. 7, 11.

6. Clav. 8, 20. *Ante lucifero* C. Erit qui varietatem Clavis adverterit: *Secretum Divinitatis ex quo Filium protulit.* Quod vetustatem sapit Eucherio antiquiorem. Vetustissimis enim Patribus *Divinitas* Pater intelligebatur.

7. Clav. 8, 21.

8. Clav. 9, 32, ubi *signa.* Melius fortasse *insignia* ac restituendum Clavi, quod esset græco consentaneum. — *Segretorum* C.

9. Clav. 8, 29. Ps. LXVII, 25. Tandem igitur habemus locum sacrum, quem dixi l. l. desiderari in omnibus Clavis codicibus.

10. Cf. Clav. p. 81, 33. Ps. XXXIV, 2. *Adpraehinde arma et scuto* (*scutum* post veterem corr.) C.

11. Scutum, quid est? Protectio Domini. In psalmo V: *Domine, ut scuto bonae voluntatis tuae coronasti nos.*

12. Framea, quid est? Ultio divina in impios. In psalmo XXXIIII: *Effunde frameam et conclude.*

13. Arcus, quid est? Intentio comminationis [f. 13] divinæ. In psalmo X: *Arcum suum tetendit, et paravit illum.*

14. Sagittæ, quid est? Præcepta divina, vel apostoli. In psalmo XVII: *Misit sagittas suas, et dissipavit eos.*

15. Gladius, quid est? Vindicta, vel sermo Domini. In Apostolo: *Vivus est enim sermo Domini et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti.*

16. Romphea, quid est? Idem quod supra.

17. Tuba Domini, quid est? Vox manifesta Domini. In Apostolo: *In jussu, et voce archangeli, et in tuba Dei.*

18. Currus Dei, quid est? Sedes Dei, vel quadriformitas evangeliorum. In psalmo LXVII: *Currus Dei, decem millia multiplex.*

19. Virga Dei, quid est? Regni significatio, vel correptio disciplinæ. In psalmo XLIIII: *Virga aequitatis, virga regni tui.*

20. Baculus Dei, quid est? Sustentatio consolationis Dei. In psalmo XXII: *Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt*

21. Carbones ignis, quid est? Caritatis, aut exemplorum penitentiæ. In psalmo CXVIIII: *Cum carbonibus desolatoriis.*

22. Fumus, quid est? Initia conpunctionis futuræ, vel ipsius comminationis Dei. In psalmo XVII: *Ascendit fumus in ira ejus.*

23. Item in aliam partem: *Sicut fumus oculis noxius,* id est vanitas.

24. Ignis, quid est? Spiritus sanctus. In Actibus apostolorum: *Et apparuerunt illis dispertitae linguae, tamquam ignis, seditque supra singulos eorum, et repleti sunt omnes Spiritu sancto.*

11. Ps. v, 13. Cf. Clav. p. 81, 26.

12. Cf. Clav. 81, 15. *Effunde, framea* C.

13. Clav. 81, 18. Ps. vii, 13.

14. Clav. 81, 22.

15. Clav. 81, 4. *Penetravilior* C.

16. Clav. 81, 13, plane ibi ut nostrum breve responsum.

17. Clav. 10, 42. Alio igitur in ordine Eucherius formulas tantummodo e sede mutavit.

18. Clav. 91, 16. *Quadriformitas*, ubi cum Græcis Melito elegantius: *Quadrigia*, τὸ τέθριππον, τὸ τετράρυμον.

19. Cf. Clav. 46, 48. Ps. xliv, 7.

20. Ps. xxii, 4. *Baculum* ab initio C, postea *Baculus tuos ipsa me consolatae sunt*, cf. p. 550.

21. Clav. 84, 82, ubi tolle *vel*, ac lege cum Eucherio: *exemplorum poenitentiae.* — *Cum carbonis* prima manu C.

22. Clav. 85, 88. *Conpugtionis*, quo portento ducimur ad *combustionis*, quod facile Eucherio et Claromontano inseruerim pro *compunctionis futurae*. *Ipsius* affectat articulum τῆς ὑπερβολῆς.

23. Clav. 85, 89.

24. Act. ii, 3. *Sincolos* C, manu prima. Quindecim erant Clavis formulæ de *igne*, *carbonibus, fumo*, ex quibus quatuor selegit Eucherius. Sed inepte inter *Supernas creaturas* capituli sequentis rejiciuntur ultima in omnibus vulgati Eucherii editionibus. Cf. p. 533.

II. *De supernis creaturis.*

[f. 14] 1. Cæli, quid est? Apostoli, sive sancti, ideo quod Domines habitat in eis. In psalmo XVIII: *Caeli enarrant gloriam Dei.*

2. Nubes, quid sunt? Prophetæ, sive sancti, qui pluant verbum Dei. In Esaia: *Mandabo nubibus desuper, ne pluant super eam pluviam.*

3. Tonitrua, quid sunt? Voces evangelii, eo quod de cælo intonent. In psalmo LXXVI: *Vox tonitrui tui in rota.*

4. Coruscationes, quid sunt? Splendores evangelii. In psalmo: *Inluxerunt coruscationes tuae orbi terrae.*

5. Fulgura, quid sunt? Virtutes, vel verba Ihesu Christi. In psalmo XVII: *Et fulgura multiplicavit, et conturbavit eos.*

6. Throni, quid sunt? Angeli, sive sancti, vel ipsa regnandi potestas. In psalmo XLIIII: *Thronus tuus, Deus, in saeculum saeculi.*

7. Item in aliam partem, de Diabolo: *Ponam thronum meum ad aquilonem.*

8. Sedes, quid sunt? Idem quod supra, angeli, sive sancti, quod in his Dominus sedeat. In psalmo XLVI: *Deus sedet super sedem sanctam suam.*

9. Sol, quid sunt? Dominus Ihesus Christus, quod fulgeat terris. In Solomone: *Ergo sol justitiae non luxit nobis.*

10. Luna, quid sunt? Ecclesia, eo quod in hac mundi nocte resplendeat. In psalmo CIII: *Fecit lunam in tempora.*

11. Stellæ, quid sunt? Sancti, sive docti. In Daniele: *Docti tamquam stellae fulgebunt.* Interdum et angeli.

12. Nebula, quid sunt? Velamentum misteriorum Dei. In propheta: *Et nebulae pulvis* [f. 15] *pedum ejus.*

13. Caligo, divinorum secretorum operimentum. In psalmo XVII: *Et caligo sub pedibus ejus.*

14. Abyssus, profunditas Scripturarum. In psalmo XLI: *Abyssus abyssum invocat.*

15. Ros, verbum Domini, ideo quod [madefaciat] hominum terram. In psalmo: *Sicut ros Hermon, quod descendit super montem Sion.*

16. Pluvia, præcepta vel mandata Domini, eo quod terram, id est, homines inriget. In psalmo LXVII: *Pluviam voluntariam segregans, Deus, hereditati tuae.*

Cap. II. — 1. Clav. 12, 4. *Innarrant* C.

2. cf. Clav. 14, 31. *Prophaetae... Super ea* C.

3. *Thonitrua*, inconstanti asperitate, hic et passim. Statim enim *tonitrui*. Cf. Clav. 15, 34. — Ps. LXXVI, 10.

4. Clav. 14, 55. *Choruscationes* bis C.

5. Clav. 14, 56.

6. Clav. 8, 22. *Ipsa* nihil aliud est quam articulus græcus ex Clavi receptus.

7. Is. XIV, 13.

8. Clav. 8, 23.

9. cf. Clav. 13, 13. Sap. V, 6.

10. Clav. 13, 20. *Fecit luna* C.

11. Clav. 13, 24. *Stillae* bis C. Sed semel emendatus in 1° loco.

12. Clav. 14, 35.

13. Clav. 14, 37. *Calico* bis C, semel em.

14. Clav. 106, 18 C. Nunc primum habet scriptum more consueto *scripturarum*. Sed ea est codicis inconstantia ut habeat *abisus*, *abyssus*, *abissus* et *auissum*, et infra f. 41 *habissus*.

15. *Quod valde faciat hominum terra*, sic C. Par. 2 *madefaciat* cum L, sed in quo legitur *hominum corda*. Præterea C prima manu semper habet *discendit*. Cæterum omnia em. Clav. 16, 59.

16. Clav. 15, 47. Nota *inriget*, ut in Clavi.

17. Nives, pro candore justitiæ. In psalmo L: *Lavabis me, et super nivem dealbabor.*

18. Grando, comminationes Domini, quibus contumaces verberet. In psalmo XVII: *Grando et carbones ignis.*

19. Item in aliam partem: *Et occidit in grandine vineas eorum.*

20. Pruina, abstinentia, eo quod per hanc frigescat calor corporis. In psalmo CXVIII: *Factus sum sicut uter in pruina.*

21. Tempestas, vel tribulationum persecutionum impetus. In psalmo LIIII: *Qui salvum me fecit a pusillo animo et tempestate.*

22. Glacies, durities peccatorum. In Solomone: *Et sicut glacies in sereno, ita solvuntur peccata tua.*

23. Ventus, animæ sanctorum. In psalmo: *Volavit super pennas ventorum.*

24. Item in malam partem. In Mattheo: *Et flaverunt venti.*

25. Aquilo, Diabolus, vel homines infideles, aut mali: *Ab aquilone exardescent* [f. 16] *mala super terram.*

26. Dexter, idem quod supra. In Solomone: *Aquilo durus est ventus.* Nomine Dexter vocatur, eo quod Diabolus nomen sibi dextri præsumat, tamquam boni, sive quod Occidentem, id est peccatum, respicientibus dexter fiat.

27. Auster, calor fidei. In psalmo CXXV: *Sicut torrentem in austro.*

28. Aer in[anita]tis enunciatio. In apostolo: *Sic pugno, non quasi in incertum, non quasi aerem verberans*, hoc est inaniter.

29. Tempora opportuna, distributio voluntatis divinæ. In psalmo CIII: *Fecit lunam in tempora.*

30. Ver, vitæ renovatio, vel per baptismum, vel per resurrectionem. In psalmo LXXIII: *Æstatem et ver tu fecisti ea.*

31. Aestus (l. Aestas), venturæ jocunditatis præfiguratio. In psalmo, idem quod supra.

32. Hiemps, persecutio vel tribulatio. In Evangelio: *Ut non fiat fuga vestra hieme vel sabbato.*

33. Anni, aliquando pro æternitate accipiuntur, ut ibi: *Anni tui non deficient.* Interdum et pro brevitate vitæ, ut hic: *Anni nostri tamquam aranea meditabuntur.*

34. Dies et nox, justitia et iniquitas, fides et infidelitas, prospera et adversa. In psalmo XLI: *In die mandavit Dominus misericordiam, et nocte declaravit.*

35. Lumen et tenebræ, ita maxime accipiuntur, ut dies et nox. In epistola Johannis:

17. cf. Clav. 15, 49.
18. *Erueret... carbonis* C. — *eververet* Par. 1. *everberet* edd. cum Clav. 15, 52.
19. Clav. 15, 52.
20. Clav. 16, 60. *In proina* C, ex quo f. em. in Claromontano *frigescatur.*
21. Idem ac *turbo*, in Clav. 16, 67. — *Impitus* C.
22. Clav. 16, 63. *Glagies* bis C.
23. Clav. 14, 38. *Pinnas* C.
24. Clav. 14, 44. Quæ certe in Clarom. male a superiore formula separantur.
25. Clav. 14, 43.
26. Prov. xxv, 23. Insolens formula, quæ Claromontano deest, nullaque in edd. expositione declaratur.
27. Clav. 14, 41. *Turrentem* C, prima manu.
28. Clav. 15, 46.
29. Clav. 20, 60, ubi comma mutetur: *Tempora, opportuna.* C *oportuna.*
30. Clav. 20, 61.
31. Clav. 20, 62. *Praeficuratio* C, ante corr. paulo recentiorem.
32. Clav. 20, 65.
33. Clav. 20, 67, 68.
34. Ps. xli, 9. *Fedes et infedelitas* C.
35. cf. Clav. 18, 22. In C: *Tenebre... maximae... dilegit... manit*, pauca vetus manus em.

Qui diligit [f. 17] *fratrem suum, in lumine manet; qui autem odit fratrem suum, in tenebris est.*.

36. Umbra, protectio divina. In psalmo XVI: *Sub umbra alarum tuarum protege me.*

37. Hora, quingenti, ut quidam putant, anni; siquando dies pro toto mundi istius sæculo accipitur. In epistola Johannis: *Filioli, novissima hora est.*

38. Oriens, Salvator, maxime in Luca: *Visitavit nos Oriens ex alto.* Et in Zacharia: *Ecce vir, Oriens nomen ejus.*

39. Occidens, vitæ melioris defectus. In propheta: *Occidit vobis sol veritatis.*

40. Mane, lux actuum bonorum, vel baptismum, vel resurrectio. In psalmo V: *Mane adstabo tibi, et videbo.*

41. Meridies, plena doctrinarum factorumque claritas. In Solomone: *Ubi cubas in meridie?*

42. Et in malam partem in psalmo XC: *A demonio meridiano*, id est manifesto.

43. Vesper, finis vitæ vel sæculi, vel pœna. In psalmo XXVIIII: *Ad vesperum demorabitur fletus, et ad matutinum laetitia.*

36. Clav. 18, 25. *Protige* C.

37. Clav. 19, 42. *Per toto mundi istius saeculo.* C, prima manu; 2 corr. *totum.* edd. ut nos. Fort. compendium mutavit *pro* in *per.* — Superest divinari, cur in epistola Joannis *hora novissima* sit quingenti anni, et quinam id putaverint, ut ipsa Clavis fert. Nonne aliquid hic latet Chiliastarum?

38. Clav. 27, 12. *Maximae... Vesitavit... Zaccharia* C.

39. Clav. 18, 16. *Defeotus* prima manu C.

40. Clav. 17, 10. *Baptismum* cod. fort. neutro genere, ut aliquando in Claromontano, l. l.

41. Clav. 17. 17, 11. *Meridiaes, meridiae* C.

42. Clav. 18, 12.

43. Clav. 18, 13, unde f. em. *vel poenae.* — *demoravitur* C prima manu.

III. *De Terrenis.*

1. Terra, homo ipse. In evangelio: *Aliud cecidit in terram bonam.*

2. Et in malam partem de peccatore: *Terram edes omnibus diebus vitae tuae.*

3. Arida, infructuosa hominis caro. In Solomone: *Cooperire aridam malitia et dolositate.*

4. Pulvis, peccatores, vel carnis vanitas [f. 18]. In psalmo 1: *Sicut pulvis quem projiciet ventus.*

5. Lutum, peccatorum glutinum. In psalmo: *Eripe me de luto, ut non inhaeream.*

6. Item in aliam partem. In evangelio Johannis: *Lutum fecit, et linivit oculos meos.*

7. Montes, Dominus, Ecclesia, apostoli, sive sancti, a celsitudine virtutum. In psalmo: *Quod descendit super montem Sion.*

8. Item in aliam partem. In propheta: *Nequando offendant pedes vestri ad montes calligosos*, id est ad hereticos.

III. Caput male II inscribitur in cod.

1. Clav. 28, 3. *Ipse* iterum pro articulo græco.

2. Clav. 28, 4. *Omnebus* C.

3. C *Cooperiere* (sic) *aridam malitiam et dolositatem.* Cf. Clav. 28, 5, ubi adde quod desideratur in nota: Eccli. xxxvii, 3.

4. Clav. 28, 19.

5. *De loto, ut non inaereara* C. Clav. 29, 21.

6. cf. Clav. 29, 20. *Lenivit* C.

7. Clav. 29, 23, 24, dein 30, 25, quæ simul Eucherius cumulavit. — *Discendit* C.

8. *Pedis... calligosus* C. Cf. Clav. 30, 31.

9. Colles, sancti, sed minoris meriti. In psalmo XLVIIII: *Montes et omnes colles.*

10. Item in aliam partem. In Evangelio: *Omnis mons et collis humiliabitur.*

11. Valles, contritio cordis humilis. In psalmo LXIIII: *Et convalles abundabunt frumento.*

12. Item in aliam partem. In propheta: *Vallem filiorum Emnon.*

13. Petra, Christus, a firmitate. In Apostolo: *Petra autem erat Christus.*

14. Lapides, interdum Christus, aut sancti. In psalmo CXVII: *Lapis quem reprobaverunt aedificantes.*

15. Item, in aliam partem. In evangelio: *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.*

16. Ager, hic mundus. In Evangelio: *Ager est hic mundus.*

17. Campi, Scripturæ divinæ, eo quod pastum animarum præbeant. In psalmo LXVII: *Et campi tui replebuntur ubertate.*

18. [f. 19] Item[in malam partem]. In psalmo XXVII: *In campo Taneos.*

19. [Pascua, refectio spiritalis]. In psalmo XXII: *In loco pascuae, ibi me conlocavit.*

20. Cultura, sancti qui excoluntur in Domino. In apostolo: *Dei agricultura estis.*

21. Agricola, Deus Dominus. In Evangelio secundum Johannem: *Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola.*

22. Sulci, corda sanctorum. In psalmo: *Sulcos ejus inebrians.*

23. Semen, divina prædicatio. In Evangelio: *Exiit qui seminat seminare semen suum.*

24. Messis, ubertas, vel copia fidelium. In Evangelio: *Levate oculos vestros, et videte regiones, quia albae sunt ad messem.*

25. Et aliter: Messis, consummatio sæculi, sicut: *Messores, angeli.*

26. Manipuli, fructus justitiæ. In psalmo CXXV: *Portantes manipulos suos.*

27. Stipula, aridi ad fidem, vel [inanes]. In Apostolo: *Ligna, fenum, stipulam.* Et in propheta: *Heu mihi quia factus sum sicut qui colligit stipulam in messem*, hoc est nullos boni operis fructus inveni.

28. Area, Ecclesia. In Evangelio: *Et permundabit aream suam.*

29. Ventilabrum, examen justitiæ Domini. In Evangelio: *Cujus ventilabrum in manu sua.*

30. Triticum, sancti, vel electi Dei. In Evangelio: *Et congregabit triticum in horreo suo.*

31. Hordeum, Legis littera. In Evangelio: *Est puer unus qui habet panes hordeaceos.*

9. Clav. 30, 34. Ps. CXLVIII, 9. *Minores* C.
10. Clav. 30, 35. *Omnes mons et colles* C.
11. Clav. 30, 41. *Cumvalles* C, ante corr.
12. cf. Clav. 30. 42.
13. Clav. 31, 47.
14. cf. Clav. 31, 50, 51.
15. cf. Clav. 31, 54.
16. Clav. 32, 68.
17. Clav. 31, 45. *Praeueant* C prima manu.
18, 19. Lacunæ, quæ iterum produnt opus præpropere confectum, supplentur ex Par. 1, 2, et Lirin. Clav. 31, 46. *Thaneos* C.
20. Clav. 32, 72.
21. Clav. 32, 76.
22. Clav. 32, 73. *Sanctorum* pro *fidelium*, f. ex formula sinceriore quam in Claromontano. *Sanctotorum... sulcus* sic. C.
23. Clav. 32, 74.
24. Clav. 33, 82. *Vedete* C.
25. Clav. 33, 83. *Saecoli* C.
26. Clav. 33, 88. *Manipoli... portantis* C 1 m.
27. Clav. 33, 91. *Stipola* ter C. — *Vel ignis* id. cæteri em. — *Nulli boni* C.
28. Clav. 33, 93. *Permundavit* C.
29. Clav. 34, 95. *Ventilabum* C, ante corr. merovingicam, sive sæc. VII.
30. Clav. 34, 96. *Congregavit* C.
31. cf. Clav. 34, 101. *Habit... hordiacios* C.

32. Paleæ, peccatores. In Evangelio: *Paleas autem conburet igni inextinguibili.* [f. 20]. Et Hieremias: *Quid paleis ad triticum? dicit Dominus.*

33. Zizania, scandala, vel male viventes. In Evangelio: *Venit inimicus, et superseminavit zizania in medio tritici.*

34. Vinea, Ecclesia, vel populus Israhel. In psalmo: *Vineam de Ægipto transtulisti.*

35. Item, in aliam partem: *Ex vinea enim Sodomorum vitis eorum.*

36. Palmites, apostoli, vel sancti. In Evangelio: *Ego sum vitis, vos palmites.*

37. Et in aliam partem. In cantico Deuteronomii: *Et palmites eorum ex Gomorra.*

38. Vitis, Christus. In Evangelio: *Ego sum vitis vera.*

39. Item, in aliam partem. In cantico Deuteronomii: *Ex vinea enim Sodomoram vitis eorum.*

40. Uvæ, fructus justitiæ. In canticum Esaiæ: *Et expectavi* [*ut*] *faceret uvam.*

40.ª Item in aliam partem. In Deuteronomio: *Uva eorum, uva fellis.*

41. Botrus, Ecclesia, sive corpus Domini. In Numeris: *Eo quod botrum inde portassent filii Israel.*

42. Vindemia, consummatio sæculi, vel vindicta in populum. In psalmo: *Vindemiant eam omnes qui transeunt viam.* Et Johel: *Mittite falces, et vindemiate vineam terrae, quia maturae sunt uvae ejus.*

43. Torcular, altare, eo quod ibi oblationes conferantur. In cantico Esaiæ: *Et torcular fodi in ea.*

44. Et aliter torcular, tribulationum pressura, in qua fideles probantur. In titulo psalmi: *In finem pro torcularibus.*

45. Fenum, caro, vel vana gloria. In propheta: *Omnis caro fenum, et omnis gloria* [f. 21] *ejus sicut flos feni.*

46. Herba, jocunditas quædam proficientis animæ. In Genesi: *Producat terra herbam virentem.*

47. Et in aliam partem: *Mane sicut herba transeat.*

48. Flores, Christus, vel species justitiæ. In psalmo XCI: *Justus ut palma floriet.*

49. Lilium, Christus, vel angeli a candore justitiæ. In Solomone: *Ego flos campi, et lilium convallium.*

50. Rosæ, martires a rubore sanguinis. In Solomone: *Sicut rosa germinat super rivum humectum.*

32. Clav. 34, 102. *Comburit* C.

33. Clav. 34, 103. *Inimicos* C 1 m. — *Zizania* græce, ut in Clavi.

34. cf. Clav. 36, 1, 2, ex cumulo apud Eucher.

35. Clav. 36, 3. *Vineam* ex prava corr... *vites* C 1 m.

36. cf. Clav. 36, 9.

37. Clav. 36, 10. *Deutheron.* C, constanter.

38. Clav. 36, 7.

39. Clav. 36, 8.

40. Clav. 36, 11. *Expectavet f. ubam* C.

40.ª Clav. 36, 12.

41. cf. Clav. 36, 13. *In nomeris... quo... filii Strahel* sic C, fere ut cód. Cavensis *Srahel*, et Pentateuchus Lugd. *Istrahel.*

42. cf. Clav. 36, 14. Joel III, 13. *Vindemiante vinea* cum obelo imposito C.

43. cf. Clav. 36, 15.

44. cf. Clav. 36, 16. Ps. VIII, 1. *Tocolar, trib. praessura propter torcolaribus*, C. ante correct.

45. Is. XL, 6. *Omnes gloria* C.

46. Gen. I, 11. Quanto suavius canam antiquitatem redolet Clav. 42, 25: *Herba, aeterni paradisi viriditas.*

47. cf. Clav. 42, 28.

48. Cod. *floriet* post correct. 1 man. quæ scripserat *floret.* Iterum in eodem psalmi v. *floriet* infra n. 64 sine corr. — Cf. Clav. 41, 1 et 40, 72. Ps. XCI, 13.

49. Clav. 41, 4.

50. Tam splendida formula est, quam rarus

51. Violæ, confessores, ob similitudinem [liyidorum] corporum. In Cantico canticorum: *Flores visi sunt in terram.*

52. Silvæ, Gentes. *Invenimus eam in campis silvae.* De his silvis egressi sunt duo ursi, reges Romanorum, Vespasianus et Titus, ad præceptum figurati Elisei, et post XLII annos ascensionis ejus ad cælos, Judeos pueros comederunt.

53. Condensa, opaca vel tecta Scripturæ divinæ. In psalmo XXVIII: *Et revelavit condensa.*

54. Ligna, peccatores igni deputandi. In Ecclesiasten: *Qui scindit ligna, periclitabitur in eis.*

55. Item in [bonam partem. In] psalmo primo: *Et erit tamquam lignum quod plantatum est.*

55ª. Radix, origo. In Apostolo: *Quod si radix sancta, et rami.*

56. Et in malam partem. In psalmo: *Et radicem tuam de terra viventium.*

57. Arbor, homo a fructu operum. In Evangelio: *Aut facite arborem bonam, et fructum ejus bonum.*

58. Et in malam partem: *Aut facite arborem malam, et fructum* [f. 22] *ejus bonum.* Quidam in hoc testimonio arborem hanc voluntatem hominis magis quam ipsum hominum accipiendum putant.

59. Ramus, successio. In Apostolo: *Quod si radix sancta, et rami.*

60. Item in malam partem. In propheta: *Praecidite ramos ejus.*

61. Folium, sermo doctrinæ. In psalmo I: *Et folium ejus non decidit.*

62. Et aliter folium, vestitum et decorum [in] protectione divinæ gratiæ.

63. Poma, sanctorum in virtutibus fructus. In Cantico canticorum: *Et manducet fructum pomorum suorum.*

64. Palma, perfectio, vel victoria. In psalmo XCI: *Justus ut palma floriet.*

65. Cædri, excelsiores potentia viri. In psalmo XCI: *Ut caedrus Libani multiplicabitur.*

locus Salomonis et horrida codicis scriptura: *A rovorae... super rivum umectum.* Manus 1 correctoris statim, sed partim emendavit *ruborae.* Cf. Eccli. xxxix, 17. Sed in græco quære xxxix, 13: Καὶ βλαστήσατε ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος ἀγροῦ, ubi interpres noster manifeste legit: Ῥεύματος ὑγροῦ, inepta, sed insignis varietas. Quidni etiam emendetur Clav. 41, 5, ut legatur: *Sicut rosa, quae germinat super humida fluenta?*

51. cf. Clav. 41, 6. Singularis est lectio C: *divinorum corporum*, an exinde oriunda, quod ævo Eucherii aut codicis, jam non intelligebantur *livida corpora* confessorum, neque obvium discrimen inter varios martyres. Tum mihi considera, num ex eo quod formula sit vetustissima, servata fuerit ab Eucherio, quamvis locus Cantici non sit de *violis*, sed de floribus. At recole quæ notantur in Clavis p. 41 ad calcem.

52. Clav. 43, 8, ubi omnino nihil de scholiolo Eucheriano, quod me tæduit invenisse in prisco meo codice. — cf. iv Reg. ii, 24. Vult igitur scholiasta, Solymorum ἅλωσιν evenisse anno Christi lxxv. — *Duo orsi... ficorati... Helissei* C.

53. Clav. 43, 10. Etiam Eucherius græce gnarus græcisat.

54. Clav. 43, 3. *Depotati... periglitabitur* C.

55. Diro vulnere plura in C sustulit vetus amanuensis, qui duo loca perperam ad peccatores retulit. Omnino emenda ut in vulgato Eucherio, vel cum Clav. 43, 4. *Lignum, Christus sive sanctus.*

55.ª Clav. 40, 78. *Radex* C 2° loco.

56. Clav. 40, 79.

57. Clav. 40, 73. *Fructus* C.

58. Clav. 40, 74.

59. Clav. 40, 75. Iterum *radex* C 1 m.

60. cf. Clav. 40, 76. Dan. iv, 11. *Praecedit* C.

61. Clav. 40, 77.

62. Iterum agnosce græcanica, fort. et mutila, emendanda cum edd. *Vestitus et decor cum protectione.*

63. cf. Clav. 39, 70. *Vertutibus... mandūcit* C.

64. cf. n. 42 supra. *Justos* C 1 m.

65. *Caedri* C, constanter, tum *Livani mul-*

66. Et in malam partem. In psalmo XXVIII: *Et confringet Dominus caedros Libani.*

67. Oliva, sanctus, misericordiæ abundans fructibus. In psalmo LI: *Ego sicut oliva fructifera in domo Dei.*

68. Oleaster, homo sine fructu, vel Gentiles. In Apostolo: *Si autem tu ex naturali incisus es oleastro.*

69. Ficus, Sinagoga interdum. In Evangelio: *Et arefacta est continuo ficulnea.* Et in Abbacum: *Et ficus non adferet fructum.*

70. Malagranata, Ecclesia de multis gentibus, sive diversas gratias habens. In Canticis canticorum: *Emissiones tuae, paradisus malagranatorum cum fructu pomorum.*

[f. 23]. 71. Harundo, peccator, vel fragilis in fide. In Evangelio: *Harundinem quassatam non confringet.*

72. Item harundo, infirmum auxilium. In propheta: *Quid confidis in baculum istum harundineum Ægipti, cui si quis incubuerit, conquassabitur, et perforabit manum ejus?*

73. Rubus, ut quidam opinantur, Mariæ Virginis præfiguratio, eo quod quasi de humani corporis rubo Salvatorem tamquam rosam emiserit, aut quod vim divini fulguris sine sui [adustione] pertulerit. In Exodo: *Apparuitque ei Dominus in flamma ignis de medio rubi, et videbat quod rubus ardebat, et non conbureretur.*

74. Spinæ, interdum noxiæ divitiarum curæ, animum suffocantes. In Evangelio: *Aliud cecidit in spinis.*

75. Tribuli, aculei vitiorum, vel temptatio. In Genesi: *Spinas et tribulos germinabit tibi.*

76. Fontes, baptismum. In psalmo XLI: *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum.*

77. Aqua, populi, vel temptationes. In psalmo XXIII: *Forsitan velut aqua, obsorbuisset nos.*

78. Item in bonam partem. In Hieremia: *Me dereliquerunt, fontem aquae vivae.* Et item propheta: *Qui sititis, ite ad aquam,* id est ad doctrinam.

79. Torrens, persecutionis incursus. In psalmo CVIIII: *De torrente in via bibet.*

80. Et in bonam partem: *Et torrente bonae voluntatis tuae potabis eos.*

---

tiplicavitur ante corr. — cf. Clav, 44, 17. Ps. xci, 15.

66. cf. Clav. 44, 16. Ps. xxviii, 5. *Confringit* C.

67. *Sancti misericordia abundans fructibus.* Ita C, tum *oliba fructefera.* — Ps. li, 10.

68. Clav. 38, 46.

69. cf. Clav, 39, 60 et 61. *Ficulneae... adferit* C.

70. Cant. iv, 3. *Ecclesiam... emissionis... frocto* C.

71. Matth. xii, 20. *Confringit* C 1 m.

72. Is. xxxvi, 6. *Cofides in baculum isto arundineo... perforavit* C.

73. Clav. 45, 47. Aucta fortasse ab Eucherio et iterum augenda in loco mutilo Exodi iii, 2. — C multis laborat: *Opinatur* ante corr... *Virgenis praeficuratio... rouos* (corr. *rubus*, leg. *rubo*)... *sui adsumptionem* sic... *quod rubos... comburetur.* — Cod. apertissime *sine sui adsumptionem*, manifesto errore, sed quo vera lectio innuitur. Idem habet Par. 2. Sed Par. 1 gravius peccat: *Sine viri adsumptione*, quod transit ad vulgatum Eucherium. Ecce autem aliud portentum in Lirin. cod. *sensum assumptione.* De rubo et B. Virgine Maria Melodi cum tota Ecclesia græca certatim cecinerunt, cf. Anal. i, 265 etc.

74. cf. Clav. 45, 37.

75. Clav. 45, 40. Gen. iii, 18. *Germinavit* C.

76. Clav. 109, 68. Ps. xli, 2.

77. cf. Clav. 195, 2 et 196, 12. Ps. xxiii, 4. *Forsitans... obsorbuisset* C, corr. *obsorbuissent.*

78. cf. Clav. 109, 67. Jerem. ii, 13. Is. lv, 1. *Heremia... derelinquerunt fontes* C.

79. cf. Clav. 110, 78. Ps. cix, 7. *De torrentem... bebet* C.

80. cf. Clav. 110, 77. Iterum *torrentem* C.

[f. 24] 81. Flumina, infidelium populi. In psalmo CXXXVI: *Super flumina Babillonis.*

81[a]. [Item in bonam partem]: *Flumina de ventre ejus fluent aquae vivae*, id est gratiæ spiritales.

82. Lacus, infernum. [In psalmo LXXXVII]: *Posuerunt me in lacu inferiori,* id est in illo inferni loco, in quo peccatores soli in infernali custodia detinentur.

83. Mare, sæculum, sive populi. In psalmo: *Hoc mare magnum et spatiosum.*

84. Pisces, sancti, sive angeli. In Evangelio: *Et traxerunt rete plenum piscibus magnis.*

85. Item in aliam partem. *Malos autem foras miserunt.*

86. Fluctus, temptationes. In psalmo: *Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt*

87. Unda, idem, temptationes. In cantico Exodi: *Gelaverunt guttae in medio mari.*

88. Insulæ, vel animæ, vel ecclesiæ Dei, quæ diversis temptationum tunduntur fluctibus. In psalmo XCVI: *Laetentur insulae multae.*

89. Littus, finis sæculi. In Evangelio: *Et secus littus sedentes, eligebant bonos in vasa.*

90. Harena maris, innumerabilis gentium multitudo. In Genesi: *Et multiplicabo semen tuum, sicut stellas coeli* (id est sanctos), *et* (peccatores) *sicut harenam quae est ad oram maris.*

81. Clav. 108, 59.

81.[a] Clav. 108, 58, quæ cum edd. em. C. Jo. VII, 38.

82. *Locus... LVIII... in loco... costodia detenentur* C, haud sine prisca corr. Clav. 110, 82.

83. cf. Clav. 106, 24. *Marae* C.

84. cf. Clav. 108, 50, formula leviter aucta, sed frustra. *Pisces* nullibi *Angelis* aptantur. — *Retem plenum piscebus* C.

85. cf. Clav. 108, 51.

86. Clav. 107, 37.

87. Clav. 107, 38, ex quo lege apud Eucherium: *Idem quod et supra.* — *Medio mare* C. — Nota *guttae*, ubi Clavis habet *undae.*

88. Omnino ut Clav. 107, 39.

89. Clav. 107, 36. *Fines* C.

90. Clav. 108, 45. *Innumerabiles .. stillas... harena... ora* C.

IIII. *De animantibus*

1. Aves, sancti, quod ad superiora corde evolent. In Evangelio: *Et fecit ramos magnos, ita ut sub umbra ejus aves caeli habitarent.*

[f. 25] 2. Volatus, sanctorum excessus in Deo, vel in Scripturis intellectus. In psalmo LIII: *Et volabo, et requiescam.*

3. Alæ, duo Testamenta. In Ezechiel: *Unumquodque duabus alis velabat corpus suum.*

4. Pennæ, Scripturæ. In psalmo LXVI: *Pennae columbae deargentatae:*

5. Nidus, Ecclesia, aut requies excelsa sanctis. In psalmo: *Et turtur nidum sibi ubi reponat pullos suos.*

6. Et iterum nidus, bona conscientia, in qua bonarum cogitationum fetus foventur, atque in opera pariuntur, et postea filii appellantur. In psalmo CXXVII: *Filii tui sicut novellae olivarum in circuitu mensae tuae.*

7. Pulli, sancti. In psalmo, ut supra: *Ubi reponat pullos suos.*

IV. 1. Clav. 85, 1. *Habes caeli* C.

2. Cod. *Excelsus in Deo*, f. *ascensus,* ut Clav. 86, 10.

3. Clav. 86, 11. Ezech. I, 23. Cod. *Unumquoque duobus alis volabat.*

4. Clav. 86, 15. *Pinnae* C bis.

5. cf. Clav. 87, 17. *Turtor* C.

6. *Olibarum* C. Clav. 87, 18, ubi deest locus Scripturæ, cui inexspectato modo suppletur ex ps. CXXVII, Inepte cohærent edd. et codd.

7. Clav. 87, 22.

8. Et in malam partem. In Solomone: *Et pulli aquilarum devorent eum.*

9. Aquilæ, sancti. In Evangelio: *Ubi fuerit corpus, illic congregabuntur aquilae.*

10. Et in malam partem, ut supra.

11. Strutio, hereticus, vel philosophus, quod quasi cum pennis sapientiæ, tamen non evolat. In Isaia: *Erit cubile draconum et pascua strutionum.*

12. Ideo Dominus pelicanus cognominatur, quia in passione ab omnibus discipulis derelictus est; et quia pelicanus solitudinem amat. Pelicanus, Dominus Christus in passione, aut sanctus solitudini deditus. In psalmo: *Et similis factus sum pelicano in solitudine.*

13. Corvus, nigredo peccatorum, vel dæmones. In Solomone: *Effodiant eum* [f. 26] *corvi de convallibus.*

14. Item in bonam partem. In Cantico canticorum de sponso: *Crines ejus ut abietes, nigri sicut corvi.*

15. Perdix, Diabolus. In propheta: *Clamavit perdix, congregavit quae non peperit.*

16. Columba, Spiritus sanctus. In Evangelio: *Et vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam.*

17. Item in aliam partem. In [propheta]: *Ephraim columba sine sensu, non habens cor.*

18. Turtur, Spiritus sanctus, aut vir sanctus, aut intellegentia spiritalis. In Canticis canticorum: *Vox turturis in terra nostra audita est.* Sed tunc columba Spiritus sanctus dicitur, quando Scriptura manifesta disertio est; tunc vero turtur Spiritus sanctus intellegitur, cum Scripturæ altis atque obscuris misteriis elevantur.

19. Milvus significat rapacem elatum. In Job secundum Hebræos: *Milvi abies domus est.*

20. Accipiter, ut puto, rapiens regnum Dei. In Job: *Numquid in sapientia tua plumescit accipiter?*

21. Scarabeus. In propheta: *Scarabeus de ligno clamabit.* Et putant quidam de Domino, eo quod Dominus in cruce fuerit.

22. Locustæ, populi. In Evangelio: *Esca autem ejus erat locusta.*

23. Apis, forma virginitatis, sive sapientiæ. In Solomone: *Vade ad apem, et disce quam operatrix sit.*

24. Et in malam partem. In propheta: *Et api, quae est in Assur.*

25. Musca, diabolus. In Solomone: *Muscae* [f. 27] *moriturae exterminant oleum suavitatis.*

8. cf. Clav. 87, 23.

9. cf. Clav. 87. 26.

11. Clav. 88, 35. *Drachonum... structionum* C.

12. In C: *Pelecanus... discipolis... direlectus... solitudine amat.* — Exordium formulæ in omnibus codd. et edd. desideratur; sed verso ordine, initium rectius post psalmum collocaretur. cf. Clav. 88, 36.

13. cf. Clav. 88, 41 et 43.

14. cf. Clav. 88, 39. *Abietis* C.

15. Clav. 88, 44. *Perdex* C 2° loco.

16. Clav. 89, 54. *Discendentem* C de more.

17. cf. Clav. 89, 60. *Epharaim* C 1 m.

18. cf. Clav. 89, 61. Prolixum scholium ab antiquitate abhorret. — *Spiritales... tortoris* 1 m. — *Quando scripturae... turtor* C.

19. *Milbus significatur rapacem* C. — *In Salomone* Par. 2. om. Par. 1. — *Significat, ut puto, rap. vel elatum in psalmo L.* — *Secundum Hebraeum* Par. 2. — *Domus ejus* id. cf. Clav. 88, 38.

20. Clav. 87, 30.

21. In cod. præmittitur R cum signo compendii, quasi *Responsum secundum?* tum *scaraveus*, cf. Clav. 90, 80.

22. *Lugustae* C bis, cf. Clav. 90, 72. Sed undenam sic exponitur Matth. III, 4?

23. Plane ut Clav. 89, 69. *Apes* C.

24. Clav. 89, 70. *Adsur* C.

25. *Exterminatis oleum suhabitatis* sic C. — Clav. 90, 78.

26. Bestiæ, Diabolus, vel homines feri. In psalmo LXXIII: *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi.*

27. Leo, Dominus. *Vicit leo de tribu Juda.*

28. Item in aliam partem. In psalmo VII: *Nequando rapiat ut leo animam meam.*

29. Pardus, Diabolus, vel peccator moribus varius: *Sicut Æthiops non mutavit pellem, et pardus varietatem.*

30. Elefantus, peccator inmanis. In Regnorum: *Et adducebant ad Solomonem simias et elefantos.*

31. Ursus, Diabolus, aut duces sævi. In Regnorum: *Et egressi sunt duo ursi, et comederunt eos.*

32. Cervus, Christus, vel sanctus. In psalmo XLI: *Sicut cervus desiderat ad fontes aquarum.*

33. Lupus, Diabolus, vel hereticus. In Evangelio: *Intrinsecus sunt lupi rapaces.*

34. Item in bonam partem: *Benjamin lupus rapax,* apostolum Paulum significans.

35. Aper, Diabolus. In psalmo LXXVIIII: *Exterminavit eam aper de silva.*

36. Tigris, feminea interdum adrogantia. In libro Job secundum Hebreum: *Tigris periit, eo quod non habuerit praedam.*

37. Monocheron, hæc est uni[cornis]. In psalmo XXVIII: *Et dilectus, sicut filius unicornuorum,* id est singulares potentiæ, vel sanctorum qui teneant unicum Dei verbum.

38. Et in aliam partem. In psalmo XXI: *Et a cornibus unicornuorum* [f. 28] *humilitatem meam.* Unicornes hic, superbos vel unum Testamentum ferentes [significant].

39. Rinocheron, fortes quique, vel in bonam vel in malam partem. In libro Job, secundum Hebreum: *Numquid vult rinocheron servire tibi?*

40. Onager, heremita. In Job: *Quis demittit onagrum liberum?*

41. Potest et populus ille Judeorum onager dici, quia sequitur in eodem libro: *Et vincula ejus quis solvit?* vincula utique præceptorum.

42. Hinnolus, Christus, aut sanctus propter gratiarum varietatem. In Salomone: *Similis es totus, fratruelis meus, damulae aut hinnulo cervorum.*

43. Damula, idem quod supra.

44. Lepus, timens Deum. In psalmo CIII: *Petra refugium leporibus et herinaciis.*

45. Herinacius, idem quod supra: *Et herinacii gens invalida, quae fecerunt in petris domus sibi.*

26. *Besteis animas confitentem tibi* C. Ps. LXXIII, 19.
27. Clav. 101, 1.
28. cf. Clav. 101, 7.
29. Clav. 102, 16.
30. Clav. 102, 18. *Rignorum... similias* C.
31. Clav. 102, 19. *Duo orsi... eum* C.
32. Ps. XLI, 2.
33. Clav. 102, 21 et 24.
34. cf. Clav. 102, 23. *Veniam* pro *Benjamin* C.
35. Clav. 98, 14. *Ea aper* C.
36. Clav. 102, 20.
37. *Hec est uniconex*, sic C. Clav. 102, 14.
38. Ultima nova omnino sunt. De cæteris cf. Clav. 102, 15.
39. cf. Clav. 102, 13. Versio Jobi secundum Hebræum hic et infra in cod. nostro memorata videtur Hieronymi translatio tunc recens, qua cum tamen codex nonnihil variatur.
40. cf. Clav. 98, 11.
41. Job. XXXIX, 5.
42. cf. Clav. 97, 5, aut adde Cant. II, 9. *dammula... semelis* C.
43. Clav. 97, 6.
44. Clav. 98, 9. Ps. CIII, 18.
45. Clav. 98, 10. Prov. XXX, 26. *Quae ferunt* C.

46. Vulpes, hereticus, vel diabolus, vel peccator callidus. In Evangelio: *Ite, et dicite vulpi illi.*

47. Animal, homo carnalis. In Apostolo: *Animalis autem homo non percipit ea quae sunt Spiritus Dei.*

48. Jumentum, intellectum et eloquium carens. In psalmo LXXII: *Ut jumentum factus sum apud te.*

49. Equus, vir sanctus. In Ambacum: *Qui ascendens super equos tuos.*

50. Et in malam partem: *Fallax equus ad salutem.*

51. Mulus, inrationalis. In psalmo XXXI: [f. 29] *Nolite fieri sicut equus et mulus, in quibus non est intellectus.*

52. Asinus, corpus humanum, vel populus gentilium. In Evangelio: *Et adduxerunt asinam et pullum ejus, et eum desuper sedere fecerunt.*

53. Asinus, caro, vel plebs carens Dei notitiam. In Evangelio idem quod supra.

54. Camellus, divites rebus sæculi onusti, vel moribus distorti. In Evangelio: *Facilius est camellum per foramen acus transire, quam divitem* [*intrare*] *in regna caelorum.*

55. Tauri, principes populorum. In psalmo: *Tauri pingues obsederunt me.*

56. Boves, apostoli, qui suscepto jugo Christi, evangelii vomere mundum exaraverunt. In psalmo LXV: *Offeram tibi boves cum hircis.*

57. Vaccæ, carnalibus vitiis pleni. In psalmo LXVIII: *Inter vaccas populorum.*

58. Vitulus, Christus, sive sanctus. In psalmo L: *Tunc inponent super altare tuum vitulos.*

59. Et in aliam partem. In psalmo XXI: *Circumdederunt me vituli multi*, hoc est lascivientes.

60. Sues, peccatores inmundi. In epistula sancti Petri: *Et sues lota in volutabro luti.*

61. Arietes, apostoli, vel ecclesiarum principes. In psalmo XXVIII: *Adferte Domino filios arietum.*

62. Oves, populi fideles. In evangelio: *Oves meae vocem meam audiunt.*

63. Pecora, simpliciores quique, qui minus præditi ratiocinandi subtilitate. In psalmo: *Pasce animas* [f. 30] *pecorum tuorum.*

64. Hirci [peccatores], sive gentiles. In Daniele: *Ecce autem hircus caprarum veniebat.*

65. Capræ, justi interdum ex gentibus venientes. In Solomone: *Capillatura tua, sicut grex caprarum, quae revelatae sunt de Galaad.*

46. cf. Clav. 102, 25, 26.

47. I Cor II, 14.

48. Vix non respexit Eucherius ad græcum ἄλογος. Clav. 90, 1. *Intellectum... aput* C sic.

49. Habac. III, 8. *Æquus* C.

50. Ps. XXXII, 1.

51. Clav. 91, 18.

52. Clav. 91, 22. *Homanum* C.

53. cf. l. l. *Notitiam* C, ex more cum verbo *carere.*

54. C 2° loco *Gamellum*... tum *agus*. — Cf. Clav. 91, 19.

55. cf. Clav. 92, 34. Ps. XXI, 13. *Princepis* C.

56. Clav. 92, 28. C *bobes* bis. — *Evangelio vomere... bobes cum hercis* C 1 m.

57. *Baccae, baccas* C. Clav. 92, 44.

58. cf. Clav. 92, 36, 38. *Super altarem* C 1 m.

59. Clav. 92, 37.

60. cf. Clav. 98, 17.

61. Clav. 94, 73. *Princepes* C.

62. Clav. 94, 79. *Obes* bis corr... *fedeles.*

63. In C multa peccant. *Simpliciores quaeque quae* (sic)... *ratiocinandi sublimitem... animas peccatorum tuorum.* Tum lege: *In Salomone.* Clav. 94, 84. Prov. XXVII, 23.

64. Novum in C portentum: *Hirci, pastores.* Clav. 94, 76.

65. Clav. 96, 94. *Revellata* C.

66. Agni, Christus, vel apostoli, aut sancti. In Evangelio: *Pasce agnos meos.*

67. Hedi, peccatores. In Evangelio: *Hedos autem a sinistris.*

68. Talpæ, idola, vel heretici, qui non vident veritatem. In Esaia. *Ut adoretis talpas et vespertiliones.*

69. Canes, diabolos, vel Judeos, vel Gentiles. In psalmo XXI: *Et de manu canis unicam meam.*

70. Et in aliam partem. In Ecclesiasten: *Melius est canis vivus leone mortuo.* Hic vero leonem Diabolum, canem vero Gentilem, vel hominem peccatorem accipiendum putant, quod ille ad fidem vel penitentiam possit venire, ille non veniat.

71. Ranæ, dæmones. In Apocalipsi: *Et vidi de ore draconis spiritus tres inmundos in modum ranarum.* Sunt autem spiritus dæmoniorum.

72. Item ranæ, heretici, qui in cæno vilissimorum sensuum commorantes, vana garrulitate oblatrare non desinunt.

73. Formica, providus, vel operarius. In Solomone: *Vade ad formicam, o piger!*

74. Vermis, Christus, pro[pter] humilitatem adsumpti hominis. In psalmo XXI: *Ego autem sum vermis et non homo.*

75. Item in aliam [f. 31] partem. In Esaia: *Vermis eorum non moritur,* id est sive ipse vermis, sive peccati conscientia.

76. Aranea, humana fragilitas. In psalmo: *Et tabescere fecisti sicut araneam animam ejus.*

77. Serpens, Diabolus, vel maligni homines. In Evangelio: *Serpentes, genimina viperarum.*

78. Item in aliam partem: *Sicut Moises exaltavit serpentem in deserto.*

79. Draco, diabolus, vel apertus persecutor. In psalmo: *Tu confregisti caput draconis, et dedisti eum in esca populo Æthiopum.*

80. Scorpio, Diabolus, vel ministri ejus. In Evangelio: *Dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpiones.*

81. Vipera, idem quod supra. In Evangelio: *Serpentes genimina viperarum.*

66. cf. Clav. 95, 88, 89. *Pasce agnus meus* C.
67. cf. Clav. 96, 97.
68. cf. Clav. 103, 46. *In Esaiam... adoretes... vesperteliones* C. Ps. xx, 21.
69. *Diabolus* C. Qua voce excepta, sequimur purum codicem. An supponatur: *intellige?* An sphalmata in accusativis?
70. Clav. 103, 33, 34. Inde oriri potuit scholium præcedens et aliud Clavis insolitum.
71. Clav. 104, 50. *Drachonis ... in mundum* C.
72. Clav. 104, 51. *Heritici... dessinunt* C.
73. Clav. 104, 52.
74. Clav. 103, 47. Inde adderem Claromontano *hominis.*
75. Clav. 103, 48.
76. Clav. 103, 49. *Tabiscere... aranea anima* C.
77. cf. Clav. 104, 55. Matth. xxiii, 33.
78. cf. Clav. 104, 54.
79. Clav. 104, 58. *Dracho,* sed 2° loco *draconis* C. *in* supra add.
80. C prima manu: *Scorpio, diabolo... super serpentis et scorpionis.* — Clav. 105, 70.
81. cf. 77.

V. *De variis nominum appellationibus.*

1. Homo, aut homo totus, aut mens. In Genesi: *Fecit Deus hominem ad imaginem et similitudinem suam.*

V. Titulus constans est: *De variis nominum* in mss. et edd. quamvis *hominum* exspectetur. *Homo totus,* sive integer, videtur vir et mulier.
1. cf. Clav. 46, 1. Gen. i, 26.

2. Et in malam partem. In psalmo. VIIII: *Exurge, Domine, non praevaleat homo*, homo, hoc est caro, vel Diabolus.

3. Vir, spiritus, vel mens. In Apostolo: *Caput mulieris vir.*

4. Item in malam partem. In Genesi: *Bona facie valde virgo, quam vir non cognoverat*, id est Diabolus, qui plerumque mentes cogitatione corrumpit.

5. Mulier, anima, sive caro humana. In Apostolo: *Caput mulieris vir.*

6. Virgo, Ecclesia, vel sanctæ animæ. In Apostolo: *Dispondi enim uni viro virgi*[f. 32]-*nem castam exibere Deo.*

7. Rex, Dominus. In Apostolo: *Rex regum et Dominus dominantium.*

8. Regina, Ecclesia. In psalmo XLIIII: *Adstitit regina a dextris tuis.*

9. Et iterum regina, anima [imperans corpori].

10. Pater, Dominus. In propheta. *Et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens.*

11. Mater, Ecclesia, vel Hierusalem cælestis. In Apostolo: *In illa autem quae sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater nostra.*

12. Frater, Christus, vel proximi. In psalmo XXI: *Narrabo nomen tuum fratribus meis.*

13. Soror, Ecclesia, Sinagoga, vel Christo anima... In Canticis canticorum: *Soror mea speciosa mea.*

14. Vir et uxor, Christus et Ecclesia, intellectus spiritalis et istoria Scripturarum. In Apostolo: *Viri, diligite uxores vestras, sicut et Christus dilexit Ecclesiam.*

15. Sponsus, Christus, ideo quod a Patre ab initio sit promissus. In psalmo XVIII: *Et ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.*

16. Sponsa, Ecclesia, quæ utique divinis sponsionibus sit promissa. In Canticis canticorum: *Veni a Libano, sponsa, veni a Libano.*

17. Filius, populus credentium. In Apostolo: *Jam non est servus, sed filius; quod si filius, et heres per Dominum.*

18. Filia, anima fidelis, sive Ecclesia. In psalmo XLIIII. *Audi, filia, et vide.*

[f. 33] 19. Proximi, fide propinqui. In Solomone: *Venite, manducate, et bibite, et inebriamini, proximi.*

20. Amici, concordes in Dominum. In Evangelio: *Vos amici mei estis.*

21. Senes, consummatæ justitiæ. In Genesi: *Et mortuus est Abraham, senex et plenus dierum.* Et in Solomone: *Cani sunt hominis sensus; et aetas senectutis, vita immaculata.*

2. cf. Clav. 46, 4.
3. Clav. 47, 9.
4. Gen. xxiv, 16. *Faciae* C.
5. Clav. 47, 10.
6. Clav. 55, 22.
7. cf. Clav. 59, 1. I Tim, vi, 5.
8. Clav. 59, 2. *Astetit* C ante corr.
9. Formula in cod. mutila. Supplent alii libri, sed ipsi etiam deficiunt. Cf. Clav. 60, 4.
10. Jerem. xxxi, 9. *In patre... heretis* C non correct.
11. Clav. 54, 2. *Caelestes* C ante corr.
12. Clav. 54, 13, 15.
13. Clav. 54, 14. *Ecclesia sinagogae Christo* C, formula anceps, fort. *Christo* desponsata *anima*.
14. Clav. 47, 14. Ephes. iii, 25. *Storias... dilegete* C.
15. Clav. 55, 27.
16. Clav. 55, 28. *Devinis* C 1 m.
17. Gal. iv, 7.
18. Clav. 48, 28. *Fedeles* C bis corr.
19. Clav. 55, 21, *Et bebite* C, veru signatus.
20. cf. Clav. 54, 17. Jo. 15, 14.
21. Clav. 49, 42. Pessime C ter emendatus: *Canis sunt homines sensus et etas senectutus vitam inmaculatam* C.

22. Et in alteram partem, de Solomone: *Quum jam senex esset, depravatum est cor ejus.*

23. Juvenes, alacres in Deum. In epistula Johannis: *Scribo vobis, juvenes, quia fortes estis, et verbum Dei in vobis manet, et vicistis malignum.*

24. Et in malam partem. In Regnorum de Roboam: *Derelicto consilio seniorum, locutus est secundum consilium juvenum.*

25. Parvulus, mente humilis et simplex. Et in Evangelio: *Abscondisti haec a sapientibus et prudentibus, et revelasti ea parvulis.*

26. Item in alteram partem. In Apostolo: *Cum essem parvulus, loquebar ut parvulus.*

27. Meretrix, anima peccatrix, quae relicto cælesti viro suo, id est Christo, adulterinos de Diabolo iniquitatis fructus concepit. In Hieremia: *Facies mulieris meretricis facta est tibi.*

28. Operarii, apostoli, vel prædicatores. In Evangelio: *Messis quidem multa, operarii autem pauci.*

[f. 34] 29. Pastor, Dominus. In Evangelio: *Ego sum pastor bonus.*

30. Item pastor, apostolus. In Evangelio: *Pasce oves meas.*

31. Mercenarii, servientes Domino, non pro amore tantum divino, sed pro temporali retributione. In Evangelio: *Quanti mercenarii [in domo] patris mei abundant panibus.*

32. Piscatores, apostoli, vel doctores. In Evangelio: *Et faciam vos fieri piscatores hominum.*

33. Medicus, Christus, vel doctus. In Solomone: *Mansuetus vir cordis est medicus.* Et item: *Non egent sani medicum, sed male habentes.*

34. Dives, fidelis, abundans spiritalibus bonis. In Apostolo: *Qui divites facti estis in illo, in omni verbo et in omni scientia.*

35. Et in malam partem. In Evangelio: *Vae vobis divitibus.*

36. Pauper, humilis. In Evangelio: *Et erat quidam pauper Lasarus.* Et item: *Beati pauperes spiritu.*

37. Et in malam partem. In psalmo LXXVIII: *Quia pauperes facti sumus nimis.*

38. Vestitus, habens baptismi vestitum, vel fidei integritatem. In Evangelio: *Et vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali.*

39. Nudus, carens baptismi vestimento, vel divino adjutorio. In Apocalypsi: *Tu autem nudus es et miser.*

40. Et in bonam partem. In Evangelio: *Et relicta,* inquit, *sindone, nudus profugit ab eis,* id est terrena facultate.

22. cf. Clav. 49, 43. III Reg. XI, 4. *Quum quam senes* C.

23. Clav. 49, 40. *Scriuo vobis, juvenis... manit* C.

24. cf. Clav. 49, 41. III Reg. XII, 11.

25. Marc. XI, 25.

26. I Cor. XIII, 11.

27. Clav. 49, 54. *Vero suo* C. corr.

28. Matth. IX, 37. *Messes* C corr.

29. Clav. 93, 103.

30. Clav. 93, 104. Jo. XXI, 17. *Obes* C.

31. Clav. 93, 109. In C *mercennarii* bis... *pro amorem.* — *In domo* addidit supra lineam manus elegans aut XV, aut XI sæculi (?).

32. Clav. 108, 46.

33. cf. Clav. 74, 45. Hactenus non repertus est locus Salomonis huc allatus, cf. Eccli. VI, 16.

34. I Cor. I, 5. *Fedelis* C.

35. Luc. VI, 24.

36. Luc. XVI, 24. cf. Clav. 62, 52. *Beati pauperis* C.

37. Ps. CXXVIII, 8.

38. Matth. XXII, 11. *Fedei* C.

39. Apoc. III, 17. *Vestimentum* C, qui tamen pergit cum ablativo... *in Apocalapsi* manu prima.

40. Marc. XIV, 52. *Inquid... profugiit* C.

41. Vivi, justi. In psalmo CXIIII: *Placebo* [f. 35] *Domino, in regione vivorum.*

42. Et in aliam partem. In Solomone: *Et laudavi magis mortuos quam viventes.*

43. Mortui, peccatores, vel infideles. In Evangelio: *Sine mortuos sepeliant mortuos suos.*

44. Et in bonam partem: *Beati mortui qui in Domino moriuntur.* Item: *Et mortui estis, et vita vestra abscondita est in Christo, in Deo.*

45. Cadavera, infidelium corpora. In propheta: *Et impleam vallem Josaph cadaveribus mortuorum.*

46. Item in aliam partem: *Posuerunt cadavera servorum tuorum.*

47. Sepulchrum, corpus peccatoris, mortuam vitiis animam intrinsecus retinens. In Evangelio: *Quia similes estis monumentis dealbatis, quae foris parent homini speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum.*

41. cf. Clav. 75, 61. Ps. cxiv, 9.
42. Eccli. iv, 2.
43. cf. Clav. 75, 62. Matth. viii, 22.
44. Apoc. xiv, 13. Coloss. iii, 5.
45. Nullibi locum repperi, ac frustra quæsivi apud Esdr. iv. — *Infedelium* C.
46. Ps. lxxviii, 2.
47. cf. Clav. 75, 66. *Mortuum... semelis* C.

VI. *De interiori homine.*

1. Interior homo, anima rationalis. In Apostolo: *In interiore homine habitare Christum per fidem in cordibus vestris.*

2. Caput ejus, Christus. In Apostolo: *Caput viri, Christus.*

3. Vertex, summitas justitiæ. In Solomone: *Coronam enim gratiarum accipiet tuus vertex.*

4. Item in malam partem. In psalmo LXVII: *Verticem capilli perambulantium in delictis suis,* id est summa nequitiæ.

5. Capilli, ornatus justitiæ, vel sensus. In Evangelio: *Vestri autem capilli capitis omnes numerati sunt.*

6. Oculi, intellectus fidelis et simplex [f. 36]. In Evangelio: *Vestri autem beati oculi qui vident.*

7. Et in malam partem. In Evangelio: *Si oculus tuus nequam fuerit.*

8. Aures, obedientia fidelium. In Evangelio: *Et aures vestrae, quae audiunt.*

9. Nares, spiraculum fidei, bonarumque virtutum. In Job: *Spiritus divinus in naribus meis.*

10. Et in malam partem: *De naribus ejus procedit fumus,* id est Diabolus.

11. Fauces, judicium intellectus. In Job: *Et fauces meae nonne sapientiam meditantur?*

12. Et in malam partem: *Raucae factae sunt fauces meae.*

13. Os, sermo ipse. In psalmo XXXVI: *Os justi meditabitur sapientiam.*

14. Lingua, idem quod supra. In psalmo qui supra: *Et lingua ejus loquitur judicium.*

VI. De interior homine sic C.
1. Ephes. iii, 6. *In interiorem hominem.* C.
2. Clav. 50, 1.
3. Prov. iv, 9. *Summietas* C, cum duobus punctis in medio.
4. Ps. lxvii, 22. *Perambolautium* cod.
5. Matth. x, 30. *Nomerati* C corr.
6. Matth. xiii, 16. *Fedeles* C.
7. Matth. vi, 23. *Ne qua fuerit* C.
8. Clav. 51, 11. Matth. xiii, 16.
9. Job. xxvii, 3. *bonarum quae* C.
10. Job. xli, 11.
11. Cod. *Sapientia,* et sic rursus in 13. Alter Jobi locus nondum mihi repertus.
12. Ps. lxviii, 4. *Faucismae* sic C.
13. Clav. 51, 15. Ps. xxxvi, 30. *Meditavitur* C.
14. cf. Clav. 51, 16, sed Eucherius sibi indulget plura, aliis locis adductis.

15. Manus, opus. In psalmo LXXII: *Et lavi inter innocentes manus meas.*

16. Dextera, opera bona. In Evangelio: *Nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua.*

17. Sinistra, opera non bona, idem quod supra.

18. Pectus, arcanum intellegentiæ. In Evangelio: *Discumbebat autem super pectus Domini discipulus, quem Ihesus amabat plurimum.*

19. Venter, capacitas rationis. In Ambacum: *Venter meus turbatus est in me.*

20. Renes, interiora sensus. In psalmo XV: *Insuper et usque ad noctem increpaverunt renes mei.*

21. Lumbi, fortitudo animi. In Apostolo: *Accingite lumbos mentis vestrae.*

22. Umbilicus, appetitus concupiscentiæ. In Job: *Et virtus ejus sub umbilicum* [f. 37] *ventris*, id est quod feminis genitalia per hoc significet, sicut in lumbis virorum.

23. Adeps, pinguedo gratiæ divinæ. In psalmo: *Sicut adipe pinguedinis repleatur anima mea.*

24. Et in malam partem, crassitudo malitiæ. In psalmo XVI: *Adipem suum concluserunt.*

25. Ossa, firmitas animæ. In psalmo XXIIII: *Omnia ossa mea dicent: Domine, quis similis tibi?*

26. Et in malam partem. In Job: *Ossa ejus velut fistula aeris.*

27. Viscera, affectus pietatis, aut misericordia. In Apostolo: *Si quid viscera et miserationes.*

28. Et in aliam partem. In Actibus apostolorum de Juda: *Et diffusa sunt omnia viscera ejus.*

29. Pellis, signum mortalitatis. In Genesi: *Et fecit eis tunicas pelliceas.*

30. Sanguis, operatio carnalis. In psalmo L: *Libera me de sanguinibus, Deus, Deus salutis meae.* Et iterum: *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt.*

31. Caro, homo exterior. In Apostolo: *Caro enim concupiscit adversus spiritum, spiritus autem adversus carnem.*

32. Genua, confessio humilitatis. In cantico: *Et nunc flecto genua cordis mei.*

33. Aliquando virtus fidei. In propheta: *Reliqui mihi septem millia virorum electorum, qui non curvaverunt genua ante Bahal.*

34. Pedes, cursus vitæ, vel stabilitas mentis et fidei. In psalmo CXXI: *Stantes erant pedes nostri.*

35. Et in malam partem. In propheta: *Cur claudicatis* [f. 38] *utroque pede?* Et: *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.*

15. cf. Clav. 51, 23. Ps. xv, 6.
16. Clav. 51, 27.
17. Clav. 51, 28.
18. Joan. xiii, 23. *Discipolus* C.
19. cf. Clav. 52, 32. Habac. iii, 16.
20. Clav. 52, 39.
21. Clav. 52, 36. *Acc. lumbus* C 1 m.
22. Clav. 52, 35. *Umbelicus* C corr.
23. Clav. 99, 31. *Pinguido* C a 1 m. bis.
24. Clav. 100, 55. *Grassitudo* C.
25. Ps. xxxiv, 10. Cod. male xxiv. Id. *semelis*.
26. Clav. 76, 78.
27. Clav. 52, 33.
28. Clav. 52, 34.
29. *Pelles... pellicias* C. Clav. 59, 44.
30. Clav. 99, 30. Ps. L, 16. I Cor. xv, 50.
31. Clav. 53, 60.
32. Quid sibi vult Pauli *canticum?* Nisi forte locus Ephes. 14 fuerit liturgico cantu celebratus. Paris. 2 *in Canticis*. Cæteri cum Lirin. et edd. *in cantico* consentiunt. Confirmatur quod supra notavi p. 52 de emendatione *Clavis*, ubi *in Cantico Canticorum*. Revoca sis alia fusiore calamo dicta in ead. p. 52.
33. cf. Clav. 52, 43. *Curbaverunt* C.
34. Clav. 52, 44. *Mentes... stantis* C corr.
35. Clav. 52, 45. Ps. xiii, 3. *In prophetam* cum punctis corr.

36. Calcaneum, supplantatio vitiorum. In Genesi: *Ipse tuum observabit caput, et tu illius calcaneum.*

37. Gressus, profectus operum. In psalmo XVI: *Perfice gressus meos in semitis tuis.*

38. Vestigia, signa virtutum. In psalmo XVI: *Et non moveantur vestigia mea.*

39. Et in alteram partem. In Solomone: *Et transiet vita,* id est impiorum *quasi vestigium navis.*

40. Stola, indumentum baptismi, vel fidei. In Evangelio: [*Cito proferte stolam primam.*

41. Cilicium, pœnitentiæ testimonium. In Evangelio]: *Olim in cinere et cilicio paenitentiam egisset.*

42. Cingulum, spiritalis operis accinctus. In psalmo XXVIIII: *Et praecinxisti me laetitia.*

43. Calciamenta, præparatio pacis. In Apostolo: *Calciati pedes in praeparatione evangelii pacis.*

44. Arma interioris hominis. In Apostolo: *Induti loricam justitiae, scutum fidei, et galeam salutis, et gladium spiritus, quod est verbum Dei.*

36. Clav. 53, 49.
37. Clav. 52, 46. *Gressus meus in semetis* C sine correct.
38. Clav. 53, 57. *Vistigium* C corr.
39. Clav. 53, 48.
40, 41. Inclusa codici desunt. Clav. 57, 8. Matth. XI, 21. *In cenere... egissit* C male corr.
42. Clav. 58, 17. *Praecenxisti* C.
43. Clav. 59, 37.
44. Ephes. VI, 15.

VII. *De his quae in usu atque in medio habentur.*

1. Panis, Christus, vel sermo Domini. In Evangelio: *Ego sum panis vivus.*

2. Vinum, idem quod supra. In Solomone: *Et bibite vinum quod miscui vobis.*

3. Oleum, misericordia, vel Spiritus sanctus. In psalmo LXXXVIII: *Oleo sancto meo linivi eum.*

4. Item in aliam partem: *Oleo autem peccatorum non in*[f. 39]*pinguet caput meum,* id est adulatio.

5. Porcina, peccata. In psalmo XVI: *Saturati sunt porcina.*

6. Azimum, [sinceritas cordis] sine fermento malitiæ. In Apostolo: *In azimis sinceritatis et veritatis.*

7. Similago, puritas mentis et fortitudo caritatis. In Levitico: *Si autem anima offeret munus, sacrificium Deo, similago sit munus ejus.*

8. Subcinericium, humilitatis oblatio. In Genesi: *Festinanter consparge tres mensuras similaginis, et fac subcinericia.*

9. Lac, mentis sinceritas. In epistula Petri: *Rationale sine dolo lac concupiscite.*

VII. Adque C.
1. Clav, 35, 110.
2. Prov. IX, 5. *Beuete* C, triplici veru notatus.
3. cf. Clav. 38, 48. Ps. LXXXVIII, 21. *Linvi* C non corr.
4. cf. Clav. 38, 51. *Inpinguit capud* C 1 m.
5. Clav. 98, 20. cf. quæ ibi notantur.
6. Nova cod. lacuna suppleta in Par. 1, 2. Lirin. Clav. 35, 116.
7. Clav. 35, 117. cf. 71, 48. *Simelago* bis C... *offerit* 1 m.
8. Clav. 35, 118. *Subcenericium...* in fine *subceneritias* C, quin immo *conspargege* sic.
9. cf. Clav. 93, 58. *Sinceritatis* C.

10. Item in aliam partem: *Lac vobis potum dedi, non escam, nondum enim poteratis.* Hic lac, exiguitas sensus.

11. Coagolatum, vitiis concretum. In psalmo: *Coagolatum est sicut lac cor meum.*

12. Sal, condimentum sapientiæ. In Evangelio: *Vos estis sal terrae.*

13. Mel, dulcedo præceptorum Dei. In psalmo: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua! super mel et favum ori meo.*

14. Item aliter. In Solomone: *Invenies mel, manduca quod satis est, ne forte satiatus evomas*, id est: *Altiora te ne exquisieris.*

15. Fel, amaritudo malitiæ. In psalmo LXVIII: *Dederunt in esca mea fel.*

16. Acetum, asperitas corruptæ mentis. In psalmo qui supra: *Et in siti mea po*[f. 40]*taverunt me aceto.*

17. Pix, inquinamentum et nigrido delictorum. In Solomone: *Qui tangit picem, inquinabitur ab ea.*

18. Sicera, confectio quædam malitiæ et nequitiæ. In Evangelio: *Vinum et siceram non bibet.*

19. Calix, Domini passio. In psalmo CXV: *Calicem salutaris accipiam.*

20. Merum, sinceritas judicii aut veritatis, [vel] calor fidei. In psalmo: *Vini meri plenus est mixto.*

21. Fex, ultimum judicii. In psalmo qui supra: *Verumtamen fex ejus non est exinanita.*

22. Cibus, sermo, vel voluntas Domini. In Evangelio: *Meus cibus est, ut faciam voluntatem Patris mei.*

23. Potus, idem quod supra. In psalmo XXXV: *Et torrente bonae voluntatis tuae potabis eos*, id est Spiritum sanctum.

24. Item in aliam partem: *Non est regnum Dei esca et potus.*

25. Promptuaria, cordis receptacula. In cantico Deuteronomii: *In promptuariis timor.*

26. Pera, victus sollicitudo. In Evangelio: *Non peram in via.*

27. Sacculus, thesaurizatio in Deum. In Evangelio: *Facite vobis sacculos qui non veteriscant.*

28. Et in aliam partem. In Solomone: *Sacculum communem possideamus*, id est avaritiam.

29. Pecunia, verba divina. In Evangelio: *Oportuit te ergo mittere pecuniam meam nummulariis.*

[f. 41] 30. Vellus, populus. In psalmo LXXI: *Et descendat sicut pluvia in vellus.*

31. Linum, spiritalis fortitudo, vel candor. In Exodo: *Porro filiis Aaron tunicas lineas parabis.*

10. Clav. 93, 56.
11. Clav. 93, 60. C in 2° loco *coacolatum.*
12. Matth. v, 15. *Vos estes* C cum veru.
13. Clav. 94, 66. *Dulcido* 1 m... *fabum* C.
14. C *altiora ante te*, an more græcanico? Prov. xxv, 18. Eccli iii, 22.
15. Clav. 110, 96.
16. Clav. 37, 30. Ps. lxviii, 22.
17. Clav. 111, 97. *Inquinavitur* C.
18. cf. Clav, 37, 31. Luc. i, 15. *Sicera* C.
19. cf. Clav. 37, 32. Ps. cxv, 13.
20. Clav. 37, 38.
21. Clav. 37, 39.
22. Clav. 38, 40. *Vel volontas* C.
23. Clav. 38, 41. *Torrentem* C, erasa fere ultima littera.
24. Rom. xiv, 17.
25. Clav. 38, 42. Locus Deuteronomii ignotus. Edd. habent *eorum timor.* — *Propmtuuaria* C. — *Deutheronomii* id.
26. Clav. 38, 43.
27. cf. Clav. 63, 58. Luc. xii, 33. *Thensaurizatio... facete* C non corr.
28. Prov. i, 14.
29. Clav. 63, 47. *Devina* C cum veruculo.
30. Clav. 57, 15. *Discendat* C 1 m.
31. cf. Clav. 57, 11. *Paravis* C ante corr.

32. Utres, vasa humani corporis. In Evangelio: *Vinum novum in utres novos mitti debet.*

33. Farina, opus bonum, vel scientia. In Evangelio: [*Abscondit mulier in farinae sata tria.*

34. Mola, vitæ conversatio. In Evangelio:] *Duae molentes in mola.*

35. Possunt et duo Testamenta lapides molæ significare, per quos labore disserentium triticum veteris instrumenti in farinam Evangelii convertatur.

Hæc igitur nomina [1]), cum in textu sacræ lectionis occurrrunt, ita vel maxime exprimimus [2]), [quæ] a peritioribus accipienda traduntur, licet in diversas plerumque significationes, pro persona vel tempore, vel loco, exeant, atque in figuras [3]) locis congruas pro ratione allegoricæ interpretationis [4]) erumpant.

Nam et *abyssus* intellegitur, sicut supra diximus, profunditas Scripturarum. — Et item abyssus aquæ [5]) inmensitas: *Et rupti sunt fontes abyssi magnae* [6]). — Item abyssus, ineffabilia judicia Dei. In psalmo XXXV: *Judicia tua velut abyssus multa* [7]). — Item abyssus, infernus: *Aut quis descendit in abyssum* [8])? id est, Christum a mortuis revocare. — Item abyssus, corda hominum facinoribus tenebrosa: *Abyssus dixit:* [f. 42] *Non est mecum* [9]), id est Sapientia.

Ignis, sicut superius memoravimus, accipitur Spiritus sanctus [10]). — Et iterum ignis, caritas circumsepta: *Ignis. flamma ejus* [11]). — Et itèrum ignis, tribulatio. *Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum* [12]). — Ignis, ira. *Et consumam eos igne irae* [13]) *meae, ait Dominus.* — Ignis, voluptas: *Omnes adulterantes, sicut clibanus corda eorum* [14]).

Umbra, ut indicavimus, significatur protectio divina. — Item umbra, aliquando peccata: *Sedentes in tenebris et in umbra mortis* [15]). — Item umbra, aliquando pœna. In Job: *Ubi umbra mortis et nullus ordo* [16]). Et quia umbra non longe est ab ea re cujus est umbra, item et mors non longe est a pœnis quæ inferunt mortem. — Item umbra aliquando est delectatio peccatorum. In Job de Diabolo: *Sub umbra dormitio calami, et locis humentibus* [17]). — Et rursus species alia quam speciem unam rem multa significant [18]).

Duo Testamenta, eo quod duo hic illi lapides molares possint significare, memoravimus. Et

32. Clav. 39, 57.

33. Clav. 34, 109 et 108. Hic lacuna in cod. ac fort. interpolatio in Claromont.

34. cf. Clav. 34, 106.

35. cf. Clav. 34, 105 et 106. *Mola... labor disserentium* C.

[1]) *Omina* C post spatiolum vacuum et aliquid erasum. — [2]) Cod. *Vel maximae expraentimus apertioribus* C. Ita et Par. 2, cum Lirin. ita etiam Par. 1, omisso secundæ litteræ compendio, *aptioribus*. — edd. *exprimuntur*. — Addimus *quae*, *a* vix non expungimus. — [3]) *figuris locis congruas* C. — [4]) *Interpretatione* Par. 1. *Interpraetationes* C. — [5]) *Ad que* C. — [6]) Gen. VII, 11. Clav. 106, 20. — [7]) Ps. XXXV, 7. Clav. 106, 19. — [8]) Rom. X, 7. Clav. 106, 23. *Discindit* C corr. — [9]) Job XXVIII, 14. Clav. 106, 21. Sic revolvit Eucherius Clavis codicem suum, ut Melitonis vestigia singula premat. — In C hic scribitur *habissus*, *habisus*. — [10]) *accepitur* C. cf. p. 514, 24. — [11]) Locus corruptus: etiam commata codicis damus. — *Circumsepta flammae ejus*. Par. 1, cæteris om. *Circumsepta ejus ignis flammae* — ejus Lirin. Clav. 84, 78. — [12]) *Tritribulatio* sic C. Ps. CXV, 10, 11. Clav. 84, 79. — [13]) Locus ignotus. cf. Clav. 84, 80. — [14]) Ex ignoto iterum fonte, nisi sit Osee VII, 4. cf. Clav. 84, 81, ubi non *voluptas*, sed *voluntas peccandi*. — [15]) Ps. CVIII, 10. — [16]) Job X, 22. Clav. 18, 28. *a pena* C. — [17]) Plenior Lirin. *Sub umbra dormit in secreto calami, in locis humentibus*. Job. XL, 16. Clav. 19, 29. — [18]) Sic C. — Lirin. fortasse editoris audacia, brevius: *Et rursus unam rem multa significant*. — Duo autem Parisienses: *Et rursus species aliqua* [*quae* Par. 1] *specie* [*speciem* Par. 2] *unam rem* [*unam rerum* Par. 1] *multa significant*. Nodus per me rumpatur ut in Lirin.

item duo Testamenta, duo Cherubin in Exodo [1]. Et in Canticis canticorum, quarum velamentum sponsa et Moyses proteguntur [2]; duo montes æneì, in Zaccharia, de quorum frutetis murtinis et obscu[f. 43]ra opacitate egrediuntur quadrigæ cum equis rufis, nigris, albis et variis [3].

Sed has tam multimodas significationes [4] in singulis persequi nominibus, non solum laboris inmensi, verum etiam inpossibile arbitrati sumus. Nunc ergo ad eum interpretationis modum atque ordinem redeamus, quem paululum pro necessitate disputandi interrupimus.

---

36. Cophini, apostoli. In Evangelio: *Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos.*

37. Item in aliam partem: *Manus ejus in cophino servierunt,* id est in servitute, vel tribulatione, quam Ægyptii intulerunt.

38. Cathedra, doctrina. In psalmo CVI: *Et in cathedra seniorum laudent eam.*

39. Et in malam partem: *Et in cathedra pestilentiae non sedit,* id est [in doctrina hæreticorum].

40. Scabellum, humiliatorum subjectio. In psalmo CVIII: *Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.*

41. Statera, æquitas, vel divinæ gubernationis potentia. In Esaia: *Et libravit in pondere montes, et colles in statera.*

42. Cinis, humanæ fragilitatis inanitas. In Solomone: *Quid superbit terra et cinis?*

43. Olla, prosapia. In psalmo LVIIII: *Moab olla spei meae,* id est quod [de] Ruth moabitide Christi secundum carnem [f. 44] prosapia descenderet.

44. Item in aliam partem, olla tribulationis excoctio. In propheta: *Et vidi ollam succensam, et faciem ejus a facie Aquilonis.*

45. Lampades, animæ justæ fulgentes. In Evangelio: *Et paraverunt lampades suas.*

46. Lucerna, Ecclesiæ, vel animæ. In Evangelio: *Sint lumbi vestri adcincti, et lucernae ardentes.*

47. Aliquotiens lucernæ, opera bona. *Sic luceat lumen vestrum, ut videant opera vestra bona.*

48. Modius, corpus humanum, vel Legis littera, vel populus Judeorum. In Evangelio: *Nemo accendit lucernam, et ponit eam sub modium.*

[1]) Exod. xxv, 20. *Duo Cherufin* C 1 m. Clav. 69, 11. — [2]) Cant. ii, 14. Sic edd. ad hunc locum quem servat Par. 1, om. Lirin. Nec videtur cur edd. respiciant ad Cant. ii, 14, neque undenam sint ea repetunda. Lirinensis addit cum Par. tribus: *Duo animalia in Habacuc; duae tabulae* (*petrae* Paris. 1) *lapideae in Exodo* [xvii, 6]; *duo montes* etc. Quo loco subtilius expenso, abs re non est suspicari hæc fuisse in secundis curis ab ipso Eucherio suppressa, ut quæ ipsa regessit infra in cap. ix, 8, — [3]) Zach. vi, 1. *Æquis* C. — [4]) *Significationis... labores... inpossebile... adque... disputandum* C.

36. Clav. 84, 69. *Cofini*, *cofinus* C. Ad hos xii cophinos siste, vetustatis indagator.

37. cf. Clav. 84, 68. *In cofinus servierunt* C.

38. Clav. 63, 63.

39. Mira in C ineptia: *Id est in doctrina secundo apostolorum.* cf. Clav. 63, 65.

40. Clav. 63, 66.

41. Clav. 63, 60. *Gobernationes* C.

42. cf. Clav. 85, 92. *Flagillitatis* C.

43. Clav. 85, 94. *Moabitidae... discenderet* C.

44. cf. Clav 85, 96. *A facias* C.

45. Matth. xxv, 7. *Juste* C.

46. cf. Clav. 69, 20.

47. Luc. xii, 55.

48. Clav. 38, 44.

49. Candelabrum, Ecclesia, vel corpus Domini, aut sancta Scriptura. In propheta: *Et vidi a dextris candelabra duo ardentia.*

50. Mensa, altare, vel refectio spiritalis. In psalmo XXII: *Parasti in conspectu meo mensam.*

51. Clavis, adapertio scientiæ spiritalis. In Luca: *Vae vobis legisperitis, quia tollitis clavem scientiae, ipsi non introistis, et eos qui introibant, prohibuistis.*

52. Item clavis, justitiæ, misericordiæ, pietatisque virtutes. In Evangelio: *Tibi dabo claves regni caelorum.*

53. Seræ, repagula adversus impios divinorum præceptorum. In psalmo: *Quoniam confortavit seras portarum tuarum.*

[f. 45] 54. Ascia, pravorum persecutio. In psalmo LXXVIII: *In bipenne et ascia dejecerunt eam.*

55. Bipennis, gemina adflictio. In psalmo, idem quod supra.

56. Navis, Ecclesia. In Evangelio: *Navicula multis in medio mari jactabatur fluctibus.*

57. Solet homo navicula dici, ut nautæ cogitationes hominem gubernantes advertantur.

58. Retia, prædicatio. In Evangelio: *Et mitte retia in capturam.*

59. Trabis, peccatum grave. In Evangelio: *Ejice primum trabem de oculo tuo.*

60. Festuca, peccatum leve. In Evangelio: *Et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui.*

61. Laqueus, dolus. In psalmo LVI: *Laqueos paraverunt pedibus meis.*

62. Funes, sors; vel hereditas. In psalmo XV: *Funes ceciderunt mihi in praeclaris.*

63. Item funes, peccata: *Vae qui trahitis peccata, velut funem longum.* Et item: *Funes peccatorum circumplexi sunt me.*

64. Rota, orbis aut vita humana. In psalmo LXXVI: *Vox tonitrui in rota.* Item: *Deus meus, pone illos ut rotam*, id est volubiles, vel instabiles.

65. Spongia, cava infidelitas Judeorum. In Evangelio: *Illi autem, spongiam plenam aceto et hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus.*

66. Scalæ, sanctorum profectus. In Genesi: *Viditque in somnis scalam stantem super terram, et cacumen* [f. 46] *ejus tangens caelum, angelos quoque Dei ascendentes super eam.*

67. Scopæ, cura superstitionis per vanam gloriam. In Evangelio: *Et veniens invenit eam vacantem, scopis mundatam et ornatam.*

68. Margarita, doctrina evangelica, vel spes regni cælorum. In Evangelio: *Inventa autem una pretiosa margarita, abiit, et vendidit omnia quae habuit, et emit eam.*

69. Annulus, signaculum fidei. In Evangelio: *Et date annulum in manu ejus.* Item de hoc: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine.*

49. Clav. 69, 18.
50. Clav. 69, 17.
51. Clav. 68, 76. Claromontanum emenda, cui, ut opinor, vox *scientiae* inserenda.
52. Clav. 68, 77. *Virtutis... clavis regni* C.
53. Clav. 65, 20. *Serra... serras* C.
54. Clav. 83, 56. *Bipinnae... ea* C.
55. Clav. 83, 57. *Bipinnis* C.
56. Clav. 107, 41. Matth. xiv, 24.
57. *Cogitationis... gobernantes* C.
58. Luc. v, 4. cf. Clav. 108, 48.
59. *Travis... travem* C Clav. 45, 45.
60. Clav. 45, 46. *Fistuca* bis C.
61. Ps. lxvi, 7. *Laqueos* ab initio C, ut in ps.
62. Ps. xv, 6.
63. cf. Clav. 84, 76. *Circumplexae* C 1. m.
64. cf. Clav. 110, 92. Ps. lxxxii, 14. *Thonitrui* C.
65. Clav. 110, 95. *Isopo... obtulorunt* C.
66. Clav. 67, 68. *Angelus* C.
67. Clav. 67, 69.
68. *Praetiosa... Habiit et vindit* C. Clav. 32, 61.
69. Clav. 58, 34. *Anulus* bis C. Haud pauca veterum hic animo subeunt.

70. Chlamys, laudis ornatus. In Solomone: *Chlamides fecit viro suo,* id est vestimentum, [quod] tamquam de duobus Testamentis confectum sit.

71. Aurum, interior Scripturarum intellectus. In psalmo: *Et posteriora dorsi ejus in specie auri.*

72. Argentum, eloquia divina, sive intellectus litteræ, vel historiæ. In psalmo XI: *Eloquia Domini, eloquia casta, argentum igne examinatum.*

73. Lapides pretiosi, apostoli, [vel] sancti, sive opera ipsa virtutum. In Apocalypsi: *Fundamenta [muri] civitatis [in] auro et omni lapide pretioso.*

74. Aes, vanitas, vel inanitas fidei. In Apostolo: *Factus sum sicut aeramentum sonans.*

75. Item in aliam partem. In psalmo XVII: *Posuisti ut arcum aereum brachia mea.* Hic æreum, fortem vel firmum [posuit].

[f. 47] 76. Ferrum, tribulatio, vel homo ipse. In psalmo CIIII: *Ferrum pertransivit animam ejus.*

77. Plumbum, pondera peccatorum. In propheta: *Et vidi iniquitatem super talentum plumbi.*

78. Fictile, fragilitas carnis. In Apostolo: *Habemus thesaurum in vasis fictilibus.*

70. Clav. 57, 16. *Clamis, clamidem* C.
71. cf. Clav. 77, 2. *Intellictus... speciae* C.
72. cf. Clav. 77, 8. *Intellictus... storiae* C.
73. Clav. 31, 57. Apoc. XI. — *Praetiosi... Apocalapsi... Fundamenta auri civ. auro... praetiosi* C. *Ipsa* videtur artic. cf. infra 76.
74. II Cor. XIII, I.
75. Ps. XVII, 35. Mutila formula circa finem in omnibus libris.
76. Clav. 79, 45. *Pertransibit anima* C.
77. Clav. 79, 39. *Blumbi* C sine corr.
78. II Cor. IV, 7.

VIII. *De variis verborum vel nominum significationibus.*

1. Ædificare, bona opera facere. In Apostolo: *Si quis autem aedificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides pretiosos.*

2. Destruere, mala opera exercere, vel [male] docere. In Solomone: *Unus aedificans, et unus destruens.*

3. Mundare, vitiis expurgare. In Evangelio: *Tetigit eum Ihesus dicens: Volo, mundare, et confestim mundata est lepra ejus.*

4. Stare, fide consistere. In Apostolo: *Sta in fide.*

5. Ambulare, ad Deum tendere. In psalmo CXVIIII: *Et ambulabam in latitudine.*

6. Sedere, in Deum humiliter [præ]sumere. In Evangelio: *Vos autem sedete in civitate.*

7. Jacere, aut vitiis, aut tentationibus subcumbere. In Evangelio: *Et invenit eam jacentem in lecto.*

8. Currere, in operibus bonis properare. In Apostolo: *Sic currite ut comprehendatis.*

[f. 48] 9. Vigilare, custodiam cordis adhibere, vel in Deum resurgere. In psalmo: *A vigilia matutina usque ad noctem.*

Cap. VIII. 1. Clav. 68, 71. *Praetiosos* C.
2. *Male* oportuit supplere ex Clav. 68, 73. *Distruere... distruens* C.
3. Clav. 68, 75.
4. Clav. 53, 51.
5. Clav. 53, 52.
6. *Praesumere* Par. cum Clav. 53, 53. *In civitatae* C.
7. Clav. 53, 54.
8. Clav. 53, 55. *Currete... comprehendatis* C.
9. Ps. CXXIX, 6. *Vigelare* C.

10. Dormire, transitu apud Christum requiescere. In psalmo: *Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?*

11. Et aliter, dormire, peccatorum torpescere sopore. In Apostolo: *Surge, qui dormis.*

12. Ascensus, profectus in Deum. In psalmo: *Ascensus in corde ejus.*

13. Descensus, defectus a Deo. In Evangelio: *Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho.*

14. Via, Christus. In Evangelio: *Ego sum via, veritas et vita.*

15. Item aliter via, vita hominis. In psalmo: *Vias meas enuntiavi, et exaudisti me.*

16. Spatiosa, vitiorum inlecebris dilatata. In Evangelio: *Lata porta et spatiosa via, quae ducit ad mortem.*

17. Arcta, districta, vel tribulationibus pressa. In Evangelio: *Quam angusta porta et arcta via, quae ducit ad vitam.*

18. Directa, præceptis Dei ordinata. In Esaia: *Rectas facite semitas ejus.*

19. Prava, a Dei præceptis devia. In Esaia: *Et erunt prava in directa, et aspera in vias planas.*

20. Plana, obedientia præceptorum exæquata. In Esaia idem quod supra.

21. A dextris, a parte justitiæ. In Evangelio: *Statuet oves quidem a dextris.*

22. A sinistris, a parte injustitiæ. In Evangelio: *Hedos a sinistris.*

[23. Fovea, dolus, vel lapsus in mortem. In psalmo LVI: *Foderunt ante faciem meam foveas*

24. Puteus, Diabolus, vel infernus. In psalmo: *Neque urgeat super me puteus os suum.*

25. Et in bonam partem. In Genesi: *Ad puteum Juramenti*, id est ad aquam fidei.

26. Sanitas, mentis integritas. In psalmo: *Clamavi ad te, et sanasti me.*

27. Languor, vitiorum morbus. In psalmo: *Qui sanat omnes languores tuos.*

28. Lepra, peccatorum contaminatio. In Evangelio: *Et confestim mundata est lepra ejus.*

10. Clav, 75, 55. *Transitum* C, quod edd. minus bene emendarunt *post transitum.*
11. Clav. 75, 56. *Torpiscere* C l m.
12. Clav. 53, 57. Ps. LXXXIII, 6. *Ascinsus in* C.
13. Cl. 53, 59. *Discensus, decend... Hericho* C.
14. *Via veritatis et vita* C em. Clav. 65, 21.
15. cf. Clav. 65, 22. Ps. CXVIII, 26.
16. Clav. 65, 25.
17. Clav. 65, 26. *Praessa* C.
18. Clav. 65, 27. *Facete* C cum corr.
19. Clav. 65, 28.
20. Clav. 65, 29.
21. Matth. XXV, 33. *Statuit* C.
22. Ibid. *Aperte* C.
23. Inde ad IX, 7 folium excisum est in nostro cod. quod suppletur a tribus cæteris codd. Paris. et Lirin. Ps. LVI, 17. cf. Clav. 75, 70.
24. Clav. 110, 85.
25. Clav. 110, 83.
26. Ps. XXIX, 3.
27. Clav. 72, 9.
28. Matth. VIII, 3.

VIIII. *De Hierusalem et adversis ejus.*

1. Hierusalem, Ecclesia, vel anima. In psalmo CXLVII: *Lauda, Hierusalem.*

2. Sion, idem quod supra. In psalmo: *Lauda Deum tuum, Sion.*

3. Filii Sion, filii Ecclesiæ. In psalmo CXLVIIII: *Et filii Sion exultaverunt super regem suum.*

4. Filiæ Sion, idem quod supra.

Cap. VIIII. 1. Clav. 111, 2.
2. cf. Clav. 112, 7.
3. Clav. 112, 8.
4. Clav. 112, 6.

5. Tabernaculum, corpus Domini, vel Ecclesia. In psalmo XVIII: *In sole posuit tabernaculum suum.*

6. Arca, caro Dominica, vel corda sanctorum Deo plena. In psalmo CXXXI: *Tu et arca sanctificationis tuae.*

7. Item arca, Ecclesia, intra quam salvan]da [f. 49] clauduntur. In Genesi: *Remansit autem Noe et qui cum eo erant in arca.*

8. Tabulæ lapideæ, ut puto, propter Testamenta duo, vel propter duo præcepta dilectionis Dei et proximi. In Exodo: *Et dixit Deus ad Moisen: Excide tibi duas tabulas.*

9. Lex, præcepta divina. In psalmo XVIII: *Lex Domini inmaculata.*

10. Chirographum, conscriptio hominis peccatoris cum Diabolo per manum iniquitatis. In Apostolo: *Chirographum peccati, quod erat contrarium nobis.*

11. Pactum, confœderatio gratiæ divinæ cum homine. In psalmo: *Vidi non servantes pactum.*

12. Testamentum, confirmatio voluntatis divinæ. In propheta: *Et confirmabo testamentum meum super domum Juda.*

13. Præputium, vita gentilis. In Apostolo: *In praeputio aliquis vocatus est: non circumcidatur,* id est, etiam qui ex Gentibus ad fidem Christi venit, corpore non circumcidatur.

14. Circumcisio, expoliatio vitiorum. In Apostolo: *Circumcisi estis non circumcisione manu facta, in expoliatione carnis.*

15. Cornum, fortitudo, vel regnum. In Regnorum: *Et exaltavit cornum Christi sui.*

16. Purpura, martyris species per cruorem. In Exodo: *Omnis qui percipit corde, adferat initia Domino,* [f. 50] *aurum, argentum, aeramentum, hiacinctum, purpuram, coccum et bissum.*

17. Coccus, idem quod supra, vel caritatis ardor, vel crucis mentio. In Exodo, idem quod supra.

18. Bissus, caritatis, vel continentiæ candor. In Exodo, idem quod supra.

19. Hiacinctus, confessorum livores. In Exodo, idem quod supra.

20. Superhumerale, operum ab humeris significatio. In Exodo: *Et fecerunt superhumerale de auro et hiacincto et purpura et cocco et bisso torto.*

21. Rationale, doctrinæ, vel rationis a pectore [declaratio]. In Exodo: *Et fecerunt rationale opere textili secundum opus superhumeralis.*

22. Poderis, doctrina secretior atque perfectior. In Exodo: *Et fecerunt vestimentum poderem sub umbonem, opus textile, totum hiacintinum.*

23. Lamina aurea in fronte, crucis præfiguratio. In Exodo: *Et fecerunt laminam auream, et infra scripserunt,* inquit, *in ea litteras deformatas, signaculum sanctitatis Domini,* id est nomen tetragrammaton.

5. cf. Clav. 68, 1, 2.
6. Ps. cxxxi. 8.
7. Clav. 69, 12. *Cum eum* C sine corr.
8. Exod. xxxiv, 1. cf. supra p. 533 bis.
9. Ps. xviii, 8.
10. Clav. 61, 35. *Chirografum* bis C.
11. Locus iterum ignotus.
12. Hebr. viii, 8. Jerem. xxxi, 31.
13. i Cor. 7, 18.
14. Coloss. ii, 11.
15. i Reg. ii, 10. *Cornum* bis C.
16. *Omnes qui percepit corde adferit* C. — Clav. 58, 20.
17. cf. Clav. 58, 21.
18. Clav. 58, 22.
19. Cod. *hiacinctus,* tum *libores.* Ib.
20. Cl. 71, 57. *Superumerale* bis... *ab umeris* C.
21. *Aspectore... declamatio* sic C. Clav. 71, 58.
22. *Poderes d. segretior atque perfectio* C, et in fine iterum *in Exodo.* Clav. 71, 60.
23. Clav. 72, 63. *Lammina... lamminam... praeficuratio... inquid... thetragr.* C.

24. Templum, corpus Domini, vel sancti. In Apostolo: *Vos enim estis templum Dei vivi.*

25. Altare, fidei altitudo. In psalmo L: *Tunc inponent super altare tuum vitulos.*

[f. 51] 26. Sacrificium, oblatio justitiæ. In psalmo IIII: *Sacrificate sacrificium justitiae.*

27. Holocaustum, totus fidei accensus. In psalmo: *Holocausta medullata offeram tibi.*

28. Hostia, Christus, vel anima dicata Deo. In Apostolo: *Oblationem et hostiam Deo.*

29. Mirra, mortalitatis indicium. In psalmo XLIIII: *Mirra et gutta et casia a vestimentis tuis.*

30. Unguentum, diffusa nominis Christi gratia. In Solomone: *Unguentum diffusum n. t.*

31. Sancta sanctorum, interiora quæque misteria Domini, vel regna cælorum. In epistula ad Hebreos: *Non enim in manufactis sanctis Ihesus introivit, exemplaria verorum, sed in ipsum caelum, ut appareat nunc vultui Dei pro nobis.*

32. Sabbatum, requies spiritalis. In Genesi: *Et requievit Deus ab omnibus operibus suis.*

33. Quadragensima, figura præsentis vitæ ac laboris. In Evangelio: *Et cum jejunasset quadragenta diebus et quadragenta noctibus.*

34. Pascha, prænuntiatio Dominici transitus. In Evangelio: *Ante diem autem festum Paschae, sciens Ihesus quia venit ejus hora, ut transiret ex hoc mundo ad Patrem.*

35. Quinquagensima, manifestatio futuræ beatitudinis, vel re[f. 52]missionis. In Levitico: *Numerabitis ergo septem hebdomadas plenas usque ad alterum diem, et infra,* id est quinquagenta dies.

36. Jubileus, venturæ quietis signum. In Levitico: *Annum remissionis, signum sanctum erit vobis.*

37. Civitas Dei, Ecclesia, vel anima. In psalmo XLVII: *In civitate Dei nostri.*

38. Cives, fideles. In Apostolo: *Sed estis cives sanctorum et domestici Dei.*

39. Muri, munimenta Scripturæ divinæ, vel prophetæ, aut sancti. In psalmo L: *Ædificentur muri Hierusalem.*

40. Item in aliam partem. In psalmo XVII: *In Deo meo transgrediar murum.*

41. Turres, apostoli, vel perfecti quique. In psalmo CXXI: *Et abundantia in turribus tuis.*

42. Portæ, Scripturæ sanctæ, vel justitiæ, vel apostoli, aut angeli. In psalmo XXIII: *Et elevamini, portae aeternales.*

43. Item in aliam partem: *Quia lata porta et spatiosa via quae ducit ad mortem.*

44. Plateæ, beatitudo dilatata sanctorum. In Apocalypsi: *Et plateae civitatis, aurum mundum, tamquam vitrum perlucidum.*

24. Clav. 66, 42.

25. cf. Clav. 70, 28. *Super altarem.* Ex Eucherio fortasse derivatur Clavis formula, quæ qualicumque etymo tendit in Latium.

26. Clav. 70, 36. *Sagrificium* C.

27. Clav. 70, 37, quæ iterum videtur aucta ex Eucherio.

28. Ephes. v, 2. Et hoc Clavi f. accessit.

29. *Indicio... mirrae et guttae* C. cf. Clav. 41, 8.

30. cf. Clav. 38, 53.

31. *Quoque mist... introibit exemplaria virorum* C cum edd. cf. Clav. 72, 64.

32. Gen. II, 2. *Requiebit* C 1 m.

33. Matth. IV, 3. *Quadragensima.* Sic cod. ac similiter alias *quinquagensima*, *sexagensima*, interdum vero cum signo correctionis.

34. Joan. XIII, 1.

35. Levit. XXIII, 15. *Hebdomatas... ad altarem* C 1 m.

36. Cod. *Jobeleus.* Lev. XXV, 10.

37. Clav. 64, 1.

38. Clav. 64, 2. *Estes* iterum C ante corr.

39. Clav. 64, 6.

40. Ps. XVII, 30. cf. Clav. 66, 38.

41. Clav. 64, 12.

42. Clav. 64, 16.

43. Matth. VII, 13.

44. Clav. 65, 18. *Apocalapsi* C 1 m.

45. Fundamentum, Christus, vel fides. In Apostolo: *Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, quam id quod positum est, Christus Ihesus.*

46. Maceria, Lex, vel angelorum custodia. In cantico Esaiæ: *Et maceria* [f. 53] *circumdedi, et calamos fixi, et plantavi vineam.*

47. Domus, anima in qua Christus habitat, vel Ecclesia. In psalmo: *In domum Domini ibimus.*

48. Cænaculum, altitudo meritorum, vel scientiæ. In Evangelio: *Et ipse vobis ostendet caenaculum magnum.*

49. Ostia, adapertio fidei. In Apostolo: *Ostium enim mihi apertum est magnum et evidens.*

50. Colomna, firmamentum, vel stabilitas spiritalis. In Apostolo: *Jacobus et Johannes et Chefas, qui videbantur colomnae esse.*

51. Paries, interdum structura bonorum operum. In Cantico canticorum: *Ecce hic retro post parietem nostrum prospiciens per fenestram.*

52. Fenestræ, visus et auditus, vel ceteri sensus, ut supra: *Prospiciens per fenestras.*

53. Item in malam partem: *Mors introivit per fenestras.*

54. Gradus, spiritalis ascensus. In psalmorum titulo: *Canticum Graduum.*

55. Pavimentum, humiliatio, vel adflictio animæ. In psalmo: *Adhaesit pavimento anima mea.*

56. Psalterium, opera bona. In psalmo: *Psalterium jocundum cum cithara.*

57. Cithara, pectus devotum, in quo tamquam nervi sunt virtutes, hoc est spiritalia bona. In psalmo: *Exurge, psalterium* [f. 54] *jocundum et cithara,* id est opera cum fide, vel de ipso Domino resurrectio carnis cum divina virtute.

58. Decacorda, præcepta decem, vel geminati quinque sensus hominis exterioris cum interiore. In psalmo: *In decacorda psalterium cum cantico et cithara.*

59. Organum, homo, vel ille qui est adsumptus a Domino. In psalmo: *Laudate eum in cordis et organo.*

60. Timpanum, adtenuatum corpus jejunio. In psalmo: *Laudate eum in timpano et choro.*

61. Chorus, concordia. In psalmo qui supra.

62. Tuba, vocis exultatio in prædicatione divina. In propheta: *Exalta ut tuba vocem tuam.*

63. Cimbala, labia Deum confitentia, vel dilectio Dei et dilectio proximi. In psalmo: *Laudate eum in cimbalis bene sonantibus.*

64. Jubilatio, clamor spiritali fervore expressior. In psalmo: *Laudate eum in cimbalis jubilationum.*

---

65. Ægiptus, mundus hic, vel Gentilium populus. In psalmo: *Venient legati ex Ægipto.*

45. Clav. 65, 19.
46. *Macheria* bis C. Clav. 64, 13.
47. Ps. cxxi, 1. *In domo Dni ibemus* C 1 m.
48. Clav. 66, 49. *Ostendit* C.
49. i Cor. xvi, 9. *Osteum* bis C 1 m.
50. Gal. ii, 9.
51. Clav. 67, 54, ubi *instructura,* quod videtur emendandam sic: *interdum structura.*
52. Clav. 67, 56.
53. cf. Clav. 67, 57. *Introibit* C sine corr.
54. Clav. 66, 43. *In psalmo titulo* C.
55. Clav. 67, 64. *Adh. pavimentum* C.
56. Clav. 56, 43.
57. Clav. 56, 44.
58. Ps. xci, 4. *Decaorda .. cum canticum* C.
59. Clav. 56, 47.
60. Clav. 56, 49.
61. Clav. 56, 51.
62. Clav 56, 53. Is. lviii, 1. f. *exaltatio.*
63. Clav. 56, 54.
64. Clav. 56, 42. *Expraessior...jubelationum* C.
65. cf. Clav. 112, 14. *Ligati* C.

66. Æthiopia, Ecclesia ex Gentibus. In psalmo: qui supra: *Æthiopia praeveniet manus e. D.*

67. Item in aliam partem: *Dedisti eum in esca populo Aethiopum.*

68. Babilon, aut mundus, aut Roma. In Apocalipsi: *Et Babilon magna venit in memoriam ante Deum,* [f. 55] *dare ei calicem is vini indignationis ejus irae.*

69. Inimici, Diabolus, vel vitia. In psalmo: *Non confundetur, dum loquetur inimicis suis in porta.*

70. Fures, heretici, vel pseudoprophetæ. In Evangelio: *Omnes quotquot venerunt ante me, fures sunt et latrones.*

71. Gentes, vitia. In Pentateucho: *Cum introduxerit te Dominus Deus tuus in terram quam possessurus ingrederis, et deleveris gentes multas coram te.*

72. Item in aliam partem: *Omnes gentes* [*plaudite manibus.*

73. Pugna, certamen adversus nequitias spirituales, vel adversus] vitia conflictus. In Apostolo: *Sic pugno, non quasi aerem verberans.*

74. Pax, carnis et spiritus in bonum concordia. In psalmo: *Rogate quae pacis sunt Hierusalem.*

75. Item pax, Christus. In Apostolo: *Ipse est pax nostra.*

76. Victoria, de Diabolo, vel de adversariis triumphus. In Apostolo: *Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum Ihesum Christum.*

77. Bravium, consummatorum præmium meritorum. In Apostolo: *Ad destinatum persequor, ad bravium supernae vocationis Dei.*

78. [Corona, æternæ gloriæ pro justitia merces. In Apostolo: *De reliquo reposita est mihi* [f. 56] *coro*]*na justitiae.*

Quoniam spiritalium profectum consummatio provehit ad coronam, recte horum quoque spiritalium numerorum [1]) interpretationem corona consummat. Quæ tamen nomina universa conplecti, arduum duximus, sicut etiam illud arduum duximus, ut depromerentur cuncta quæque se in utramque partem geminata significatione diffundunt.

66. Clav. 112, 12.
67. Clav. 112, 13.
68. Clav. 112, 11. *In Apocalapsi* C non corr.
69. Clav. 60, 16. Ps. CXXVI, 5. *Loquitur* C.
70. Clav. 97, 116. *Speudo prophetae... quodquod* C.
71. Deuter. VII, 1.
72. Ex lacerato folio duplex lacuna trium versuum. Utraque autem manu XI sæculi in ora superiore suppletur. Ps. XLVI, 2.
73. I Cor. IX, 26. cf. Clav. 82, 37.
74. Clav. 82, 39.
75. Clav. 82, 38. *Carnis in bonum et sp. c.* C.
76. Clav. 82, 41.
77. Clav. 82, 42.
78. Clav. 82, 43. *Mercis* C manu XI sæculi.

[1]) *Spiritalem numerum interpraetationem* C. — *nominum* cæteri codd. an melius?

[X. *De Numeris*].

Sane his nominibus absolutis, numeros quoque breviter digeramus, quos mistica exemplorum ratio intra sacratos celebriores fecit.

1. I. Hic numerus ad unitatem Deitatis refertur. In Pentateucho: *Audi, Israhel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est.*

Cap. X. Apsolutis... degeramus C. — 1. Clav. 22, 1. *Ad divinitatem... Pentatheuco* C.

2. II. Ad duo Testamenta. In Regnorum: *Et fecit in Davir duo Cherubin decem cubitorum magnitudinem.*

3. III. Ad Trinitatem. In Johannis epistula: *Tria sunt qui testimonium perhibent in terra, aqua, sanguis et spiritus.*

4. IV. Ad quattuor Evangelia. In Ezechiele: *Et ex medio eorum similitudo quattuor animalum.*

5. V. Ad quinque libros Moisi. [In] Apostolo: *In Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui.*

6. VI. Ad diem sextum, quo Dominus hominem cum universis terræ animantibus fecit. In Genesi: *Faciamus hominem ad imaginem et* [f. 57] *similitudinem nostram. Et factum est vespere, et factum est mane, dies sextus.*

7. VII. Ad diem septimum, in quo perfectis omnibus, Dominus requievit. In Genesi: *Et requievit die septimo et ab omni opere quod patrarat.*

8. VIII. Ad diem Dominicum resurrectionis, id est octavum. In titulo psalmi: *In finem pro octava.*

9. VIIII. Ad sacramentum, quod hora nona Dominus spiritum emisit. In Evangelio: *Et circa horam nonam clamavit Ihesus voce magna.*

10. X. Ad Decalogum, id est decem verba quæ in tabulis duabus scripta sunt. In psalmo: *In decacorda psallam tibi.*

11. XII. Ad Apostolos. In Evangelio: *Duodecim enim apostolorum nomina haec sunt.*

12. XIV. Ad sacramentum Dominicæ generationis. In Evangelio: *Ab Abraham usque ad David, generationes sunt XIIII.*

13. XV. Ad quindecim gradus templi.

14. XVI. Ad numerum prophetarum.

15. XXII. Ad sacramentum divinorum voluminum secundum litteras Hebreorum.

16. XXIIII. Ad misterium numeri seniorum. In Apocalypsi: *Et super thronos viginti et quattuor seniores sedentes.*

17. XXX. Ad fructus fidelium conjugiorum. In Evangelio: *Et dabant fructum aliud centensimum, aliud sexagensimum, et aliud tregensimum.*

[f. 58] 18. XXXIII. Ad misterium ætatis qua Dominus in carne versatus est. In Apostolo, sicut quibusdam in his videtur: *Donec occurramus in unitatem fidei et agnitionem filii Dei, in virum perfectum, et in mensuram aetatis plenitudinis XPI.*

19. XL. Ad quadragesimæ sacramentum. In Evangelio: *Et agebatur a Spiritu in deserto diebus quadragenta.*

2. Clav. 22, 5. *Dabir* Par. 1. — *Cherofin* C.

3. Clav. 22, 11. Maximopere perpende tres testes in cod. VI sæc, quamvis desit testimonium trium cœlestium.

4. Clav. 23, 5.

5. Clav. 23, 19.

6. Clav. 23, 21. *Quod hominem... semilitudinem* C.

7. Clav. 24, 24. *requiebit.* bis C, semel em. — *paravit* C.

8. Clav. 24, 35. *Octabum* C.

9. Clav. 24, 36. *Sagramentum* C, ita in 19.

10. Clav. 25, 39.

11. Clav. 25, 42. *Duodecem* C.

12. Clav. 25, 45.

13. *Grados* C.

14. Clav. 25, 48.

15. Clav. 26, 51.

16. Clav. 26, 52. *Apocalapsi* C non corr.

17. Clav. 26, 55. *Centensemum* etc. sic C.

18. Clav. 26, 56. *Vedetur... in verum* C.

19. Clav. 26, 58.

20. XLII. Ad numerum ad heremi mansionum, vel ad numerum generationum quæ ab Abraham sunt usque ad Dominum Christum Ihesum.

21. L. Ad Pentecosten. In Actibus apostolorum: *Et cum conplerentur dies Pentecosten*·

22. LX. Ad fructum viduis, sive continentibus debitum. In Evangelio: *Et dabunt fructum aliud sexagensimum.*

23. LXXII. Ad numerum presbiterorum Moisi, vel discipulorum, quos Dominus elegit. In Evangelio: *Post haec autem designavit Dominus et alios septuagenta duos, et misit illos binos.*

24. C. Ad martyrum fructum sive virginum. In Evangelio: *Dabunt fructum aliud centensimum.*

Hos igitur certos sacratosque numeros, exempli tantum causa, protulimus. Sunt vero præter eos plurimi vel penes omnes sacrati, qui quomodo fiant, ipse divinæ lectionis scrutator, invenies.

EXPL. EUCHERII EPISCOPI LIBER PRIMUS.

20. Clav. 26, 61. *Heremum... generationis* C.
21. Clav. 26, 62. In fine *Penteconsten* C.
22. Clav. 27, 65.
23. Clav. 27, 67. *Discepolorum* C.
24. Clav. 27, 70. *Egitur... sagratos protolimus... escrutator.*

INCPT EJUSDEM LIBER SECUNDUS.

[f. 59] I. De Hebræorum nominum significationibus.
II. *De variis vocabolis.*
III. *De expositione diversarum rerum.*
IIII. *De gentibus.*
V. *De locis.*
VI. *De fluminibus.*
VII. *De mensibus.*
VIII. *De solemnitatibus.*
VIIII. *De idolis.*
X. *De veste sacerdotali.*
XI. *De avibus vel volatilibus.*
XII. *De bestiis vel repentibus.*
XIII. *De ponderibus.*
XIIII. *De mensuris.*
XV. *De grecis nominibus.*

INCEPIT PROLOGUS.

Quoniam, fili carissime [1]), superiore libro, propositionibus tuis se retulit jam crebra responsio, et vereor, ne adsiduæ interrogationes [2]), ut fit plerumque, legenti generent ex satietate [3]) fastidium, meo nunc nomine ea quæ spoponderam, opus variaturus, adnectam, singula quæque, ut ordine ipso magis clareant, per species suas dividens, ac titulis suis subdens. Et primo veniam ad Hebræorum nominum interpretationem [4]), quibus certa quæque et celebriora, brevitatis causa, ponam.

EXPLICIT PROLOGUS.

Lib. II. In hoc vetere onomastico libro intacta reliquimus, tam nomina, licet corrupte scripta, quam etyma quantumvis inepta: eadem scilicet methodo, qua dum codicem Claromontanum rescripsimus, longam quidem dedimus seriem vocabulorum hebraicorum et græcorum, sed nudam et jejunam; ab immenso scilicet commentario refugientes, quem si requirere videantur peregrina id genus glossemata, eum proscribit omnino instituti nostri ratio. Varietates vero, ut semel dicam, ex unico codice accipiuntur C sive vetere sæc. VI. — *De havibus... de besteis.*

1) *fili carissimae propositionis tuis se rettulit.* — 2) *interrogationis.* — 3) *ex anxietate.* — 4) *interpraetationem*, ut solet codex... *brebitatis.*

I. *De Hebreorum nominum significationibus.*

Adonai, in latinum significat Dominus.

[f. 60] *Sabaoth*, exercituum sive virtutum, aut, ut aliqui volunt [1]), vel Omnipotens.

IHS, Salvator.

Nazoreus, sanctus.

Messias, unctus, id est Christus.

Micahel, qui[s] sicut Deus?

Gabrihel, fortitudo Dei.

Rafahel, nuntius Dei.

[*Urihel* cognitio Dei] [2]).

Adam, homo sive terrigena [3]).

Eva, vita, sive calamitas. Miror unde apud Hebreos interpretatio hujus nominis tam diversa sit; nisi forte ideo quod eadem et edendo homini vitam adtulerit, et transgrediendo calamitatem; aut quod mulier aliis interdum vita, aliis est calamitas.

Abel, luctus, [vel miserabilis] [4]).

Cain, possessio, vel [lamentatio].

Enoch, dedicatio.

Mathusalam, mortuus est, et misit.

Noe, requies.

Sem, nominatus.

Cham, callidus.

[*Jafeth*, latitudo] [5]).

Loth, declinans, sive victus.

Melchisedeh, rex justus.

Abram, pater excelsus.

Abraham, pater videns populum, vel pater multarum gentium.

Sarai, princeps [6]) [mea].

Sarra, princeps [excelsa].

Agar, advena, vel conversa.

Smahel [7]), auditio Dei.

Isac, risus [non tamen [8]) ut quidam putant, ideo] sic appellatus, quia Sarra riserit, sed quod Abraham, qui tunc utique [f. 61] prior risisset, indicatur.

Rebecca, patientia, sive quæ multum [9]) acce[perit].

Iacob. subplantator.

Srahel [10]), vir videns Deum.

Ruben, vdens filios, sive videns in medio.

Simeon, audiens [11]) tristitias.

Levi, adpositus, sive additus.

Juda, confitens, sive glorificans.

Zabolon, habitaculum pulchritudinis.

Isachar, est merces [12]).

Dan, judicium, aut judicans.

Gath, temptatio.

Aser, latitudo, sive beatus.

Neptalim, conversantes.

Benjamin, filius dexteræ.

Efraim, frugifer, sive ubertas, vel Augentius latine [13]).

Manasse, oblitus.

Esau, rubeus [14]), sive acervus lapidum.

Chedar, tenebræ, vel meror.

Job, magnus, vel dolens.

Amalech, populus lambens.

Moises, adsumptio, vel liniens [15]).

Aaron, mons fortitudinis.

Pharao, denudans eum, sive dissipator ejus. [Sed [16]) Pharao nomen est non hominis], sed

[1]) *aut ut aliqui volunt*, fere erasa verba sunt. — [2]) Inclusa dire expunguntur, neque in ullo alio codice comparent. — [3]) *terrigina*. — [4]) Incipit penna Merovingica, quæ multa in his nominibus exagitavit: ea inter uncos claudere juverit. — [5]) Lemma inter versus manu plane barbara adjectum. — [6]) *princens*, bis ut alibi pluries. — [7]) *Smahel*, ut infra *Strahel*. — [8]) διορθωτής iterum *nonnullorum opinionem* radicitus erasit, quæ nescio quis barbarus restituere tentavit. — [9]). Idem jussit legere *multorum*. — [10]) *Strahel* certe 1 manu; postea T eraso, I additur, ut fiat *Israhel*. Recole præmissa p. 500, not. 1. — [11]) Primum *audienti*. — [12]) *mercis*. — [13]) In ipsa Lugdunensi provincia celebri cultu celebratur S. Augentius vulgo *Saint Oyen*. — [14]) Ante erasionem *robureus*. — [15]) Antea *leniens*. — [16]) Inclusa inepte in titulum rubrum

dignitatis, sicut apud nos Augusti appellantur reges, cum propriis nominibus censeantur. Pharao tamen ille submersus in mari rubro, proprio vocabulo Cingres [1]) vocitatus est.

Josue, salvator.

Athonihel, tempus ejus Deus, vel responsio.

[f. 62] *Aoth*, gloriosus.

Semigar, nomen adveniens, sive ibi [et] colonus.

Barach, [sibi] fulgurans.

Debbora, apex [2]), vel loquax.

Gedeon, temptatio iniquitatis eorum.

Abimilech, pater meus rex.

Thora [3]), vermiculus, vel coccinum.

Zair, inluminans.

Giepthae, aperiens, vel apertus.

Esebon, cogitatio, sive vinculum mæroris.

Achilon, vivens Deo, vel videns Deum.

Abdo, servus ejus.

Samson, sol eorum, vel solis fortitudo.

Dalila, paupercul[a], vel situla.

Heli, Deus meus.

Samuhel, nomen ejus Deus.

Saul, expetitus, sive petitio.

Jesse, insulæ holocaustum, vel sacrificium.

David, desiderabilis, sive fortis manu.

Jonathan, columbæ donum, vel Domini donum.

Abessalon, pater pacis.

[*Salomon*, pacificus]. Idem est *Ecclesiastes*, id est contionator. Idem *Etidia*, id est dilectus Domini.

Roboam, latitudo populi.

Abia, pater Dominus.

Asa, tollens, sive sustollens.

Josafath, Domini judicium.

Joram, qui est excelsus

Achodias [4]), adprehendens Deum.

Athalia, tempus Domini.

Joas, sperans, sive temporalis.

Amasias, populum tollens.

[f. 63] *Ozias*, fortitudo Domini.

Azarias, auxilium Domini.

Joatha, est perfectus.

Ahac [5]), adprehendens.

Ezechias, fortitudo Domini.

Manasses, obliviosus, vel qui oblitus est.

Amon, fidelis [6]), vel nutricius.

Josias, ubi est incensum Domini, vel Domini salus.

Zoachas, robustus.

Joachim, cujus est præparatio.

Eliachim, Dei resurrectio.

Zechonias [7]), præparatio Dei.

Sedecias, justus Deus.

Hieroboam, dejudicans populum, vel judicans super nos.

Naue, latratus.

Baasa, pinguedo [8]).

Helam, sæculum, vel orbis.

Tamri, psalmus, vel canticum meum.

[*Z*]*amri*, crispans meus.

Achab, frater patris.

Zezabel, fluens sanguinem, vel ubi est *sterquilinium*.

Ochozias, adprehendens eum.

Joram, qui est excelsus, sed melius [9]) sublimator.

Zieu, ipse est, [vel est].

Joatha, robustus.

Zaccharia, memor Domini.

Sella, umbra ejus, vel petitio.

Manaem, consolans.

Phacias [10]), aperiens.

Helias, Domini Dei.

Heliseus, Dei mei salus.

Osee, Salvator.

[f. 64] *Johel*, incipiente Deo, sive est Deus.

verterat prima manus. — [1]) Edd. *Centres*. Supra *nam* Pharao ex prava corr. — [2]) Al. *apis*. Vetus et incautus corrector legere jussit *de Bosra*. — [3]) Lege *Thola*, *virmiculus* C. — [4]) An legendum *Ochozias?* qui infra recurrit, cum eodem etymo. — [5]) l. *Achaz?* — [6]) *fideles* cod. — [7]) Vet. corr. *Jechon*. — [8]) *pinguitudo* barbara manu. — [9]) *Melior* C. — Mox vet. corr. *Hieu*. — [10]) *Thacias*, rudis corr.

Amos, potens, vel fortis, aut populum devellens.

Abdias, servus Domini.

Jona, columba, vel dolens.

Micheas, quis iste?

Naum, germen, sive consolatio.

Ambacum, amplexans.

Sofonias, abscondens eam.

Aggeus, festus, sive sollemnis.

Malachias, angelus meus.

Esaia, salus Domini.

Hieremia, excelsus Domini.

Hiezecihel, fortitudo Domini.

Danihel, judicium Domini.

Judith, laudans, aut Judea.

Joseph, auctus [1]).

Maria, inlumminata, sive stella maris, sed sermone siro, Domina.

Simon, pone mærorem, vel obediens.

Petrus, agnoscens.

Barjona, filius columbæ, sirum pariter et hebreum.

Chefas, Petrus, sirum est.

Paulus, mirabilis.

Saulus, temptatio, vel securitas.

Andreas, virilis, grecum est.

Jacobus, subplantator.

Johannes, Domini gratia.

Philippus, os lampadarum.

Bartholomeus, filius suspendentis aquas.

Thomas, abyssus, vel geminus, unde et Didimus græce dicitur.

Mattheus, donatus; idem appellatus est Levi.

Lebdeus, circulus [2]), id est a corde [f. 65]. ipse est et *Taddeus*, ipse Judas Jacobi.

Cananeus, possidens, sive possessio, ita autem dictus Simon a vico Chana; ipse est et Zelotes.

Scariothes, memoria Domini, vel memoria mortis, hoc vero nomine appellatus est Judas a vico in quo natus est.

Marcus, excelso mandato.

Lucas, ipse consurgens, sive ipse levans.

Stefanus, norma vestra; greco autem sermone, coronatus.

Pontius, declinans consilium.

Pilatus, os malleatoris.

Barabbas, filius magistri eorum, absque dubio Judeorum magister, qui est Diabolus.

Ædem, in Genesi delicias.

Hierusolima, visio pacis.

Sion, specula, et recte, nam et civitas David in monte constituta est.

Babilon. confusio, sive translatio.

Hethiopia, tenebræ.

Ægiptus, tribulatio, sive tenebræ.

Tirus, angustia.

Romani, sublimes, vel tonantes.

Roma, virtus, grecum est.

Sina, mensuram, sive mandatum, sive temptatio...

. . . . . [vel [3])] amphora mea.

Geenna, vallis gratuita. Quidam æstimant, appellatam hanc a valle Gehennon [f. 66] quæ est juxta murum Hierusalem.

Hebrei, transgressores.

Sadducei, justificati.

Pharisaei, divisi.

Galilei, volubiles.

Samaritani, custodes; eo quod a Babiloniis illic ad custodiam conlocati sunt Judeorum.

Cum in ceteris, tum et in hoc, abundanter liquet, Scriptura omnis sacra quam vere [4]) divina sit ac plena misteriis, quando ita congruant rebus nomina, effectibusque respondeant. — Sicut *David* qui exprimitur in latinum *fortis manu*, utique fortissimus omnium fere bellis extitit. — *Salomon*, *pacificus* utique in pace regnum administravit. — *Daniel*,

[1]) *autus*.. *stilla* C. — [2]) Al. *corculus*. — [3]) *vel* manu præpostera intruditur, deleto vocabulo e regione. Etymon ineptum ad *Sina* edd. referunt. Postea prima manu *Gehenna ballis*, et *balle*. — [4]) *Vera*... *haç*... *expremitur*... *praesbiterorum*... C.

judicium Dei, utique, in presbiterorum judicio sententiam divinæ exceptationis [1]) exhibuit. Unde quid mirum, si hi futura prædicaverint, quorum etiam nomina, sicut res edocet, prophetiam sonant.

Sed jam de variis vocabulis interpretationem ponamus.

[1]) Al. *disceptationis... si hii... edocit... vocabolis interpraet.* C.

II. *De variis vocabolis.*

Alleluia in latinum sonat *laudate*, sive *glorificate Dominum. Ia* enim est de decem nominibus Dei, quæ apud Hebreos [1]) habentur.

[f. 67] *Amen, vere*, sive *fideliter.*

Diapsalma, sempiterna, eo quod illa quibus hæc adnectitur *semper*, æterna esse confirmet [2]) a Deo, non commutationem metri significat, ut quidam existimant, vel spiritus prophetici refectionem [3]). Sunt etiam qui *Diapsalma* et ideo scribi putant [4]), ut ex hoc sive personarum, sive sensuum intellegatur esse conversio

Osanna, salvifica [5]), sive *salvum fac populum tuum. Hos* jam *Domini* interpretatur. *Anna* interjectio est deprecantis. Ergo integre dicitur *Os* sine *anna*. Sed dum corripitur, aut corrumpitur, sonat *Osanna*. Est autem sensus: *O Domine, salvum fac*, ut subaudiatur, vel *populum Israhel*, vel *totum mundum.*

Rama, excelsa. In Evangelio: *Vox in Rama audita est*, id est in excelsis. Est autem et civitas quæ *Rama* appellatur.

Racha, vanus, aut *inanis.*

Rabbi, magister, sirum est.

Abba, pater, sirum est.

Man, quid? Manna, quid est hoc?

Anathema, perditio. *Marunatha, in Domini adventum*, sirum est. *Anathema* autem, *marunatha*, sicut quidam dicunt, *perditio in adventum Domini.*

Mamona, divitiae.

[f. 68] *Serafin, ardentes*, juxta illud psalmi dictum: *Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos ignem urentem* [6]). Ergo Serafin virtutes in cœlo esse confirmant, quæ Deum laudent, et in ministeria diversa mittantur.

Cherubin, scientiae multitudo. Ceterum Cherubin, in Sancta sanctorum, duo tantum significantur animalia. Aliis vero locis ubi hoc nomen legitur, aut picturam aliquam indicant, aut varietatem.

II. [1]) *aput Hebreus* C. — [2]) *confirmit* C. — [3]) *prophetici* C. Quæ Nysseni expositio videtur. Cf. supra p. 435. — [4]) *potent* 1 m. post correctionem vero veterem *potant.* — [5]) *salvefica... hoc jam popolum... depraegantis... Osinenan...* sic C. — [6]) Hebr. I, 7.

III. *De expositione diversarum rerum.*

Mandragora, in Genesi, genus pomi simillimum parvo peponi [1]), specie vel odore.

Maioroth, in Job ΖΩΔΙΟΙC [2]), quæ duodecim signa mathematici adserunt.

Fath, ΚΑΙΜΑ [3]) id est plaga meridiana, vel occidentalis.

Ramnus, spinarum genus. In psalterio non rubus est, sed spinarum genus sentibus permolestum.

Romphea gladium in latinum sonat. Nam ubi in Genesi dicitur gladius flammeus atque versatilis, in greco *Romphea* dicitur.

III. [1]) *Peponis speciae* C. — [2]) ΖωΑΙΟΙC *quae duodicim* id. — [3]) ΚΑΙΑΑΑ sic C.

Frameae, hastæ [1]) longissimæ sunt, quibus etiam nunc Armorici utentes, hoc nomen tribuunt. Quidam etiam gladios significari putant.

Kapparis, in Solomone, fruteti genus in Oriente, simile lentisco.

Palatae, massæ fici. In Regnorum, massæ quæ de recentibus ficis [f. 69] conpingi solent. *Palatae* græcum est. *Debelaim*, in Osee propheta, *palatas* dicunt.

Davir, in Regnorum, oraculum quod erat factum in medio, in interiore parte templi, in quo et arca Domini erat, hoc appellabatur Sancta sanctorum.

Bissus, genus serici grossioris, pariter et fortioris.

Fenicium, in Esaia, coccinum.

Luteres, in Regnorum, conchæ vel cantari aquarii. Sed et cantarus græcum nomen est.

Creagrae, in Paralipomenon, fuscinæ ad carnes de caldariis producendas. Græcum est.

Sambucae in musicis, genus simphoniarum in visione Danihelis.

Nablum, quod græce appellatur psalterium, psalterium quoque a psallendo dictum est. Ad similitudinem est citharæ barbaricæ, in modum deltæ litteræ.

Timpanum, quod extenta pelle vel corio efficitur.

Caenari, ut quidam putant, acetabula [quæ] percussa [2]) in modulo concitantur.

Theina, ligna. De his Salomon gradus fecit in domo Domini, incognita ligna etiam peritioribus [3]) Judeorum.

Seithim, spinarum in heremo genus est, e quibus lignum inputribile.

Sabith, virgulti apud Hebræos nomen est. In Genesi: *Ecce*, inquit, *aries post tergum ejus tenebatur cornibus, in virgulto Sabith* [4]).

[f. 70] *Lebetae* ænei minores, in usum coquendi parati. In Paralipomenon: *Pacificas vero hostias coxerunt in lebetis, cacabis* [5]), *ollis*.

Coffinus, corbes.

Hidria, vas aquarum.

Condes, in Genesi [6]), poculum vel sciphum.

Lecitum, in Regnorum, ampulla olearia.

Lenticula, in libro Regnorum, vasculum ex ære factum, habens oleum quo ungue-bantur in regno.

Parapsis, acetabulum majus. Aliqui et catinum ita appellari putant.

Epistelia, in Regnorum, quæ super capitella colomnarum ponuntur. Græcum est.

Mechoroth, in Regnorum, fulturæ, quas bases appellamus.

Thopazion [7]), lapis pretiosus, in quo, sicut aliqui adfirmant, omnium lapidum colores refulgent.

Corbana, gazophilacium. *Corbana* autem interpretatur *oblatio*.

Casma, in Luca, hiatus. Græcum est.

Erisebe, in propheta, erugo, id est rubigo messium. Græcum est.

Zizania, [est] lolium.

Sicera, succus ex dactylis [8]), et omnis præter vinum, liquor qui ad bibendum aut ex pomis aut ex quolibet genere conficitur, sicera nuncupatur.

Nardum pisticum, nardum fidele, id est sine impostura, græcum est.

Nardum spicatum, ab eo quod species ipsa nardi in modum spicæ sit, quæ [f. 71] infusa conficitur.

1) *Astae* C. Cæterum tandem optime restituitur, confirmante Reg. 1823, locus hactenus inepte vexatus in omnibus edd. ubi ita habet: *Sunt qui iis etiam nunc armorum vice mentes* (sic?) *hoc nomen tribuunt*. Plura nobis Britanni suppeditent. — 2) *percusso in modolo* C. — 3) *peritioribus* C. — 4) Gen. XXII, 13. — 5) *caccabis... corues* C. — 6) XLIV, 2. — 7) *thopadion* l. *praetiosus* C. Mox *interpetatur* sic C. — 8) *tactulis* C, paulo post *vivendum... quolibit*. Tum *sine inpustura* C.

Alabastrum, genus marmoris pretiosi, ex quo evangelici illius unguenti vasculum erat.

Stadium, in Evangelio, spatii certa dimensio: VIII stadia mille passus efficiunt.

Hæc nomina, quæ subsequuntur, in Exodo vel in Regnorum, quæ arcæ aut tabernaculi, vel templi Domini relationem continent: quorum nominum vocabula hæc quæ obscuriora sunt, in translatione veteri habentur; hæc vero quæ lucidiora apparent, novæ translationis [1]) textu continentur.

Vetus ergo translatio habet [2]) *Speroteres*, nova vero *ferulas*.

Calamiscos, calamos.

Troiscos vel *cariascos*, quasi in nucis modum deformatos.

Aspidicas, uncinos.

Anchonicos, incastraturas.

Fimbrias, catenulas.

Lapidibus archetomis, id est dedolatis.

Degraphidem, celaturam.

Patulis, lamminis.

Parimetrum, lineam.

Spiras, capitella columnarum, vel sicut puto, facturam earum.

Helam, porticum, sed melius interpretatur anteforis, sive vestibulum. Ergo *Helam* hebreum est. Cetera quæ superius sunt, maxime græcum est [f. 72]. Item in Ezechielis extremam partem, in visione civitatis, in veteri translatione habe[tur] *pasthoforia*, in nova gazophilacia, id est cellulas parvas.

Thee, thalamus.

Aileu, frontem.

Elaumoth, vestibulum.

Paleandrion, (πολυανδρίου) multitudinis.

Spithames, palmus [3]).

Gessus, definitio.

Manaa, sacrificium, in Regum.

Cinothafia, simulacra quæ grece ΜΟΡΦΩΜΑΤΑ.

Sed hæc hactenus. Nunc etiam illud accipe, ut quædam nomina prius Scriptura appellaverit, et ut nunc vocentur.

[1]) Clarum fit discrimen inter novam Hieronymi versionem, et veterem quamdam, cujus brevis descriptio cum Pentateucho Lugdunensi quadrat: nostra igitur ne spernant codicum Lugdunensium editores. — [2]) *habit* C. — [3]) *palmos... defenitio... simulagra... mortomata... accepe* C.

IIII. *De Gentibus.*

Gomer, in Genesi, *Galatae*, id est Galli, qui a candore [1]) corporis primum Gallatæ appellati sunt, e quibus populi quondam in Orientis longinqua migrantes, primo Galli, nunc Græci, antiquo Gallorum nomine Gallatæ vocantur.

Magog, Scithæ. [Quidam] *Gog* et *Magog* Gothos putant.

Thobal, Hiberi qui et Hispani [2]).

Thiras, Thraces. — *Thogorma*, Phriges.

Madii, Medi.

Juban, Iones qui et Græci; unde et Mare Ionam.

Cetthei, Cettii, id est Obri [3]), apud quos et urbs Cittium vocitatur.

Dodanum, Rhodii.

IV. [1]) *ad candore* C. — [2]) *Spani... Prhiges* C. — [3]) Al. *Cyprii.* In C *Obrii aput quos et orbs citium.*

Ex his Græcorum nationibus extitere qui a Thauro monte us[que] ad Occidentalem Oceanum [f. 73] maritimam oram [1]) occupaverunt: hæ omnes gentes de Japhet stirpe descendunt.

Chus, Æthiopia.

Maestraim, Ægiptus.

Casloim, qui postea Philistim, nunc Palæstini; iidem tamen et Allophili, iidem et Alienigenæ appellati sunt; horum civitas Aschalon.

Saba, Arabia. Saba vocatur et regio in qua nunc Sabei.

Evila, Getuli.

Labain, nunc Libes, quondam Fotei appellabantur.

Tharsis, sive Carchedon, Carthago est. Quidam Tharso Cælicas (l. *Ciliciam)* arbitrantur, quia et civitas illic Tharsos sita est.

Africa appellata ab uno ex posteris Abrahæ, de Cetthura, qui vocatus est Afer.

Ismahelitae, vocati ab Ismahelo filio Abrahæ. Iidem et Sarracini a Sarra. Iidem et Aggereni ab Agar.

Nabathei a Nabeth filio Ismahelis appellati, qui ab Eufraten ad Mare rubrum porriguntur.

Chananei, appellati de Chanam, filio Cham: horum terram Judei, expulsis incolis, possederunt. Hi omnes de origine [2]) Cham veniunt.

Assur, Assirii, ab Assur filio Sem: hi urbem Ninum ex nomine Nini Regis condiderunt, quæ nunc Nineve vocatur.

Siros appellatos quidam adserunt [f. 74], ab Assirio, filio Abrahæ ex Chettura.

Us, quæ et Auxitidis regio, circa Cælensiriam, ita ab Us Sem pronepote, appellata.

Helamitae, Persæ, ab Helam, filio Sem.

Hebraei cognominati sunt ab Heber, qui pronepos fuit Sem.

Chasdei, nunc Chaldei vocantur et Chasdei, a Chasee filio Nachor, fratris [Abrahæ].

Hi omnes de Sem posteritate procedunt [3]).

[1]) *horam... discendunt.* — [2]) *origene... Assir Assirii ab... orbem* C. — [3]) *fr. abbae.* Patet Eucherium, cum ultimis capitibus Clavis, etiam tenuisse Chronicon supra Hippolyto ascriptum.

V. *De Locis.*

Zieb. Ipsa est Hierusalem, ipsa est et Salem, in qua regnavit Melchisedech. Hæc nunc ab Ælio Hadriano vocatur [1]) Ælia.

Babel, in Genesi, nunc Babilon vocatur. In hunc locum, quum turrem quondam [2]) homines ædificarent, adversus cœlum egressi essent, dispersi sunt, inmissa divinitus confusione linguarum.

Accar, nunc Nisibis vocatur.

Reblata, nunc Anthiocia appellatur. Eadem est et Epifania.

Sichem, hæc est et Sicima, nunc Neapolis, civitas Samaritanorum.

Olibama, in propheta, civitas in qua Edom [3]) principes habitaverunt.

Arihel, in Esaia: hanc quidam esse putant Ariopolim, ab idolo Martis Arihel, quod illic situm est. Interpretatur autem Hariel Leonum Dei, Hierusalem figuraliter [4]) significans.

Ararath, Armenia, in cujus montibus, post diluvium, arca consedit, adeo ut [f. 75] illic aliqua ejus indicia nunc usque permanent.

Arbae, quæ Arbon in nostris codicibus corrupte legitur. In qua tres patriarchæ sepulti sunt, Abraham, Isaac et Jacob; et præter[ea] Adam ipse. Hæc est etiam Chebron, in qua David regnavit.

Loth, ipsa est Libda, ipsa est Diospolis.

Decapolis, in Evangelio, regio est habens civitates decem.

V. [1]) *vogat Helia. Babil* C. — [2]) *quendam... divinitas.* Paulo post *Neapollis* C. — [3]) *qua duo princepis* sic C. — [4]) *ficuraliter* C. Mox *diludium... permanet... cudicibus corruptae* C.

Accharon, urbs Palestinæ. Sunt aliqui [qui] æstimant Accaron esse turrem Stratonis, et postea hanc appellatam fuisse Cæsaream.

Antelibanos loca appellantur, quæ sub Libanum montem, Orientalem plagam respiciunt.

Eufrata, civitas est Bethleem [1]). Eufrata vero fluvius de Paradiso.

Mesopotamia, idcirco dicitur quod Tigride et Eufratæ fluminibus ambiatur.

Emmaus, in Evangelio, nomen quoddam Castelli, nunc civitas quæ Nicopolis dicitur.

Calvariae, locus ob hanc causam dictus, quod de consuetudine in eodem [2]) loco damnaticii capite truncabantur.

Ariopagus. curiæ apud Athenienses nomen est, quæ a Marte nomen accepit.

[1]) *civitates Bethler* C. — [2]) *eundem* C. — *damnaticii*, vocabulum apud Tertullianum legitur.

VI. *De fluminibus, vel aquis.*

Geon, fluvius Æthiopiæ, de Paradiso emergens, quem Nilum usitato nomine appellant.

Phison, fluvius Indiæ, idem quoque [f. 76] de Paradiso fluens: hunc alii Gangen vocant.

Jordanis, ideo dictus, quod duo fontes in unum confluant, quorum alter *Jor*, alter *Dan* appellantur.

Mare Gallileae, idem est et Mare Tiberiadis, idem et stagnum Gennesar, idem est et lacus Cineret.

Mare Salinarum, hoc vocatur et Mare Mortuum, vel Asfalti, id est bituminis; ab Hiericho haud [1]) longe abest.

Bethsaida, piscina, in Hierusalem, in qua ægri deferebantur, ideo et probatica [2]), id est peculialis appellatur, quod hostias in ea quondam sacerdotes lavabant [3]).

VI. [1]) *aut* C. — [2]) *provatica... labant* C. — [3]) *lavant* C.

VII. *De Mensibus.*

Nisan, in libro Hester, mensis quem dicunt *Martium*, quique in Scripturis appellatur mensis primus.

Ælul, in libro Macchabeorum, *Augustus*, qui apud nos mensis sextus vocatur.

Casleu, In Zaccharia propheta, *November*, qui et nonus.

Thebeth, in libro Hester, *December*, qui et decimus [1]).

Sabath, in Zacharia, *Januarius*, qui et apud nos undecimus.

Adar, in libro Hester, *Februarius*, qui et apud nos duodecimus.

Quod si etiam reliqua hebrea mensium vocabula, quæ in canone non repperis, scire volueris, *Zar* vocatur mensis secundus, qui dicitur Aprilis; [f. 77] *Sivan* tertius, hoc est Maius; *Thammus* quartus, qui est Junius; *Thisri*, septimus, id est September; *Marsuan* octavus, qui vocatur October.

Horum XII mensium vocabula Hebræorum est.

VII. [1]) *decemus*... deinde *undecemus*... *cannonem repperis* sic C, id. *aput*... *octabus*... *mensum*.

VIII. *De Solemnitatibus* [1]).

Annus *Jubeleus*, annus quinquagensimus, qui erat annus remissionis, quo in Israhel unusquisque rei suæ venditus [2]), ad jus etiam absque pretio revertebatur.

VIII. [1]) *sollemnitatibus* C. — [2]) *venditur* C, sicut et supra p. 509 *tacitur* pro *tacitus*.

Pascha, transcensus, hebræum est: nam non græcum. Transcensus vero idcirco dictus est, quod Hebrei ab Ægipto in terram remissionis transcenderent. *Phase* idem pascha, est transcensus vel transitus. — Sunt qui magis transcensum, vel transitum ex hoc adpellari adfirmant, quod eadem nocte Dominus per Ægiptum transierit, cum Ægiptiorum primogenita cuncta percussit.

Pentecosthes, quinquagensima, græcum est. Hujus quinquagensimæ figuram [1]) annus Jubeleus gessit, qui nunc iterum futuræ repromissionis æternam requiem præfigurat.

Scenophegia, cum tabernacula a Judæis figuntur, ob memoriam tabernaculorum. *Scaenae* enim græce tabernaculum dicitur. Hæc Judæorum solemnitas Septem[f. 78]bri mense celebratur.

Incenia, novæ ædificationis observatio. *Cenon* namque in græca lingua [2]) novum significat. Ergo in hac solemnitate Judæi Octobrio mense dedicationis templi colebant diem.

Epifania, græcum est, quo [3]) significatur apparitio, vel ostensio, sive quod eadem die Dominus et Salvator noster in baptismo suo populis fuerit ostensus; sive quod stella Magis, sive quod primo signo Domini, aqua in vinum versa tunc apparuerit.

Neomenia [4]), hoc est quod apud nos kalendæ. Sed quia apud Hebreos secundum lunæ cursum menses supputantur, et *menen* græce luna appellatur, idcirco Neomenia, nova luna accipi potest.

Parasceve, præparatio, græcum est. Parasceve enim sexta Sabbati appellatur. Hinc vero præparatio dicitur, quod a Judeis eadem die quæ in Sabbatum sunt necessaria, præparentur.

Sabbata, requies, hebræum est. Idcirco autem requies, quod in eadem die Dominus ab opere, perfectis omnibus absolutisque, requieverit.

[1]) Bis *ficuram*, quod 2° loco erasum est... dein *annus j. g. quae nunc... praeficurat... tavernaculorum... september menmensis* sic C. — [2]) *linguam... octobrio mensis.* — [3]) *quod significati*, post corr. *significantur... stilla... in vino.* — [4]) *Neumenia* bis... *hebreus... mensis... accepi* C.

VIIII. *De Idolis.*

Idola, simulachra.

Belphegor, quod interpretatur simulachrum, idolum est Moab. Hunc Latini Priapum [1]) appellant.

Bel, quod interpretatur vetustas [f. 79], idem idolum est Babilonium. Fuit vero [2]) hic idem Belus pater Nini regis Assiriorum.

Adramelech, idolum Assiriorum, quod etiam Samaritæ colunt.

Astarten, quod in latinum sonat facturam superfluam, idolum Sidoniorum dicunt.

Belzebul interpretatur vir muscarum.

Diabolus, deorsum fluens, græce autem criminator [3]) dicitur.

Satana in latinum sonat adversarius, sive transgressor.

Sirenae, in Esaia, dæmones aut dracones magni, cristati pariter ac volantes, ut a quibusdam putatur.

Ululae, in Esaia, ab omni translatione nomine ipso hebræo [*hihim*] appellantur [4]). Septuagenta tantum interpretes pro *his* onocentauros in translatione posuerunt. Sunt qui *Ululas* aves esse putant nocturnas, ab ululato vocis quam offerunt.

IX. [1]) *Priamum* C. — [2]) *viro.* — [3]) *Criminatur...* mox *christati pariter evolantes.* — [4]) Parenthesin ex Reg. 1823 recipitur, vulgati *Iim.* In C perverse *in Hierusalem appellantur...* et pergit mox: *abes se putant esse nocturnas ab ululato vocis quam offerunt; quam vulgo... potant..* tandem in fine *nonnulla os etiam* sine ullo sensu. Nonne insolitum illud; et celticum fortasse, cum latina clausula, *cavannus* locum dedit voci vernaculæ *chat-huant?*

latu vocis, quam efferunt, quas vulgo *cavannos* dicunt.

Lamia, genus monstri, ut quidam putant, vel adfirmant.

Pelosi, in Esaia, dæmonum genera. Hos nonnulli etiam doctissimorum incubones, vel satiros, aut quosdam silvestres homines intellegendum putaverunt.

X. *De Vestibus.*

Ephod [1]), vestis sacerdotalis, quæ superindumentum vel superumerale appellatur. Est autem velut in Caracallæ modum, sed [f. 80] sine cucullo. Cujus vestis duo sunt genera, unum lineum et simplex, quod sacerdotes habebant; aliud diversis coloribus et auro, gemmisque contextum, quod soli pontifices utebantur.

Poderes sacerdotales, lineæ [2]), corpori penitus adstrictæ; eademque talaris, unde et poderis appellata: hæc et subucula dicitur.

Logium, quod et rationale, pannus exiguus, ex auro, gemmis coloribusque variis, qui [3]) superumerali contra pectus pontificis adnectebatur.

Chidaris, pileus sacerdotalis ex bisso. Hunc Græci et nostri tiarum, quidam etiam mitram [4]) vocant.

Petalum, aurea lamina in fronte pontificis, quæ Dei nomen illud ineffabile, tetragrammaton [5]), id est quattuor litteris Hebreis gerebat inscriptum.

Penulą, in Apostolo, latinum est. Est autem quasi lacerna, descendentibus clavis.

Diplois, in Regnorum, sagus vel clamis, ἀπὸ τοῦ διπλοῦσθαι [6]) est indumentum quo dupliciter ambimur; diplois appellari potest.

Bathim, in Danihele, vestes lineæ, quibus feminalia, ut arbitror, significantur.

Bathenim apud Hebreos linum dicitur: unde et in quibusdam locis legitur *Ephod Bath,* hoc est Ephod lineum, non autem *opod bar,* ut quidam corrupte legunt.

[f. 81] *Melotes,* in Regnorum, pellis [7]) simplex qua monachi Ægiptii etiam nunc utuntur, ex uno latere dependens.

Teristrum, in Genesi, apud Arabes, genus pallii muliebris.

Periscelidae, in Esaia, dicunt apud feminas crurum ornamenta.

X. [1]) *epohd* C. — [2]) Vulg. et al. *poderis sacerdotalis, linea c. p. — astricta... talares... ponderes* C. — [3]) *quae,* id. — [4]) *metram* id. — [5]) *et thetragrammaton... discindentibus.* — [6]) ΔΙΠΑΟΥCΤЄΝΟ sic C... *quod dubliciter.* — [7]) *pellex* 1 manu C... *quam cum utuntur.*

XI. *De Avibus* [*vel*] *volantibus* [1]).

Pellicanus, avis parva, quæ solitudinem delectatur. Est et aliud pellicanorum genus in Nilo, pene cignis simile, nisi quod paulo majores sunt. Quidam ita onocrotallos [2]) vocant.

Nicticorax, noctua; multi bubonem esse contendunt. Sunt etiam qui adserunt orientalem avem, quæ nocturnus corvus appellatur.

Ibis [3]), in Pentateucho, avis ægiptia, obscenitate oris inmunda, quæ alvum purgare consuevit.

Erodius, in psalmo, ardea a quibusdam putatur.

Larus, in Pentateucho, Gaviam significat.

Coenomia, musca canina, ut quidam putant, in psalmo accipiendam esse: sed musca omnimoda, et ideo non per Υ græcam litteram, sed per diptongon *oe* scribi debet.

Schinifes, culicum genus est, aculeis permolestum.

XI. [1]) De *habibus vol.* C. — [2]) *onochrotallos* C. — [3]) *Hibis... album pulgare consuebit* C.

XII. *De Bestiis* [1], *vel repentibus.*

Rinocheron, fera terribilis, gemina in naribus gestans cornua.

Monocheron, in psalmo, unicornis [2]) appellatur.

[f. 82] *Tragelafus*, in Deuteronomio.

Platocervus, id est, cornibns elatis.

Erinachii, ΧΟΙΡΟΓΡΙΛΛΙΟΙ nuncupantur, prope magnitudinem mediocrium cuniculorum, de cavernis petrarum procedentes gregatim, in heremo, quæ est contra Mare mortuum, depascuntur.

Ericii, qui et EXINOI [3]) dicuntur, ita spinoso defenduntur tegmine, ut nec contingi quidem possint.

Brucus, in psalmo, locustæ quæ nondum volant.

Eruca, quam vulgo *dulvam* vocant.

XII. [1]) *de Besteis* pluries C. — [2]) *unicorneæ*... mox XOIPOPMMIOI... *mediogrium*... *contra mare mortuo*... — [3]) EXOINOI .. tum *lugustae*... *erucha quem* C.

XIII. *De Ponderibus.*

Talentum est pondo sexagenta duo.

Semis, quod faciunt libras LXXX adticæ libræ.

Mina est libra una et semuncia. Talentum minas habet sexagenta.

Mna græce, latine mina dicitur.

Dragma [1]) habet scripula tria, id est seliquas XVIII, LXVII dragmæ efficiunt libram. Dragma denarium significat: octo denarii, id est dragma, efficiunt uncias. Sex oboli faciunt dragmam unam.

Didragma [2]), dragmæ duæ. Unde miror quomodo in libro Hebraicarum Quæstionum semuncia scribitur. Didragma habet scripolos sex.

Stather est nummus habens, ut quidam adfirmat, unciam unam, id est aureos sex. Nonnulli putant tres. In Evangelio enim pro duobus [3]) Didragmis stather datur.

[f. 83] *Nomisma* denarius est qui decem inputatur nummis.

Secel, qui in latina lingua corrupte siclus dicitur, [ut] in Quæstionibus supra dictis indicatur, unciæ pondus habet; nam ut alibi scriptum, repperis scripola decem. quod et ipse arbitror. Nam siclos ipse, vel secel, de propinquitate ponderis, quasi sicilicus sonat; habet autem secel viginti obulos.

Obulus est scripulum [4]) dimidium, quod facit seliquas tres, in Ezechiele. Siclus autem XX obolos habet; quod si ad eam rationem veniam usquam, ipsi æstimant ponderationem sicli unciæ esse pondus, quod in libris canonicis non repperis. Ergo obulus habet seliquas septem, et partem quintam seliquæ.

XIII. [1]) *draugma* C 1 m., ita ter paulo post.. *Sex opoli*... mox *scripila*, infra *scripolos*. — [2]) Iterum *didraugmu*, *draugmae* etc. — [3]) *pro duorum* C. — [4]) *scribulum* C, in fine *cannonicis*.

XIIII. *De Mensuris.*

Chorus est modii triginta.

Batus, amphora una, id est modii tres.

Baeth, in Paralipomenon, tria sata capit.

Satum vero mensura est.

Cadus græce, amphora est, habet urnas tres.

Œphi sive *ofa* [1]), modii tres. Idem mensura est, habet in aridis quod in liquidis batus.

Metreta una, ut quidam dicunt, habet sestarios centum. Mensura autem græce metron dicitur, unde metreta appellatur [2]). Notandum vero quod mensura hebræum nomen est.

Artabae, in Esaia, Ægiptiorum mensura est [f. 84], quæ tres faciunt modios X.

Sata idem est quod œphi, id est modios III.

Gomor mensura est attica [3]), habens, ut quidam opinantur, conices tres, id est sextarios duodecim. Alii Gomor dicunt paulo minus a sestariis [4]) quinque: quod etiam ipse sequor, eo quod sit decima pars œphi Gomor.

Nebel quidam putant modios tres.

Sestarius est liquidæ speciei.

Cothela [5]) mina est in Ezechiele. Decem, inquit, cothelæ sunt Gomor.

Accipe nunc ceterorum nominum significationem, quæ Ecclesiæ ore celebrata, in sermonem nostrum vertuntur ex græco.

XIV. [1]) C *ofea* 1 m. — [2]) *appellantur* — [3]) *attiga*, paulo autem supra *adtica*. — [4]) *sistariis* sic et infra. *sistarius*. — [5]) *cothila* ex vet. corr. repetita. In fine *accepe nunc ceteorum*, sic C.

XV. *De Graecis Nominibus.*

Theus, Deus. Theus autem, ut quorumdam opinio habet, ΑΠΟ ΤΟΥ ΘΕΑCΑCΘΕ, *a spectando*, id est omnia prospiciendo.

Homousion [1]), id est unius substantiæ.

Homoeusion, similis substantiæ.

XPC, unctus.

Spiritus paracletus, Spiritus consolator, Spiritus advocatus.

Agios, sanctus.

Angelus, nuntius.

Thronus, sedes [2]), vel solium.

Apostolus, missus, ideo quod a Domino ad evangelizandum missi sunt, licet a doctoribus hebreum putetur.

Propheta, prædicator [3]).

Martires, testes.

Episcopus, superintendens.

Presbiter, senior.

Diaconus, minister.

Clerus, sors.

Ecclesia, evocatio, vel collectio.

[f. 85] *Catholica*, universalis, ΑΠΟ ΤΟΥ ΚΑΘΟΛΟΝ, quod est *secundum totum*.

Sinagoga, conventus vel congregatio.

Ethnicus, gentilis.

Hipocrita [4]), simolator.

Heresis, secta.

Monachus, solitarius.

Heremus, desertum.

Parychya [παροικία], adjacens domus id est Dei.

Dyocysis, gubernatio et hoc non secundum proprietatem, aut potestatem verbi, sed secundum effectum.

Laicus, popularis.

Catechuminus, instructus.

Neofitus, novella plantatio.

Baptisterium, tinctorium.

Chrisma, unctio.

Eucharistia, gratia.

Holocaustum, totum conbustum, hoc ideo quia integra hostia igni tradita consumebatur.

Simbolus, conlatio, aut pactum vel conplacetum quod sit homini cum Deo.

Himnus, carmen in laudem Dei.

Pentatheucus, quinque volumina, id est Moisi; unde Apostolus ait, quinque verbis se in Ecclesia velle loqui. *Theucus*, volumen, unde Pentatheucus.

XV. [1]) C *homoeusion* bis. — [2]) *Sedis*. — [3]) Id. frequens in Clavi sic intellige. — [4]) *hibocrita*.

Exodus, exitus, vel egressus, id est populus Israhel [1]).

Deutheronomium, secunda Lex, in qua est evangelicæ Legis præfiguratio.

Paralipomenon, prætermissorum, vel reliquorum Regni, quæ in Regum libris prætermissa sunt.

Evangelium, bona adnuntiatio.

Apocalipsis [2]), revelatio.

[f. 86] *Gazofilacium*, divitiarum custodem, compositum de lingua persica et græca.

Sinodus, comitatus, vel cœtus.

Canon, regula.

Anagogen [3]), superior sensus.

Tropolegea, moralis intellegentia.

Parabola, similitudo.

EXPL. LIBER SECUNDUS.

1) C *Istrahel*... mox ut semper *praeficuratio*. — 2) *apocalapsis*. — 3) *Anagonen*, sic et alibi.

INCP. PROLOG. LIBRI TERTII.

Multifariam et multis id quidem cum significationibus, per omnia fere sacra volumina declaratum, manifestatumque diffiditur, sed non breviter: hoc in ipso divinarum Scripturarum demonstramus exordio, id est de interrogationibus et responsionibus.

EXPL. PROLOGUS.

INTERROGATIO ATQUE RESPONSIO.

I. *Interr.* In Genesis exordio legimus: *In principio*, inquit, *fecit Deus caelum et terram.* Et infra: *Spiritus Dei ferebatur super aquas* [1]).

Responsio. In principio, hoc est in Filio, quia per Filium fecit Deus Pater cælum et terram. Cui et illud a Patre dicitur: *Faciamus hominem ad imaginen et similitudinem nostram.* Omnia enim per Filium operatus est, *quia per ipsum omnia facta sunt, et sine ipsum* [2]). *factum est nihil Ferebatur autem Spiritus Dei,* utique sanctus. *Super aquas* vero, ut in supe[f. 87]riore libro [3]) memoravimus, secundum allegoriam, angeli sunt. Ecce habes Deum Patrem et Filium et Spiritum sanctum. Item aliud: *Verbo Domini caeli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* [4]). Ecce Dominum et Verbum et Spiritum ejus sanctum. Item in Evangelio: *Ite, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti* [5]). Sed Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus sanctus nec genitus, nec ingenitus. Si *ingenitum* [6]) dixerimus, duos Patres dicere videbimur. Si *genitum,* duos Filios, sed potius qui ex Patre et Filio procedat [7]), velut quadam Patris Filiique concordia. Neque vero apud nos potest sine Spiritu sancto justa esse concordia. Idem Spiritus et caritas et donum Dei dicitur. Idem et *divisor est gratiarum* [8]). Ergo Pater ex quo omnia, Filius autem per quem omnia, Spiritus sanctus in quo omnia, sicut et Apostolus dicit: *Quoniam ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia, ipsi gloria in saecula saeculorum. Amen* [9]).

II. *Interr.* Spiritus Dei quomodo ferebatur super aquas?

Resp. Non per vagationem, sed potestatem

Liber III. Brevis codicis prologus in edd. sequitur illam prolixam ad Salonium epistolam, quam supra ab initio libri II recensuimus. — Inde contractiore typo a nobis dantur quæ plus minus integra jam prodierunt. — *Multis in quidem conificationibus*, nova crux oscitantis librarii.

1) Gen. I, 2 et 26. — 2) Sic C *sine ipsum.* Jo. I, 3. Dividit versiculum ut Irenæus. — 3) Respicit *Formulas spiritales*, ut p. 521. — 4) Ps. XXXII, 6. — 5) Matth XXVIII, 29. — 6) *ingenitus... vedibimur.* — 7) Tunc statuebat de processione Spiritus sancti Concilium primum Toletanum (a. 447), in quo ergo innovatum est nihil. — *velut quaedam* C. — 8) I Cor. XII, 4. — 9) Rom. XI, 36. Ubi inclusa, vacat locus in cod. — *regintis* C.

[*dum crea*]turæ [1]) supereminet regentis imperium.

III. *Interr*. Quid est quod dicit: *Et vidit Deus quoniam bona sunt valde* [2])?

Resp. *Vidit*, hoc est approbavit.

IV. *Interr*. Edem in Genesi, quid accepimus?

Resp. Sacratissimum ipsum ad Orientem Paradisi locum.

V. *Interr*. Quid intellegendum est de arbore [f. 88] illa scientiæ boni et mali [3])?

Resp. In primis ne, ut quidam heretici interpretantur, malorum ita sicut et bonorum putetur ex hoc conditor Deus. In arbore illa quippe, quæcumque erat, præceptum Dei intellegendum est: sed in custodia præcepti scientia erat boni, in transgressione præcepti scientia erat mali. [Ergo degustata arbore, id est præcepti, scientia erat mali], quia præcepti legisque trangressum consequebatur et pœna.

VI. *Interr*. Quomodo accipiendum est illud quod nobis Scriptura deambulantem in paradiso Deum retulit [4])?

Resp. Dei in eodem loco præsentiam hac deambulandi appellatione manifestat. Scripturæ enim mos est, quod facilius hominibus ad intellegendum clareat, per humanas significationes divinos motus effectusque [5]) ostendere. Sicut dum Dei brachium dicit, potentiam ejus virtutemque designat; cum aures, eo quod cuncta indubitanter audiat; cum oculos, eo quod indiscrete universa prospiciat; cum animam, eo quod perpetuum, semperque vivat, aut quod auctore ipso omnia vivificentur.

VII. *Interr*. Cum nulla ignorantia apud Deum esse possit, quomodo ipse in libri Geneseos exordio dicit ad Adam: *Ubi es* [6])?

Resp. Hoc est dicere: Adam, quo recedisti? Non ergo vox ista quasi pro ambigui sciscitatione quærentis est, sed cum interrogatione increpantis. Et aliter: sermo hic non Deum veri inscium, vel [f. 89] ubi esset Adam, Deum ostendit ignarum, sed illud potius ostendit, quod omnis ille qui peccat, velut jam erroribus suis devius, et per delictum recedens a conspectu Dei, notitia ejus efficitur indignus.

VIII. *Interr*. Quid est quod ait: *Maledicta terra in operibus tuis* [7])?

Resp. Hic opera non tam excolendi atque exercendi agri, quam peccata intellegenda esse, quidam arbitrantur.

IX. *Interr*. *Dilatet Deus Jafeth et habitet in tabernaculis Sem* [8]), quid hoc intellegendum est?

Resp. De Jafeth, qui in lingua nostra *latitudiuem* sonat, gentium nascitur multitudo, de Sem Hebræi. Hoc ergo significatum est: Dei Scripturarumque notitiam, ejecto Israhel, a nostris vindicandam. Notandum vero est, tres Noe filios tres post diluvium terræ partes occupasse: Sem namque posteritas in Asia vel Oriente, Cham in Africa vel Meridie, Jafeth cum parte Asiæ in Europam se Occidentemque perrexit.

X. *Interr*. Quid est quod dicitur in Genesi: *De terra illa exiit Assur, et aedificavit Ninevin et Roboth civitatem* [9])?

Resp. Non duas significat civitates: *Roboth* namque plateas dicit; est ergo sensus hic: Ædificavit Ninevin et plateas civitatis.

XI. *Interr*. Quomodo arguendum est occurrentibus, quod Abraham fratris sui filiam Sarram sibi in matrimonio sumpserit [10])?

Respondendum, quod quæ a Domino adhuc tunc non fuerant lege interdicta, non putabantur inlicita.

XII. *Interr*. Quomodo Jacob dicit: *Vidi Deum facie ad faciem* [f. 90], *et salva facta est anima mea,* quum in Evangelio legatur: *Deum nemo vidit umquam* [11]) ? Aut quomodo Moyses cum Deo *facie ad faciem tamquam cum amico locutus* scribitur, et rursus idem dicit ad Dominum: *Ostende mihi gloriam tuam?*

Resp. Quia Jacob vel Moises non in ipsa majestatis suæ gloria Deum videbant, sed

[1]) Inclusa hic et alibi codex om. Reg. 1823 aut Parisienses omissa supplent. — [2]) Gen. I, 31. — [3]) Gen. II, 9. — [4]) Gen. III, 8. *Deambolantem... deambolandi... motos... cum aureos* C. — [5]) Edd. *affectus*. Respicit *Clavem* et *Formulas*. — [6]) Gen. III, 9. *In lebro g. exordii* C. — [7]) Gen. III, 17. — [8]) Gen. IX, 27. *Istrahel* 1 m. C. Mox mirum pro *Asia* scribi *Baasia*. — [9]) Gen. X, 11. — [10]) Gen. XX, 12. *resp. quoque*. C. — [11]) Gen. XXXII, 30. Jo. I, 18. Exod. XXXV, 11; XXXIII, 18, 20. — *subjectum d. potestatis* C. In vulgatis sunt quæstiones XXIX ad Genesim; cur tantillam partem codex retinuerit, non assequor.

per subjectam divinæ potestati speciem visibilis creaturæ, quæ humanis poterat apparere conspectibus. In ea autem substantia majestatis, in qua est, quomodo Deus a mortali adhuc homine videretur, cum ipse ad Moysen dicat: *Non poteris videre faciem meam. Non enim videbit me homo, et vivet?* Hac ergo ratione utrumque testimonium verum est.

INCEPIT INTERROGATIONIS DE EXODO.

XIII. *Interrogatio*. Dicit Dominus ad Moisen: *Posteriora mea videbis* [1]: quid hic intellegendum est?

Respondendum, quod posteriora divinorum operum in Christo, posteris manifestanda temporibus, vel in Spiritu visurus esset [2], vel in posteris suis. Nam posteriora Domini videre, hoc est Filium ejus terris apparuisse, et sæculum periclitantem jam in finem sua passione redemisse.

XIV. *Interr*. Quid est ille digitus Dei, quo duæ Legis tabulæ videntur scriptæ [3]?

Resp. Digitus Dei hic accipiendus est Spiritus Dei.

[IN LEVITICO].

XV. *Interr*. Cum munda et inmunda animalia divina per Moisen Lege discreta sint, quomodo etiam ante diluvium de his quæ in arcam recipienda erant, inmunda appellantur animalia [4]?

[f. 91] *Resp*. Moises, inspirante sancto Spiritu, Pentatheuci scriptor et conditor est: et quia in Levitico de mundis inmundisque animalibus erat proferenda discretio, etiam in Genesi, quia utriusque libri auctor est, eadem animalia appellavit inmunda.

XVI. *Interr*. Quæ de veteri Testamento relinquere, vel quæ observare debemus?

Resp. Debemus observare mandata, quæ ad corrigendam vitam moresque pertinent [5]; relinquere autem cæremonias ritusque sacrificiorum, qui figuras atque umbram futuris tunc rebus prætulerunt.

XVII. *Interr*. Quid respondemus objicientibus, quam ob causam Deus, sacrificiis veteribus repudiatis, novis [6]) delectatus sit? Nihil enim corrigi adfirmant, nisi quod [non] recte factum putetur.

Resp. Spatiosa quæstio, sed nos pro necessitate breviter [7] respondebimus, quod non ideo Deus videri possit mutabilis, quia hæc pro temporum opportunitate mutata sunt. Nam et annus temporibus, et vitæ spatium variatur ætatibus. Nec idcirco quæ ista instituit, divinæ providentiæ ratio variatur. Nec agricola, si æstate aliud, hieme aliud in exercendo agro jusserit, agriculturæ ratio mutatur. Non quod is sui videatur esse dissimilis, qui facit, [sed tempus quo facit]. Præcepit ergo Deus quæ apta sunt suis quibus[que] temporibus. Sicut etiam hic de sacrificiis præcepit, non causa suæ delectationis, sed humanæ, ut cetera, utilitatis. Et ideo bonus est [f. 92] Dominus, *quia bonorum nostrorum non indiget.* Sed hæc ipsa sacramentorum [commutatio], ne nova et subito putetur adsumpta, prædicata jamdudum propheticis atque divinis vocibus fuerat, quibus dicitur: *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.* Postremo, ut breviter concludamus, cur diversa sibi sacrificia Deus voluerit offerri, quia aliis sacramentis Christum prænuntiari oportuit, cum venisset.

DE NUMERORUM [8]).

XVIII. *Interr*. Balaam ille gentilis [9], quid est quod prophetasse secundum fidem sacræ comprobatur istoriæ?

Resp. Ut multis innotesceret modis veritas, dum usquequaque prolata, etiam per infideles, adnuntiatur, et ut hoc ex gentibus prophetante, signum hoc esset gentibus credituris. Nam et Heliud in Job libro de futuris haud dubie multa prædixit. Et Caiphas de Domino ac Salvatore nostro in Evangelio prophetavit.

1) Exod. XXXIII, 23. — 2) *essit* C. — 3) Exod. XXXI, 18. Addunt edd. quæstiones tres in Exodum. — 4) Gen. VII, 8. *Lengen discraeta... liberat proferenda* C. — 5) *devemus* bis... *pertinet... ficuras* C. — 6) *nobis*... id. — 7) *brebiter*... paulo post *nam et nos temporibus*... deinde *in excendo agro* C. Ps. XV; XLIX, 9, circa med. C *indigit... sagram* bis... *vitulo... hircus... posttremo* sic C. — 8) In titulo scholiis inserto habet C *de numerum*, pro *numerorum*, subintellecto, ut fit, *libro*... — 9) *gentiles... storiae... enotisceret... pro latam... esse... dubiae... hac* C. Num. XXIV, 17.

[IN DEUTERONOMIO].

XIX. *Interr.* Quid respondendum Judæis [1]) objicientibus testimonium illud: *Maledictus omnis qui pependit in ligno*?

Resp. Maledictum esse hominem qui in ligno pendeat, sed noxium, non innoxium. Neque enim innocentiæ potest esse maledictum pœna [2]) peccati. Etenim si Mardoceus, præparato ligno suspensus, sententiam regiæ crudelitatis explesset, numquid eum hi nunc dignum hac [3]) maledictione judicarent? Aut Macchabei atque alii quos Scriptura morte simili indignissime testatur adflictos, numquid apud eos pro [f. 93] maledictis habentur? Quapropter Salvator noster a morte redempturus hominem, ita crucem non refugit, ut mortem. Igitur in minoribus non calumnientur, cum pro patientia Domini nos etiam in majoribus gloriemur. Nec mirum, si dicatur patibulum subiisse, quem nos etiam ad infernum descendisse fatemur. Qui cum ipse peccatum non haberet, suscepit tamen mortem de peccati maledictione venientem. Atque idcirco pependit in ligno, ut [nos a] delicto quod in ligno fuerat perditionis admissum, ligno adpensus absolveret.

INCP. DE LIBRO JOB.

XX. *Interr.* Quid est quod de Dracone illo scribitur: *Omnes naves si conveniant, non sustinent corium caudae ejus* [4])?

Resp. Naves ecclesias dicit, quæ temptationibus tribulationibusque vexatæ, vix Antechristum in mundi fine tolerabunt. Recte autem Draconis illius, id est, Diaboli caudam Antechristum appellat, a quo persecutio veniet extrema.

[IN REGNORUM].

XXI. *Interr.* Quid est quod cum aliquanti hic Dominus vindicet, non vindicet [5]) omnia?

Resp. Vindicat aliqua, ut intellegatur humanarum rerum agere curam, et quod non vindicat omnia, ut agnoscatur terribile cunctis adhuc futurum esse judicium.

XXII. *Interr.* Cum factum non sit, quomodo oranti Ezechiæ quindecim anni quasi [6]) ad præfinitum vitæ suæ tempus adduntur?

Resp. Quia utique urgebatur Ezechias extremis [f. 94], non fati decreto, sed Dei evocatione atque judicio. In tantum enim vitæ anni prius non fuerant constituti, ut per supplicationem videantur adjecti.

DE PARALIPOMENON

XXIII. *Interr.* Arcam Domini, in qua erant duæ tabulæ Testamenti, quo ablatam esse credendum est?

Resp. Legimus in Paralipomenon, Josiam regem Juda, cum Hierusalem ageret Pascha Domino, ad Levitas ita locutum esse: *Ponite arcam in sanctuario templi, quod aedificavit Solomon filius David, rex Israel. Nequaquam enim eam ultra portabitis* [7]). Hoc loco ita intellegere quidam volunt, quod Josias futuram prævidens captivitatem, arcam Domini (in certum tamen quod hunc locum curaret), abscondit.

INCIPIT IN PSALMO.

XXIV. *Interr.* Cum primus psalmus primis illis versiculis impium peccatorem, hereticumque discreverit, quid sibi vult illa sub ipsius psalmi fine conclusio, in qua ait: *Ideo non resurgunt impii in judicio, neque peccatores in consilio justorum* [8])?

Resp. Psalmi hujus initium de discretione meriti est, et finis de discretione judicii. In quo ostendit quod homo absque dubio omnis resurgat, id est justus ut judicet, peccator ut judicetur, impius ut puniatur. Neque enim

[1]) *Judaei* C. Deuteron. XXI, 25. — [2]) *poene p... etsenim... crudel. expraesit.* — [3]) *aut m... adflictus... aput... adque... adpensos... absolverit* C. — Una ex edd. quæstio in Deuteron. hic omittitur. In Bibliorum codice suo Eucherius legebat librum Job statim post Pentateuchum, quasi servata temporum serie, nisi in his quæstionibus ordo librorum mutatus fuerit. — [4]) Job XL, 26. Versio singularis. — *Omnis naves si conveniat... finem... extrama* C. — Duas quæstiones edd. præmittunt. — [5]) *vindicit* bis C... *ut omnia agnuscatur terrebile* id. — [6]) IV Reg. XX, 6. *quas ad... urguebatur... fuerat.* Post VI quæstiones in Reges, hic ante Paralipomena editi habent VIII quæstiones de Michæa, Isaia et Ezechiele, de quibus silet codex noster. Præposterus ordo editorum suggerit interpolationis suspicionem. — [7]) Paralip. XXXV, 3. *Rex Istrahel... portabetis*, locus in fine obscurus, sed in vulgatis corruptior. — [8]) Ps. I, 5. *heriticum...*

tunc judicatur, [qui] jam judicatus est, secundum quod scriptum est: *Qui autem non credit, jam judicatus est.*.

XXV. *Interr*. Quid sibi vult illud quod frequenter in psalmorum titulis scribitur [f. 95]: *In finem psalmus David?*

Resp. Quod psalmi in fine mundi bonorum repromissionem respiciant, vel quod ea quæ [1]) Judæi obtinere se posse in principio crediderunt, nos consequamur in Christo quem venisse confitemur in finem.

XXVI. *Interr*. Cum in psalmo [2]) scriptum sit: *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem*, quomodo iterum in alio psalmo scribitur: *Quae utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem?*

Resp. Descendere se in corruptionem Salvator prophetæ voce prænuntiat, dum clavorum adfigentium inruptione penetratur. Rursus non dedit Dominus sanctum suum videre corruptionem carnis, quia corruptionem carnis Christus celeri resurrectione prævenit.

XXVII. *Interr*. *Virga tua et baculus tuus ipsa me consolata sunt* [3]), quæ hic intellegenda discretio est?

Resp. In virga correptio declaratur, in baculo consolatio.

XXVIII. *Interr*. Quid indicat illud quod legitur in psalmo: *In capite libri scriptum est de me* [4])?

Resp. Ex persona hoc dicitur Salvatoris, de quo scribitur: *In principio creavit Deus caelum et terram,* id est in Filio. Aut certe illud: *In principio erat Verbum [et Verbum] erat apud Deum, et Deus erat Verbum.*

XXIX. *Interr*. *Abissus abissum invocat,* inquit, *in voce cataractarum tuarum* [5]). Quomodo istud intellegendum est?

Resp. Non inmerito abissus appellatur divinarum Scripturarum profundum; et ideo in voce cataractarum tuarum [f. 96] abissus abissum invocat, cum vetus Testamentum novum adnuntiat, vel novum Testamentum vetus [in] testimonium vocat, in vocibus prophetarum.

XXX. *Interr*. Quid intellegendum est ex hoc quod scribitur: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii* [6])?

Resp. Id est, quod temporum successione sint redditi pro patriarchis sive prophetis apostoli sive evangelistæ.

XXXI. *Interr*. *Frater non redemit, redemit homo* [7]). Quid hoc loco sentiendum est?

Resp. Quod non redemit Moises, redemerit Christus.

XXXII. *Interr*. Quid interior sensus eloquitur de hoc quod scribitur: [*Priusquam producant spinae vestrae rhamnum* [8])?

Resp. Id est priusquam se peccata vestra consumment.

XXXIII. *Interr*. Quid est quod scribitur]: *Transivimus per ignem et aquam, et induxisti nos in refrigerium* [9])?

Resp. *Ignem et aquam* persecutionem indicat atque martirium. Aliqui hic aquam baptismum intellegendum putant, et ignem sanctum Spiritum, qui infusus peccata tamquam ignis exurat: et hinc est quod scribitur: *Dominus Deus vester ignis urens est.*

XXXIV. *Interr*. Quid dicitur illud quo legitur: *Iter facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen est ei* [10])?

Resp. Viam bonorum actuum præparare illi qui supergressus est occasum, id est Dominus Jhesus Christus, morte devicta.

XXXV. *Interr*. *Pluviam,* inquit, *voluntariam segregans, Deus, hereditati tuae, etenim infirmata est: tu vero perfecisti ea; animalia tua habitabunt in ea* [11]). Quis hujus loci sensus?

Resp. Pluvia hic, secundum litteram, manna est; secundum [anagogen mandata] intellegenda sunt: quæ mandata licet lex infirmata videatur transgressoribus Judæorum, gratia tamen Evangelii ostenditur esse conpleta, in qua [f. 97] nunc animalia, id est, gentes habitant atque consistunt.

ipsi... meritis est et fines C. Jo III, 18. — Omitto insulsa marginis scholia hic et infra f. 96. — [1]) *ea quod j. obtenere.* — [2]) Ps. XV, 10. XXIX, 10. *In psalmum... discendo, discendere... corruptionis carnis quin corruptionis* sic C. — [3]) Ps. XXII, 4. *Consulatae sunt... consulatio.* — [4]) Ps. XXXIX, 8. *Quid judicat...* Joan. I, 1. — [5]) Ps. XLI, 8. *Habisus* etc... *cataraptarum...* bis. Cf. supra p. 515, 533. — [6]) Ps. XLIV, 27. — [7]) Ps. XLVIII, 5. — [8]) Ps. LVII, 10. Vecors librarii saltus iteratur. — [9]) Ps. LXV, 12. Deuter. IV, 24. *Transibimus per igne et aqua.* — [10]) Ps. LXVII, 5. *Quod leg.* l m... *ascindit.* — [11]) Ps. LXVII, 10. *Pluviam hic...* Iterum cur ibi locus in codice vacuus, undenam divinandum? — Sequentia ita sunt edita: *Quae mandata vel lex, licet infirma videatur transgressionibus Judaeorum, gratia tamen* etc.

XXXVI. *Interr*. Quæ intellegentia est in hoc quod legimus: *Si dormiatis inter medios cleros, pennae columbae deargentatae, et posteriora dorsi ejus in specie auri* [1])?

Resp. In hoc loco de apostolis optat propheta, [ut] usque ad transitum perseverent, credentes in Testamentis duobus. In columba autem Spiritus sanctus, in posterioribus occultior intellectus, in argento splendens historia Scripturarum, in auro interior vel pretiosior sensus ostenditur.

XXXVII. *Interr*. Quos illos accipimus *principes Zabulon* et *principes Neptalim* [2])?

Resp. Petrum apostolum, vel Andream, qui ex hisdem tribubus sunt vocati, sicut et supra *Benjamin* nomen apostolum Paulum oportet intellegi.

XXXVIII. *Interr*. Quid est quod scribitur: *Deus autem rex noster ante secula operatus est salutem in medio terrae* [3])?

Resp. Judaeam dixit, in qua Christus per crucem liberavit mundum, quam aliqui umbilicum terræ appellandam arbitrantur. Et aliter: *Operatus est salutem in medio terrae,* id est in utero virginali.

XXXIX. *Interr*. Quid est hoc quod legimus: *Quia calix in manu Domini, vini meri, plenus est mixto, et inclinavit ex hoc in hoc, verumtamen fex ejus non est exinanita* [4])?

Resp. Calix Domini mixtus misericordia et judicio. Inclinatur ex hoc in illud, cum de misericordia in judicio, divina severitate [f. 98] transitur. Fex autem ejus ideo non exinanitur, quia adhuc ultimum judicium reservatur.

XL. *Interr*. Quid hic sequitur: *Justitia et pax osculatae sunt se* [5])?

Resp. Quod [se] Lex et Gratia conjunxerunt per mediatorem Dominum nostrum Jhesum Christum, *qui fecit utraque unum.*

XLI. *Interr*. Quid hic intellegendum est, quod scriptum est: *Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber* [6])?

Resp. Christus utique inter mortuos liber, qui absque peccato inter peccatores apparuit.

XLII. *Interr*. Quomodo juventus aquilæ renovatur, secundum illud quod legimus: *Renovabitur sicut aquilae juventus tua* [7])?

Resp. Aquilæ dicuntur vi nimiæ senectæ inplumes fieri, et nido relatæ, vicissim pullis suis ministrantibus pasci, donec deterso senio veterno, recipiant cum pennis usum volandi. Secundum anagogen autem, juventus nostra vel baptismo vel resurrectione renovatur.

XLIII. *Interr*. Quid inter psalmum et canticum interest?

Resp. Quod psalmus a psalterio appellatur, at vero [8]) canticum ex voce prophetatur, [et quod canticum pro scientia, pro opere vero psalmus accipitur]. Psalmus ergo ad actualem, id est ad practicen: canticum vero ad contemplativam, id est ad theoriam appellantur.

XLIV. *Interr*. *Juravit Dominus, nec poenitebit eum* [9]). Quomodo juravit Dominus?

Resp. Jurare Domini est inmutabiliter promittere. Recte igitur istud commutatio sermonis usurpat, eo quod promissio ejus sacramenti obtineat firmitatem.

XLV. *Interr*. Quid indicat illud quod scribitur: *De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput* [10])?

[f. 99] *Resp*. Ad personam Christi ista referenda sunt, quia *de torrente in via,* id est de passione, *in via,* id est in sæculo *bibit*, propterea Deus *exaltans caput ejus, donavit illi nomen quod est super omne nomen.*

XLVI. *Interr*. Quid est quod legimus: *Sicut ablactatum super matrem suam, ita retributio in animam meam* [11])?

Resp. Animæ nostræ ablactatio est, cum ab ignorantiæ infantia ad perfectum cibum vitæ consummatione sensus erigitur. Igitur supra dixerat: *Si non humiliter sentiebam,* id est si non humilia et terrena congitabam, *sed exaltavi animam meam,* hoc est, sed ad cælestia mitti contendi: hæc mihi fiat retributio, ut animam meam intellectus consummatio consequatur.

XLVII. *Interr*. Sæpe in Scripturis dicitur:

[1]) Ps. LXVII, 14. *pinnae col. deargentate... in speciae... de apostolos... Spir. sancti... intellictus... splendens sthorias... praetiosior.* — [2]) Ps. LXVII, 28. *neptilim... oportit...* — [3]) Ps. LXXIII, 12. *Judaem* sic C... *appellandum.* — [4]) Ps. LXXIV, 9. *Exaenanita... mixtos...* — [5]) Ps. LXXXIV, 11. *Gradia...* Ephes. II, 14. — [6]) Ps. LXXXVII, 5. *factum sum.* — [7]) Ps. CII, 5. *Senio veterno* adj. nota... *recipiat cum pinnis... anagonen... baptismum.* — [8]) *Ad vero...* Inclusa ex edd. — [9]) Ps. CIX, 4. *Penetevit... inmutaviliter... egitur est ut... optineat...* — [10]) Ps. CIX, 7. Phil. II, 9. *Bibit... exaltavit.* — [11]) Ps. CXXX, 1. *Oblectatio...* Post *erigitur*, dormitans notarius resumpsit *cum ab ignorantiae infantiam* etc. cum repetito mendo et altero tumultu reliqua

Confitebor tibi, Domine, qualiter [1]) hoc intellegendum est?

Resp. Non semper pœnitentiam videtur significare *confessio.* Nam *confitebor* interdum ponitur pro *laudabo*, vel pro *gratias agam,* vel pro *glorificabo Dominum.*

XLVIII. De sermone corvorum et pullorum [2]). *Interr.* Qui sunt pulli corvorum de quibus scribitur: *Et pullis corvorum invocantibus eum?*

Resp. Fideles filios significat, de infidelibus procreatos.

[IN PROVERBIIS].

XLIX. *Interr.* *Cervus amicitiae et pullus gratiarum fabuletur tecum* [3]), quid hic sequitur?

Resp. Cervum amicitiæ accipiendum hic quidam putant Christum, totius dilectionis et caritatis [f. 100] magistrum. Pullum gratiarum Spiritum sanctum, qui sit omnium gratiarum, id est carismatum distributor. Admonemur ergo ex hoc, ut semper Christi vel sancti Sp - ritus solacia requiramus.

[IN CANTICIS CANTICORUM].

L. *Interr.* Quid est illud quod de Ecclesia scribitur: *Fusca sum et speciosa, filiae Hierusalem?* Si fusca sum, quomodo speciosa [4])?

Resp. Quia ante examinationem sui, Ecclesia pro diversitate in se consistentium bipertita est: in sanctis speciosa est, in peccatoribus fusca, sicut et Hierusalem modo sanctam civitatem Scriptura commemorat, [modo peccatricem].

INCP. DE EVANGELIO MATTHEI.

LI. *Interr.* Quam ob causam in propheta evangelistæ quattuor diversa animalium specie designantur [5])?

Resp. Mattheus hominis obtinet formam, quia a nativitate hominis orditur dicens: *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham.* Marcus leonis specie præfiguratur, eo quod ut leo ingenti intulit voce: *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini.* Lucas adnuntiatur in vitulo, quod a sacrificiis vel a sacerdotio sumat exordium, dicens: *Fuit in diebus Herodis regis Judaeae sacerdos nomine Zacharias.* Johannes aquila prænotatur, quia spiritu pervolans ad superna, tamquam de sublimi profert, dicens: *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.*

LII. *Interr.* Quomodo accipiendum est quod Dominus Jhesus Christus David filius dicitur, cum utique natus non sit ex Joseph, qui ex David stirpe [f. 101] descendit [6])?

Resp. In conjugio tunc Judei, secundum legem de consanguinitate, proximas adsumebant. Nec dubitandum est, quod hac ratione etiam Maria ex eadem tribu veniens, sicut Joseph, ex David stirpe descendit, immo processerit. Ideo autem per generationem Joseph origo Mariæ significatur, quia consuetudo Scripturarum est, virorum potius quam feminarum seriem in generatione contexere. Cujus Mariæ, quæ cognata, sicut legitur, fuit Elisabeth, quæ fuisse scribitur de filiabus Aaron, manifestissimum est, quod in Christo secundum carnem ex utroque genere convenerit, regum scilicet sacerdotumque successio.

convertit in novam interrogationem et responsionem. *Pro mitti* edd. habent *mente.* In fine iterum *intellictus.* — [1]) Ps. cx, 1. *Sepe... videntur... confessionum* (fere uno verbo). — [2]) Titulum insulsum, f. corrasum ex margine, notarius etiam rejecit post responsionem. — Ps. cxlvi, 3. *Fedeles filius s. de infedelibus* C. — Habemus igitur de psalmis in codice quæstiones xxv; in vulgatis vero non pauciores quam lxv. Selecta tantum in veteres membranas recepta fuisse in promptu opinarer, nisi mox ob nova et prolixiora in novo Testamento problema intricaretur. — [3]) Prov. v, 19. *Amiticiae* sic C. Tres alias quæstiones in libro Salomonis editi continent. — [4]) Cant. i, 4. *Scrivitur filia... consistentum vipertita* C. — [5]) Ezech. i, 5. Tum Matth. i, 1. Marc. i, 8. Luc. i, 5. Joan. i, 1. *Designatur... fili* bis... *specias praeficuratur... sacerdus n. Zaccharias... praenutatur.* Hæc vero cum Irenæo velim conferas; haud enim sine consilio superius p. 208 longum ejusdem locum de iv Evangelistis cum nonnullo apparatu græco et latino reduxi. — [6]) *Discendit* pluries... *Judeis... cosaguinitate... consuitudo... verorum... scilicit.*

LIII. *Interr*. Quomodo obtulerunt [1]) Magi munera? sicut legimus: *Aperientes*, inquit, *thesauros suos*, *obtulerunt aurum*, *thus et murram. Et responso divino admoniti in somnis, ne redirent ad Herodem*, *per aliam viam reversi sunt.*

Resp. Tunc scilicet Magi, præsagio Spiritus, Christo munera offerebant, aurum scilicet quasi regi, thus autem quasi Deo, sive quia passionem, sive inmolationem [2]) demonstrabat. Murra autem sepulturæ signum prætendebat. Magi autem ipsi typus [3]) credentium erant. Herodes autem Diaboli significabat figuram [4]). Quod autem Magis dictum est, ne reverterentur ad Herodem, hoc est, ut hii qui ex Gentibus ad Christum veniunt, rursus ad Diabolum non revertantur.

INCP. DE EVANGELIO MARCI.

LIV. [f. 102] *Interr*. *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini*, *omnis vallis inplebitur*, *et omnes montes et colles humiliabitur*, *et erunt prava in directa* [5]).

Resp. Vallem quod dicit, mundum istum demonstrat, repletum Christi doctrina. Montes autem et colles humiliati, perfidia scilicet [6]) Diaboli, et idolorum cultura, quæ in adventu Christi humiliata sunt, atque depressa; quod autem dicit: *Erunt prava in directa*, hoc est Gentilium pravitas, qui nunc recta itenera Christi ingrediuntur.

LV. *Interr*. *Cibus autem Johannis erat locustae et mel silvestre* [7]): quæ hujus est interpretatio?

Resp. Locustas quas dicit, populorum multitudinis demonstrat figuram, qui ad Johannem veniebant; mel autem fructum dulcedinis declarat, utique eorum quorum credulitate et fide Johannes saturabatur.

LVI. *Interr*. *Et cum jejunasset*, inquit, *Ihesus*, *et postea esurisset*, sicut evangelica lectio testatur, dicens: Dixit ad eum is qui tentat: *Si Filius Dei es*, *dic ut lapides isti panes fiant*. *Ihesus autem dixit ei: Non in pane solo vivit homo*, *sed in omni verbo Dei*. *Tunc*

LIII. Incidimus in novum opus, plane Eucherianum, cæteris consentaneum quæstionibus, notatuque dignissimum, ut et cætera nova quæ subinde sequuntur, unde nostri tandem codicis totiusque operis ultimam rationem investigemus.

[1]) Matth. II, 11, 12. *Optulerunt* bis... *Sicu legimus... inquid... et murra... ab Herodem*. — [2]) *passionem simulationem demonstrabat*, id quod me satis torsit: erit enim cui forte placuerit magis legere *similatione*, ac si quid simile sit holocausto crucis thus quod igne consumitur. In quacumque lectione, singularis est ea thuris explanatio allegorica. — [3]) Liquido in codice: *Magi autem ipsi tipsum credentium erant*, quæ verba nullo fere discrimine separantur, neque ullo obelo, sive puncto notantur. Litteram *s*, ut alibi sæpius, addititiam existimo, ac lego *typum* pro *typus*, salva meliori sententia. — [4]) *ficuram*. — Tres ergo illic et infra quinque de Matthæo quæstiones tenemus, dum vulgatæ fuerunt XII, quæ minime spuriæ videntur. Nostræ autem tam sententia quam methodo maxime in prolixis interrogationibus LXV et LXVI plane novæ sunt.

LIV. [5] Marc. I, 3. Statim agnosce nostrum incredibili barbarie singularem scribam: *Omnis valles inplevitur et omnis montes et colles humiliavitur*, sic ille. — [6]) *Scilicit... in advento... adque depraessa... itenera Christi egrediuntur*.

LV. [7] Marc. I, 6. — *Lucustae* bis... *interpraetatio... multitudines... figura qui*. An græcanica syntaxis? mox mixta cum barbarie *fructum dulci his declarat* sic cod. — In edd. altera est de Marco interrogatio. In fine *Johanni* post corr. *Johanne*.

adsumpsit eum, inquit, *Diabolus*, *statuit eum supra pinnam templi*, *dicitque illi*: *Si Filius Dei es*, *mitte te deorsum*, *ut excipiant te angeli*, *ne offendas ad lapidem pedem tuum?*

Resp. Secundum historiam, facta sunt hæc quidem; sed secundum allegoriam sentiendum est... cum dicat [1]) evange[f. 103]lista: *Arbor autem bona*, crux est quæ fructus vitæ credentibus adtulit [2]).

LVII. *Interr*. *Omnis qui audit verba mea*, *et facit ea*, *similis est viro sapienti*, *qui aedificavit domum suam super petram*: *et descendit pluvia*, *advenerunt flumina*, *et inruerunt in domum illam*, *et non cecidit*; *fundata enim erat supra petram* [3]), et cætera quæ sequuntur, quis sensus est?

Resp. Petra, scilicet [4]) Christus. Domum autem quam dicit, habitaculum corporis nostri est. In hac igitur petra, hoc est in Christo, domum nostram ædificemus, et cum flumina et venti venerint, hoc est impetus persecutionis et procella, inpulsi non cadamus. Arena autem non aliter quam heresis intellegitur. Super hanc igitur arenam, id est super heresem quique domum suam ædificaverit, corpus videlicet, et fidem suam negaverit, stultus erit: mox enim *advenient flumina*, quæ sunt impetus persecutionis, et illico cadet.

LVIII. *Interr*. *Ecce ego* [5]) *mitto vos*, *sicut oves in* [me]*dio luporum*; [e]*stote itaque prudentes sicut serpentes*, *et simplices sicut columbae?*

Resp. Lupi persecutores sunt; oves autem christiani sunt, qui tempore persecutionis a lupis coluntur. *Sed* [e]*stote*, inquit, arguti *sicut serpentes*. Serpens, in necessitate mortis suæ, dicitur caput suum custodire, corpus autem suum morte tradere. Ita et nos caput nostrum, hoc est Christus, celemus [f. 104] confitendo [6]); corpus autem nostrum lupis tradamus. Columba vero Ecclesia est, cujus filii, quotiens ab hominibus occiduntur, exultant.

LVIIII. *Interr*. *Reddite* [7]), inquit, *quae Dei sunt*, *Deo*; *et quae Caesaris*, *Caesari*.

Resp. Jubemur in persecutione reddere quæ Cæsaris sunt, Cæsari, hoc est corpus, in quo habet potestatem; et tradere quæ sunt Dei, Deo, spiritum scilicet fide.

LX. *Interr*. *Tunc*, inquit [8]), *assimilabitur regnum caelorum decem virginibus*, *quae accipientes lampadas suas*, *exierunt obviam sponso et sponsae*; *quinque autem ex illis fatuae erant*, *et quinque sapientes*: *fatuae autem*, *acceptis lampadibus suis*, [non] *adsumpserunt oleum secum in vasis suis cum lampadibus suis*, et cætera.

Resp. Ex decem [9]) virginibus quas dicit, quinque sapientium nomina dicimus: Spes, Fides, Caritas, Castitas et Eleemosina. Vasa autem habitationes earum sunt, hoc est homines in quibus habitant. Oleo vero plena, hoc est spiritali gratia. Lampades vero vigilantia spiritus sunt. Obviam euntes sponso, hoc est Christo. Stultæ autem sunt istis contrariæ: una, quæ quod vidisset, et sperat; alia infidelitas; tertia, sine caritate; quarta autem

LVI. [1]) Iterum Matth. IV, 2-6. Dolendum, post interrogationem omnibus ampliorem, jejunam succedere et mutilam responsionem. — Sed nota varietates C: *inquid*... *esurissit*... *his qui temptat*... *inquid* iterum... *supra pinna*... *secundum historia*... — [2]) Rupta videtur series et multa alterius argumenti lacuna, fortasse ob vicinum in aliam paginam transitum.

LVII. [3]) Matth. VII, 24, 25. — *Vero sapienti*... *discindit*... *supra petra*... *qui sensus*. — [4]) *Scilicit*... *venerit h. e. impitus* .. *heresis intellecuntur*... *harenam*... *edificaverit c. vedilicit*... *fidem s. necaverit*... *et elico cadet*.

LVIII. [5]) Matth. XVI, 20. — *Stote* bis... *prudentis*... *persecutures*... *coluntur*, quo id nempe sensu, quave lacuna, peritiori divinandum est. — *inquid*, et mox iterum. — [6]) *confitendum*.

LIX. [7]) Matth. XXII, 21. — *habit*...

LX. [8]) Matth. XXV, 1, 2, 3. — *inquid*... *asimilabitur*... *obiam*... *fatuas erat et q. sapientis*. — [9]) *Et decem*... *elimosina*... *habitationis*... *oleum vero plenas*, *h. e. spiritalem gratiam*...

carnalitas; quinta, infructuosa. Horum vero lampades extinguuntur, quia oleum non habent, id est spiritalem gratiam.

INCP. SECUNDUM LUCAM.

LXI. *Interr.* Qui illi sunt, qui in Scripturis sanctis nomina [f. 105], antequam nascerentur, acceperunt?

Resp. In novo Testamento, præter Salvatorem legimus solum Baptistam Johannem. In veteri vero quattuor sunt: Isaac, Ismahel, Solomon, vel [1]) Josias, qui ortu videantur juniores esse quam nomine.

LXII. *Interr.* [Ad] adventum [2]) matris Domini, quomodo Johannes, adhuc sensu carens, in utero poterit exultare materno?

Resp. Aut matris [3]) magis sensu, vel gaudio, a quibusdam factum existimatur, ut etiam interioribus faterit [4]) exultare visceribus. Aut certe [si hoc ad Johannem] potius referri placet, inter divina reputandum est, sicut et illud: vox asinæ in sonum sermonis erupit [5]).

LXIII. *Interr.* Quomodo in Luca latroni Salvator dicit: *Hodie mecum eris in Paradiso* [6]), cum utique die illo secundum hominem, corpore in terra, anima apud inferos fuerit?

Resp. Potest hic pro Paradiso accipi [locus] ubi Abraham cum Lazaro [7]) esse Salvator ostendit. Aut certe ita intellegendum est, quod hanc promissionem Dominus secundum effectum divinæ potestatis impleverit, quia ubique Deum esse, noscendum est.

LXIIII. *Interr. Nascetur* [8]), inquit, *tibi filius, et vocabis nomen ejus Johannis, et multi super nativitate ejus gaudebunt, vinum et siceram non bibet.*

Resp. Vinum quod Johannes bibere prohibetur, luxuria intellegitur. Sicera autem [ex] dactulis succus est, qui non aliud quam carnis dulcedinem habere intellegitur; proinde hoc genus procul spiritales effugat.

LXV. *Interr.* [f. 106] *Suscipiens* [9]), inquit, *Dominus Ihesus ait: Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, et incidit in latrones, qui despoliaverunt eum, et plagis inpositis relinquentes illum, abierunt. Quidam autem sacerdos descendebat viam illam, et cum vidisset illum, praeteriit, Similiter et Levites, cum vidisset illum, transgressus est. Samaritanus vero iter faciebat: veniens et videns eum, misertus est illi*, et cætera?

Resp. Hierusalem visio pacis interpretatur [10]); Hiericho autem sæculum est. Homo autem qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho, Adam est, qui projectus est a facie Dei in sæculo, et incidens in latrones, id est in Diabolo, qui eum despoliavit, et plagas illi infixit, hoc est quod indumentum [im]mortalitatis illi abstulit, et peccata mortis injecit. Sacerdotem autem et Levitam, Moysen et Aaron intellegimus, qui Adam vulnera, hoc est gentium peccata non curaverunt. Samaritanum enim Ihesum dicit; ipse enim plagas ejus curavit, hoc est vulnera nostra sanavit. Vinum et oleum infundendo, id est sanguinis sui

vigelantia... obiam iterum... *quod vidissit... infedelitas... quia obum* sic C.

LXI. *sec. Luca.* — [1]) Nota *vel* pro *et*, in veteri, nec trito exemplo... *orto.*

LXII. [2]) Luc. I, 44. — fort. *In adventu*, etiam sublata præpositione... *Johannis* sæpe in nominat. — [3]) *Hoc* f. lege pro *aut* cod. — [4]) *faterit* non est sine exemplo in Cantabrigiensi. Mox plura om. præceps librarius. — [5]) Num. XXV.

LXIII. [6]) Luc. XXIII, 43. *hodiae... diae...* — [7]) *Eleazaro... quad hanc.*

LXIV. [8]) Luc. I, 13, 14, 15. *nascitur, inquid... vocavis... non bibit... quod Johannis... sucus... dulcidinem... procol ispiritalis.*

LXV. [9]) Luc. X, 30-33. — *Suscepiens, inquid... discendebat* bis... *dispoliaverunt... habierunt... sacerdus*, ut sæpissime Pentateuchus Lugdunensis... *vidissit* bis... *praeterit*... — [10]) *interpraetatur* semper... iterum *discendebat... Hierico... a faciae... dispoliavit... infundendum... chrismam et sagramentum.* — In fine pro *itaque* malim *ita se ait.*

et chrismatis sacramentum. Et ad stabulum perduxit, hoc est ad Ecclesiam. Stabularii autem sunt episcopi. Quod autem dixit: *Revertens reddam tibi*, itaque in adventum suum mercedem sacerdotibus daturum.

LXVI. *Interr.* Ait Ihesus [1]): *Homo quidam habuit duos filios*: [f. 107] *et ait junior: Pater, da mihi portionem substantiae meae. Et divisit illis bona. Et post paucos dies, congregatis omnibus, junior filius profectus est in regionem longinquam, et ibi dissipavit substantiam suam, vivendo luxuriose,* et cætera.

Resp. Filios dicit duos, Gentium et Judæorum inducit parabolam. Sed alius [2]) interior intellectus est. Nam duo filii Adam et Christus intelleguntur; partem autem patrimonii, Paradisus est, quem Adam acceperat, quam per luxuriam perdidit [et] per inobedientiam. Inquit: *Abiit in longinquam regionem*, id est, in sæculo projectus; *et cum porcis cibum sumebat*, utique cum Gentibus. Quod autem recordatus, ad patrem revertitur, hoc est quod Gentes, quæ Adam figuram habebant, cognoverunt auctorem suum. Stola autem quam indutus est, vitam scilicet quam Diabolus ei ademerat, per Christum reddita est. *Et anulum,* inquit, *in manu ejus*, hoc est fidem quam perdiderat. Calciamenta vero vestigia munita demonstrat, quæ laqueos Diaboli non timeant, sicut Apostolus ait: *Calciati pedes in praeparatione evangelii* [3]). *Vitulum occisum*, Christi passio est, qui pro Adam, hoc est Gentibus, passus est, cui Pater dicit: *Tu semper mecum es, et omnia mea tua sunt.*

INCP. SECUNDUM JOHANNEM.

LXVII. *Interr.* Quomodo Salvator adsumptum hominem duxit in cælo, aut quomodo [f. 108] cælum promittitur sanctis, cum dicit: *Nemo ascendit in caelum, nisi qui descendit de caelo* [4]), aut quomodo in cælo erat, cum adhuc esset in terra?

Resp. Secundum carnem in terra erat, secundum Deitatem de cælo non deerat. Ideo et ipse ascendit [5]) qui descendit, quia licet adsumpserit hominem, tamen homo et Deus, hoc est Christus una persona est, et utique cum ille sit caput, sancti autem membra sint, necesse est ut sequantur membra, quo caput præcessit, ut sit in cælo Christi corpus plenitudo.

LXVIII. *Interr.* Qualiter sentiendum est de loco illo in quo de Ihesu Christo Salvatore nostro scribitur: *Nemo misit in eum manus, quia nondum venerat hora ejus* [6])?

Resp. Hora hæc non secundum mathematicos intellegenda est, sed potius hora illa qua ipse crucifigitur, quia ipse pati vellet. Et ideo nondum venerat hora ejus, quia nondum universa perfecerat, quia nondum cuncta propositæ operationis impleverat, propter quod homines terramque visitaverat.

LXVIIII. Quomodo accipiendum est illud quod dicitur: *Abraham pater vester exultavit, ut videret diem meum: et vidit, et gavisus est* [7])?

Resp. Prophetæ Videntes appellabantur, quod sancti Spiritus munere, ea quæ cæteris erant clausa, quasi conscii futurorum, videbant, inter quos et Abraham Christum vidit in spiritu.

LXVI. [1]) Luc. xv, 11-31. — *omnebus j. filios... lonlinquam.* — [2]) *alios ..perdedit... inquid* bis... *ficuram... quae lapsos* post corr. *lasos* (sic)... — [3]) Ephes. vi, 15. Quinque tantum in Lucam codex quæstiones habet, quarum duo editi erant: præterea vulgantur aliæ sex, quæ ejusdem Eucherii partus videntur.

LXVII. [4]) Joan. iii, 13. Edd. partim. — *discindit... essit...* — [5]) *ascindit qui discindit... licit... sequatur.* — Edd. *corporis plenitudo.*

LXVIII. [6]) Joan. vii, 30. — *Mathimaticus... perficerat, quia nodum... visetaverat.*

LXIX. [7]) Joan. viii, 53. — *accepiendum.*

LXX. [f. 109] *Interr.* Dominus et Salvator [1]) quid est quod in evangelio Johannis dicit: *In judicium* [2]) *ego in hunc mundum veni, ut qui non vident, videant; et qui vident, caeci fiant.* Quid intellegendum est?

Resp. Non minima quæstio: sed nos breviter pro necessitate quid hic doctorum opinio habeat, proferemus. *Veni ut* [3]) *qui non vident, videant; et qui vident, caeci fiant*, id est, ut hii qui se non videre confitentur, et medicum querunt, videant; hii vero qui se putant videre, et medicum non requirunt, in sua cæcitate permaneant. Itaque in hoc judicium venisse [4]) dixit, quo discerneret causam credentium et incredulorum. Ergo *ut qui non vident, videant*, potest intellegi de gentilibus; visuri erant per fidem; *et qui vident, caeci fiant*, accipi de Judæis [5]) potest, qui cæcabantur per propriam infidelitatem.

LXXI. *Interr.* Quomodo Salvator loquitur: *Pater major me est?* Alio loco dicit: *Ego et Pater unum sumus* [6]).

Resp. Dominus Ihesus ita verus homo, ut verus Deus; de Patre Deo Deus; de matre homine, homo. Illud secundum hominem, hoc secundum Deum locutus creditur. Juxta quam rationem Divinitatis [atque humanitatis], etiam [in] reliquis quæ aut æqualitatem cum Patre aut humanitatem ejus sonant, facile intellectus patebit.

[IN EPISTOLA AD HEBRÆOS].

LXXII. *Interr.* Quid est quod dicit Apostolus in epistola ad Hebreos, [f. 110] Christum secundum ordinem Melchisedech sacerdotem esse perfectum [7])?

Resp. Hic autem Melchisedech in divinis voluminibus sacerdos fuisse Dei summi refertur, sed qui non oleo communi perunctus sit, neque qui ex successione generis susceperit sacerdotium, sicut apud [8]) Hebreos fieri mos erat; et ideo secundum ordinem illius, sacerdos futurus esse dicitur, quia non olei liquore, sed virtute cælestis Spiritus consecratur. Idcirco apud Hebreos oleo in hoc ipso sollemniter consecrati sunt christi, sive reges sui, sive prophetæ, sive etiam ipsi pontifices per hoc fuerint instituti.

LXX. [1]) *Salvator*, hic prima et continua ab initio manus sistit. Pergere videtur altera, sed adeo similis, ut fortasse tantum ibi erit atramenti aut calami mutatio. Certe eadem statimque proterva se prodit indiligentia. — [2]) Primo *judicim*, tum littera *u* superposita *judicium*, id genus correctionis codici insolitum est. Cf. Joan. IX, 39. — [3]) *Veniunt qui non videntur, vedeant* cod. Solita cæcitate, qua etiam in hoc loco editi cæcutiunt. — [4]) *venissem* C... *causa...* — [5]) *accepi te Judaeis* C. Totum illud scholium jam fere ex integro renovatum est.

LXXI. [6]) Joan. X, 30; XIV, 8. Quinque aliæ quæstiones in Joannem vulgantur. Sequuntur in edd. IX quæstiones in epistolam ad Romanos, VII in duas ad Corinthios, V in epist. ad Ephesos, una in ep. ad Colossenses, III in duas ad Timotheum, una demum in ep. ad Hebræos, a sequente prorsus diversa. Tum interpositis V quæstionibus in Actus apostolorum, quarum unam codex noster servat, edd. transeunt, juxta peculiarem novi Testamenti ordinem, ad epistolas canonicas et Apocalypsin, ex quibus codex tantummodo retinuit gravissimum de tribus apud Joannem testibus scholium, qua splendida colophone coronatur opus. Incompertum mihi hactenus manet, unde oriatur discrimen tantum in paginis sinceris inter veteres membranas nostras et vulgatos Eucherii libros.

LXXII. [7]) Hebr. V, 6. *Sacerdus* bis, hic ut supra, rara quidem scriptura extra Lugdunenses codd. in quibus solemnis est. — [8]) *Aput Hebreus... ligore... celestis... consegretur... consegrati... sive regis.*

IN ACTIBUS [1]) APOSTOLORUM.

LXXIII. *Interr.* Ad evangelizandum Dei verbum, qui apostoli, quibus sese orbis partibus intulerunt?

Resp. Quantum narrat historia, Bartholomeus Indos [2]), Thomas tetendit in Parthos. Mattheus Æthiopes, Andreas Scithias prædicatione molivit. Johannes Asiam divino sermone correxit. Petrus Cappadociam atque Galatiam, Beithaniam pariter et Pontum, provinciasque confines, Deum Judæis prædicans, circuit; postremo Romam inlustraturus accessit. Paulus ab Hierusalem usque ad Illiricum [cum] Evangelium replevisset, tam innumeras ac dispares nationes præceptis, tamquam ar[f. 111]mis, victor edomuit.

LXXIIII. *Interr.* Quid illud est quod in Actibus apostolorum [3]), duodecim illi qui Johannis baptismo baptizati fuerant, iterum baptizantur ab apostolo Paulo?

Resp. Hoc idcirco quia non in nomine Trinitatis baptizati erant. Baptismum enim Johannis, licet in eo qui venturus erat, baptizaret, tamen proprie Johannis baptismus dicitur. Unde ab hereticis venientes non baptizantur a nobis, si baptizatos constat in nomine Trinitatis, nisi inpositio tantum manus ad fidem rectam conversis adhibeatur, ut per hanc sancti Spiritus suscipiatur infusio.

INCP. EPISTULA JOHANNIS.

LXXV. *Interr.* Johannes in epistula sua dicit [4]): *Tria sunt quae testimonium perhibent, aqua, sanguis et spiritus*, quid in hoc [in]dicatur?

Resp. Simile huic loco etiam illud mihi videtur, quod de passione Christi loquitur, dicens: *Unus militum lancea* [5]) *latus ejus aperuit*, *et continuo exiit sanguis et aqua*, *et qui vidit*, *testimonium perhibuit*. In eodem ipso de Ihesu supra dixerat [6]): *Inclinato capite*, *tradidit spiritum*. Quidam ergo ex hoc ita disputant: Aqua, baptismum, sanguis videtur indicare [martirium; spiritus [7]) vero ipse est, qui per] martyrium transiit ad Dominum. Plures tamen hic ipsam interpretatione mistica [8]) intellegunt Trinitatem [f. 112], eo quod perfecta [9]) ipsa perhibeat testimonium Christo: aqua Patrem indicans, quia ipse de se dicit [10]): *Me dereliquerunt, fontem aquae vivae;* sanguine Christum demonstrans, utique per passionis cruorem; spiritu vero sanctum [Spiritum] manifestans. Hæc autem tria ita de Christo testimonium perhibent, ipso in Evangelio loquente: *Ego sum qui testimonium* [11]) *perhibeo de me*, *et testimonium perhibuit de me*, *qui me misit Pater*. Et iterum: *Cum autem venerit Paracletus*, *quem ego mittam vobis*, *Spiritum veritatis*, *qui a Patre procedit*, *ille testimonium perhibebit* [12]) *de me*.

LXXIII. [1]) *In actebus...* Cum novo hoc scholio satis conveniunt ea quæ ad nostrum Origenem retulimus supra p. 344, viamque aperiunt ad detegendum libellum *De locis ubi corpora apostolorum et evangelistarum requiescant*, in capite codicis memoratum. — [2]) *indios... Johannis... adque... Beithaniam* sic C lege *Bithyniam)... replevissit.* Nota activ. *molivit.*

LXXIV. [3]) Act. XIX, 4. — *duodicim... propriae... venientis... baptismum*, *baptismus* in eod. loco. — In fine cod. *adhibetur.*

LXXV. [4]) I Johan. V, 8. — [5]) *lancia* C... *exit... in eodem ipso.* id. — [6]) Joan. XIX, 34. — [7]) Inclusa ex edd. necessario supplentur. — [8]) *interpraetationem mysticam.* — [9]) Sic etiam edd. *praefecta* cod. Malim *perfectum.* — [10]) *dicens... derelinquaerunt* C. Jerem. II, 13. — Tum C *sanguinem... spiritum vero sancto*, sequimur edd. — [11]) Joan. VIII, 18.— [12]) *testimonio perhibebet* C. — Joan. XV, 16.

Perhibet ergo testimonium Pater, cum dicit: *Hic est Filius meus dilectus* [1]). Filius, cum dicit: *Ego et Pater unum sumus* [2]). Spiritus sanctus, cum de eo dicitur: *Et vidit Spiritum Dei descendentem* [3]) *sicut columbam, et venientem super eum* [4]).

EXPL. EUCHERII LIBRI.

[1]) Matth. III, 17. — [2]) Joan. x, 30. — [3]) *discendentem* C. — [4]) Matth. III, 16. Eucherius non dedit ab initio, neque in serie, integros versus 7, 8, quos tamen in argumento suo respicere videtur. Erit tamen qui suspicetur tres testes cœlestes defuisse in exemplari aliquo Eucherii, sed occurrere in ejusdem altero, ac longa et ambigua ratiocinatione, id sibi proposuisse, ut discrepantia exemplaria inter se conciliaret. Sane inter *Formulas*, p. 542, n. 3, testes tres cœlestes desiderantur. — Accedit in edd. quæstiuncula omissa in codice. Cujus folium penultimum, in parte postrema implebatur longo titulo, ut videtur, referendo ad S. Augustini *Enchiridion;* sed omnia tetro liquore perfusa evanuere.

LOCA E SCRIPTURIS SACRIS IN FORMULAS EUCHERII ADDUCTA, QUÆ ABESSE VULGATÆ VIDENTUR.

P. 528, n. 33. In Salomone: *Mansuetus vir cordis est medicus.*
P. 529, n. 11. In Job: *Ft fauces meae nonne sapientiam meditantur?*
P. 529, n. 45. In propheta: *Et impleam vallem Josaph cadaveribus mortuorum.*
P. 532, n. 25. In cantico Deuteronomii: *In promptuariis timor.*
P. 533, n. 13: *Et consummam eos igne irae meae.*
Ibid. n. 14: *Omnes adulterantes, sicut clibanus corda eorum.*
P. 538, n. 11. In psalmo: *Vidi non servantes pactum.*
Inter rariora cf. 519, 50. — 524, 39. - 530, 32. — 542, 3.

APPENDIX.

Fragmentum Psalterii Lugdunensis.

Huc usque lento gressu pervenerat prælum Romanum, quum inter Tusculi mei negotia, ubi otia sunt cæteris, incidi in *Diarium* quod dicunt *officiale* Galliarum, sub die Aug. 12 hujus anni 1879, ubi p. 8415 refertur descriptio Psaltorii Lugdunensis sæc. VI, cujus folia numero 103 in bibliotheca Lugdunensi servantur. Hisce jam nunc, vix ego fallor, adde folium 104, ultimum nempe codicis nostri, sive 113, seu partem ps. LXXIX, ac recole pauca superius notata p. 485. Quo luculento Parisiensium testimonio, sat inexspectato, confirmatur quidquid conjeceram de codicis nostri origine Lugdunensi. Nec satis: uti totus Eucherius noster, sic vetus Psalterium cumulatur glossulis merovingicis sæc. VII aut VIII, quibus in evanidis aut erasis locis nonnulla supplentur. Codicem vero Psalterii detexit ac descripsit eruditus vir Leopoldus Delisle. Quo monente docemur, in codice Lugdunensi mirum in modum misceri tum primam Hieronymi versionem psalmorum a. 383, tum posteriorem infra a. 387-391 exaratam, quæ dici solent illa *Psalterium Romanum,* hæc *Psalterium Gallicanum.* Utraque autem nostra pagina, uti jam notavi, susdeque vertitur, continetque versiculos 19, dum reliquus codex constanter habet versus 18. Præterea Psalterii scriptura est pinguior simul et

strictior, ac singuli versus constare solent 27 litteris, dum apud Eucherium circiter 22 occurrunt. Vix igitur non credam, Eucherii paginas esse Psalterio paulo antiquiores. Deest fere semper major littera ab initio versiculorum psalmi.

Quæ cum ita sint, haud insulsum parergon erit, si huc accedat folium nostrum ultimum, quantum eripi potest ex Erebo sive toxico, integræ priori paginæ dire superfuso; neque ulli stomachum moverim, ac si Eucherianum codicem usque ad fæces exhaurire sustinuerim. Agitur enim de pagina sacra, quam patria Lugdunensis mea, ante tria inde et mille sæcula, legebat et venerabunda deosculabatur. Quod quidem religionis signum præ se ferre et jubere videtur erecta a capite psalmi quædam dextera manus, indice porrecto, sub rotula, ab initio depicta cum eadem arte haud ineleganti totius Eucheriani codicis.

[*Psalmus LXXIX*].

f. 113, pag. 1.ª Qui regis IHL intende. qui dedu
cis uelut ouem ioseph. qui
sedes super cherubin appa
re coram efrē et beniamin
et manasse (deprehende? *manu merovingica).* excita poten
tiam tuā et ueni ut saluos facias
(hic merovingicum glossema cum vetere lacuna evanuit)
nos d̄s virtutū (?) . . . .
et ostende . . . . eri
mus dn̄e d̄s virtut . . . .
irasceris in oratione serui tui. ci
babis nos pane lacrymarum et potum
dabis nobis in lacrimis in mensura
[P]osuisti nos . . . *(manu merovingica supra lin.* posuit...?)
uicinis nostris et inimici nostri subsannaue
runt nos [d]n̄e virtutū conuerte
nos et ostende faciē tuā et sal
ui erimus. [U]ineam ex egipto trans
tulisti. eiecisti gentes et plantasti eā
. . . [U]iam fecisti in conspectu
pag. 2.ª *(proba pennae in marg. superiori* in nomine tuo)
eius plantasti radices eius et reple
ta est terra. [O]peruit montes um
bra eius et arbusta eius cedros dī
extendisti palmites eius usque
ad mare et usque ad flumina pro
pagines eius. [U]t quid deposuisti
macheriam eius et uendemiant
eam om̄s qui transeunt uiam . . .
[E]xterminauit eam ap̄ de silua

et singularis ferus depastus est
eam [D]ne ds uirtutum conuerte nunc
respice de celo et uide et uisita ui
nea istam et dirige eam quam plan
tauit dextera tua et sup filiu ho
minis quem confirmasti tibi, [I]n
censa igni et effossa manu ab in
crepatione uultus tui peribunt
[F]iat manus tua sup uiru dexte
re tue et sup filiu hominis que

INDEX FORMULARUM EUCHERII.

Inclinato charactere indicantur formulae quae apud Melitonem desiderantur.

CODICIS CLAROMONTANI

Recensio nova palaeographica

Ab examine codicum Lugdunensium discedere nec juvat, nec fas est, quin iterum ad Claromontanum revertar, ut quod supra morose jam intuebar, penitius introspiciam, utrum scilicet vetus exemplar, a quo fluxere plerique Melitoniani codices, sive ante, sive post Claromontanum, accedat, uti superior Eucherii codex, ad familiam quam dicunt *Lugdunensem*.

Quum vero archetypon illud nullibi sincerius transierit quam in Claromontanum, nihil omittendum opinor, unde hujusce indoles, scriptura, menda, dissolutaque series quasi manu tangatur; atque pateat, rudi Claromontani librario praeluxisse vetustissimas membranas, ævo corrosas, partim dissipatas annorum tumultu, unciali demum charactere constipatas. Sphalmata vero, quibus Lugdunenses codices propemodum superbiunt, eo fidelius apographum Claromontanum retinuit, quod scriptorem habuit latine ignarum, cœco calamo servantem quidquid temere sub oculos cecidit, quidquid aut legit, aut legere sibi visus est. Sane in prolixa et affectata barbarie sua, ipse nihil intellexit, nisi voluerit consulto lectorem illudere, aut ludendo verba per aleam projicere, maxime ubi mutila vocabula capite, cauda, visceribus temere minuuntur. Id vero ne videatur esse unius viri, aut unius momenti ἀβλεψία, aut communis uncialium librorum fallacia, ad cumulum oportuit congerere me exempla, omnesque paginas cribrare minutatim, nec refugere sive ab ineptiis quae continuantur, sive a tautologia quae consuetudinem signat, sive ab insolentia, quae locum, tempus, accentum, loquelæ usum significat. Me hercle, nil simile unquam vidi in codicibus vetustissimis, etiam Africanorum, Commodiani videlicet et Verecundi. Sed quaecumque notavi in Eucherii

codice, in Pentateucho Lugdunensi, in Cantabrigiensi Evangelio, eadem huc conferto agmine concurrunt, idem alphabeti tumultus, idem promiscuum litterarum commercium, eadem flexionum, casuum, modorum confusio, eadem protervia cum singulis præpositionibus *ab*, *ad*, *de*, *cum*, *sub*, *super* etc.

Multa quidem superius prælibavi hujusmodi argumenta, sive in notulis *Clavi* subjectis, sive in superiore codicum Lugdunensium crisi et syllabo. Syllabi autem brevissimi augustus impeditusque campus erat, crisis vero multiplici exemplo confirmanda est atque renovanda.

Dum primum a capite hujus voluminis longam totius Clavis texturam explicui, ab initio quidem subtilius et morosius multa excussi, vel minima, quibus codicis facies aperte innotesceret; postmodum vero, inepta cacographiæ deterritus, monstra horridamque striliginem ab uncialibus receptam ultro neglexi, neque adhibui diligentissima fastidia, quæ modo superavi in codice Eucheriano, et quæ haud sine intrepida obstinatione lectoribus vel invitis proposui.

Adde quod, etiamsi honestissimus bibliothecæ custos, humanitate qua nil supra, ut solet, usus est, ex angulo tamen suo codex, ne una quidem die, removeri potuit, ut domi ego, in raro otio et libero, singula introspicerem.

Nunc igitur vestigia relego mea, nec cito pede spinas vepresque transilire animus est. Tu vero si horrueris, jam longa via fessus, siste, viator, iter, metamque tibi ponas, per me licet.

Codex Claromontanus, in bibliotheca Barberinia inscriptus XI, 135, in minori forma constat foliis 114, signatis per paginas 221, quæ revera sunt 229, ob octo paginas iterato numero inscriptas. Quaterniones tantum tres videntur notarii litteris A, O, P, cœteris omissis fortasse aut ævo excisis.

Quatuor aut quinque sunt librarii vel notari, qui manum codici admoverunt.

Prima et quasi perpetua manus videtur sæculi X. Altera fere coæqualis multa hic illic emendavit. Tertia sæculi XI titulum adjecit in primo folio, ut alteri amisso forsan suppleretur; eadem in primo quaternione formulas fere omnes leviter interpolavit, ut Eucherium imitaretur; tum digamma aliquod (Γ) præfixit singulis formulis, cuneum vero aut angulum (v) singulis fere dictiones supposuit, ut ea discernerentur, quæ prima manus, more uncialium, conglobatim cumulare solet. Quarta aut quinta manus sunt recentissimæ, ac sæpenumero, respictu ud Vulgatam, veterem scripturam potius corruperunt quum emendaverunt. Fata libelli referre in alio loco juvabit

Scriptura vero præcipua satis declaratur ex heliaca similitudine huic tomo allita, ut ab ea describenda supersedeam. Notulae igitur ex ordine succedant, simul collatis et codicis et *Clavis* supra editae paginis.

Cod. p. 1. Omissis quæ supra notantur p. 6, *antiquis, aperti* etc. p. 7, n. 6, 8, *propheta* scribitur *propha*, *prh*, cui vetus manus *pro* superposuit.

Cod. p. 2, edd. p. 7, n. 15, *scupulae,* a manu prima.

Cod. p. 3, edd. ib. n. 17, *eicio.* — edd. p. 8, n. 19, *in psalomone.* — n. 24, *in micea* ante veterem corr. — n. 25, *in genesi* manu 1.

Cod. p. 4, edd. p. 9, n. 30, *diabulo.* — n. 32, *vistigia.*

Cod. p. 5, ib. n. 38, *corumdam* manu 1 non semel. — p. 10, n. 43, *descendit* pro *descendet.*

Cod. p. 6, edd. ib. in titulo: *secun carnem* sic. — n. 4, *per capillis.* — n. 7, vetus corrector addidit in margine *lingua mea*, et n. 10, *capite... in barbam barba aaron.* — n. 11, *turnatiles.*

Cod. p. 7, edd. p. 11, n. 15, *ad dextris... ad sinistris.* — n. 19, vetus et prava correctio, *intestisna.*

Cod. p. 8, edd. ib. n. 21, *in Deuteronomium*

fere constanter, dum semper l. *in Exodo.* — n. 23, *aedent.* — n. 24, *Eziel* manu 1. — n. 26, *figuram tunicam*, manu 1, *tunicae* post corr. — n. 27, *parsionis* sic. — p. 28, *adsparsa.*

Cod. p. 9, edd. p. 12, n. 1, *caelum*, ut codd. veteres, numquam *coelum.* — n. 3, *post rursum.* — n. 4, *ennarrant.* — n. 6, *discribitur... inmundis.*

Cod. p. 10, edd. ib. n. 10 *et ali*, nec plura C. — edd. p. 13, n. 12, *inmundi... qui angelos.*

Cod. p. 11, ib. n. 15, *radiis solis.* — n. 16, *in tenebras... persecutionem.* — n. 17, *manifeste.* — n. 18, *orte sole* sic. — n. 21, *in apocalipsin* constantissime, quod semel notetur.

Cod. p. 12, edd. p. 14, n. 27, *pliades.* — n. 29, *Esaius... quomodo cedisti.*

Cod. p. 13, edd. ib. n. 32, *nubem leviti* sic 1 manu, recens em. — n. 37, *secretorum operum* ante rec. corr. — *suppedibus* uno verbo.

Cod. p. 14, edd. p. 15, n. 45, *vel in ose.* — n. 47, *inriget*, ut Eucherius.

Cod. p. 15, edd. ib. n. 53, *inruentes.* — n. 56 *fulgora* bis... *conturbabit eos.*

Cod. p. 16, edd. ib. n. 58, *yris... secundo.* — n. 59, *terra... descendat.* — n. 61, *inruet* — n. 63, *glaties.* — n. 64, 65, *gelum... gelus.*

Cod. p. 17, edd. ib. n. 68, *indulgentiam... post tenebris.* — n. 71, *ascendant.* — n. 74, *inminutae.*

Codd. p. 18, edd. p. 16, 17, n. 76, *immundus* om... *habentes* 1 manu. — *inruebat* sic porro. — n. 1, *haec est dies quem fecit.* — n. 2, *in Cantica cant.* sæpe.

Cod. p. 19, edd. ib. n. 6, *omnis cnim vos.* — n. 7, *prosperitas adversa.* — n. 10, *babtismum* sæpissime.

Cod. p. 21, edd. p. 18, n. 24, *donec aspirat.* — n. 28, *ordo set.*

Cod. p. 22, edd. p. 19, n. 32, *cum interrogas te* sic 1 manu. — n. 34, *de diem*, om. interpositis,

Cod. p. 23, edd. ib. n. 38, *sanctificatus est bitur* sic 1 manu. — *requiem sanctificat*, claro compendio. — n. 39, *vitae praesentes.*

Cod. p. 24, edd. p. 20, n. 44, *hora primae.* — n. 45, *aduliscentia.* — n. 58, *adulescentia.*

Cod. p. 25, edd. p. 20, n. 61, *statem et ver.* — p. 21, n. 63, *pigerare* uno verbo 1 manu. — Post n. 63 repetitur n. 62.

Cod. p. 26, edd. ib. n. 64, *austumnus.* — n. 68, *arenea.* — n. 69, *putantur... benedices coronam.* — n. 71, *recentia fructum.*

Cod. p. 27, edd. ib. n. 72. *uit* (pro *uti?*) *puer ebrius...* om. *si*, et mox *sex annis... dies* inepte ponitur ante *iterum...* lege *seres agrum.* — p. 22, titulum *de numeris* manus 2 addidit. — n. 7, *quorum figura*, inepta interpolatio.

Cod. p. 28, edd. p. 23, n. 14, *secundo sub lege, tertio.*

Cod. p. 29, edd. ib. n. 17, 18, *quattuor* semper. In nota lege: *in bonum vel malum, id est.*

Cod. p. 30, edd. ib. n. 22, *requiescis.* — p. 24, n. 23, *et palmo*, emenda notam. — n. 25, iterum *requiescis* pro *requiesces.*

Cod. p. 31, edd. ib. n. 33, om. *VII et VIII.*

Cod. p. 32, edd. p. 25, n. 38, *hoc regis.*

Cod. p. 34, edd. p. 26, n. 55, *centessimum... tricessimum.* — n. 57, *israeliticis.*

Cod. p. 35, edd. ib. n. 60, *per salmistam.* — n. 61, *ab* om. *quae abraham sunt.* — n. 62, *pentecosten.*

Cod. p. 36, edd. p. 27, n. 66, supra lineam add. vetus manus *LXX et LXXX... septuaginta annis.* — n. 69, *sexsaginta.*

Cod. p. 37, (hunc num. insere inter uncos ante *numeri*, in n. 71), edd. p. 27, n. 73, *in cujus typhum... abtapit.*

Cod. p. 38, edd. p. 28, in titulo *de mundo et artibus ejus.* — n. 3, uno verbo *aliucecidit.* — n. 4, *aedes.* — n. 5, *militiam et dolositate.*

Cod. p. 39, edd. ib. n. 7, *a terra dispartire.* — n. 9, *judeorum* sine diphthongo fere semper. — p. 29, n. 11, *ut placeat*, emenda notam.

Cod. p 40, edd. ib. n. 15, *id populus... regi magni.* — n. 17, *babtismum.* — n. 19, *Zabulo et serpenti.* — n. 20, *oculus meus.* — n. 21. *peccatore... inerear.* — n. 22, *adolatio... Hezechihel.*

Cod. p. 41, edd. ib. n. 24, *ermon.* — p. 30, n. 25, *de monte abbaco.* — n. 26, *replebit.* — n. 28, *potestates sci̅ hujus.* — n. 30, *sicut paser.*

Cod. p. 42, edd. ib. n. 31, *a montes caligosus.* — n. 32, *duo testamen legis* sic 1 manu, vetus em. — *de quorum medium... procedat.* — n. 40, *dimiciar.* — n. 41, *contritione cordis.*

Cod. p. 43, edd. ib. n. 42, *vallem ex lityon.* vetus m. corr. *ex letyon* (pro *vallem filiae Sion).* — p. 31, n. 45 *ubertatem.* — n. 47, *a firmitatem... melle de petra.*

Cod. p. 44, edd. ib. n. 50, *lapis que sunt dedi... septiformis carismatum.* — n. 51, *domos.* — n. 52, *in capitae... in letaram.* 1 manu, post veterem corr. *inlatarum* (pro *in platearum).* — n. 54, *filios abrae.* — n 55, *velut la-*

pides. — n. 56, *lapides pretio scī* (pretiosi)... *praetiosus topadius... bellus, saffirus... ismaragdus... in medio lapidem.*

Cod. p. 45, edd. ib. n. 58, *secundam.* — p. 32, n. 60, *saffirus... in saffiris.* — n. 62, *corum figuram.* — n. 63, *reprobor*, dein *red in acervos*, duplici vulnere.

Cod. p. 46, edd. ib. n. 67, *arida mentis.* — n. 69, *Isahac.* — n. 70, *deleauri... dilectionem.* — n. 71, *in anaton.* — n. 73, *defletur.*

Cod. p. 47, edd. ib. n. 75, *in pentatichum omnem.* — p. 33, n. 79, *ne mittens... abtus.* — n. 80, *unus arat.* — n. 82, *messis, libertas.* — n. 84, *messes, sermo.*

Cod. p. 48, edd. ib. n. 85, *dominum messes ut mittat operarius.* — n. 87, *falces mors carne.* Paulo post, ac si librarius suspicaretur mixtim adduci Joel et Apocalypsim, bis scripsit *mittite falces* etc. — n. 91, *in messem h. e. nullus.*

Cod. p. 49, edd. ib. n. 93, *permundavit.* — p. 34, n. 96, *congregavit.*

Cod. p. 50, edd. ib. n. 100, *orreum* bis. — n. 101, *Isahac... centumplum... hordiacios*, post correct.

Cod. p. 50, edd. ib. n. 103, *zezania* bis... *superseminabit.* — n. 104, *cribus... a sotiaetate.* — n. 106, *dimergatur.* — n. 108, *in farina sata.*

Cod. p. 51, edd. p. 35, n. 111, *et dicit... amice, quomoda.* — n. 115, *panis absconditos... panes mendacii.* — n. 116, *abque fermento.*

Cod. p. 52, edd. ib. n. 118, *in gene festinanter consparget tres.* — n. 119, *subciniricius.* — n. 121, *qui mederit* rec. corr. *comederit.* — p. 36, n. 1, *tradidit eum.*

Cod. p. 53, edd. ib. n. 4, *in psalomone.* — n. 5, *bonorum operum.* — n. 6, *ecce omnia repleverunt uirticae*, etiam ex hoc em. edd. — n. 10, *e gomorra.* — n. 11, *expeetare ut.* — n. 13. *botrus ecclesiae... eo quod bonorum de terra.* — n. 15, *ab eo quod.*

Cod. p. 54, edd. ib. n. 19, *parieti inclinato.* — p. 37, n. 20, *laguenae... vino retinentes.* — n. 21. om. *vinum.* — n. 24, *calcatur.* — n. 25, *miscunt aqua vino.* Cf. infra cod. p. 184.

Cod. p. 55, edd. ib. n. 26, *vino luxoriae... luxoria... luxoriosa.* — n. 29, *vigilate sobrie.* — n. 33, *apostolos.* — n. 35, *Hierimia.*

Cod. p. 56, edd. ib. n. 36, *scientia refecti.* — n. 37, *erudi* (ira Dei). — n. 39, *faex non est exinunita.* — p. 38, n. 41, *et torrentem.*

Cod. p. 57, edd. ib. n. 47, *melle de petra.* — n. 51, *capud.* — n. 52, *depiendas* (decipiendas).

Cod. p. 58, edd. ib. n. 55, *plurima de hoc narratur.* — p. 39, n. 60, *discite parabola... affert fructum.* — n. 62, *in gesi* (Genesi). — n. 63. *ficareis.*

Cod. p. 59, edd. ib. n. 68, *inspicit pomam.* — n. 69, *amicdalum.*

Cod. p. 60, edd. p. 40, n. 73, *ejus bona.* — n. 74, *accipiendum.*

Cod. p. 61, edd. ib. n. 81, *intrabis.* — n. 81, *soror mam, soror mam* bis, manus 2 em. — n. 83, *lectus meus.* — n. 84, *hortum quaedam.* — n. 86, *picmentariis.* — n. 87, *picmenta* bis. — p. 41, n. 4, *ut pascet.* — n. 5, vide annotata h. l.

Cod. p. 62 (em. 61), edd. ib. n. 6, *libidorum.* — n. 10, *ligamen tuum guttae.* — n. 12, 16, *in psalomone.*

Cod. p. 63, edd. p. 42, n. 19, *caepe et alios... aeditur... cruciant... alios et cocumeres.* — n. 21, *arudonem* (arundinem). — n. 22, *calamum casatum.* — n. 24, *caractum.*

Cod. p. 64, edd. ib. n. 25, *parisi viditas* (paradisi viriditas)... *sanctorum animarum.* — n. 26, *aritate* (ariditate). — n. 27, 30, *luxoriosi, luxoria.* — n. 32, *commedet.*

Cod. p. 65, edd. p. 43, n. 33. *ysopus... aspargis ysopo.* — n. 1, lege *non est adsimilatum.* — n. 4, *quid faciet.* — n. 5, *in ecclesiastes... ad austro.*

Cod. p. 66, edd. ib. n. 7, om. *crux.* — n. 9, *audimus illum... de monte abbaco.* — p. 44, n. 12, *et devoravit... omnem lignum* bis. — n. 13, *quis habierit... in silva.* — n. 14, *cedrum.* — n. 15, *et cedrus.*

Cod. p. 67, edd. ib. n. 16, *phylosopy* sic... *et erectus.* — n. 21, *in Zacariam.* — n. 21[a], *confessione viderent.*

Cod. p. 68, edd. ib. n. 24, 25, *querquus qui* (sic et bis). — n. 26, *terebinctus.* — n. 27, 31, *terebinctum.* — n. 29, *influctuosi.* — p. 45, n. 32, *aeque flontibus.*

Cod. p. 69, edd. ib. n. 39, *dum confringetur.* — n. 41, *saliuntur*, vet. corr. *sarriuntur.* — n. 42, cf. annotata. — n. 43, *erumpet... ramnus* in fine. — n. 44, *orticae* bis.

Cod. p. 70, edd. ib. n. 45, *trauis... quidam volunt.* — n. 47, *et quidam opinantur... rubo salvatoris... sene sui adustione.* — p. 46, n. 48, *insigna* em. notam. — n. 49. *in sanguine.* — n. 51, *virga sapientia... occisit mortem* sic C,

contra quod typorum protervia in meam edit. intrusit. Cf. infra cod. p. 136, *occiserit.*

Cod. p. 71, edd. ib. n. 55, *vocavi decore.* — n. 56, *aedificatur sepium.* — VIII, in titulo *nominum,* ut Eucherius. — n. 1, *Deus ominem.*

Cod. p. 72, edd. p. 47, n. 9, *capud mulieris.* — n. 10, *reget.* — n. 11, *uxsor... genitam.*

25. om. θυμοῖς. *pro quo* ὑμᾶς ἀγαγὼν ἐπὶ κατ.
26. καὶ πάλιν τάς βασάνους αὐτῶν, τὰς ἐπί.
31. om. καὶ τῷ γεραίῳ ἐλεάζαρ.
Ibid. εἰς πατέρων χορόν.

ANALECTA

EX VETUSTIS PHYSIOLOGIS

I.

Libellus Regis Aegyptiorum missus [1]) *ad Octavianum Augustum.*

Rex Aegyptiorum Octabiano Augusto salutem. Plurimis exemplis expertus sum victoriam tuam et prudentiam. His enim arbitror, numquam incidisse manus tuas in tantae utilitatis virtutem (quod ab Asclepio acceptum est), quae cum maximis curis edictisque meis per exercitum meum [2]) meruerimus, (controversa ejus conditio), dignum opera pretium judicavimus [3]). Bestiolam quadrupedem, quam [inter] vos quidam [4]) etiam Melen vocant, direximus. Et ideo ne quis maleficus te tuosque nocere possit, neque defectionibus, quod exercitui meo [5]) in armis contigit. Quem prehendis, etiam ejus unum [6]) abstrahis dentem, quem magnum habuerit; et cum extraxeris, has preces dices:

Butabar. borthon. ydra. ceramaltis. milon.
Borboron. ardiso. thaasan. lorden.

Haec novem dices verba, et hunc dentem Melis pertundes, et ex auro in brachio ligabis tibi et tuis adhaerentibus, sic ut corpus tangat. Et neque sidus, neque caniculae tempus nocebit, neque pestilentia, neque occursus malus [7]) nocere poterit; aut si quid fuerit, statim dentem rumpis (in) partem ejus dextram, iisdem verbis dices. Et quemcumque aegrum unxeris, statim febrem detrahit, dumtaxat [8]) in eo qui vitalis est. Nam prolongat tempus, si major morbus; vel causa fuerit, celerius recedit. — Cervellum ejus, eadem verba dicens [9]), decoques in oleo ferventi [10])…. Qui comitiali verbo vexatur…. et quod inveteratum fuerit… cum fervetur, has preces dices:

Horner. larci, habech . . .
Cisius. elaoro. hodier. laciaon.
Virtus coeli libera pellet . . .

verbis dices: et canibus circumdari, ne pestilen… (*Caetera folii pagina alba vacat. Vix dubium quin huc inserendum sit initium epistolæ sequentis juxta cod.*

1) Cod. Cav. f. 183. *Missus ad Octabiano Augusto.* sic.
2) *Meis exercitium meum* C. frustra cogitaris *in exercitum meum.*
3) *Opera pretium judicabimus* C.
4) *quidem* C.
5) *exercitu meo* C.
6) *uno* C.
7) *malos* C
8) *dumtaxat eum* C.
9) *Iisdem verbis dices*
10) Inde evanida quaedam verba in cod.

Parisiensem, quum ejusdem epistolæ pars ultima legatur in pagina altera cod. Cavensis ab hisce verbis: et nec immissis etc.).

II.

Item epistola.

Desideranti [1]) tibi scribi mysteria omnium lapidum, quanta generi humano sua sàpientia prodesse videantur, denegatum tibi non fuit. Tu itaque custodies summa diligentia mysterium summi altissimi Dei. Hoc enim mysterium caeteris Aegyptiis litteratis, nec allophylis non tradideris [2]), aliive cuiquam, ne ad sterilitatem hujus scientiae deveniat Aegyptus, et ne eadem per aliquem incendio concremata conflagraretur, et nec immissis talibus in Aegyptum perseveros omnibus efficiat Aegyptios dominantes [3]). Hic aliis traditus non est, nec alii eum in sua potestate non habuerunt [4]), (neque) per tuam custodiam habeant. Juro autem tibi per summum Patrem Deum [5]) quod meliorem librum Aegyptus hujus non habeat. Cujus jurationis testis est summus Deus. Mittam enim tibi bonum solis nomen, per quem bonum genus nascitur [6]). Igitur perhenniter [7]) traditus, custodiatur a vobis. Praestat enim multum in omnibus actionibus, per singulas hierarchias [8]) quas Græci vocant, omnium lapidum. *Explicit epistola.*

III.

Evax, Arabiae rex, Tiberio imperatori salutem.

Magnifica dona . . . lapidibns remediorum? *Vid. Spicil. Solesm.* t. III, p. 324.

Incipit de lapidibus et eorum generibus

Lapides ad septem *Par.* ex septem *Cav.* — pertinentes . . . lapides fiat C. (f. fiant) quos ad P. curam homines philacteriis habere deberent P. C. —

IV.

Incipit indicia valitudinis de lapidibus et eorum virtutibus (virtutes C.) *Amigeronis doctissimi.*

I. Lapis aetites. Aetiten vero lapis P. C. — continuo partus P. C. — lapidem generat C. - erit introitus P. C.

II. Eliotropio lapis P. C. *bis.* — turbidus et aer P. C. — vaticinantur et praenuntiant C. P. *Olim correxi.* — quoque vivendi C P. - præbet gestantes. C. — involvata nomina C. P. (inviolato numine *Abel dubitanter*). — Igitur iste C. *post* et cœtera *C. add.* aere ostendit hominibus bene augentibus (*fort.* agentibus, *quod fere lacunam implet*)

III. lapis Adamans C. P.—Anathitis C. P. — con-

1) Sequor editionem Eugenii Abel p. 161, collatam ex. cod. Paris. et altero musei nationalis Hungarici sæc. XIII. Alias lectiones haud minus absonas Abel retulit.

2) Duplex negatio, more graeco, ut infra: *nec alii non habuerunt*: uti etiam mox genitivus post comparativum: *meliorem librum hujus.*

3) Cav. *et nec in missis actibus in Aegypto perseverans omnibus effigia aegyptios dominantes.*

4) Secundam negationem Abel sustulit. Pergit cum Cavensi: *per tuamque custodiam.*

5) *Parentem Deum... habet.* Abel.

6) *Bonus genus nascuntur* C. *per quod bonum genus nascatur* Abel.

7) *perpetualiter custodiatur* Abel. om *traditus.*

8) *geratica* Cav. *ieratica* Paris. nec f. male.

secratum portus C. P. — circa sinistro brachio C.

IV. Lapis Memnonio C. P. — sed et mnlti C. — eo *om* C. P. - iras C. effugit — contemnis C. — Neptunum maris. C. P.

V. Lapis Dyadochon C. P. — *ultima* nam desursum (de usum P.) *usque ad* consecratione *om.* C.

VI. Lapis Smaragdo C. P. — substantiam et corpore et sermone. — in fibulam missam dico portare C. — ornari te C.

VII. Lapis Corallio C. P. — portans autem eum C. P. — et sine tristitia et C. P.

VIII. Lapis Exebeno C. P. — bibitus non patitur eos fatigare vi. solvit etiam vesicae C. P. dolorem P. dolentibus C. —

IX. Lapis Emathiten C. P. — lapis est et ipse C. — salutis. est enim C. — aptus in C. — invictus sanat C. *fort* inunctos ? — et ad omnem C. — anguium id est serpentium positus C.

X. Lapis Chelidonio C. P.

XI. Lapi. Cheloniten C. P.

XII. Lapis Ceraunius. C. P.

XIII. Lapis Iaspiden C. — est perfectus C. P.

XIV. Lapis Saphiro C. P. — omnia vera divinabitur C.

XV. Lapis Epistiten. C. P. — et fulgorem evomet C.

XVI. Lapis Ortiten. C. P. — *Locus multum corruptus, olim omissus, aeque in C. depravatur,* cf. Abel p. 176. — cogit enim eam projicere utero infantem C.

XVII. Lapis Achaten C. P.

XVIII. Lapis Odontelycio C. P.

XIX. Lapis Alectorio. C. P. . . . *in lacuna* reddidit C. P.

XX. Lapis Gagaten. C. P. — conteras et ponas C. — circumgredi, ut uterus eius vaporetur P. *Vix C. legitur.* — sine n oia et sin d. C. — et omnem C.

XXI. Lapis Medius. — croceo colore C. *(Lacinia post* latronum, *in cod. Paris. male inserta, quam olim ad calcem reieci, Abel consentiente, eodem modo in C. interpolatur et sine varietate)* — In primum partum puero et inunctus C. — unguis et sanatur C. — et interiora corporis *sic* C. - lapidem similiter supra.

XXII. Lapis Sirtios. C. P. — Amigeron scribit C. — vir integer C. — omnem virtutem P. C. — tangere capita vinculi, horaque C. — et tangat C. —

XXIII. Lapis Caphniten C. P. — optimus est tutamen *sic* C. — curat atque hyd. C.

XXIV. Lapis Optalion. C. P.

XXV. Lapis Obsyonten C. P. — disparis videtur esse C. P. — ut nichil alius.

XXVI. Lapis Geraciten C. P. — est enim niger modicus C. — nec putes hunc C. — ad omnia tamen C.

XXVII. Lapis Carsydonio C. P. —

XXVIII. Lapis Lithiten C. P. — colore subvetereo C. — mundus C. — sive canansias C. — panno misso C. — applicatus autem C. — consecratus habuerit. C. — si casu C.

XXIX. Lapis Topazonete *C. bis.* — da furiosum C.

XXX. Lapis Magnetis *C. bis.* — lapis et ipse C. — plenum spiritum . . . attrahitque app. - de Mediodon, post quem circe, deinde Medi qui per omnem horam eo C. — potestas vero omnes C. — habentes potentiam C. — aut benivolentiam. C. - diligenter (si) ita fecissent C. — *locum apud Abel restitutum retinet C. paucis mutatis.* — opere subvenit et apud. C. — enim praebet et decorem sermonum et verborum et ad facultatem C. — aptissimus qui hunc lapidem habet. C. — et superponunt C. — ad se adducat animal et ferrum . . . si quidem.

XXXI. Lapis Lynguro C. P. — in domum C. — ne timerent C. — et morbo C. P.

XXXII. Lapis Daphnich. C. — ad superfusionem C.

XXXIII. Lapis Charcedonio C. P. — aptatus ferro C.

XXXIV. Lapis Galaciten. C. *bis.* — Smaragdo C. P. — Ostanen C. — stantes vires habet C. — *mox* C. *om* sed. — contrito lapide, da eum cum mulsa C. — fluit lactem. super ovibus aut lacte deficientibus excuties lactem, sic ages C. — ducit hominibus C. — omnium autem auctorem C. — etiam ostenderat C. — viribus suis Deum. C. — dentium laborantes C. — nomina habeat iste, *nec plura* C. —

XXXV. Lapis Berillo C. P. — et ipsa aqua potato dederis r. spiritu suspiriis hepatitis dolorem liberat.

XXXVI Lapis Selenitis. C. P.

XXXVII. Lapis Panchrodo C. P. — videre bonus est C. — sacerdos id est, *sic* C.

XXXVIII. Lapis Colluro C. P. — collum pertusum C. P.

XXXIX. Lapis Trisutes C. P.

XL. Lapis Melas. — et magicas C. P. — incantationum C. — ad quintam decimam C. P.
XLI. Lapis Gagatromeo C. P.
XLII. Lapis Feliciten C. (*rectius* P. Fericiten) — similis est fenico C. *Non videtur habere glossema.*
XLIII. Lapis Lyncis C. P.
XLIV. Lapis Narcissites — viridis modicus C.
XLV. Lapis Steatiten C. P.
XLVI. Lapis Camptine. — corpus hilare C. P.
XLVII. Lapis Crysoliteo C. P.
XLVIII. Lapis Chrisoliteo alter. C. P. — furtum oculo C. P. — et omnem ingr. ap. et C.
XLIX Lapis Apocheamos C. P. — *in fine C corrupte* aburias et viles.
L. Lapis Sardo. C. P. — paret levis C.

V.

Auctarium ex Codice Cavensi, f. 191.

LI. *Lapis Anthropocrino.* Anthropocrino lapis habet stellas projectas, velut crines hominis. Hic lapis artis magicae et maleficae absolutionem facit... faciem multis coloribus insertus.

LII. *Lapis Topazion.* Topazion lapis est subrasimatus *(sic)*, lucidus, bene lenis, spissus. Hunc ad maleficiorum adversionem.... (gestare) in domum bonum est. (cf. XXIX, Topazoniten. *Spicil* III. 332).

LIII. *Lapis Polizonus.* Polizonus lapis, hic est niger, habens in semetipso zonas albas. Hic portatus ad amicos commendationes facit et fides. Nascitur in mari rubro. Est enim et mulieribus (aptus)... continens infantes, portatus in zona.

LIV. *Lapis Pyrites.* Pyrites lapis, hic spissus, fricatus luxat amorem, et percussus ignem ejicit. Hunc lapidem ligatum (gestare) facit contra omnia maleficia et omnes dolores expellendos.

LV. *Lapis Cheloniten.* Cheloniten lapis fortis est et gravis, similis testudini marinae. Est vanus (f. varius), purpureus, imbres et grandines evertit et tempestates. Si eum mittas in aquam pluvianam aut marinam, et postea eum miseris in ignem, continuo erit serenitas (Cf. supra XI. *Spicil.* III, 328).

LVI. *Lapis Diffides.* Diffles *(sic,* διφυὴς) lapis est maculosus, et habet in se colores duos, nigrum et album. Aliquoties colores habet in medio (in) similitudinem characteris *(cod.* characteres*)* Hunc cum inveneris, allidis eum in petra fortissima, et induces partes fractas, unaque habet turones (?) intus. Facit ad amorem perpetuum inter virum et uxorem.

LVII. *Lapis Egopathalmos.* Egothalmos (*sic. fort.* Aegophthalmus, αἰγόφθαλμος? Lapis similis est oculo caprino sublongo, habens album, non valde candidum, sed sublividus. Facit ad iras regum mitigandas *(cod.* mitigationem*)*, si eum habueris in manu sinistra occupatum.

LVIII. *Lapis Alcinio.* Alcinio lapis similis est aeris, id est aeramentum floris. Sublatus ad solem lucet. Hic non a multis cognoscitur. Utilis est portatus potestatibus. Sculpis in eum Neptunum super bigam (id est carrucam cum equis*)*. Sit autem a quibusdam iacinthus: est autem genus iacinthi.

LIX. *Lapis Berullo.* Berullo lapis habet colorem similem oleo, et applicatus ad splendorem solis, splendet. Utilis est portatus ad potentes. (cf. supra XXXV, *Spicil.* III, 334).

LX. *Lapis Adamicos.* Adamicos lapis ovo apalo (ἁπαλος tener), id est molle. Hic lapis humidus est, lucidus, quasi marino colore nigrior, aut magis velut iacinthus. Hic portans (hunc portans?) bonus, persuadens, gratiosus, bonae vitæ; applicatus, ad oculorum vitia facit, ita ut semper eum habeas.

LXI *Lapis...?* (videtur omissus).

LXII. *Lapis Scitho.* Scitho lapis niger est, similis ferro: nam scissus... scinditur. Sed acrius colorem facit pallidum. Qui eum usus fuerit, si a sanctis increpatus fuerit, dimittitur.

LXIII. *Lapis Arielites.* Arielites lapis gravis est, et fortis, ariele piscis.... habens in se subalbidas guttas. Religiose alligatus, maxime facit.

LXIV. *Lapis Epheignation.* Sculpis gladium *(Cod.* gradium, *fort.* glaucium) et avem, id est upupam, et sub pedes ejus piscem glaucium et oculos *(leg.* oculis) eorum animalium dextris sublatis, id est tultis *(sic cod. gloss.).* et include eum in auro, et munditer gestatus, facit quasi in tenebris terribilia dæmonia apparere *(cod.* apparet) interdiu. Si autem quidquid dixerit, creditur eidem. In dormitionem autem si quis usus fuerit eum, aliqua fantasmata vera videbit. Nocte eum non uteris.

LXV. *Lapis de nido avis upupae.* De nido avis upupae lapis; sunt tres lapilli in nido ejus, et quaeris eos, et si scire volueris de homine quod absconsa locutus est, et cogitaverit aut locutus est absconsum aut in palam, loquetur tibi *(cod.* ibi) per somnium. Haec *(cod.* hanc) autem avis spurcissima est, et stercora hominum desiderat. Est autem tristis, exstantibus galeata, semper in sepulcris, et humana (inter) stercora commorans. Cujus sanguinem quisquis se inuncserit, dormitum pergens, daemones suffocantes se videbit; et si viventi contuleris, et dormienti mulieri super pectinem posueris, si cum alio viro coit, dicet per somnum.

LXVI. *Lapis Scistus,* Scistus lapis est colore fusco, et aliqua in se ostendens subrufa, oblongus *(cod.* subrufam, oblongum) et spinas habens directas prout alumen *(sic).* Hunc autem scistum supra memoravimus. *(quod non exstat).*

LXXVII. Lapis *(cod.* Lapides) qui in vulvam aut ventriculum cervi invenitur, utile est portantibus mulieribus praegnantibus, ut non aborsum faciant.

LXVIII. *Lapis Asius.* Asius Lapis in Alexandria tantummodo invenitur. Ad usum medicinae est optimus. Est colore candidus, levis, in modum pomicis, et veluti pulvis manibus insedens. Affectum enim viscide *(et pluries infra sic)* relaxare potest. Aliquid enim salsuginis et nigrosis sapore ostendit; unde et corpora quae in eo sepeliuntur, tempore (brevi) consumunt(ur). Quapropter sarcophagum appellant.

LXIX. *Lapis Magniten.* Invenitur circa littus oceani, colore caeruleo, sed probatum hoc ferro, ad se attrahit:... purgatorias propter quod hydropicis in potu.... per ventrem ministrat. (Cf. XXX. *Spicil.* III, 332).

LXX. *Lapis Gagatis.* Gagatis lapis colligitur in Sicilia.... minus quod cumantis vocant. Et est colore niger.... et quasi letosa(?), levis valde, cujus est melior quia.... accenditur facile et odorem aspaldi habet; potest enim.... ex aqua et dentes qui agitantur stringere, et stabiles erunt.

LXXI. *Lapis Straicus.* Straicus lapis est niger et quasi calens.... (nas)citur in

Pontias, qui est in Achaia *(cod.* in echia). Vires easdem habet quas Gagactis *(sic)* et dicitur accendi ab aqua et extingui ab oleo.

LXXII. *Lapis Quadratus.* Quadratus lapis in Aegypto invenitur, et est exalvidus (subalbus ?) vires habet viscide stringentis unde conceptum ventre dicitur.... invenitur in Aethispia

LXXIII. *Lapis Phrygius.* Phrygius lapis in Phrygia invenitur, cujus melior est qui est pallidaster, et aliquatenus gravis. Hic eo quod nimium stringit, et exulcerare solet.

LXXIV. *Lapis Galactitis.* Galactitis lapis est quasi cineratus, acutus et dulcis. Humorem facit quasi lactis, lenitus stringit, et ad lacrymas oculorum facit.

LXXV. *Lapis Meletinus.* Meletinus lapis per omnia prioris similis est, sed hic *(cod.* hunc) spernitur, eo quod dulcem humorem emittit.

LXXVI. *Lapis Morothos.* Morothos lapis in Aegypto invenitur, et est pallidaster, et ipse vires habet efficaciter stringentis.

LXXVII. *Lapis Foliginus.* Foliginus lapis et ipse in Aegypto invenitur. Aurosum et flammeum colorem (habet). Qui in fronte illinitus sonum facere dicitur.

LXXVIII. *Lapis Villaris.* Villaris lapis quem vim dicimus, in Aethiopia colligitur. Colore subviridis, et ab humore remissum (*sic*). Vires habet acriter mordentis, propter quod caligines et cicatrices oculorum stringit.

LXXIX. *Lapis Batrachitis.* Batrachitis lapis in Aegypto invenitur, colore sanetro *(sic)* vires habet linientis, et relaxat.

LXXX. *Ladis Limeris.* Limeris lapis est parvus viscide stringentis et pene nimiae; propter quod incausti committitur, missum ut chalcides, et ipsum in Cyprum insulam invenitur, et in iisdem (f. ejusdem) metalli similiter globosa et aurosa, fulgens, fragilis, cujus fragmenta superminuta in modum sabbonis (l. saponis) optimum. Mirum dicimus quod in aurigine colorem maxime exsplendet, et dum lævigatur, molle sentitur et aequaliter effulget. Qui *(cod.* quod) est idoneus, non est pallidus, et levem et aequalem tractamus, quod videtur exsuperare chalcidem. *Explicit liber de lapidibus.*

VI.

De sculpturis eorum.

Subjecti etiam sculpturis eorum singulorum, quæ sunt corporis totius phylacteria, ut custodias.

Lapis chrysolithus sculpitur scarabaeo cum radiis, quae catharon graece dicitur.

Lapis astroselinus, bobis illa cornua habentis.

Lapis emathitis, sculpis . . .

Lapis ceraunius. sculpis capram comatam.

Lapis demos. sculpis venerem.

Lapis arabicus. sculpis hominem crocodili caput habentem, et scribis in latere et coxis.

Et si volueris phylacterium habere corporis tui et animæ, cum mathematico travis (?) ut videatur quis angelus, hoc est quod signum horae qua natus es, videt, et ipsius angeli lapide sculpto uteris, et habebis phylacterium in perpetuum, quando luna est in sidono (σημείῳ), ipsius angeli, hoc est in signo. Melius autem est si Domino genitore tuo (in) lapidem sculpto, habueris.

VII.

De lapidibus et eorum sculpturis, ut supra, Septidonio.

Achates, tutela Saturni. Ingenui achates opere (?) sedentes uti debent. Libertini, ardo achates fidem publicam. Servi achates leonem cubantem.

Eliotropio, tutela solis. Ingenui, eliotropium, solem radiantem. Libertini, belliberiti (?) caput Solis .... *(evanidi quinque versus).*

Chrysolitus, tutela martis. Ingenui lunam sedentem. Libertini bovem *(cod.* boum) (qui) ferat cornua lunae.

Sardio, tutela martis. Ingenui *(cod. hic et infra* ingenuit) martem arapeum ferentem. Libertini, martem.... (servi) arma martis.

Aematites *(cod.* Emalthites), tutela mercurii. Ingenui, mercurium in petra sedentem. Libertini (libertis *cod.)* . . .

Sapphirina .... herbosa, tutela jovis. Ingenui, Jovem sedentem (in) aquila. Libertini, aquilam supra flumen stantem. Servi, aquilam unguibus coronam tenentem.

Aegyptula, tutela veneris. Ingenui, venerem victricem. Libertini, venerem - Armonia est siderum. Hoc est intuendum. Servi, columbam supra astantem.

VIII.

Feramus Rex ad Adrianum imperatorem (cod. f. 397).

Inter Babyloniam et Mesopotamiam est regio locuples, in qua sunt oppidum quod dicitur Castellum Philonis, ubi nascuntur humiles bestiolæ, quasi simiæ. Quando sonum audiunt, fugiunt, pedes habentes octonos, itemque et oculos, cornua bina habentes, quas, cum aliquis occidere voluerit, diligenter se munire debent.

In eodem monte, circa Indiam et Arabiam, est avis fenix, quæ habet in capite cristam similem pavonis, et fauces cristatas circa collo, fulgore aureo, postera parte purpureus, extra caudam roseis pennis, in qua caeruleus scribitur nitor. Vivit annos innumerabiles, nidum habens ex margaritis et unionibus. Manet semper in cinnamo: quid vero vescatur, vel quemadmodum vivat, ignoratnr. Ipsa autem nidum suum.... seseque incendit, et ex eisdem cineribus iterum renascitur. Ita fit ut dum semper moritur, semper vivat,

IX.

Incipit[1] *epistola Parmoenis ad Trajanum* (*cod.* trojanum) *imperatorem data de locis aut incolis aut ubi quales homines nascuntur, vel qualia monstra vel montium figuras et hominum vel bestiarum.*

I. Initium ab Antepoli usque Serimium. Habet multitudinem ovium, et inde usque Babylonia, stadia nunc num. LXIX. Haec colonia est maxima (*cod.* maximi) negotiatorum. Ibi nascuntur vervices magnitudine boum. — Ad civitatem cum hominis (?) Archemedon. Magna et fructuosa. A Babylonia usque Archemedon stadia num. CCC. Ibi praedia sunt magna. Hoc est Athenas Magni Alexandri, sunt n. CC. Ibi est locus euntibus ad Mare rubrum, qui dicitur Lentabel Feniae. In quibus locis gallinae quales et apud nos similes colore. Has cum aliquis apprehendere voluerit, manu sua si tetigerit, totum corpus comburet, quia veneficae sunt. Praeterea nascuntur ibi bestiae, quasi simiae. Hi quum unum audierint, longe fugiunt. Pedes habent octonos et oculos gorgonios, bina capita. Hos quum volueris apprehendere, corpora inarmant.

II. a Seleucia ad Babyloniam proficiscentibus sunt stadia ... II, quæ subjacent regionibus Medorum, omnibus bonis plena. Habet in locis illis serpentes habentes capita bina, quorum oculi nocte sicut lucerna lucent. Nam nascuntur ibidem onagri, cornua boum habentes, formam maximam. Ducunt se in occulta loca ad Mare rubrum, propter serpentes qui in illis locis nascuntur, qui vocantur Corsia, habentes cornua similia arietibus. Hi hominem quem percusserint, morietur. Ibi nascitur abundantia piperis, quod hi serpentes servant. Sed hi homines sua industria hoc piper sic tollunt: incendunt ea loca, et serpentes sub terra fugiunt. Ideo nigrum est.

III. A Babylonia usque Persidam civitatem. Ibi nascitur piper. Stadia sunt n. CCC. Loca sunt sterilia propter multitudinem serpentium. Nascuntur ibi cynocephali, quos Conopenras appellatis: comas equorum, dentes aprorum, capita canina, ignem et flammam flantes.

IV. Dexteriores partes (*cod.* dexteriore parte) ducent in Aegyptum, in qua nascuntur (Trogloditae?...) pedum binum, barbas habentes usque ad genua. Homines Durci appellantur. Hi pisces crudos manducant. Est ibi fluvius in eadem insula, Gurgarus appellatur. Ibi nascuntur formicae staturam canum habentes, pedes senos. Qui pedes quasi locustae marinae sunt, colore nigro. Quae formicae aurum fodiunt sub terra, et proferunt usque diei hora quinta. Homines qui audent illa tollere, sic tollent. Ducunt apud se camelos, masculos et feminas, illas quae habent fetus. Trans flumen Gorgarium alligant (*cod.* alligantur) et relinquunt, et camelis feminis aurum imponunt. Illæ pietate ad suos pullos festinantes, illae formicae sequentes (camelos?) inveniunt et comedunt eas. Quum circa eos occupatae sunt, feminae transeunt flumen cum hominibus; sunt tam veloces, ut putas eos volare.

V. Inter duas vias colonia est Liconthea, quae inter Nilum et Brixontem posita

[1] Ex aliquo codice Batavico, fort. inter Vossianos in bibliotheca Lugduni Batavorum.

est. Nec Nili, nec Brixontis initium invenitur. Nam hic influit illum quem Aegyptii Arcubelita vocant, quod dicitur aqua magna. In his locis nascitur multitudo elephantorum, et ibi nascuntur homines pedum n. X. corpore candido, facie parthica, pedes et genua sub ea, naso longo, scapulas nigras habentes. In tempore suo transferuntur in avibus, et quadrupedia colorem equorum, pedes leonum, ore amplissimo sicut vannum, habentia regunt: verum hos si aliquis sequitur, longo fugiunt et sanguinem sudant. Hos potamos appellant. Est in Brixontem flumen . . .

V. Ad Orientem nascuntur homines longipedes et macri femora, et subta . . . . pedes n. IV. colore nigro. Hos ostes appellant, nam quoscunque capiunt, comedunt. Sunt et alii juxta Brixontem, Lerueis appellant. — Nascuntur et ibidem dracones longipedes n. C. vastitudine columnarum; propter multitudinem draconum nemo tam facile adire potest super illud flumen.

V. Et altera regio est... Babylonem. Mons est ibi in quo natio Tyrannorum est inter Moeniam et Arimeniam. Mons est maximus et altissimus: ibi sunt honesti homines. Hi tenent Mare rubrum in imperium. Ibi nascuntur mulieres barbas habentes usque ad mamillas, pelliculas vestimentis et equas habentes venatrices. Sunt maxima in forma canis tigrides, et leopardos nutriunt, et omnia genera bestiarum, quae in eodem monte nascuntur, interficiunt. Sunt et aliae ibidem mulieres, dentes aprinos habentes, capillos usque talos in lumbis et caudas habentes boum. Altæ sunt, speciosæ corpore, quasi marmore candido, pedes habentes camelinos: propter quarum inspectionem tres ex his occiderunt socii nostri, quoniam vivas prendere non potuerunt. Explicit.

Monitum novissimum.

Plura ad calcem notare juvat. Primum, de *allegoriis* S. Theophilo ascriptis, praeter codicem Bruxellensem, de quo agitur supra p. 624, et alterum Palatinum, de quo mox p. 650, tertius exstat, quem olim vidi in bibliotheca Carnotensi sub num. 85 inscriptum, vetustissimum, eodem prologo incipientem: *Apis favos*, et exeuntem similiter in Lucae evangelium. — Deinde, quod spectat ad Victorem Capuanum, de quo ad S. Polycarpum p. XXV disputatur, idem cum Joanne diacono occurrit in altero codice Carnotensi n. 18, saec. IX, sub hoc lemmate: *Victor episcopus Capuae, in expositione capitulorum*, ac proxime sequitur *ex collat. sanctorum patrum*. Denique serius ad nostra accessit Tatiani *Diatessaron*, quam ut in nostris prolegomenis debitam haberet memoriam. Erit tandem qui advertat, plura ex his quae in Prolegomenis p. XXXII, XXXIII e cod. arabico ascribuntur S. Hippolyto, alias tribui falsis S. Iulii PP. epistolis, de quo argumento locus erit in tomo V *analectorum* nostrorum fusius et maturius disputandi.

AUCTA ET EMENDATA

PROLEGOMEN. p. V, l. 20. *Allegorias* S. Theophilo ascriptas, huc et alias eo libentius adducimus, post editionem Theodori Zahnii, quod unicus codex Bruxellensis, editori et aliis ante hos dies ignotus, a multis annis manu nostra descriptus, in schedis nostris manet. Nec nos latet controversia nuperrime oborta inter Theodorum Zahn et Adolphum Harnak, cui locum dedit idem codex tandem detectus *(cf. Texte und Untersuchengen)* in qua lite etiam se sistit Lud. Duchesne, non tam arbiter quam judex *(Bulletin Critiq.* Nov. 1883). At priusquam causa conclamata sit, novus testis, novusque codex accersendus est, ignotus aeque hactenus, scilicet cod. Vatic. Palatin. 287, saec. IX, fol. 84-114, optimæ notæ cum eadem serie, iisdemque auctariis apud nos editis ex cod. Bruxellensi. Etiam in Palatino integrum exstat fol. avulsum inter f. 147 et 148 cod. Bruxellensis. Cæterum cum vulgato illo Theophilo componendus est Eucherius noster a p. 562 ad 567, et addendus priscis scriptoribus qui ad Theophilum accedunt. Vix probabile, tot auctores varios ab anonymo aut falsario ævi barbarici fuisse tam apte et subdole expilatos, ut opus continuum, sibi constans, neque inelegans, etiam graeca affectans hic illic, sub nomine Theophili conderetur.

P. X, l. 12, tolle *cum* ante *vetustis.*

P. 6-127. Cf. palæographicam codicis Claromontani recensionem p. 575-584.

P. 129, 12. Codicis Vatic. 2700 simillimam imaginem promissam omittere licuit, quum accuratam picturam A. Maius dederit in *Script. Veter. Collect.* ad calcem tom. VII. Sed adeo singularis et unicus codex ille est inter omnes Vaticanos, utpote in tanta antiquitate aut bombycinus, aut partim chartaceus, ut peculiare studium mereatur, quod in altero tomo libenter aggrediemur.

P. 129, 26. Quæ iterum promittitur annotatio de allegorica methodo Maximi et seriorum Græcorum, quum vix attingatur in gallico excursu ad Clavem Melitonianam, in aliud tempus et otium remittitur.

P. 131, 132. Adriani fragmenta IV et V similiter occurrunt in cod. Laurentiano Plut. VI, 3 ad psalm. XX, 4.

P. 133, 12, rectius fort. *illis vero orantibus concedi Christi manifestationem.*

P. 134, 19, lege ἐγένετο.

P. 135, num. XIV, lege ps. LXXIII, v. 11 gr. et lat.

P. 153, ad voc. *torcular.* em. p. 36, 15.

P. 154, ex indiculo symbolico par erat expungi nomina hebraïca, allegoriis destituta.

P. 156, 6, de cod. Reginensi et Papia cf. Proleg. p. XXV.

P. 168, 21, leg. συμβιβάζων, typis emendatis ut p. 184, od. VIII.

P. 170, 171, omnino vide proleg. p. XXVI, XXVII, de S. Abercii titulo et de altero Alexandri Hieropolitani.

P. 191, 12, tollenda vocula *cum.*

P. 202, 8, restitue perversam seriem: *immensus quum sit Deus.*

P. 207, 7, lege μυστήριον, uti latina jubent.

P. 218, 18, leg. *Armeni servaverunt.* Hic et alibi Origenes, pro more veterum, aeque dicitur *Adamantius* et *Adamantinus.*

P. 243, Hippolyto adde scholia quatuor in Proverbia, in tom. sequenti p. 527.

P. 245, n. VI. cf. Ghisleri Cat. in Jerem. t. II, p. 479, et videsis Laurent.

Plat. X, 8 f. 152, in quo variant: τοῦ γὰρ πέρσικος κενοδόξου ζώου ὑπάρχοντος. in fine, κατειλήψαντες. Etiam Ghislerus similes habet varietates, fort. ex Ottob. 452.

P. 246, init. cf. Josephum *de Maccha-bæis* p. 409 ed. Didot.

P. 248, 13, nota duos exstitisse libros Hippolyti in Danielem.

P. 253. Maius ex alio cod. eadem fere, sed sine nomine dedit in prima editione, postmodum sublata, tomi 1 N. Coll. VV. SS. p. 162 cum his varietatibus: l. 14 Ἐπισταθίᾳ... 17 πατρίους (?)... 21 ἀντιπαραστήσασα... 22 ἡ νῦν διήγησις... 29 σωσαννα... 34 στήλην... 35 ἀγωνιεῖται προθύμως... 42 προτυμηθῆναι...

P. 256, 12. Sic Maius: αὐτὸς κάθηται ἀμφοτέροις τοῖς γένεσιν ἀθλοθέτης, νέμων κατὰ τὴν ἀξίαν τὰ γέρα καὶ στέφανον μεγαλοπρεπῶς τοὺς κ. τ. ἑ. *Idem utriusque generis præmiator sedet pro cujusque meritis dona tribuens, atque eos qui pro religione ac pudicitia strenue pugnaverint, splendidis coronis exornans...*

Ibid. III. cf. Laurent. Plut. X, 3 f. 307 ubi variant ab initio: Οὗτος πάρσικος γενόμενος ἐν βαβυλῶνι, βασιλεὺς ὢν τοῦ Ἰούδα καὶ ὑπὲρ Ναβουχοδονόσορ αἰχμαλωτισθείς... Paulo post ταύτης δὲ ἀδελφὸς γράφεται Ἱερεμίας.

P. 257, v. 4. Ex eod. cod. var. γενόμενοι... add. in fine οὗτοι προσεκαρτέρουν τὸ δὲ προσερχομένους — πράττειν· δηλονότι διὰ τὸ τιμᾶσθαι αὐτὸν παρὰ τῶν Ἰουδαίων, οὐκ ἀφίσταντο τοῦ οἴκου, καθὰ τινες ἄρχοντες κοσμικοί.

P. 259. ex eod. cod. f. 308, n. XIII ἐν αὐχμαλωσίᾳ ὄντες. — n. XVI, ibid. pro Apolinario scribitur Ammonius et inc. ἀπολογεῖται ὁ θεσπέσιος προφήτης. Dein rectius: ὥσπερ πονηρευόμενοι, ὕπανδρος δὲ... ὡς καὶ ἡ βερσαβεέ.

P. 264, n. XXX. Hippolyti nomen confirmatur in Laurent.

P. 265, item n. XXXIX etiam augetur ex eod. cod. ubi scholium pergit: διά τοι τοῦτο καὶ ἀναστάντες οἱ βέβηλοι, ἔθηκαν τὰς χεῖρας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς. — n. XLI Hippolyto restituitur, et var. ὅτι συνειδὸς εἶχε.

P. 266. n. XLIII Hipp. in eod. cod. ubi post πείθεσται sic: κἂν μὴ προσήκοντες λέγωσιν... ἀλλὰ τῇ ἀληθείᾳ στοιχοῦντες καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς πίστεως εὐαρέστως ὑπάρχειν τῷ θεῷ.

P. 274. Fidem datam p. 281 fore ut vetus codex Cavensis novam varietatum messem afferat chronographo antenicaeno, nunc solvere licet et lubet, quum favente Cavensium nostrorum amœnitate, codex rarus ad meas manus venerit. In quo incipit f. 166 sub hoc titulo: *Scarpsum ex chronicà Origenis* — col. 2, l. om. *pars...* habet 6: *dividit media et Babylonia*, quas porro ineptias notari pigebit, uti nonnulla minutiora.

P. 275, col. 1, 2 *sunt antem...* 16 *filii Gomer...* 17 *Togarma...* 19. *Elisa*, quæ, uti plura, propius ad græca accedunt. — col. 2, 17 *Gorsiani...* 18 *Mariandeni, Tibarenses...* 19 om. *Malacleni...* 21 *Bastardi.*

P. 276, col. 1, l. 1 *Libistini...* 15 *Senthia Bestarnia...* 18 *Peloponensum... Auchnitis.* — col 2, 14 *Codroditæ...* 15 *Evilat...* 16 *Sabatha...* 17 *Saba a quo Arabes, Dadan a quo Ethiopes occidentalis plagæ...* 22 *Dicit enim.*

P. 277, col. 1, l. 1 *Lidi...* 3 *Chaslonim ...* 6 *Dicit enim...* 15 *Trocoditae...* 16 *Itabini...* 17 *Marmari...* 18 *Musii, Mosoneti.* .. 22 *Cerenia.* — Col. 2, 9 *contra Indiam* ... 15 *Delpti.*

P. 278, col. 1, l. 1 *Sardoniam...* 8 *Ladin a quo Lazani...* 11 *Garhem.* — Col. 2, 1 *Joban...* 3 *Sem XXVII omnes Bactriam...* *Arsinoes* recte suppletur.

P. 279, col. 1, l. 12 eadem lacuna quam in cod. Paris. qui ex simili archetypo de-

rivatur. — 14 *Tuzeni*... 21 *Alchaei* male. — Col. 2 l. 2, 3 om. a voce *Norini*... 4 *Tyrrheni*... 7 *Garamantes qui et Marmarides* ... 18 *Madianensium*... 18 *Trocoditae*.

P. 280, col. 1, 4 *Geus*, *Gyarus*... 8 *Spoes*, ut Paris pro *Sporades*... 9 *Creta*, *Sicilia*... 11 *Tharsus*... 14 *Priere* — Col. 2, 1 *Benigga*, *Cereina*... 6 *Tarraconenses*... 7 *Autrigonii*... 8 *Astures*... 12 *nuncupantur Tomene*, *Magona quae et Minorica dicitur*. *Harum inhabitatores fuerunt* ... 16 *et ipsi Cananaei*. *Gadis autem Jebusaei condiderunt, et ipsi similiter profugi*.

P. 281, col. 1, l. 1 *Tageni*... 2 *Tagenos*... 7 *qui et Jethro*. — Col. 2, 9 *Balus* ... 16 *dicitur Tiberis*. Huc usque codex Cavensis.

P. 282. Eadem fragmenta ex codd. Paris. vide in tomo IV p. 64 599. Idem notetur ad S. Cyprianum, ad Jul. Africanum etc p. 71, 72.

P. 286, 56, codex Genuensis accedit ad saec. XI, unde in notanda ejus ætate varietas potius mihi fuit quam inconstantia.

P. 303, 14. Temperandum quod strictius dicitur, Origenem pene solum inter Graecos fuisse libri Iob interpretem, cf. p. 609.

P. 304, not. leg *Cod. Coislin*. 279.

P. 306, 7. Malim: *Deo inditum*.

P. 310 n. XXIII. Aegre hic quæsieris senarium aut aliquid metricum, neque Philonis, quantumvis poetica affectantis, ullibi musa metrica innotuit.

P. 312 in fine, mihi quum sit incompertum Philonis oraculum, id fort. est locis Scripturae ignotis addendum.

P. 314, 11, ante *dedit* excidit *servus*.

P. 323. Mirum, quod tertius cod Laurent. de quo p. 293 et 322, uti sero monitus sum, omnino se habet sicut duo codd. Vaticani pseudo-Philonis, et eodem saltu, sine ulla intercapedine, transit ex *quaestionibus* in hoc fragmentum *de Therapeutis*.

P. 325, col. 2, l. 1, vetus interpres aut librarius post *alteris* om. *utile erat*.

P. 329 col. 1, 7 omnino lege *tectum apertum*.

P. 336, 36. Malim: *apostoli propter fidem*.

P. 341, 12. De Hebræorum arte metrica cf. t. III, 227, 242 etc.

P. 342. Locum Xenocratis refert tom. III, p. 298, 617.

P. 343, not. IX lege in fine *anteriores*. In titulo sequente περὶ τῶν ἐν τῷ.

P. 352, not. cf. ad calcem p. 525-623, in primis 615.

P. 380, XXXIII, 12 em. *Elius supposuit*.

P. 395. Ex cod. lat. Palatino 27 constat olim in monasticis bibliothecis exstitisse Hieronymum super psalterium a psalmo I ad LXXIV *ex Origene sumptum*. Videndum utrum agatur de pseudo-Hieronymo vulgato in psalmos, an de alio ignoto opere, quod quaerendum est, una cum Hilarii et Eusebii Vercellensis versionibus quae fort. latitant.

P. 397. De Corderii catena cf. t. IV, 581, et de usu catenarum *prolegom*. p. XIX, XX.

P. 411. Exordiuntur notandae varietates sero a me collectae in codd. Florentinis, in primis ex Plut. V, 3.

— In titulo *αἱ κατὰ... συμφωνοῦσιν...* om. *ἀνεπίγραφοι*. — Col. I, 1. *Τέλος ὑπὲρ τῆς κληρονομίας... 2 τέλος ὑπὲρ τῆς ὀγδόης.. ς. ψάλμ. πρὸ τοῦ χρισθῆναι... 6 ψάλμ. τῷ δαυὶδ ἐκτάσεως... 9 τῷ δαυὶδ εἰς ἀνακαίνισιν περὶ σαββάτου*. — Col. 2, 15 *Ἱερεμίου*... om. totum *ρνα'*. Notatur ad ps. XCVII: *αἱ ἐπιγραφαὶ καλῶς κεῖνται, οἱ ψαλμοὶ ἄλλως*, qua notula varietates propemodum expunguntur.

P. 413, col. om. canticum Ezechiæ et Manassæ.

P. 416, 7 τῆς ἑωθινῆς... 8 ἐξόδου... 22 ζιφαίων... 42, ὁ πέ.

P. 418. In titulo: ἕως... post titul. 11 βασιλεὺς... 14 θεοῦ ἐκλεγ... 17 ἀζωτίων.

P. 418, 18. Οἷα συμφωνία... 22 πειρώμενος.

P. 420, 8, κεραντινή· ὑψῶν ὑψωμένου κέρατος κυρίου, ὧν... 10 τούτοις σὲ... 32 ἐντετυχηκότες.

P. 421, 12 λέγῃ λέγων... 14 εἰσὶ τῷ... 15 τοῦ δαυὶδ... τῷ ἄσαφ... 17, ἀγγαίῳ και ζαχαρίᾳ.

P. 422, 13 αἰτίου... 20 ἀλλὰ φησιν ἤσχησα.... 21 καὶ σὺ μή... 36 ἵνα ὅσα καὶ ... 40, πρόσχες τῆς φωνῆς.

P. 423, 13, θύγατερ... 19 τὸν χριστὸν ... 40 σου ὀρ. τοίνυν... 41 κεκηρυγμένον male.

P. 424, 10 οὕτως ἔχει, ἔστι.

P. 426, 11 ἐκείνους οὐκ... 14 ἀναπτῆναι... 32 ἀναγκαίας.

P. 427, 2, οὕτως γὰρ sic lege in nota ... 3 ἡ ἀρχή. — cod. num. VI cf. Barber. III, 59.

P. 428 ad num. VII, cf. *Patrol.* X, 711.

P. 437. Ex cod. Laurent. V, 3 col. 1, 3 οιο τὰ... 14 τῶν αἱρεστῶν... 29 κἂν ἐν ἀνθρώπῳ.

P. 438, 4 πρῶτον τὸν... 23 τινα δή... 29 ἔχει τ. α. τὰ ὄντα.

P. 439, 9 ὕστερων ι'ς... 28 ἐσομένων πραγμάτων. — ad X cf. Theodoret. *Patrol* LXXX, 862 not. 278 et Vatic. 342 f. 10.

P. 440, 1 προαγορεύουσα... 2 ταῦτα τυχὸν.. 6 id. Laur. addit: τὸ διάψαλμά ἐστιν ἢ προσώπου. Quorum codd. concordia et varietates ostendunt haud minimæ curæ fuisse hæc procemia hactenus ignota, quæ partim apud Orientales sub Hippolyti nomine transiisse tomus IV edocebit.

P. 444 ps. 1. cf. Agellius t. I. p. 18. Ambrosius *Patrol. lat.* XV, 929 B-D. Basil. BB. 93. *Patrol. gr.* XXIX, 218, 219. Daniel Barbarus p. 3.

P. 445. Cf. Field. II h. l. Ambros. 755, 941 A, 944 A.

P. 450, 11. Vatic. 1789: ἐμμεγαθυνομένου... 10 ψυχῆς καὶ εἰς ἐπίδοσιν ἀναβεβηκυίας τοῦ ὡς ἐν ψυχαῖς μεγέθους... 11, αὐτῇ, καὶ πρὸς ταυτὸν εἰς οὐρανὸν ἀνάγοντες ... V. 8 cf. Euseb apud Corder. I, 47. Apud Montfauc. 94-96. Sed cum nostris Vatt. consentit Laurent. V, 3 f. 284.

P. 452, v. 3. cf. Didym. *Patrol.* XXXIX 1166.

P. 453, v. 7. cf. Cyrill. *Patrol.* LXIX, 739.

P. 456, v. 2, l. 3 recte Laurent. Εἰ καὶ ἐξώτερος «etiam si *exterior* arguat furor.» — Paulo post ἐλεγχθῆναι καὶ παιδευθῆναι.

P. 458, v. I. Non Eusebio, sed Origeni similia ascribunt Vatic. 744 f. 1, 1682 f. 153, 1789 f. 261, 276, Ottob. 398 f. 205, etiam Laurent. f. 284.

P. 460, v. 1, cf. Didym. et Origen. *Patrol.* XIX, 1137.

P. 463, 28 leg. ὁ λέων... 31 ὁμῶς.

P. 466, 6 et, bis ἐκλελοίπασιν.

P. 468, 13 «cogitatio *prava* nullatenus» — v. 3 cf. Laurent. f. 284. Cyrill. l. l. 842.

P. 471, v. 10, 11 cf. Barbar. et Theodoret. - v. 36 Laurent. f. 285. Hexapla item adducit Didymus 1259. — v. 38, 39, 49. iterum Laurent. l. l.

P. 474, 1. Malim *ex cœlis.* — v. 8. Laurent. ζητητέον ἀπὸ κακίας ἀποστρέφειν. cf. BB 1245 C.

P. 475, v. 13, 14 cf. Laurent l. l. — v. 8, 10 cf. Didym. 1274, Pseudo-Hieronym. 376.

P. 476, 14 εὐφρανεῖται Laur. v. 7, 16 ου γενόμ. id.

P. 477, v. 21. cf. Didym. 1283.

P. 478, not. col. I, 7 *doctrinae traditio.*

P. 480, 6 lege ἑκάστην... 23 τὴν ἀλήθειαν, cum Didymo 1291... 27 διαθήσομαι.. 29 *quae oculus.*

P. 481 in nota add. Vatic. 754 f. 45, Reg. Ottob. — v. 1 in not. Apocal. III, 16.

P. 482, v. 10. cf. Didym. 1297. — v. 10 adde notam: Vat· 1789. Regin. Didym. 1224. Pseudo-Hieron. 889.

P. 483. notae v. 21 add. Regin. Ottob. Didym. 1301. Praeterea ad hos psalmos cf. Barberin. III, 59.

P. 485, 8 lege *describere* aut *jubeo.*

P. 485, 6 lege ἰχθυοειδῆ,

P. 488, 9. Quum codex S. Eucherii sine periculo nequeat in propatulum ire, ideo neglexi scrutari perspicue vetera nomina monasterii, abbatis et possessorum.

P. 492, 12. De Salviani epistola et de toto illo litterarum commercio cf. quae gallice exstant infra p. 602-604.

P. 495, not. col. 1 l. 18, 19 lege 1845, 1849. — Col. 2, l. 8 malim *et illuc demum.* Cf. similia in cod. Aurelian. 145.

P. 497. Præter alia multa subsidia quae non aderant, neque citra montes italos facile occurrunt de re palæographica, nondum lucem viderat, dum hæc scribebam, Pentateuchum e cod. Lugdunensi a cl. Ulyss. Robert diligentissime illustratum.

P. 500, III init. an monendum legere *fortuito?* uti et p. 50 1, 28 *in masculino?*

P. 514 in not. lege 15 *Clav.* 80, 12... 17 *Clav.* 10, 43... 21 *Clav.* 84, 86.

P. 515, not. 3 leg. *Clav.* 15, 54.

P. 516, not. 31, 32, 33 leg. *Clav.* 21.

P. 517-531. Lubricos numeros emendare aut deficientes addere, in promptu erit ex accurato *Clavis* indiculo p. 147-154. Idem notandum ad p. 532-541.

P. 532,. 26 em. cum Claromontano *Victus solitudinis.*

P. 534 not. l. 10 *ipse* regessit.

P. 538 n. 18, fort. leg. *Bissus, castitatis... candor.*

P. 562. Inde ad 567 in multis Eucherius sequitur Theophilum Antiochenum, quem præ oculis habuisse, uti coæqualis et vicinus Arnobius junior, Lugdunensis episcopus existimandus est.

P. 569, 26. Monuit me cl. v. Leop. Delisle a foliolo nostro discrepare psalterium Lugdunense, id quod oculis meis ex heliographia patuit.

P. 588, 589. Nescio qua ἀβλεψία et quidem multorum, series numerorum crassiorum subversa fuit. — l. 3 lege *croire les avoir trouvés.*

P. 592, 30. De Joanne Sarisberiensi suspicio dubia stare nequit, nisi ab illo anonymo uti adjectitia excludantur quaedam loca Alexandro Nekam ascripta et aliis Joanne recentioribus.

P. 594, 28. Quod quidem confirmatur judaica interpretatione ps. CVII, 10: «in Idumæan projiciam *calceamentum meum,*» quae de Messia intellexisse Synagogam docet Noster tom. III, p. 221 not.

P. 599, I. Reapse codex scriptis constat foliis 228, quamvis 221 notentur, quum iterato numero signentur non pauciores quam septem paginae.

P. 603 lin. ult. Verum temnenda non est Baluzii opinio, eos non esse semper episcopos, qui dicuntur « Magistri ecclesiarum, » quo titulo a Salviano ornantur Veranus et Salonius.

P. 604, 8. Placeret. *retranché ou ajouté.*

P. 610, 1. Intellige: *trop longuement.*

P. 625, 27. Cf. supra quæ notantur ad p. 563 et ab initio harum retractationum.

P. 642. Audio Cavenses, votis faventes meis, iteratas dedicare curas, instante Illmo episc. Galeardi, ut ad amussim et plenissime codex Damigerontis introspiciatur, nec fortasse auctaria nostra augendi locus deerit.

CATALOGUS VETERUM SCRIPTORUM

qui in tomo augentur et illustrantur. 1)

1) Quorum anecdota proferuntur, inclinato notantur charactere.

SYLLABUS MSS. CODICUM

qui tomo inservierunt


ELENCHUS VARIARUM RERUM. 1)

(1) Quaecumque spectant ad res ethicas, asceticas, spirituales reservantur *indici morali* ad calcem tomi III.

SERIES OPERUM

Miletus asianus eps hunc libru edidit quem & congrue nomine clauim appellauit

Caput dni ipsa diuinitas eo qd.
principium & creator sit omnium rerum in danihelo. capilli dni candidi eo quod antiquus sit dierum, ubi & supra
Oculi dni inspectio diuina, eo quod omnia uideat, sicut est illud in apto. omnia enim nuda & aperta sunt oculis eius.
palpebre dni occulta & spiritalia in diuinis preceptis mysteria. in psalmo. palpebrae eius interrogant hoc est probant filios hominum. Odoratus dni. delectatio eius in orationibus siue operibus scorum. in genesi, odoratus que est dns odorem suauitatis. Os dni filius eius uel sermo ad homines. in ppha. os dni loquutum est. & ab aliis eius ad iracundiam prouocauerunt. Lingua dni sps eius scr. in pslmo lingua mea calamus.
Facies dni ostensio eius p filium ad homines. in exodo facies mea praecedet te. & p̃th




VIIII De hierusalem uel aduersis eius
X De numeris

EXP CAPIT INCP LIBER I

BRA DNI;

De his quae appellantur mem
Oculi dni intelleguntur
inspectio diuina in psalmo
XXXIII oculi dni sup iustos

Aures dni quid est cum exaudire dicg
natur in psalmo quis supra et aures
eius ad preces eorum:

Verbum dni quid est filius in psalmo XLIIII
eructuauit cor meum uerbum bonum

Bracchium dni quid est filius p quem
omnia operatus est in propheta et
bracchium dni cui reuelatum est

Dextera dni quid est idem quos supra

III

APIS FAVOS DE OMNI GENERE
floribus operator eosque
melle lapso caelitus replet
inuidorum amara conloquia

Paris, A. Roger et F. Chernowiz, 7, Rue des Grands Augustins.
V. Lecoffre, 90, Rue Bonaparte.
Rome, Melandri, typographie polyglotte de la Propagande.
Spithöver-Hass, place d'Espagne.
Londres, Dulau, 37, Soho Square